e ¶ Aliud. hæc communis est. sup. lib. v. consi. 115. Anchar. consil. 101. in repetit. c. 1. colum. 13. in 2. quæstio. princip. Deci. in rubri. C. de secund. nup. in cap. ecclesia, colum. 15. de constit. in consil. 230. Steph. Bertr. d. l. fœminæ. consi. 110. Dudum lib. 1. sed qd̄ imò patiatur omnes pœnas tenent Oldra. Iac. de Are. Pet. Cy. l. 1. C. de secun. nup. Lucas. Pen. l. mulieres. col. 6. 7. C. de incol. lib. 10. addit. Io. Igneus. in l. si sciens. § cum ex parte. nu. 15. ad Syllan. quod etiam scienter contrahens cum vidua intra annum luctus efficitur infamis, dixi in consuetu. Parisi. §. 125. adde pro communi. supra libro 3. consilio 68. in fin. Bertran. consi. 89. ex themate. libro primo. Ra. consilio 182. Aym. consi. 36.

f ¶ Teneant. sup. lib. 1. consi. 97. & in simili q̄ valeant, latè tenet Calc. consi. 2. cui subscribit Iac. Put. consi. 4. & Hieron. Cor. consil. 5. inter consi. Laurentij Calcanei.

EPITOME.

APPARET scriptura sine die & testibus in qua testator instituit vxorem in vsufructu, & si secundò nuberet, voluit hæreditatem deuenire ad quoddam altare, & constat hanc esse scriptam manu testatoris & tres testes deponunt eum dixisse se edidisse testamētum & propria manu scripsisse. Respon. Alexan. hoc sufficere ad petitionē dicti fideicommissi ad pias causas postquam vidua nupsit.

CON-

CONSILIVM IIII.

Attentis narratis in themate videtur fortasse prima consideratione dicendum ecclesiam seu dictum altare aut agentes pro eo,
non posse admitti ad hæreditatem dicti ser Ioannis, et posito
1 quod dicta Iacomina transiuerit ad secunda vota, quia † scriptura prędicta, posito etiam quòd fuisset de manu testatoris, tamen non videtur quòd sufficiat, cum non interuenerint testes & solennia requisita in testamētis, iuxta. l. si vnus. & l. hac consultissima. C. de testa. cap. cum esses. & c. relatum. eodem titulo & quamuis aliàs inter liberos valeat testamentum manu propria testatoris scriptum, licèt testes non interuenerint, vt in authen. quod siue. & in corpore vnde sumitur. C. de testam. tamen illud est verum, quando in scriptura continetur dies, vt ibi legitur & notatur, Sed hic non continetur dies, ergo &c. Præterea testator volebat dictam suam vltimam voluntatem publicari facere per publicum notarium, prout postea dixit coram tribus testibus, vt in themate p̄supponitur; & tamen publicari non facit, ergo non valet, vt legitur & notatur in l. fideicommiss. §. 1. ff. de leg. 3. & in l. si is qui. & in l. si ex ea. in princ. ff. de testa. & bene facit quod consuluit Oldr. in consi. no. 118. incipi. Titius condidit &c. vbi præsupponit contingisse quòd vnus condiderat testamentum in scriptis, in quo certa legata reliquerat, & certam ecclesiam sibi hæredem instituerat, & probatur per duos testes quòd post prædicta testator fecerat per quendam clericum scribere aliam suam vltimam voluntatem, in qua pauperes Christi instituebat hæredes: & quòd dixerat dictis duobus testibus, quòd dictam vltimam voluntatem facerent scribere per aliquem notarium, & quòd postea faceret vocari corā ipso testatore testes & omnia in formam publicam redigerentur, & antequàm prædicta fierent decessit testator, ipse consuluit dictam postremam voluntatem non valere, quia non potest dici illam fuisse testamentum, sed quandam nudam verborum enunciationem redigendam postea in testamentum, sicut videmus quòd scripturam quam iudex habet ante formare & postea recitare non est sententia, sed quædam preparatio [a] ad sentētiam. l. 2. C. de senten. ex breuicu. recitan. cap. fi. de re iudica libr. 6. ita in dicto
2 casu non videtur fuisse testamentum. & † procedit argumentum de sententia ad testamentum, quia testamentum dicitur sententia. l. 1. ff. de testa. & l. hac consultissima. C. qui testamenta facere poss. facit. l. seruus hac. Lege. ff. de manumiss. & cum disponeret testator adhibere testes solenniter & in scripturam publicam redigi facere, videtur magis separauisse ad faciendum quam fecisse. allegat in argu. d. l. si is qui. cū simil. & idem fuit de mente Ioan. Andr. in addi Spe. in tit. de instr. edi §. compendiosè. super verb. quid si prius, ad fi. & Pet. de
3 Anc. in d. c. cum esses. ¶ † Confirmantur prædicta, quia dicta substitutio facta de dicto altari fuit fideicommissaria, quia fuit instituta dicta Iacomina in vsufructu, donec vitam vidualem castam & honestam seruauerit, & cum nullus alius sibi fuit datus cohæres in proprietate, intelligitur fuisse vniuersaliter instituta, [b] etiam in proprietate, l. prima. §. si ex fundo. & ex facto proponebatur. ff. de hęre. insti. & in proposito not. Bald. in l. id quod pauperibus. in 14. quęst. C. de episc. & cler. & Ange. in l. filius a patre, in princ. ff de lib. & posthum. & in l. miles ita. ff. de testa. mili. & Salic. in l. extraneum. C. de hæredita. institu. & Benedic. de Plumbino in l. libertas. in fin. ff.
4 de manumiss. testament. & si dicta † Iacomina transire voluerit ad secunda vota, voluit testator hæreditatem tunc deueniread dictum altare, vnde dicta substitutio in vim fideicommissi valere non potest, quia oportet præsupponere quòd potuisset hæreditas ex illo testamento adiri per dictam Iacominam, & postea restitui, quia si non valeret institutio, seu effe-
5 ctum non sortiretur esset impossibile quod valeret substitutio fideicommissaria. † l. ille a quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellia. l. non iustam. C. eodem titu. aliàs sequeretur quòd substitutio fideicommissaria traheretur ad directam vulgarem substitutionem, quod non reperitur nisi in vno casu, scilicet propter fauorem militiæ & libertatis, vt l. Pantonius. ff. de fideicom. lib. & l. neque enim. §. fi. cum l. seq. ff. de milit. testamen. & not. Barto. in l. 1. ff. de vulgari & pupillari. in versi. vlterius quæro an testamentum possit assumere vires a tacita vulgari &c. notat glo. & doct. in l. verbis ciuilibus, eod. tit. Constat autem quòd institutio quò ad dictam Iacominam valere non potest, quia non fuit solennis, per prædicta, ergo videtur impossibile quòd valeat iure fideicommissi, aut al
6 terius substitutionis. ¶ Sed præmissis † non obstantibus contrariam sententiam in casu præmisso puto esse de iure veriorem, quia ad hoc vt ad pias causas valeat vltima voluntas, sufficiunt duo testes etiam non rogat secundum communes cōclusiones, vt habetur in d. ca. relatum, & ibi notant docto. & Bar. & alij legistæ in repe. l primæ C. de sacrosanct. eccle. & notant doct. in d. c. cum esses. & Lapus allegat. 30. incip. Consilium fuit &c. sic etiam in testamento condito inter liberos (in quo remissa est solennitas quæ communiter requiritur in testamentis) sufficit probari per duos testes, ut notatur in l. fi. C. famil. ercisc. & in §. quod sæpe. in auth. de trien. & semiss. in versiculo pro parte. & in authen. de testam. imperfe. §. 1. & per omnes in l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. etiam si non sint rogati, vt notatur in l. fi. C. de codicil. & no. Bald. & Salicetus in authen. quod sine. C. de testamen. & Ange. in d. authen. de testa. imperfect. in principio, & in dicto. §. ex imperfecto. sed ita est q̄ testator coram tribus testib. dixit se condidisse suam ultimam uoluntatem, & eam scripsisse manu propria, & constat dictam scripturam continentem suam ultimam uoluntatem esse de manu propria testatoris, ergo valet perinde ac si fuisset facta coram dictis tribus testib. Hoc
7 † deciditur ex notatis per Bart. & alios in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstra. vbi quærit, pone quòd testator coram testibus dixit, volo quod hæres meus det illud, quod scri
c ptum est in schedula, [c] quam reliqui apud Guardianum fratrum Minorum, an valeat, & arguit q̄ nō valet, quia illa schedula non est solennis, cum non sit legitimum testamentum, ergo non valet. C. de fideicommiss. l. prima. & quia illud quod in testamento nuncupatiuo relinquitur, debet a testibus exaudiri. l. hæredes palam, in principio. ff. de testamē. sed finaliter concludit quòd quando apparet illam scripturam esse de manu testatoris ex legitima literarum comparatione, vel ex aliis indiciis quòd valeat per dictam. l. si ita scripsero. & l. his verbis. in principio: & ibidem nota. Nicol. de Neapol. ff. de legatis tertio. & l. quem hæredi, in principio. ff. de rebus dubiis, & ibi Barto. & ad allegata in contrarium respondet, quòd imò dicta scriptura dicitur esse solennis, postquam coram testibus se retulit ad dictum scripturam antea factam. & non obstat quod testes debent audire quæ disponuntur a testatore, quia respondet quòd sufficiat quòd a testibus audiatur implicitè per dictam. l. si ita scripsero, cum aliis ibi allegatis per eum. ita etiam uoluit Barto. Ange. & Salic. in l. fin. C. de fideicommiss. per illum textum, secundum unam lecturā, & Bald. in l. captatorias. in quinta quæstio. C. de militari testamen. & Bal. & Ange. in l. asse toto, per illum textum. ff. de hæredi. insti. & Bal. in dicta authen. quod sine. & Io. de Imo. in l. illa institutio. ff. de hæred. institu. & in capitulo cum tibi, de testamen. & Paulus de Castro, in l. ubi autem. §. sed qui vinum. ff. de uerbo. oblig. & dictus numerus trium testium
8 fuit sufficiens ad pias causas, ut est dictum. ¶ † Et tantò magis quia testator voluit, quòd vbi dicta dispositio iure testamenti non valeret, quòd valeret iure codicillorum, vel quocunq; iure melius valere possit, propter quam resultat quòd vbi non posset valere institutio dictæ Iacominæ & ex eius persona non posset iure fideicommissi ecclesia capere hæreditatem a dicta Iacomina, debet posse ecclesia capere ab intestato iure fideicommissi dictam hæreditatem per uenientes ab intestato per ea quæ habentur in l. ex testamento, & in l. eam quam. C. de fideicommiss. & in l. ex ea. §. primo, cum ibi nota. ff. de testamen. & in l. qui filiæ. §. primo. in gloss. ff. de hæredibus instituend. & in l. qui autem, circa princip. cum ibi nota. ff. si quis omissa causa testamen. & plenè per Barto. in l. prima. ff. de iure codicill. cum simil. & in proposito nostro notat Bald. in §. sed hæc quidem, in princ. institu. de testamen. vbi dicit quòd quando testator minus solenniter testamentum condidisset, puta coram duobus testibus, & fecisset legata ad pias causas, & substituisset hæredem alium quàm piam causam, legata non deberentur, cum hæreditas ex testamento non possit per illum hæredem adiri, ideo legata non deberentur. l. eam quam. C. de fideicommiss. l. si nemo

mo.ff.de testamen.tute. adhærendo illi opinioni quam ple-
rique tenuerunt, scilicet quod in relictis ad pias causas re-
d quiratur aditio [d] hæreditatis, iuxta notat. per doctores in d.
l.prima.C.de sacrosanct.eccle.& in d.l.eam quam, cum suis
vulgatis concordantiis, tamen secundum Baldum in dicto
§.sed hæc quidem, si in dicto casu essent legata repetita a ve-
nientibus ab intestato, vt quia esset adiecta clausula codicil-
9 laris, vbi deberentur, dicta legata pia † & iura hęreditaria
e ex tali fideicommisso transeunte [e] in ecclesiam absque vlla
restitutione venientium ab intestato, aut aliorum qui in-
telligerentur grauati restituere per fideicommissum eccle-
siæ hæreditatem secundum magis communem opinionem.
l. finali. C. de sacrosanctis ecclesi. vt notat. Bartol. in sua di-
sputatio. incipien. Filium adultum. & Bartol. in repetitio.
l.primæ.C.de sacrosanct.ecclesi.in sexta quæstio.quintæ par-
tis principalis. & ibi etiam Bald. in 22. columna in versicu.
super secundo quęsito & Bald. in l. penulti. §. primo in vl-
tima columna. C. ad Trebellia. & Ioannes de Imo. in l.Cen-
turio, circa vigesimaprima columna.ff.de vulga.& pupilla.&
Petrus de Ancharano,& Ioannes de Imo.in capitu. cum tibi.
de testamen.& dicit Bal.in l.id quod pauperibus in 17.quęs.
suprà allegata quòd si hæres rogatus restituere hęreditatem
ad pias causas est in mora adeundi hęreditatem, consequitur
statim pia causa iura hęreditaria absque alio facto heredis.
10 ¶ Accedit † ad sustinendam dictam vltimam voluntatem,
id quod habetur in dicta authenti.quod sine.vbi pater inter
liberos potest testari scribēdo suam vltimam voluntatem ma-
nu propria, etiam sine testibus, vt ibi declarat Baldus & Iaco-
bus de Belui.in corpore vnde illa sumitur. Ita etiam debet su-
stineri multò magis ad pias causas, quia quando non tracta-
tur de auferenda legitima filiorum, multo magis fauemus piæ
causæ quàm liberis, vt inquit Bart.in repe.dictæ.l.primæ.C.
de sac.sanct.eccle.circa antepenul.columna, in versiculo, cir-
ca ordinem &c. argument.l.sancimus, la prima.C. de sacro-
sanct.eccle.& cap.cū infirmitas, de pæniten & remissio. quo
argumento in proposito etiam vtitur Pet.de Ancha.consi.42
incip.Prima facie videtur dicendum &c. quantò magis hoc
procedere debet in casu nostro, vbi adest scriptura manu te-
testatoris, & etiam adest fides trium testium prædictorum,
11 qui sunt contestes ¶ † Concurrunt etiā quòd per plures alios
testes singulares probatur quòd intellexerunt pluries a dicto
testatore ꝙ ipse condiderat vltimam voluntatem, & quòd di-
sposuerat prout in dicta scriptura continetur, & operari de-
bent dictæ probationes factæ per omnes dictos testes quòd
etiam vbi scriptura prædicta non esset omninò sufficiens pro
batio, & etiam vbi testes per se non fuissent sufficientes ad ple
nam & legitimam probationem, debeant simul iuncta suffi-
cere, per Bartolum in l.admonendi.ff.de iureiurand.in nona
columna, in versiculo. venio ad tertium, & quæro vtrum per
vnum testem &c.cum versicu. sequenti. & in duodecima co-
lumna.in versicu.his præmissis quæro vtrum duo &c.dum
in dictis locis tractat, an per imperfectum numerum testium
probetur vltima voluntas semiplenè, & an duæ imperfectæ
probationes simul iungi possunt. facit.cap.fina.de suc.ab in-
test.& capitulum causam, cum ibi not.de proba.cum simil.
12 Nec dicatur † quòd ista scriptura non sit illa de quo depo-
nunt testes, quia respondeo quòd cum ista scriptura sit scri-
ptura vltimæ voluntatis, & manu ipsius testatoris, & non ap-
pareat de alia, quòd ista intelligatur esse illa de qua testes de-
ponunt, quia non præsumitur pluralitas testamentorum, ni-
si probetur.l.fina.& ibi not. Bald.in fin.C. de rebus credi.l.
omnium, & ibi not. Bartol.C. de testamen. & per Barto.in l.
is potest.ff de acqui.hære. circa vlti.columna, in versicu. 5.di
cit gloss. & c.bene facit tex. in cap. cum Ioannes. de fide in-
strumen.& in cap.in præsentia, in versicu. verum. & ibi An-
to.de Butr.de probatio. & quod not. glo.in l.cum de lege.ff.
de probatio.& in l.qui iurasse.§.si pater.& in l. eum qui.§.in
popularibus.ff.de iureiu.& in l.si in rem.& ibi.not.per Bar.
ff.de rei vendic.& per Bald.in l.1.in 2.colum.C.quando pro
uo.non est necesse.cum simil.¶ Fortificantur prædicta per id
quod not.Ioann.de Imol.in cap.2.de testamen. & in dict.l.si
13 is qui.ff.de testamen.† vbi dixit quòd si voluntas testatoris
fuit imperfecta eò quia non fuit publicata coram testibus,
prout testator volebat facere, si tamen erat scripta manu testa

toris, sed non fuit publicata, quia morte fuit præuentus ante-
quam veniret tabellio, vel antequam haberentur testes, vale-
bit inter liberos, & ad pias causas, si constet illam scriptam es-
se de manu testantis, quia secundum eum sufficit de illa con-
stare quibuscunque indiciis inter liberos testatoris, per l.fin.
cum ibi not.C.famil.ercisc.& pari ratione etiam ad pias cau
sas.arg.notatoriū in d.c.cùm tibi, & in d.c.cùm esses. & in c.
relatum.de testamen. quamuis inter alios non valeat, per ea
quæ habentur in d.l.hac cōsultissima.§.ex imperfecto. & ita
etiam consuluit Pau.de Castr.lib.2.consi.25. super eo quod
quæritur vtrum valeat institutio.bene faciūt notata per Bar.
in l.in testamento.ff.de fideicō.lib. & in d.l. fideicommissa.
§.1.& etiam in d.l.si is qui.ubi uidetur idem tenere. ¶ Istud
etiam apertè uoluit Ioan. de Imo. in dicto capitu. cum esses.
in antepenult. col.ubi limitando ea quæ notat Ioan.Andr.in
additio.Specu.in dicto §.compendiosè.super dicto uersi.sed
quid si prius, &c. dixit quòd si non præcessit aliud testamētū
conditum ad pias causas, & testator vocasset duos testes, &
fecisset scribere per aliquem priuatum qualiter ipse institue-
bat pauperes Christi, & dixit quòd volebat quòd hoc in for-
mam publicam redigeretur per notarium, & tñ antequā hoc
fieret, decesserit, valebit dispositio ista ad pias causas, per ea
quæ no.Bar.in d.l.in testamen.& in d.l.si is qui, & in d.l.fidei
14 commissa.§.1.& respondet † ad notata per Io.And.in dicto.
§.sed quid si prius.quòd Io.Andr. loquitur quando præcesse
rat aliud testamentum validum, quia illud non reuocatur per
aliam imperfectam vltimam voluntatem.facilius enim susti-
netur testamentum per se quando nullum aliud præcedit,
quàm quando aliud procedit.vt in authenti. hæc inter libe-
ros.C.de testamen.& in dicta.l.hac cōsultissima.§. si quis au-
tem, eo.titu.bene faciunt notata per Ange.in l.posthumus.§.
idem & circa.ff.de iniusto testamen.& in l.si quis eum.§.1.ff.
de vulgar.& pupilla.& in l.cum in secundo.ff.de iniusto testa-
men.& per Baldum in repetitio.l.in suis.in 15.col.ff.de liber.
& posthum.& ita etiam vult Oldradus in dicto consilio.119.
dum dicit quòd illud quod habetur in dicto.ca. relatum, cū
simil.procedit quando non præcederet aliud testamentū va-
lidum.& hæc pars videtur de iure vera, & etiam si posset ali-
quo modo dici rem esse dubiam (quod tñ non est per prædi-
cta) adhuc dici deberet in dubio fauendum esse testamēto &
piæ causæ.l.sunt personę. ff.de religio. domi.l.si pars, cum si-
milibus.ff.de inoffi.testamen.¶ Et per prædicta satis apparet
responsum ad allegata in contrarium, ad quæ etiā specialius
respondeo.& breuiter.In primis nō obstat quòd in dicta scri
ptura non interuenerint testes & solennia, quia dico quòd
imò probatur per tres testes contestes, & etiam per alios sin-
gulares illam fuisse vltimam voluntatem testatoris, quæ in di
cta scriptura continetur, & duo testes sufficerent ad pias cau
sas etiā nō rogati, dūmodo producatur scriptura manu testa-
toris, prout præsupponitur, vt probatur in dicto.c.cum esses,
& melius in c.relatum, iunctis notatis per Bartol.in dicta.l.si
ita scripsero, de conditio.& demonstr. cum alijs suprà allega
tis. ¶ Non obstat text.in dicto.c.relatum, in verbo requisitis,
quia vt etiam ibi dicunt docto. maxime Ioannes de Imol.in-
tentio literę fuit dicere quod probari poterit per duos testes
à iudice requisitos, quando examinantur in causa.facit tex.in
§.si verò ignoti, in auth. de testi. cum similibus, & attento ꝙ
in dicta scriptura est clausula codicillaris, frustrà disputatur
de rogitu testium, quia posito quòd non valeret illa dispositio
iure testamenti, valeret iure codicillorum, in quibus non re-
15 quiruntur testes esse rogati.l.fin.ad fin.C. de codi. ¶ † Item
non obstat quòd in dicta scriptura non cōtinetur dies, per id
quod habetur in dicta auth.quod sine quia potest multiplici
ter responderi, Primò quia in dicta authentica non dicitur ꝙ
requiratur dies, sed dicitur quòd requiritur tempus, & non
semper quando requiritur tempus est necesse quòd inseratur
f dies, [f] sed sufficit annus & mensis, prout est insertus in dicta
scriptura.patet in l.libellorum.in principio.ff.de accusatio.
vbi sufficit quod in libello accusationis inseratur mensis com
missi delicti, licèt non inseratur dies quo cōmissum est. ¶ Se-
cundò respondetur, quod posito ꝙ ibi requireretur dies scili
cet in casu dictæ auth.quod sine, dico quòd dispositio illius
authen.procedit in testamento inter liberos, in quò seruan-
dum est ius ciuile, vt ibi, sed nos loquimur in testamento ad
pias

pias causas, in quo non leges ciuiles neque ius positiuum ser uandum est, sed ius canonicum vel ius diuinum, vt in d.c.relatum, & in d.c.cum esses, & per plura probat hoc Bart.in repe.d.l.1.in vltima quæs.C.de sacrosan.eccl.cum quo alij ma gis communiter transeunte, sed ꝙ debeat inseri dies in dicta scriptura, nõ est inductum per ius diuinum vel canonicum, ergo &c. Tertiò respondeo quòd vltra dictam scripturam ha bemus probationem per dictos testes, quæ conualidat eam, vt suprà fuit dictum, sed in casu dictæ auth. quod sine, non erant necessarij testes, dummodò constaret quòd esset de manu testatoris, vt dixi suprà. ¶ Non obstat ꝙ non fuerit publica ta dicta scriptura, vt erat de intentione testatoris per ea quæ habentur.in d.l.fideicommissa.§.1.& per ea quæ not.Old.in consi.& Io.And.in d. versi.quid si prius.quia respondeo ꝙ ad pias causas hoc non est necessarium, quando nullum aliud testamentum validum præcedebat, prout non præcedebat in casu nostro, licèt aliud esset si præcessisset testamentum validum, prout loquitur Oldr.vt ipsemet ponderat in præallegato consil.& probaui superius per diuersitatem quæ est de iure inter vnum casum & alium. ¶ Non obst. quod si non valeat institutio dictæ Iacominæ non potuit habere effectum sub stitutio fideicommissaria, cum non potuerit adiri hæreditas per Iacominam ex testamento imperfecto quò ad eam, quia respondeo ꝙ posito sine præiudicio ꝙ de iure communi requireretur aditio ad pias causas ex testamento, quando non esset clausula codicillaris, tñ propter dictam clausulam codi cillarem valet, vt ostendi superius. nam illa clausula, s. vt si nõ valeret iure testamenti &c. intelligeretur.i.quatenus non valeret iure testamenti, valeat iure codicillorum.l.Stichum qui meus erit.& ibi no.Bar.& alij.ff.de leg.1.& Bart.in l.1.C de iure codi.in 8.q.& in auth.ex causa,in pe.col.C.de li.præt.& Bal.in 7.q.& in repet.dictæ l.in suis.in 20.col. & per Bal. etiam in l.controuersia.ff.de transa.ergo cum non valeret dicta institutio Iacominæ ex testamento imperfecto.d.§.ex imperfecto, debuit quò ad caput institutionis hæreditas deueni re ad uenientes ab intestato, qui vigore clausulæ codicillaris intelliguntur grauati restituere scriptis in testamento. d.l.ex his.§.1.cum ibi no.cum aliis sup.alleg.Ex quibus concludo ꝙ per transitum dictę Iacominæ ad secunda vota est purificata conditio dictæ substitutionis ad pias causas, eo ꝙ quò ad illã substitutionem seruari debet dicta vltima voluntas.

ADDITIONES.

a ¶ Preparatio sup.lib.1.consi. 74.nu.3.
b Institutura.sup.li.2.consi.162.
c ¶ Schedula.sup.li.3.consi 76.nu.13.
d Aditio.sup.lib.2.consi.209.nu.4.
e Transeunte.sup.lib.2.consi.82.col.1.
f Dies adde no.sup.lib.1.consil.41.nu.& quæ dixi in consuetu.Pari. §.96.

EPITOME.

TENET quòd locus est substitutioni factæ decedenti sine liberis ex se legitimè descendẽtibus, si decedat relicta filia p subsequens matrimoniũ legitimata.

CONSILIVM V.

Attentis narratis in themate videretur fortasse prima consideratione dictum Georgium nõ videri decessisse sine liberis ex se legitimè descendentibus, cũ decesserit superstite vna filia sibi nata ex concubina, cum qua postea matrimonium cõtraxit, & sic perinde habetur ac si na ta esset legitima, †quia matrimonium subsequens omnẽ præ cedentem maculam purgat.l.cum quis, & l.nuper. C. de nat. lib.& in auth.qui.mo.natu.effi.sui.§.si quis igitur dotalia.& in c.1.& c. tanta.qui fil.sint legiti.bene facit quod voluit glo. no.in c.innotuit, de elect.in verbo coniugata. iuncto illo tex. in verbo legitimè genitos. & iuncto tex. in c.cum in cunctis, in verbo de legitimo matrimonio natus.eo. titu. nam per dictam gl.iunctis dictis iuribus concluditur, filium naturalem legitimatum per subsequens matrimonium posse, eligi ad eas dignitates, ad quas non vocabantur, nisi legitimè geniti. & idem videtur esse de mente gl.in d.c.tanta.in gl.1. ¶ Pro hoc facit, quia legitimati nihil a legitimis & naturalibus iuris interpretatione differre dicuntur, vt in authen. quib. mod. na. effi.sui.§.si quis ergo filios legitimos.& in authen.quib.mo. na.effi.legi.§.si quis ergo non habens.cum §.sequenti. ¶ Pro
2 hoc etiam facit, † quia legitimatio trahitur retro ad tempus natiuitatis.l.fin.ff.de natal.rest.& consuluit Dyn. in consilio incip.Quæstio talis est, quidam qui habuit duos filios, &c.& notat Bar.in l.2.in princ.ff.de vulg.& pup.in ver.quero quid si aliquis filius naturalis tantum legitimatur, &c.& plenè nota.doct.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe. & posthu.
3 cũ suis concor. ¶ Sed præmissis † non obstant. ꝯrãm ᵃ sñiam
a puto in proposito nostro de iure esse veriorem, quia qualitas iuncta verbo vel participio debet saltem verificari secundum tẽpus illius verbi vel participij cui iungitur.l.Titius. in prin. & ibi no.Bar.ff.de test.mil.l.ex facto.§.si quis aũt.ff.ad Treb. l.in delictis.§.extraneus.ff.de noxali. sed illa qualitas importata per illud aduerbium legitimè, iungitur illi participio pre sentis temporis, scilicet descendentibus cum tempore quo dicta filia descẽdit a dicto Georgio non subesset illa qualitas legitimitatis, quia nata est ex legitimo coitu, sequitur ꝙ dicta filia non potest dici de legitimè descendentibus a dicto Georgio. ¶ Hoc etiam confirmatur authoritate Bal.hoc clarè deter minantis in c.naturalis.in tit.si de feu.defunct.fue.cõtrouer. inter do.& agna.in ver.quæro quid de legitimato per matrimonium, &c. vbi quærit, an legitimatus per subsequens matrimonium succedat in feudo? & inter cætera dicit ꝙ si for-
* ma inuestituræ ita concepta * est, concedo tibi pro te & filiis tuis ex te legitimè descendentibus, non continebuntur legiti mati per subsequens matrimoniũ, quia dicta uerba respiciũt
* principium genituræ,* & non est nostrum extendere scripturas.l.contractus.C.de fi.instr.iuncta.l. quid ergo in princ ff. de his qui no. infa. secus si inuestitura simpliciter facta esset secũdum eum.ergo Bal.si bene inspiciatur, decidit casum nostrum, in quo tractamus de dispositione facta ab homine sub conditione, quæ debet impleri in forma specifica.l. qui hære di, in prin.& l.Mæuius.ff.de condi.& demõ.& licet Iac. Alu. in d.c.naturales, referat ꝙ And.de Iser.ibi vr̃ tenere cõtra decisionem Bal.eo quia legitimatio per subseques matrimoniũ præcedentem maculam purgat, adeò ꝙ succedũt cũ legitimis & naturalibus.d.l.nuper, tamen in ueritate And.de Iser. non contrariatur decisioni Bal.quia Andr. de Iser.non firmat quonem.qñ in inuestitura dictũ fuit, concedo tibi pro te & filiis tuis ex te legitimè descendentibus, sed simpliciter quærit an legitimatus per subseques matrimonium succedat in feudo, & tenet simpliciter quod sic, quia etiam legitimatus a princi pe cum hoc ꝙ succedat in feudo admittitur ad feudũ, ut no. gl.in d.c.naturales, multò magis legitimatus per subsequens matrimoniũ, quod operatur ut succedat cum legitimis.d.l.cũ quis.& d.l.nuper.& ipsemet Iac.Alu.in d.c.naturales, approbat decisionẽ Bal.quò ad casum nostrum, quia dicit ꝙ si iã na tus erat naturalis, qñ mater eius fuit desponsata per patrem, & verum dicit Bal.aut nõdum erat natus, sed postea nascitur & uera sit opinio cõtraria, quia nascitur legitimus.d.l.nuper.
4 & ꝓ hac concordia allegat no.per Host.in d.c.tanta. ¶ †Cor-
* roborantur*prædicta p id quod no.Bal.in l. Gallus.§.si eius. ad fi.ff.de lib.& posth.vbi dixit quod si quæritur, an legitima
b tus excludat substitutum, debet attendi, ᵇaut fuit dictum si ta lis decesserit sine filiis seu sine filiis legitimis, & tũc legitima tus excludit substitutum per ibi no.aut dictum fuit, si decesserit sine filiis legitimis descendentibus, & tunc ad excludendum substitutum non sufficit quòd decedat cum filiis legitimatis, quia habuit testator respectum ad modum descenden di naturaliter, non ad modum iuris.argum.l.fi. C. de his qui veniam æta. impet. & ita dicit fuisse Bononiæ disputatum & determinatum.pro hoc etiam quod no.Bal.in l. manumissio nes.ff.de iusti. & iu. vbi dixit, ꝙ legitimatus non dr̃ legitimè natus.allegat id quod habetur in c.innotuit.& dicit ꝙ ẽt hoc ostendit differentia nominis & effectus.l.2.C.de iure aur.an-
5 nul. ¶ Fortificantur† prædicta per ea quæ notabiliter conclu dit Ioã.And.in reg.sine culpa.in 2.q.principali, in mercu.vbi post plures antiquos concludit, ꝙ si cõsuetudo deferebat hęreditatem primogenito, & contingit quod extat filius natura lis, qui primò natus est, tñ fuit legitimatus per subseques matrimonium contractum post natiuitatem alterius filii legitimi & naturalis, & qui natus fuit post natiuitatem dicti naturalis tantũm, præfertur filius legitimus & naturalis, quia ille qui

qui natus est naturalis tantum non dicitur primogenitus in-
ter legitimos, quoniam ipse naturalis non habebat illam qua
litatem legitimitatis vt ibi probat per plures rationes, & sicut
in quæstione sua nõ pendebat à mera potestate patris qui le-
gitimauit, disponere de illo iure quod ex consuetudine defe-
rebatur primogenito, ita hic non pendebat à mera potestate
Georgij prædicti disponere de illo iure substitutionis sibi fa-
ctæ, quia nõ erat in potestate facere deficere conditionem di
ctæ substitutionis, vt de se patet. probatur in l. fideicommis-
sum. ff. de condi. & dem. & l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. &
dictam conclusionem quam ponit Io. And. in d. regu. sine cul
pa, posuit ẽt ipse in c. si pro te, per illum tex. de rescri. in 6. &
idem tenet Ia. de Bel. in §. tribus. in auth. qui. mo. nat. effi. sui.
& Iac. But. Bal. & Sal. in l. quoties. C. de rei ven. & Bal. in l. eã
quam, circa duodecimam col. C. de fideic. & Ang. in disp. in-
ci. Nobilis quidã genere. in 5. col. & in d. l. Gallus. §. & quid
si tantùm. in fi. & Anto. de Bu. in d. c. tanta, in pen. col. & Iac.
Aluar. in d. c. naturales. & Petr. de Anch. in consi. 406. incip.
6 Circa primum quæsitum. &c. Bene faciunt † notata per Bal.
in l. cum quis. C. de nat. lib. vbi dixit ꝙ licèt legitimatus non
dicatur legitimè natus, allegat id quod habetur in d. c. inno-
tuit, tamen cõcurrit cum legitimè natis, vt habetur in d. l. cũ
quis, quæ propriè loquitur de legitimatis per subsequens ma
trimonium. ¶ Pro hac parte est multùm clarà decisio Ant. de
Bu. in terminis. in c. per venerabilem, qui fil. sint legiti. in an-
tepe. charta. in ver. alius est effectus, quia si patri habenti na-
7 turalem filium, &c. † vbi tractat an legitimatus excludat sub-
stitutum, & concludit quò ad casum nostrum ꝙ si substitutio
fuit facta per illa verba scilicet, si decesserit sine filijs legitimè
natis, non excludetur substitutus per filium legitimatũ etiã
per subsequẽs matrimonium, quia testator videtur se retulisse
ad legitimitatem secũdum tempus natiuitatis, vt probaui su-
prà, & verba testatoris videntur se retulisse ad legitimitatem
veram non fictam. argu. d. l. fi. C. de his qui veniam æta. impe.
& dicit ipse quòd non obstat id quod no. gl. in d. c. innotuit,
& in d. c. tanta, quia ibi loquitur in verbis legis facientis men
tionẽ de legitimè natis, nos in dispositione hominis. pro hoc
8 † facit, licèt ipse nõ alleget, quia lex facilius moderat vel am-
pliat suam dispositionem quàm dispositionem hominis, vt
notat gl. magna. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. habe. vnde di-
cimus mitius agi cũ dispositione legis quàm hominis. l. Cel-
sus, in prin. ff. de arbi. & ibi no. & plenè declarat Bar. in l. am-
plius. ff. rem ratam habe. & in l. si insulam. de verb. obl. ¶ Po-
test etiam responderi ꝙ in casu notato per glo. & doct. in d. c.
innotuit, & in d. c. tanta, non afferebatur præiudicium tertiò,
licèt legitimatus per subsequens matrimonium possit admit-
ti ad illam dignitatem ad quam vocabantur legitimè nati, sed
in casu nostro sic, quia fieret præiudicium substituto per fidei
commissum dicto Georgio decedẽti sine liberis legitimè de-
scendentibus, si diceremus quòd per talem legitimationem
excluderetur substitutus, cui etiam ante mortem Georgij di-
cebatur competere ius saltem consistens in spe probabili,
9 quia † ẽt antequam eueniat conditio fideicommissi, dicitur
fideicommissarius habere in fideicommisso ius consistens in
spe probabili, vnde põt petere sibi caueri de restituendo fidei
commissum eueniente cõditione, qđ petere non posset si es-
set spes improbabilis. l. cum Archimedorã. C. vt in poss. lega.
l. inter oẽs. ff. qui sat. cog. iuncta. l. 2. §. interdum. ff. de vul. &
pup. & l. fi. C. de pac. & declarat notabiliter Bar. in l. is potest.
ff. de acqu. he. in 3. col. in ver. sed circa hoc quæro, an substitu
10 tus, &c. Et vbi † agitur de p̃iudicio tertij legitimatio nõ trahi-
tur retro ad tẽpus natiuitatis. §. liceat, aliàs incipit, si quis er-
go. in auth. qui. mo. nat. eff. legi. ibi dum tex. dicit, detentio. &
ibi dum dicit. & hoc facto exinde filios, &c. & ibi not. Ange.
etiam si tale ius tertij esset quæsitum tantum spe & non re, vt
patet ex decisione Io. And. in d. regu. sine culpa, in secunda q̃-
stione in prin. de qua suprà mentionem feci cum concordan.
suprà allegatis. & patet ex no. per doc. in d. §. & quid si tantũ.
* ¶ Et per hæc * patet non obstare quòd domi. Abba. Sicu. in d.
c. tanta. videatur tenere contra Bal. in d. c. naturales. & moue
tur per no. per gl. in d. c. innotuit, iuncto d. c. cum in cunctis.
& quia fingitur retro matrimonium fuisse contractum, sed
suprà respõdi ad no. in d. ca. innotuit. & etiam ad illud quod
dicitur legitimationem trahi retro. & licet legitimati nõ dif-
ferant à filijs legitimis & naturalibus, tñ differunt à legitimè
natis saltem uocatis ex dispositione hominis, prout in casu
nostro, quia non sunt legitimè nati, nec fictio hoc casu trahi-
tur retro, vt suprà probaui. ¶ Et per hæc patet esse responsum
ad omnia quæ in contrarium allegabantur, & per consequẽs
concludo, ꝙ bona obuenta in testamento dñ. Rufini debent
erogari in pauperes, quia euenit conditio substitutionis præ-
dictæ factæ expresè tam in casu quo alter dictorum Parisij
& Georgii decederet sine liberis ex se legitimè descendentib.
quàm etiam in casu quo copulatiuè decederet Parisius & Ge-
orgius sine liberis ex se legitimè descendentibus, & sic non
sumus in casu in quo possit dici quod alternatiua resoluatur
in coniunctã, sicut posset contingere tractari quando simpli
citer alternatiuè, & nõ copulatiuè facta esset substitutio, iux-
ta. l. si is qui ducenta. §. pe. ff. de reb. dub. cũ materia sua. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Contrariam. Item punctualiter Bal. consi. 367. Quidam tres hære-
des. li. 5. idem Ant. Ros. tract. legitima. lib. 1. ca. vlti. col. ij. Præpo. in c.
per venerabilem. §. quòd autem. col. 94. nu. 104. qui fil. sint legit. sed
hæc sentẽtia dura est contra ius cõe, & in nudo rigore verborũ fun
datur, quare non placet, quia verba non sunt mordicus iudaico mo-
re obseruanda contra æquitatem & ius commune. Plus dico ꝙ hæc
interpretatio est contra verisimilem mẽtem testatoris, quia illa ver-
ba ex se legitimè descendentibus, sunt apposita ad excludendum le-
gitimatos per rescripta vel gratias principum pretio (vt assolet) re-
demptas, non autem sunt verisimiliter apposita ad excludendum le-
gitimatos secundum ius commune per subsequens matrimonium,
cum hi non fuco vel artificio priuilegiorum, nec per emendicata
velem redempta eorum suffragia, sed mero iure communi & quo
ad omnes sint legitimi. quare idem puto si testator addidisset & ex
legitimo matrimonio procreatis, quia istud non censetur additum
nisi ad cauendum contra generales clausulas rescriptorum, non au-
tem cauendum an contra ius commune, nec est præsumendũ quod
testator per clausulas quascũque generales (nisi & hunc casum ex-
presserit) voluerit derogare iuri communi, cui magis se conforma-
re velle videtur etiam per has clausulas. & alioquin sequeretur quod
hæc additio & de legitimo matrimonio, excluderet natos in figura
matrimonij, licet sint legitimè nati propter bonam fidem vtriusque
vel alterius parẽtis, vt in c. ex tenore, qui filij sint legitimi. per Deci.
consi. 153. faciunt no. in c. innotuit, de elec. iuncto. c. cum in cunctis.
in prin. eo. ti. & sic concludo Bald. ibi & Alex. hic malè consuluisse.
& contrarium. (& bene) consuluit Deci. cõsi. 155. col. fi. (licet de hoc
consilio Alexandri non meminerint) & in consi. 624. & in d. c. cum in
cunctis. in prin. col. 2. si verò ageretur de inferendo aliquo quod es-
set odiosum vel contra ius commune, tunc faterer verba omnino
seruanda, vel etiam vrgenda ad vitandum odium & iuris cõis corre-
ctionem. quid autem si matrimonium huiusmodi contraheretur
decrepitum, vel in articulo mortis? dixi in consue. Pari. §. 122. glo. 1.
vbi ẽt dixi, quid si filij legitimentur cum subsequenti matrimonio,
non tamen secundum ius commune, sed per dispensationẽ, vt quia
inter prohibitos, de quo per Pet. Anch. cõs. 409. Præposi. in d. §. quod
autem. nu. 84. cum. §. seq.

* Ita concepta.] Hanc Baldi distinctionẽ refert Nico. de Vbald. in tra-
cta. succ. ab intest. car. 7. & non videtur approbare. vide Ias. ad l. si is,
qui pro emptore. nu. 272. & Bal. tenet Affl. deci. 195. idem vult Barto.
consi. 75. Viso testamento. Cur. Sen. consi. 35. col. 7. Alex. ad l. genera-
liter. §. cùm autem. C. de insti. & substi. Natta.

* Principium genituræ.] Adde Bal. ad d. c. innotuit, ꝙ legitimatio per
matri. est restitutio, per quam abluitur sordes peccati. & tamen qui
moritur cum filiis legitimatis, non dicitur decedere cum filijs legiti-
mè natis, quia legitimatio est ordo præposterus, & macula est im-
pressa origini, ita tenet Gui. Papæ quæst. 482. Et vide Soc. cõsi. 3. col.
4. aliàs. 3. vol. 3. Ang. in dispu. Nobilis quidam genere. col. 3. Vide Fe-
ly. ad c. prudentiam. col. iij. de off. dele. Ias. ad l. quoties. C. de rei ven-
di. & ad l. si is, qui pro emptore. nu. 278. Natta.

* Corroborantur.] Et secundum istud dictum Baldi consultus respõ-
dit Alex. consi. 172. dub. ij. li. 7. Deci. consi. 425. dub. ij. col. 4. Natta.

b ¶ Attendi. dixi in consue. Parisien. §. 8. gl. 1. nu. 45. adde sup. lib. 1. con-
si. ij. inf. eo. consi. 172.

* Et per hæc.] Idem dicit Abb. ad d. c. innotuit. ꝙ in materia restringẽ-
bili, appellatione legitimè nati, venit legitimatus per subsequẽs ma-
trimonium. Et de prædictis per Deci. scribit ad c. cùm in cunctis. de
postu. præla. vlt. no. & consi. 155 in additamẽto consilij. Ias. consi. 169.
col. 4. lib. 4. Afflic. latè ad d. c. naturales. no. 5. Alexandrum hic seque-
tur Rui. latè cõs. 92. De duob. principaliter. 1. dub. lib. v. Vide de præ-
dictis Ripam ad l. ex facto. §. si quis rogatus. el j. nu. 47. ff. ad Treb. &
Bal. consi. 367. quidam tres hæredes. li. 5. vbi dicit veritatem esse id
quod etiam tenet Alex. Natta.

EPITOME.

RVBRICA generalis habens orationem perfe-
ctam non restringitur per nigrum.

CON.

CONSILIVM VI.

Attentis verbis dicti ſtatuti & is quæ narrantur in
themate, videretur prima cōſideratione di
cendum dictum Petrum ex primo matrimonio natum non
poſſe dicto ſtatuto ſe iuuare, & licuiſſe dicto teſtatori inæqua
liter teſtari inter dictos filios vt fecit: quia caſus omiſſus in ſta
tuto debet haberi pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris
cōmunis. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſo. ma. l. ſi extraneus. ff. de con-
1 ditio. ob cauſam. & cum dictum † ſtatutum ſit contra ius cō-
mune, extendi non debet ad alium caſum in eo nō expreſſum
ex identitate vel maioritate rationis. l. præcipimus, in fi. C. de
teſta. notatur in authentica quas actiones. C. de ſac. ſan. eccl.
& in l. tam is. §. 1. ff. de dona. cau. mortis. ſed dictum ſtatutum
loquitur quando perſona quæ teſtatur tranſiuit ad ſecunda
vota, & quando plus relinqueret liberis illius ſecundi matri-
monij in quo decedit, ſed in caſu noſtro dictus Ioannes tran-
ſiuit ad tertia vota, & nō reliquid plus liberis natis ex illo ma
trimonio in quo deceſſit, quia nullos liberos habuit ex illo
matrimonio in quo deceſſit, quia deceſſit, in tertio matrimo-
nio, ex quo nullos liberos ſuſcepit, & per conſequens ſumus
extra caſum ſtatuti nam ſi non ſolum de tranſeunte ad ſecun
da vota, ſed etiā de tranſeūte ad tertia vota ſenſiſſent ſtatuen-
tes id expreſſiſſēt, vt facit Imperator in l. hac edictali, in prin.
C. de ſecundis nupt. facit. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis.
C. de cad. tol. & c. 2. de tranſla. præla. ¶ Præterea ſtatuentes vi-
dentur conſideraſſe ꝙ quando maritus decedit in ſecundo
matrimonio ex quo habet liberos, ſubeſt ſuſpitio ne mu-
tuo amore ſecundæ coniungis & eius blanditijs & ſuaſioni-
bus induceretur ad plus relinquendum liberis ſecūdi matri-
monij, quam liberis præcedentis matrimonij. arg. dictæ, l. hac
edictali, in princ. & l. primæ. ff. de dona. inter virū. quæ ratio
ceſſat in propoſito noſtro, quia tempore quo dictus Io. teſta-
tor deceſſit in tertio matrimonio iam prædefuncta erat vxor
ſecundi matrimonij cuius liberos prætulit filio primi matri-
monij, vnde ceſſante ratione ſtatuti ceſſare debet eius diſpoſi-
tio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante. de
2 appel. ¶ † Sed præmiſſis nō obſtantibus contrariam ſententiā
de iure probabiliorem eſſe arbitror. & primò præſuppono ꝙ
rubrica legis vel ſtatuti habens orationem perfectam poteſt
allegari pro deciſione ſicut nigrum, vt patet in rubrica. C. ne
fideiuſſores dotium dentur. & in rubr. ff. quod quiſq; iuris in
alterū ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. & in rubr. extra vt ec-
cleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, ſed ſi non
habet orationem perfectam, non poteſt per ſe tantùm allega-
ri pro deciſione, quia ſolum tendit ad demonſtrandum mate-
riã nigri, vt patet in rubrica de eden. & in rubrica de ſecun.
nup. cum multis ſimil. ita concludit Io. And. poſt Spe. in tit.
de diſputa. & alleg. §. fin. in fi. & Ant. de Bu. in proœmio decre
talium. Bene facit quod not. gl. in l. 1. C. ne fideiuſſor. do. den
tur. & gl. in l. j. in verbo prouocationi. C. ne lice. in vna eadē-
que cauſa tertiò prouoc. & gl. fi. in l. 1. C. de profeſſor. qui in
vrbe Conſtanti. li. 12. & gl. 1. in l. 3. C. ſi ex fal. inſtru. & gl. de
peni. diſt. 1. in §. hæc autem verba. & gl. in rub. ff. ſi quis teſta.
liber eſſe iuſſus fue. cum ſimi. iſta etiam ſunt de mente Hoſti.
in ſumma de ſacramen. non reiteran. in princip. & Bal. in ru-
brica. C. an ſeruus ex ſuo fac. Bene faciunt notata per Archi.
10. di. quis neſciat. & quod no. glo. in proœmio ſexti libri. in
verbo titulis ¶ Secundò præſuppono ꝙ rubrica quandoq; eſt
generalior nigro, vt patet in rubric. C. de relig. & ſump. fun.
& ibi glo. & etiam colligitur ex rubri. inſti. de oblig. quæ ex de
lic. naſcun. & no. gl. ibi. in prin. tituli in verbo, ex maleficio. &
patet etiam in rub. C. de ſponſali. & ibi glo. in verb. proxene-
tas, & no gl. in auth. de inceſt. nup. in princ. in verbo illicitas.
3 † & eo caſu quo rubrum eſt generalius nigro, nō reſtringatur
per nigrum, & ſtabitur ribricæ, quando rubrica habet oratio-
nem perfectam & diciſiuam, ſicut eſt in dicta rubrica. C. ne
fideiuſ. do. dentur. vnde dicit Io. de Imo. in rub. ff. de ver. ob.
ſe hoc habuiſſe de facto in quodam ſtatuto, cuius rubrū erat
generalius nigro, & habebat orationem perfectam, nam ſecū-
dum eum, rubrum tale non reſtringetur per nigrū, quod non
eſt ita generale, ſed potius nigrum ampliabitur per rubrū. &
dicit hoc probari in l. 1. C. de capitatione ciuiū cenſi. eximē.
lib. 11. iuncta gl. & ibi per Bar. ita etiam volunt Sali. & Lud.
Roman. in l. 1. ff. ſi cer. pe. & per hoc inquit ibi Sali. ꝙ ſi ru-
brica ſtatuti dicit ꝙ in cauſis laboreriorum & ſocietatū pro-
cedatur ſummariè, & in nigro tantum dicitur in cauſis ſocie-
tatum procedatur ſummariè ꝙ intelligatur idē dicere de cau
ſis laboreriorum. ar. l. 1. C. de diuer. reſcrip. Sic etiam conſue
uit Pau. de Caſt. li. 2. conſi. 85. incip. Præſens caſus modicam,
&c. vbi in q. facti conſulendo concludit ꝙ quia ſtatuto Senē-
ſi in rubrica dicebatur, Quod filia dotata nō ſuccedat, poſtea
nigrum ſtatuti repellebat filiam dotatā à ſucceſſione matris
vel auiæ & nihil dicebat de ſucceſſione patris, tamen propter
dictam generalitatem rub. conſuluit filium dotatam eſſe ex-
cludendam etiam à ſucceſſione patris, quia ſecundum eum
licitum eſt arguere a rubricis alleg. dictam. l. 1. ff. ſi cer. pet. &
ea quę no. in d. l. 1. C. ne fideiuſ. do. den. in gl. mag. ad fin. Ful.
etiam in d. l. 1. ff. ſi cer. pe. inquit, ꝙ ſæpe ex verbis rubricæ ſta-
tutorum fecit clariorem ſenſum verborum ſtatuti, vt cōpre-
henderet caſum, qui ex nigro non videbatur colligi ar. dictę.
4 l. j. ſi cer. pe. ¶ † Iſtis ſic præſuppoſitis dico ꝙ caſus noſter deci-
ditur in rubrica dicti ſtatuti. in qua cauetur ꝙ extātibus filiis
ex primo matrimonio, mulier in alterius matrimonio nō va-
leat inæqualiter teſtari inter eos, & illud ꝙ eſt ibi ſtatutum in
muliere extenditur poſtea per nigrum in fine ad virum, dum
dicitur in fine ſtatuti, & idem de viro intelligatur & obſerue-
tur prout de vxore ſecundò nubente ſuperius eſt expreſſum,
& illa clauſula poſita in fine refertur ad omnia præcedentia.
l. talis ſcriptura, in fi. ff. de leg. 1. l. 1. C. de lib. præte. c. inquiſi-
tioni, & c. 2. requiris, cum ibi no. de app. patet ergo ꝙ dicta ru
brica habet orationem perfectam & deciſiuā, & non requirit
ꝙ perſona nubēs decedat in illo matrimonio, ex quo haberet
liberos qbus plus relinquit, imò generaliter loquitur de mu
liere tranſeunte ad alterius matrimonium, & vult ꝙ non poſ
ſit inæqualitér teſtari inter liberos, & licèt in nigro dicti ſtatu
ti in fine dicatur ꝙ idē in viro intelligatur & obſeruetur, pro
ut de uxore ſecūdò nubente ſuperius eſt expreſſum, & ſic pri
ma fronte non videtur ꝙ referatur niſi ad caſum quando eſ-
ſet factus tranſitus ad ſecunda vota, & non quando ad tertia,
5 vt in caſu noſtro, quia reſpondeo, † ꝙ vt dicit glo. in rubrica.
C. de ſecun. nup. quã ibi ſequitur Cy. Barto. & communiter
alij, omnes nuptiæ præter primas appellantur ſecundæ. arg.
l. 1. ff. de vul. & pupi. ſubſt. nam etiam tertiæ nuptiæ poſſunt
dici ſecundæ reſpectu illarum nuptiarum, quæ immediatè
præceſſerunt vt dicit Bald. in dicta rubri. & præterea Impe-
rator ſolùm poſuit rubricam de ſecund. nupt. & etiam Papa,
quia appellatione ſecundarum nuptiarum ueniunt omnes
poſt primas, & ſic etiam rubrica prædicta dicitur loqui de ſe
cundis nuptiis. alias ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdū,
ꝙ etiā ſi dictus Ioannes habuiſſet liberos ex tertia uxore & eis
plus reliquiſſet quàm filijs primi matrimonij, non haberet lo
cum diſpoſitio dicti ſtatuti, quod eſſet de directo contra men
6 tem † dicti ſtatuti, quæ adhuc magis attendenda eſt quàm uer
ba. l. 3. C. de libe. præte. c. intelligētia, & capitulo, in his, de uer
bo. ſig. & no. Cy. in l. 1. in 1. q. C. quæ ſit long. conſue. & Bald.
in l. maximum vitium. C. de libe. præte. cum ſim. ¶ Et attento
7 † quod dictum ſtatutum cum eius rubrica emanauit contem
platione filiorum primi matrimonij, eis competit condictio
ex dicto ſtatuto, etiam ſi verba ſtatuti ad eos non dirigerētur.
l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. j. l. fideicommiſſa. §. inter-
dum. & §. cum eſſet. ff. de leg. 3. vnde dicimus ꝙ quando ſta-
tutum dicit ꝙ extantibus agnatis maſculis vſque ad quartum
gradum filiæ feminæ non ſuccedant, licèt verba ſtatuti non
dirigantur ad agnatos maſculos conferendo in eos, tamē quia
tale ſtatutum emanauit contemplatione ipſorum agnatorum
competit condictio ex ipſo ſtatuto ad illam ſucceſſionē, quia
ad illam intelliguntur uocati, ita not. Bar. in l. 2. §. videndum
ff. ad Tertul. & in d. §. ſi teſtator & in l. 1. §. filium. ff. de bon.
poſ. contra tabu. & in l. 2. §. fi. per illum tex. ff. de colla. bono.
& Bal. in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſt. & in d. l. maximum
vitium, in prin. & in l ſi defunctus. C de ſuis & legi. & in l. 1.
C. de ſecun. nup. & in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle. & ſic
poteſt filius primi matrimonij petere vigore dicti ſtatuti ſuc-
ceſſionem æqualiter cum filijs ſecundi matrimonij. ¶ Et per
hæc patet non obſtare ea quæ in contrarium allegabantur,
quia poſito ꝙ iſte caſus non eſſet præciſè deciſus in nigro di-
cti ſtatuti, tamen eſt deciſus inſpecta dicta rubrica quæ gene-

ralior

ralior est. ¶ Non obstat ꝙ ratio statuti fuerit, ne coniunx indu
ceretur blanditijs & suasionibus secundi coniugis, ex qua libe
ros habet ad relinquendum ipsis liberis secundæ coniugis,
quæ ratio cessat hic, cum secunda coniunx esset præmortua
tempore testamenti, quia respondeo ꝙ hoc stare non potest
in terminis dictæ rubricæ quæ generaliter loquitur, & ēt in
terminis nigri ipsius statuti, nā ēt nigrum dicti statuti non re-
quirit ꝙ secunda coniunx viueret tempore quo maritus relin
queret plus filiis secundi matrimonij: sed solum dicit ꝙ non
possit plus relinqui filiis secundi matrimonij, in quo cōiunx
decessit. vnde pone quod secunda vxor ex qua extabant ēt li-
beri, prædecessisset marito superstite, qui non transiret ad se-
cunda vota, sed postea in viduitate perseuerans testatur, & re-
linquit plus filijs secundi matrimonii quam filiis primi, cer-
tè hoc casu haberet locum nigrum dicti statuti, quia statutū
non requirit ꝙ secunda vxor viuat tempore quo maritus re-
linquit plus filiis secundi matrimonii, & licet loquatur statu
tum, qñ maritus plus relinquens decedit in secundo matri-
8 monio, tamen dicitur † decedere in secundo matrimonio, ēt,
si secunda vxor prædecesserat, dummodò ipse maritus in vi-
b duitate [b] perseueret, vt est tex. in l. fi. C. de bo mater. & no. gl.
in l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. ac. & Bar. in l. diuortio, in prin.
ff. solu. matr. & sic non potest militare illa ratio, scilicet ne tē-
pore testamenti seducatur ab vxore secūda. ¶ Poterunt etiam
moueri statuentes, quia contingere poterat ꝙ quando habēs
filios ex primo matrimonio vult cōtrahere cum secunda vxo
re impellitur per agnatos secundæ vxoris ad astringendum fi
dem suam quod plus relinquet filiis secundi matrimonii, &
aliter nolunt sibi illam tradere in secundam coniugem. ¶ Præ
tereà dictum statutū prohibet ne possit plus inter viuos vel
in vltima voluntate dari filiis secundi matrimonii, vnde satis
est quod poterat secunda vxor operam dare ꝙ maritus dum
ipsa viuit, cōferret vel inter viuos vel in vltima volūtate plus
in filios secundi matrimonii, & sic quamuis postea continge-
ret quod ipsa prædecederet, nihilominus satis verificari pote
rat mens & ratio statuti etiam posito quod ratio statuti fuisset
illa, videlicet ne seduceretur maritus a secunda vxore. deni-
que quando ratio statuti est dubia, non possumus ex ea argue
re, quia non est necessaria, sed magistralis vt inquit Bald. in d.
l. maximum vitium. in 4. col. allegat not. in d. l. 1. C. de legi. &
est de mente Bar. in l. libellorum. ff. de verb. sig. in ver. his prę
missis veniamus. ¶ Non obst. etiam si diceretur ꝙ dicta rubri
ca & statutum, quando extant filii ex primo matrimonio, &
in casu nostro non extabat nisi vnus filius, & pluralis locutio
requirit duos in c. pluralis, de reg. iu. in 6. l. fi. ff. ad Treb. quia
responsio patet per l. non est sine liberis. ff. de ver. sig. & l. 3. §.
negotia. & ibi Bar. ff. de nego. gest. & l. 2. §. sed & si cuius. & ibi
Bar. ff. vi bo. rap. & no. in l. 1. in prin. ff. de procu. cū suis mul-
tis concor. ex quibus concludo dictum Petrum æqualiter ad-
mittendum cum filiis secundi matrimonij.

ADDITIONES.

a ¶ Rub. sup. li. ij. cōs. 190. col. 1. nu. 5. vbi dixi adde sup. li. 3. cōs. 101. nu. 4. sup. li. 4. cōl. j. nu. 7. sup. li. 5. cōs. 109. nu. 4. sup. li. 6. cōs. 89. n. 8. Aym. cōs. 61. verunñ. nō puto hoc argumētū sufficere si inferatur aliqd ini quū vel durū, qd̄ verisimiliter sub verbis generalib. nō includeretur.

b ¶ Viduitate. sup. li. 2. cons. 20. col. j. Pan l. de emācipatis. C. de leg. hær. Gem. Phi. Fran. c. 3. §. fi. de sepul. in 6 Gui. Pap. deci. Delph. 349. Dec. 379. deci. 380. Ias. l. diuortio. col. 4. ff. so. ma. deci. 1 rub. C. de sec. nup.

EPITOME.

CONCESSIO emphyteusis vel feudi facta pen sione annua, dicitur lucratiuo titulo facta, & subiacet nullitati, si est omissa forma per statutum requisita in gratijs vel beneficijs.

CONSILIVM VII.

Attentis & ponderatis statutis de quibus in themate, existimo concessionem factam Benino
* per Magnificos dominos ciuitatis Vulterræ, * seu per conci-
lium dictæ ciuitatis, non tenuisse nec viribus subsistere. Et pri
mò, quia præsuppono dictam concessionem meritò posse
gratiam dici & nuncupari quemadmodum etiam per ipsum
Beninum in sua petitione, & per præfatos dominos in con-
1 cessione nuncupatur, nam † licèt alibi gratia dici possit, quan
do gratia aliquid datur. 1. quæsti. 1. gratia. & ibi ponit Archi-
diac. multifariam gratiam dici posse, & cum eo quod habetur
in d. cap. gratia, concordat. l. fin. C. de pę. iudi. qui malè iudi.
Et c. 1. de re iudi. in 6. cum ibi no. per Archi. tamen etiam qñ
concessio magis participat de gratia & beneficio seu commo-
a do, quam de onere, adhuc appellatur gratia. [a] ita decidit Bal.
in præludiis feudorum in 6. colum. in ver. quæro vtrum feu-
2 dum possit gratia nūcupari, &c. vbi quærit, † an feudum pos-
sit appellari gratia? & dicit ꝙ sic, quia si comparatio fiat de
extremis feudi, id est de concessione & receptione beneficio-
rum, feudum se habet vt plurimùm gratiosè, & ideo feudum
rectè vbique appellatur beneficium. cap. 1. in princi. in tit. per
quos fiat inuestit. & in cap. 1. de fratribus de no. bene. inuest.
& in proposito allegat Bal. in argumentum. l. Titius puerum
ff. de obse. sicut secundum Bal. videmus, quòd possessio deno-
minatur à iure quando plurimum iuris habet, & a facto quan
do plurimum facti habet. ut not. in l. 1. C. de acquir. poss. sic
3 in simili † videmus fieri denominationem ab eo quòd pluri-
mùm potest. ff. de contrahen. emp. l. domum. ff. de statu hom.
l. quæritur. ff. ex quibus cau. ma. l. is qui rei, & ff. pro donat. in
l. si via. & ff. de leg. 3. in l. quæsitum. §. illud fortasse. & in c. ad
quæstiones, cum ibi no. per Io. And. de rerum permu. & tradi
tur notabiliter per Bar. in l. Arist. in prin. ff. de dona. cum suis
concor. & multa ad hoc in simili possent adduci. Si ergo feu-
dum appellatur gratia ratione prædicta, quāquam pro fundo
veniat præstandum domino seruitium c. 1. ad fi. in ti. ex quib.
cau. feu. amit. c. 1. de for. fide. c. 1. de no. for. fideli. c. 1. § Itē qui.
in titu. quæ fue. prima cau. benefi. amitt. & c. licèt, in tit. si de
feu. fue. controuer. inter do. & agna. cum simil. ita in propo-
sito si inspecto eo verosimiliter percepturus est ex dicta con-
cessione dictus Beninus magis participat de lucro & benefi-
cio quam onere & incommodo, debet iudicari gratia. ¶ Et
quòd etiam magis participet de lucro & beneficio, sicut ver-
bo fertur, tamen etiā probari videtur ex assertione ipsiusmet
Benini, qui sępenumero in omni sua petitione facta de dictis
dominis appellat gratiam hanc concessionem, quam sibi fieri
4 petit: vnde dicta † scriptura in hoc fidem facit contra eum.
l. cùm pręcum. C. de lib. cau. l. 2. C. de insti. & substi. l. optimā.
C. de contrahen. & committ. stipulat. & ita etiam conceden-
tes appellant eam gratia. ¶ Fortificantur prędicta per id quod
notabiliter voluit Bart. in l. si mihi & Titio, circa medium. ff.
de verb. obli. & Sali. in l. 1. in vlti. colum. C. quando non pec.
5 par. † vbi volunt quod si principio concedo tibi fundum in
emphyteusim perpetuam, & tu nullum pretium à principio
mihi soluisti pro huiusmodi concessione tibi facienda, sed so-
lum teneris soluere singulo anno certum quid in signum re-
cognitionis dominii, & tunc dicitur ista concessio tibi facta
ex causa lucratiua. Sed si a principio soluisti mihi certā quan-
titatem, puta ducentos aureos, ut tibi concederem tale præ-
dium in emphyteusim, pro quo debebas soluere in signum
recognitionis dominii certum quid annum, & tunc dicitur
hæc concessio facta ex causa onerosa, ad hoc facit quod not.
glo. 1. in cap. potuit de loca. & Bart. post antiquos. in l. 1. in pri-
mis uerbis. C. de iure emphyt. & Specu. in titu. de loc. §. nunc
aliqua. versic. quartò quæritur. Ita ergo videtur dicendum in
proposito nr̄o cum certum quid modicum veniat soluēdum
singulis annis, & per dictum Beninum qui nullum pretium
à principio soluit occasione huius concessionis faciendæ iu-
dicetur habere titulo lucratiuo seu gratioso. ¶ Istis sic pręsup
positis videtur quod succedat dispositio statuti sub rubrica,
che nel consiglio el dì de la tratta de signori si mettino e pon
ghisi le petitione de le particulare persone, &c. & capi. 47. in
quo cautum est in effectu quòd petitione cuiuscunque gene-
ris gratiarum vel misericordiæ possint poni ad partitum seu
scrutinium inter Magnificos dominos Priores & collegas,
etiam alio die quàm in tribus diebus præcedentibus diei
extractionis Magnificorum Priorum, sed quòd non possit
obtineri nisi obtineatur per lupinos decem & octo nigros:
ita etiam videtur cautum in alio statuto sub rubrica de im-
partiti, che se debbiano ottenere è vincere tra signnri Prio-
ri è loro colleghi. et cætera, & capitulo 229. in versicu. Item
che tutte le petitione, et cætera. Sed in proposito non fuit
obtenta

obtenta dicta gratia niſi per lupinos ſedecim nigros,quia do-
mini priores & collegæ qui in totum ſunt viginti, non inter-
fuerunt illa die & in illo actu omnes, ſed decem & octo tan-
tùm,quorum duo dederunt lupinos albos, & ſedecim dede-
runt nigros, ergo non fuit obtentum non ſeruata forma tra-
dita a ſtatuto.l.non dubium. C. de legi.l.cum hi.§.ſi prætor.
ff.de tranſa c.ſi cui.de elec.lib.6.cum ſimi.attento ꝙ dicta cō
ceſſio eſſet gratia,ut dixi, & eſt etiam ponderandum quòd di
ctum ſtatutum loquitur in gratijs cuiuſcunque generis, quæ
verba operantur ꝙ etiam dato ꝙ ſtrictè & propriè iſta non eſ-
ſet gratia,ſed ſolum largè & impropriè,adhuc haberet locum
6 dictum ſtatutum,iuxta no.†per Bal.in c.imperialem,in prin.
in 7.col.de prohi.feu.alie.per Fed. vbi voluit, ꝙ qñ feudum
conceditur Titio recipienti pro ſe & hæredibus ſeu ſucceſſo
ribus quibuſcunque comprehēditur etiam legatarius,cui res
illa feudalis legata eſſet,quia legatarius in re legata quodam-
modo hæres eſt.l.id tempus.§. 1.ff.de vſuc.accedit quod no.
Bal.in l.1.in 34.q.ff.de rer.diui.vbi voluit quòd ſi quis rece-
pit rem in feudum pro ſe & hæredibus quibuſcunq;, cōpte-
henduntur etiam extranei.arg.c.1.de feu.non hab. propriam
na.feu.& tamen ſi non eſſet adiecta illa dictio quibuſcunque,
non comprehenderentur hæredes extranei.c.1.§.& ſi clientu
lus,de alie.feu.& in c.fin.ſi de feu.fue.controuer.inter do.&
agna.& no.in l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb.& not. Cy.in l.liberti
7 libertæq;.C.de ope.lib.& Bar.in l.Gallus.§.etiam parente.ff.
de lib.& poſth.cum ſi.Bene facit † quod no.gl.in l. cum pœ-
na,in gl.2.ff.de arbi.& quod no.gl.in clem.1.in uerbo,quam-
uis,de re iud.per quam probatur vt ibi ponderat Io. de Imo.
quod licèt dictio alia,intelligatur de ſimili,iuxta no.in l.ſi fu
gitiui.C.de ſer.fugi.& in c.ſedes, de reſcri.tamē ſecus eſt ſi cū
dictione alia, iungatur dictio, quæuis, quia tunc etiam com-
prehenduntur maiora expreſſis. ¶Secundò principaliter mo-
ueor virtute alterius ſtatuti ſub capitulo 366.incip.Item per
obſtare,&c.in quo videtur eſſe cautum quod vt reſiſtatur, &
obuietur damnis,confuſionibus, & ſiniſtris, quæ qñque ſub
variis cauſis & coloribus inducuntur & generantur,ſtatuitur
ꝙ qñ in futurum contingeret ꝙ per modum alicuius propo-
ſitionis,petitionis aut ſupplicationis,vel aliter tentaretur ſeu
peteretur ſub nomine,cauſa vel prætextu alicuius muti,dona
tionis,auxilij,piæ ſubuentionis, vel ſubſidij aliqua quantitas
pecuniæ,vel alia res,aut ſubſtātia communis Vulterræ detur,
conſignetur,ſeu concedatur alicui, non valeat nec effectū ſor
tiatur,niſi primò obtineatur ſolenniter inter priores, & colle
gas,adeò quod omnes ſint concordes, & poſtea inter priores
ſolos,adeò ꝙ omnes ſint concordes,& poſtea inter priores,ca
pitaneos,& confalonerios,adeò quod omnes ſint concordes,
& poſtea in cōſilijs opportunis eiuſdem ciuitatis obtineatur
per ſeptem partes ex octo partibus, & etiam in dicto alio ſta-
tuto ſub rubrica,de i partiti che ſe debiano ottenere e vincere
tra ſignori priori,e loro collegi,&c.c.229.in prin. eſt etiā pro-
uiſum ꝙ in dictis caſibus de quibus, in proximo præcedenti
8 ſtatuto debet obtineri inter priores & eorū collegas, adeò ꝙ
omnes ſint in concordia,†& ſic non ſufficeret maior pars,nec
etiam ſufficeret ſi unus tantùm diſcordaret vt in clementina
ne Romani,& gl.in verbo concorditer,de ele. & melius pro-
bat gl.reputata ſingularis in c.vbi periculum. §. idem quoq;.
cum glo.in verbo,ſingulis.eo.ti.li.6. Bene facit quod legitur
& no.in c.cupientes.§.ad hoc.& c.quorundam,de elect.li.6.
& c.in cauſis.eo.tit.in antiquis.§.hodie.no.per Bal. in c.fi.de
poſtu.prælat. & in l.iuriſgentium.§.hodie.ff.de pact.cum ibi
9 no.per Bal.in lec.antiq.& etiam per Pet.de Anch.ibidem. &
no.Archi.76.diſt.dilectionis. ¶†Aduertendum eſt igitur qđ
in dicto ſtatuto & in præfationibus expreſſa & ſcripta eſt rō.
f.ut reſiſtatur & obuietur damnis, &c.quæ præfationes indi-
cant cauſam finalem.l.fi.ff.de hære.inſti. & ibi Bart. in l.1.in
prin.& ibi Bar.ff ad Maced.l.cum hi,iuxta prin.& ibi Bart.ff.
10 de tranſa.& ideo vbi † eſt ſcripta ratio in ſtatuto, fit extenſio
ex identitate rationis etiam ad alios caſus, qui quouis modo
poſſent comprehendi ſub dicto ſtatuto ſaltem inſpecta larga
ſeu impropria ſignificatione uerborum ſtatuti, vt no.per glo,
& doc.in clem.1.de elec.& in auth. vt hi qui obli.in princ.&
ibi no.Ang.& in auth. minoris debitor. C.qui tuto. dari poſ.
& no.glo.& doct.in c. videretur.per no.in 6.& in cle.j.eo.ti.
& no.Bal.in auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.ecc.in 3.q.& in
l.maximum vitium.C.de lib.præter.& in l.quamuis.C.de fi-
deic.& in l.fi.ff.de hære.inſti.& Ant.de Bu.in c.fi.de conſue.
& Moder.in c.1.de temporib.ordi.in 6.& in l.ſi verò. §.de vi
rò.ff.ſo.ma.facit quod no.Cy.in l.1.C.quæ ſit long. conſuet.
cum ergo dicta conceſſio ſapiat cauſam lucratiuam quò ad di
ctum Benutium vt in ſuperiorib.probaui,& p conſequēs ſal-
11 tem † largè poſſit dici donatio ſaltem ob cauſam, quæ etiam
largè appellatur donatio.l.1.ff.de dona.l.1. & ferè per totum.
C.de dona.quæ ſub modo.& l.1.& ferè per totum. ff.& C.de
do.cau.mor. dici etiam poteſt donatio ratione remiſſionis ga
bellæ factæ in dicta conceſſione,quia cum ex forma ſtatutorū
deberent ſolui ſex denarij pro libra æſtimationis,per conceſ-
ſionem verò huiuſmodi non tenetur Benutius ſoluere, niſi
vnum pro centenario,& remittūtur dicti denarij.l.ſi mulier.
ff.de condi.ob cau.& l.ſi quis obligatione.cum gl.ff.de regu.
iur.cum ſi.& quia iſta eſt diſpoſitio ultro citroq; obligatoria,
videtur ꝙ hoc caſu debeat ex mente partium cenſeri indiui-
dua & inſeparabilis,adeò ꝙ vtile per inutile vitietur,iuxta do
ctri.Bar.& aliorum in l.Græcè.§.illud.ff.de fideiuſſ. & aliorū
in l.ſancimus.C.de dona.& in l.1.§.pen.ff.de ver.ob.per l.Pe
dius.ff.de arb.cum ſimi.facit.l.ſi decem.ff.loc.& etiam poſſet
dici ſaltem largè auxilium ad inueniendū & eximendum qđ-
cunque genus metalli vel alterius materiæ, de quib. in dictis
12 capitulis conceſſionis fit mentio. eſt enim hoc † nouum au-
xilium ſatis latum & generale aptum conuenire quomodo-
cunque alicui ſuccurratur.l.auxilium,in prin. ff.de min.l.1.
C.de rap. vir.l.2.C.de his qui latro.l.ſerui.ff.de appe.cum ſi.
loquitur etiam dictum ſtatutum per alia verba ſatis lata & ge
neralia apta comprehendere caſum noſtrum, ibi, dum dixit,
alia res aut ſubſtantia,&c.l.1.ff.ſi cer.pe.l.rei appellatione.ff.
de ver.ſig.l.cogi.in princ. ff. ad Treb.& ibi,dum dixit,detur,
conſignetur ſeu concedatur, & de verbo detur, apparet ꝙ ſit
generale ad omnes contractus & cauſas, vt apparet in l.1.in
prin.ff.depo.l.ſi ut certo.§.nunc videndum.el ij. ff. commo.
l.ſi tibi areæ.ff.præſcr.ver.cum ſimi.& de verbo,conſignetur,
probatur in l.acceptā.C.de vſu.l.1.§.pe.ff.de ven.in poſ. mit.
l.itē in legato,circa medium.ff.de leg.3.l. Lucius.ff.de euic.
cum ſi.de verbo concedatur,probatur in l.1.cum glo.optima.
in verbo,titulo.de vſu.in 6.& in l.fi.in prin cum ibi not. per
doc.ff.de don.& in l.1.§.fi.in gl.in verbo,transferri. ff.de of.
eius cui mand.eſt iuriſ.& no.gl.& Bar.in l.vxori.§.fi.ff.de le-
ga.3.& no.per Bar.in l.vbi ita donatur.ff.de don.cau.mor.Et
per Bal.in c.Titius filios.in ti.ſi de feu.fuer.contro. inter do.
& agna.& per doc.in c.cum venerabilis, per illum tex. de ex-
13 cep.& in c.paſtoralis. de dona.¶Et dicta ratio † ſcripta in ſta-
tuto militat in dicta conceſſione facta præfato Benutio, & p̄-
ſertim cum fuerit facta conceſſio ad longum tempus,ſ.quin-
quaginta annor.quę dicitur eſſe alienatio.l.1.in fi. cum l.ſeq.
& quod ibi not.ff.ſi ager vecti.vel emph.pe.l.1.§.quod autem
ait.cum ibi no.ff.de ſuperfi.§.ſi verò aliquis.in auth.de ali. &
emph.& no.in cle.1.de reb.ecc.non alie.& habetur,in c.nul-
li.eo.ti.in antiquis.& no.doc.in l.codicillis.§.inſtituto, cū ſi.
ff.de leg.2.Attento igitur ꝙ non fuerunt ſeruata ea quæ in di
ctis ſtatutis continētur.ſequitur ꝙ dicta conceſſio nullius eſt
momenti tanquam forma non ſeruata, vt ſuprà dictum eſt.
¶Tertiò principaliter moueor ratione alterius ſtatuti ſub ru-
brica de i partiti che ſi debbiano ottenére in conſiglio genera-
li.cap.230.quo in effectu cauetur ꝙ petitiones quæ ponētur
ad partitum in generali concilio dictæ ciuitatis Vulterræ con
tinentes in ſe ꝙ concedatur, donetur, vel detur de bonis ſeu
habere communis Vulterræ debeant obtinere in conciliis per
ſeptem partes ex octo partibus conſiliariorum congregatorū
in dicto concilio,ſed in propoſito noſtro in concilio interfue
runt conſiliarij.77.in totum,de quibus fuerunt decem & no
uem lupini albi,& ſic contrarię dictæ conceſſionis, & per cō
ſequens ex calculo euidenter apparet ꝙ non fuit obtentum p
ſeptem partes ex octo partibus. Quòd autem in dicto ſtatuto
comprehendatur caſus noſter, apparet euidenter ſaltem per
14 illa uerba concedatur,donetur, vel detur.Nam uerbum†con
cedatur,eſt aptum importare vnamquamq; conceſſionē,quæ
fiat ſiue quò ad translationem dominij ſiue quò ad vſum ali-
quem vel ob aliam cauſam,vt ſuprà dixi. & nota. per Guil,de
Cug.in l.ſi quis ergo caſus.ff.de pecu.& per Iac.de But.& Sa-
ly.in l.donatione.C.de colla.& Bal.in l.cum virum. C. de fi-
deic.

deic.& in l.non ambigitur.in fi.ff.de legi. ¶Nec prædictis obstat si diceretur, ꝙ capitula dictæ concessionis tempore quo
* fuerunt proposita in consilio fuit dictum ꝙ derogabatur * in genere & in specie quibuscunque statutis, legibus & reformationibus dicti communis in contrarium disponentibus: quia respondeo quòd illa derogatio solum concernit leges, reformationes & statuta quę prohiberent ne proponerentur dicta capitula, ergo per hoc non est derogatum statuto disponenti ꝙ obtineatur per septem partes ex octo partibus consi-
15 lij.† Nam ista derogatio limitata non egreditur suos limitatos terminos.l.si domus.ff.de ser.vrb.præd.& l.si de certa.C. de transac. & ꝙ ita sit, patet, quia tempore quo proponuntur capitula prædicta in consilio adiicitur dicta clausula, s.derogatoria quibuscunque legibus & statutis contrarium dispo-
16 nentibus, quod participium † scilicet disponentibus, resoluitur in relatiuum, & verbum illius temporis.s.præsentis cuius est participium, vt no.gl.in clem.1.in verbo, dignitatibus.de præben.& Bar.in l.Centurio, de vulg.& pup.in q. qua tractat de substitutione facta ad commodum pauperum Christi. & in l.1.ad fi.ff.de condi.& dem.dum tractat de participio, sed illo præsenti tempore quo lecta sunt dicta capitula, non poterat dici ꝙ obstaret dictum statutum disponens quod obtineretur in consilio per septem partes ex octo, quia adhuc non constabat, an obtineretur per septem partes, nec de eo reuocabatur in dubiũ, & per verba ipsa derogationis apparet quòd non concernunt nisi derogationem ad statuta quæ obstaret
17 propositioni & publicationi capitulorum, † vnde succedit illud qd habetur in l.1.§.fi.cum gl.C.de lati.lib.tol.per quã dicit ibi Bald. bene probari quòd clausula derogatoria legis vel statuti contrarii reuocat seu derogat eatenus quatenus repugnantia reperit, & non in alia parte.si ergo illud ꝙ est obtentũ in dicto consilio non est legitimè obtentum, sequitur quod dictæ concessioni obstat tam dictum statutum sub.c.230.quã etiam statutum sub capitulo 47.& sub cap.365.de quib. sup. facta est mentio.Item respondeo quòd in propositione capitulorum facta in consilio fuit expositum coram dominis de consilio ꝙ dicta capitula fuerant prius obtenta per præfatos priores & collegas per solẽne partitum & secretum scrutiniũ supinis albis duobus non obstantibus, & tamen non erat verũ quòd essent obtenta per solenne partium, & ꝙ dicti duo lupini albi non obstarent, quia imò obstabant, attento quod lupini nigri fuerunt sedecim tantum, de quo non fuit facta mentio: nam debuerunt esse saltem decem & octo nigri ex forma statuti positi sub dicto ca.47.& sub dicto capitulo 239.& sic
18 dicta † concessio facta ex falsa causa & per obreptionẽ & subreptionem non tenet.l.sed si hac.§ patronum.ff.de in ius vocan.l.1.ff.de natali.resti.l.& si legibus. C.si contra ius vel vtil. pub.l.cum verò.§.subuentum.ff. de fideicom.li.l.1.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei.c.super literis.cum ibi no.de rescrip.posset etiam dici ꝙ ex consuetudine solitum est specificam & singularem derogationem fieri statutis in contrarium facientibus secundum formam concessionis factæ circa mineram raminis, vt in puncto narratur, tamen tutiores arbitror responsiones suprà datas, ideo illis magis adhæreo. ¶Non obstat etiam si diceretur ꝙ dictus Benutius habebat ignorantiam dictorũ statutorum, & quod putauit concessionem esse legitimè factã
19 † quia respondeo quod quò ad que concernunt formam [b]
b seruandam in actu, non releuat ignorantia vel rusticitas, vt not.glo.in l.ambiguitatem.C.de testa.& no.clarè Bal.in l.iurisd.ad fi.C.qui admitti ad bon.poss. possunt. facit quod not. glo.in l.iuris ignorantia.la secunda. ff. de iur. & fac. ignor. & 38.dist.in §.1.& Bar.in l.1.§.nunciatio.circa vltimam col.ff. de oper.no.nun.& Bal.in l.fi.in prin.in 3.q. C. de iure delib.
20 ¶Præterea dic.Benutius † allegat ignorantiam nõ vt damnũ euitet, sed vt lucrum ex ea sentiat, hoc autem esse non debet, vt probatur in l.si quis in graui.§.vtrum, cum ibi no.per Barto.ff.ad Sylla.& no.per Bar. in l.genero.ff.de insa. ¶Non obstat ꝙ dictus Benutius post dictam nullam concessionem dederit vnam pagam camerario iuxta contenta in dicta compositione, quamuis camerarius eodem die reddere voluit dicto Benutio allegans se per errorẽ accepisse, & dicto Benutio recusante accipere eam deposuit præfatus camerarius, quia re-
21 spondeo † quòd non potuit solus camerarius per talem rece
* ptionem in præiudicium * communitatis validare illud qd nullum erat ex causis prædictis.l.Imperatores.ff.de pact.l.pactum curatoris.C.eo.ti.l.præses.C.de trãsa.cum ibi no.& notatur in l.item magistri.ff.de pac.& colligitur etiam ex dispositione dictorum statutorum.

ADDITIONES.

* Per Magnificos Dominos Ciuitatis Volterræ.] Commune huius ciuitatis ratione præfatorum statutorum attentauit infringere aliam concesssionem, & in eius fauorem consultus respondit And.Sic.consi.56.col.6.lib.2.vbi ponit quę dicatur gratia.& de isto consi.Alexan. meminit Soc.cons.4.col.3.li.3. vbi etiam ponit quæ dicatur gratia. In simil.terminis de iure respondit Deci.consi.10.qui ad c. sedes. in primis verbis.de rescri.agit de gratia. Natta.

a ¶Gratia.Bal.c.fi.de auth.& vsu pallij.Rom.sing.457.Cur.Sen.consi.49.col.27.Iac.de S.Geor.tract.feu.ver.pręsentes & recip. col.1.Cur.Iun.trac.feu.par.1.q.7.And.Tira.rep.l.si vnquam ver.donatione largitus.nu.273.C.de reuoc.don.

* Quòd derogabatur.]Deci.in pręnotato cõsi.10.vult, difficillimè derogari posse statutis cõditis ratione publicæ vtilitatis, per clausulas derogatorias generales. Natta.

b ¶Formam.sup.lib.6.consi.165. * Hanc responsionem assert.Andr.Sic.
* consi.56.col.8.li.2. Natta.

* In præiudicium.] Adde text.in l.prohibere.§. planè.ff. quod vi aut clam.& ad eum locum Bar.qui loquitur, de legato, & text.in c.1.de vasal.qui con.Loth.& in l.1.§.fi.iuncto principio illius legis.ff.de off.proc.Cæs.facit gl.ad c.potuit.loca.quam Rui.adducit, consi.100.col.fi.lib.5. Natta.

EPITOME.

ET locatione & pensionis perceptione saltem per triginta annos probatur dominium etiam contra tertium.

CONSILIVM VIII.

Attentis his quæ præsupponuntur in themate, puto esse distinguendũ, aut q̃ritur an quò ad dicta communia & homines aggeris equorum & pontis Casalis dicatur fundata intentio monasterii Sancti Michaelis de Candiana super dictis pascuis, s.quod spectent ad monasterium prędictum. Aut quæritur quò ad dictam tertiã personam asserentem se in dictis pascuis habere causam a Magnificis gubernatoribus introituũ Serenissimi Ducalis dominii; Primò casu dico fundatam esse intentionem ecclesiæ contra dicta com-
1 munia & homines, quia † cum præsupponatur ꝙ conduxerunt ab ecclesia, & quod ecclesiæ pro dictis pascuis soluerunt annuam pensionem librarum vndecim, ex tali solutione præ-
* sumitur * ꝙ ecclesia habeat dominium, ita decidunt Iaco. de Are.Bal.Ang.& Sali.in l.Iudicia.C.de rei vend. per l.litibus C.de agric.& censit.lib.10.saltem quando illa solutio facta est per tempus decem annorum, vt ibi, & sentit hoc idem Cy.& Sali.in l.competit, ad fi.C.de præscri.30.ann.dum allegat dictam l.litibus, & idem est de mente Spe.in tit.de loca.§.nunc aliqua, ver.60.in fine.facit quod no.Bar.in l.ab re, in fi.C.vnde vi. Clarum est etiam quod vbi † conductores conueniun-
2 tur a locatore ad annuam pensionem vel ad aliud ex contractu locationis, non possunt conductores opponere ꝙ locator non sit dominus, sed proterius sit dominus. ff. commo.l.ita vt si fur.l.nec creditores.C.de pig.act.l.si quis conductionis.C.loca. ¶Præterea si ecclesia percepit dictam annuam præstationem virtute pensionis per quam dicitur probari possessio ecclesiæ, vt no.in l.qui vniuersas.§.per colonum. ff. de acqui. poss.& in l.quamuis.§.1.ubi per Bart. & legitur & notatur in c.cum venissent, de resti. spo.& continuauerit in ea possessio-
* ne saltem per annos triginta * dicitur per præscriptionem acquisiuisse dominium & potestatem uendicandi dicta bona etiam aduersus alios quàm dictos conductores. l. si quis emptionis.C.de præscri.30.ann.c.vigilanti, de præscrip. & in c.1.eo.ti.lib.6.concurrente bona fide ecclesiæ etiam absq; alio
3 tit.ut in iuribus proximè allegatis.quæ † bona fides præsumi-
a tur ex tanti [a] temporis possessione.l.fi.& ibi not.Bart.C.vnde vi.l.3.§.si seruus.ff.de acqui.poss.no.Inn.in c.2.de restitu.in integ.in gl.per monachos.& Archid.in c.1.de præscri.in 6.& Io.And.in addi.Specu.in titu.de test.§.nunc videndum, in prima additione magna.versi.Item exponunt. & Ant.in l.pe.C.quib.non obst.longi temp.præscr.& Ant.de But.in c.cum ecclesia,

ecclesia, circa ulti.colum. de causa pos. Saly.in d.l.fin.& Io.de Imo.in d.c.2.de resti.in integr.& do. Abb.in c.si diligenti,de præscr.Bene facit quod not.Bart. ff. de usucap.l.Cellus.circa pen. col.in uer. sed qualiter probabitur,dicitur ostensum.& Anto.de But.in d.c.si diligenti,dum allegant.d.l.fin. C. unde ui dicentes ꝙ bona fides præsumitur in quolibet possidente. nisi alius antiquior possessor appareat per dictam l.fin. quantò fortius ergo dicendum est ecclesiam præscripsisse in casu nostro, cum præsupponatur quod ab anno 1394. quo celebratum est dictum instrumentum, & citra, ecclesia annuatim percepit dictam pensionem. Bene faciunt no. per Spec. in loco superius. ¶ Alio etiam † fundamento efficaciter ostendit, quod dicta bona spectent ad ecclesiam prædictam, quia præsupponitur ꝙ probari potest de publica uoce & fama [b] quod dicta bona per dictam ecclesiam, ut bona ipsius ecclesiæ tenebantur etiam a centum annis citra & ultra a tanto tempore, cuius in contrarium memoria non existit, & bona ipsius ecclesiæ reputabantur,& constat quod in istis antiquis a quibus distamus saltem per annos centum sola probatio per famam sufficit,ut no.Innoc.& alii in c.ueniens, & in c.quid per notale,de uerborum signif.& Spe.in tit.de proba.§.1.uer.& noto ꝙ præscriptus,&c.& Cyn.in l.si quidem.C.solut.matri.& Saly.in l.proprietatis.C.de proba.ita intelligentes notata per glo.ibi, & per gloss.in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de neg.gest.ita etiam not.Anto.de Butr.in c.ueniens,el j.de test. & no.Bald.in auth.quas actiones.in ulti.col. C.de Sacrosan. Eccl.& in l.cum super.C.de rei uend.& in l.in bonæ fidei.in ulti.col.C.de reb.credi.& in l.conuenticulam. C. de episc.& cler.in pen.col.& ideo ibi dicit ꝙ licèt Ecclesia Romana non habeat instrumenta de ciuitatibus suis, tamen quia ista sunt de antiquo,satis est pro plena probatione, quòd proberur ita esse generalem seu communem opin.per no. per Innoc.in ca. cum causam,de iuram.calum.& in d.c.ueniens,de uerb.sign. Secundo casu principali, scilicet si quæritur quò ad dictum tertium,an sufficiant dictæ probationes,& dico quod probationes, de quibus suprà,& quælibet earum satis sunt ad probandum contra tertium excepta sola probatione annuæ pensionis per decem annos tantùm, quia illa non sufficeret contra tertium,nisi probetur de possessione temporis 30. annor. seu de solutione annua per annos triginta, uel de fama seu communi opinione per iura & rationes suprà allegatas.¶Posset etiam ecclesia contra tertium experiri possessorio remedio in quo probando de antiquiori possessione obtineret. ca.licèt causam,de probat.l.clam possidere.in princ. ff.de acqui.poss. no.doc.in l.1.C.uti pos.& in l.incerti. C. de interdi.& in l.si duo.in prin. ff.uti poss.cum simi.

ADDITIONES.

[1] Præsumitur.] Tamen instrumentum emphyteuticum non probat concedentem dominum, Barto.ad l.legata.ff.de adim.leg. Natta.

[2] Per annos 30.] Idem tradit Roman. consil. 127. Posito quòd dominium.ubi etiam dicit, quòd fidem facit contra tertium. de quibus infra Alex.in fi. Natta.

[a] Tanti supra,lib.2. consi.151.nu.7.

[b] Fama,supra lib.5.consi.16.nu.22.

EPITOME.

HABENS ius redimendi offerendo pretium in princ.quarti anni intelligitur de primo mense quarti anni,& si postea offerat,nil agit.

CONSILIVM IX.

Attentis uerbis instrumenti uidetur mihi de iure concludendum,dictum Marcum ad retro uendendum * dicto Paulo non teneri,præsertim ex infrascriptis,& in primis præsuppono quod in principio anni dicitur esse factū illud † quod factum est in primo mense anni & nó post,ut notabiliter probat Bart. in l.fur est manifestus, cū tribus legibus sequentibus. ff.de fur.eo quia annus diuiditur in duodecim partes seu menses sicut hæreditas diuiditur in 12. uncias.ut insti.eodem titu. §. hæreditas. & principium dicit prima pars,ut in auth.ad hæc.C.de iud.& l. si quis in principio testamenti. ff. de legat.3.& plenius probat Barto.in dicta l.fur.& per Bart.& Ange.in l.3.de temp.appel.& Bart. in tractatu de alueo. circa quartam colum.ita etiam not. Barto. in rubric.ff.de rerum diui.in antepenul.colum.in uersi.2. quæro qualiter dicatur principium temporis, &c. & per eundem in l.1.in princip.ff.de ori.iu. ¶ Hoc præsupposito dico ꝙ dictus Paulus ex forma dictæ conuentionis tenebatur in principio quarti anni offerre dictos quinquaginta ducatos dicto Marco ad hoc ut ipse Marcus teneretur eidem Paulo retrouēdere: cùm ergo hoc factum non fuerit in primo mense dicti quarti anni,sed solum in ultima die quarti & ultimi anni, ergo pro parte sua non adimpleuit Paulus contractum, meritò non potest etiam cogere Marcum ad obseruantiam promissionis de retrouendendo.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act. empt. l.ædiles etiam.§.fin.ff.de ædil.edic. Quod autem dicta uerba instrumenti intelligantur de initio quarti anni, patet quia in instrumento dicitur, ꝙ quandocunque & quotiescunque suprascriptus Paulus uenditor uel eius hæres dederit, & soluerit aut cū effectu dare & soluere uoluerit,& se obtulerit dicto Marco emptori vel suis hæredibus intra terminum annorū quatuor proximè futurorum,& in principio tamē anni similiter dictos ducatos quinquaginta auri, tūc & eo casu d.Mar. vel eius hæres teneatur d.Paulo retrouendere,&c.nam si non fuissent adiecta illa verba.s.in principio tñ anni,licuisset dic. Paulo offerre vltima die quarti anni, vt fecit.l.qui hoc anno. ff.de ver.ob.& l.quod quis.ff.de act.& obl.debent ergo dicta verba aliquid operari.l.si qñ.in princ.ff.de leg.1.c.si Papa.de
2 priui.in 6.& quantum † fieri pōt nullum verbum appositū in cōtractu debet esse sine virtute operādi, vt inquit Bal.in rub. C.de cōtrah.emp.in 9.q.per l.si stipulatus, in prin.ff.de vsu. & l.hanc legē.ff.de contrah.emp.sed si intelligeretur ꝙ in vltima die quarti anni d. Paulo licuisset offerre & cogere Marcū ad retrouendendū, nihil operarētur dicta verba, ergo,&c. nec dici pōt ꝙ dicta verba intelligantur de principio sequentis anni,& sic quinti anni,quia hoc stare nō pōt quia de quinto anno nulla est facta mentio in instrō.¶†Preterea vbi verba
3 contractus sunt dubia seu pñt plurib.modis intelligi, fit interpretatio ꝯ illum qui ex verbis illis se fundat.l. stipulatio ista. §.in stipula.ff.de ver.ob.& l.veterib.ff.de pac.& sic fieri debet interpretatio ꝯ Paulum qui ex dictis verbis se fundat, vt retro uenditionem consequatur,& ꝙ dicta verba non pñt intelligi de initio quinti anni,de quo suprà nulla mentio facta fuerat.
4 ¶†Probatur vltra prædicta ex illa aduersatiua tñ,de cuius aduersatiuæ natura est inducere repetitionem præcedentiū sub sequēti aduersatione, vt inquit Bal.in l.oēs populi, in 13.col. ff.de iusti.& iur.in ver. Modò quæro vtrum vnum statutum trahatur ad aliud,&c.vbi dixit,qđ si statutum disponit,quod existentib.masculis femina nō succedat ab intestato nisi in dote,facto verò testō non succedat, nisi quatenus testator ei duxerit relinquendum,certè illa verba.s.facto verò testō,debent intelligi.s.existentibus masculis. & hoc ex natura copulæ, qa dictio verò,& dictio sed est coniunctio,ergo repetitionē induci t.l.Seiæ.§.Caio.ff.de fun.instr.pro hoc ēt allegat notata per gl.insti.de rer.diui.in §.item lapilli.& cum illa decisione Bal. in d.l.oēs populi.concordat ēt Pe. de Anc.in c.canonum statuta,de consti.in vers.quærit etiam Bal.vnum statutū &c.pro hoc etiam est bona gl.in l.maritus.§. fi.ff.de adul.& ibi Bart. qui per illā gl.dicit quod si dico scholares legunt, Petrus autē currit,intelligitur Petrus.s.scholaris, vt denotat illa aduersatiua autem, quæ debet aduersari illis quæ sunt eiusdē generis. hoc ēt voluit Cyn.in auth. sacramenta puberum,in prin.C.si aduer.ven.vbi inquit,ꝙ aduersatiua iudicat quod sequētia loquantur de premissis.¶†Nec dicatur pro parte Pauli ꝙ licitū
5 sibi fuit moram purgare, & post tempus offerre iuxta.l.si ita quis.§.Seia.ff.de ver.ob. cum si.quia rñdeo, hoc non obstare, eo quia in dicto instrumento fuit appositum iuramentū contrahentiū,quo casu si illud qđ erat faciendum in termino nō fuit impletū, non est locus purgationi moræ, [a] vt concludit
a Bal.in l.si in sulā,in 5.q.ff.de ver.ob.per l.si quis maior. C.de transac.& sequitur Ange.& Mod.in d.l.si insulam,& Bald.& Ang.in l.& si post tres.ff.si quis cau.& Bald. in l.si pacto quo pēnā.C.de pac.& Sal.in l.magnam. C.de contrahē.& cōmit.
6 stip. ¶ † Secundò rñdeo quod ad actionem quærendam non est licitum actori morā purgare.l.Thaias.§. intra.ff. de fidei.

lib. & l.si intra. ff. de stat. lib. licet aliud sit quò ad actionem
iam quæsitam conseruandam, quo casu bene licet; dummodò
intra modicum tẽpus purgetur. ut in dicto §. Seia, & est com-
munis conclusio doct. in dicta l. si insulam, & in dicta l. si post
tres & in d. l. si pacto quo pœnam. Sed ita est quod Paulus uo
lebat moram purgare ad acquirendam actionem contra Mar-
cum ad retrouendendum, eo quia antequam solueret uel of-
feret Paulus dictam pecuniæ quantitatem, non non compete
7 bat dicto Paulo actio: quia † dicta conuentio fuit facta p ad-
uerbium quandocunque obtulerit, &c. propter quod disposi
tio efficitur conditionalis. l. cùm uir. ff. de condi. & demon. l.
quod pupillæ. ff. quando dies leg. ced. & no. plenè Bar. in l. 1.
ff. de condi. & demon. dum tractat de natura aduerbiorum. &
sic ante implementum dictæ conditionis, id est ante factam
obligationem pecuniẹ non fuit nata actio seu acquisita dicto
Paulo contra Marcum de retrouendendo. l. cedere diem. ff.
de uerborum signific. & l. legata. ff. de condit. & demonstrat.
ergo ad acquirendam dictam actionem non licuit dicto Pau
lo moram purgare. ¶ Prætereà, cum dicta dispositio fuerit cõ-
ditionalis, ut proximè dixi, in tali dispositione conditionali
cessat purgatio moræ, saltem quando conditio consistit in dã
do, ut in proposito nostro. l. si super. C. de transa. & ita ponde
rat Bald. ibi in fin. qui pro hoc etiam allegat dictum §. intra
& ita etiam notant Petr. & Cyn. in l. si maior annis. C. de tran
sac. & per Cyn. in l. si plures, in penult. colum. C. de condi. in-
ser. & per Bar. in l. hæc conditio si n capitolium, in fin. ff. de
condi. & demonstra. & saltem hoc procedit in casu nostro, in
quo tractabatur de actione quærenda per dictum. §. intra.
¶ Prætereà in casibus in quib. admitteretur moræ purgatio,
oportet quod purgatio fuerit facta intra modicum tempus
arbitrio iudicis. dicto §. Seia, & ibi not. plenè not. per doct. in
d. l. si insulam. & in præallegata. l. & si post tres, & in c. potuit.
de loca. non est putandum quempiam iudicantem arbitratu-
rum in causa prædicta 11. menses esse modicum interuallũ:
super hoc ultimo tamen non est opus insistere stantibus aliis
tutissimis fundamentis. ex quibus apparet purgationi mo-
ræ locum non fuisse. Et concludo dictum Paulum minimè
audiendum esse.

ADDITIONES.

* Ad retrouendendum.] Hoc idem existimat in eisdem terminis Pau.
Castr. consilio 88. uidetur dicendum, præfatum Bartholomæum,
libro 2. Natta.
a ¶ Moræ supra, lib. 3. consil. 105. num. 9. supra libro 5. consilio 76. num.
13. infra, libro 7. consilio 148. numero 6. Ias. consilio 10. colum. 2. libr.
1. Francis. Rip. rep. l. fina. quæst. 32. C. de reuo. donat. Alcia. l. si pacto
quis pœnam glo. uersic. ut fiat. C. de pact. sed hoc de æquitate cano-
nica non procedere uult Ant. Pet. re. l. 1. de iureiur. in 20. effectu. Alc.
in l. si quis maior. uer. mox. commoda. C. de transact. ego uerò simpli
citer dico non procedere.

EPITOME.

SI socius promittit non obligare bona societatis
sub pœna si contra faciat, debetur pœna tanquam ap-
posita facto.

CONSILIVM X.

AN pœna adiecta huic promissioni, scilicet de nõ obligan
do certa bona sit exigibilis si bona fuerunt obligata quã-
uis nulla facta fuerit monicio uel interpellatio: & an suffice-
ret generalis obligatio bonorum.

1 Attentis uerbis instrumenti societatis initæ inter
Lazarum Musetum & dominam Alegram
Hebræos ad mutuandum sub usuris in ciuitate Fauentiæ in
quo inter cætera continetur quod non liceat alicui ex dictis
sociis obligare aliquam rem uel pecuniam ex bancho irrequi
sitis aliis sociis & absque omnium speciali licentia, & in fine
instrumenti promissa est pœna ducentorum ducatorum, si
contrauentum fuerit; nec non uisis uerbis appositis in scriptu
ra obligationis factæ postea Florentiæ per dictum Lazarum,
in qua continetur quod dictus Lazarus constituit se debito-
rem Emanuelis de Camerino in ducatis ducentum sexaginta,
quos promisit eidem restituere tam ꝓprio nomine ipsius La-
zari, quàm uice & nomine dictorum sociorum ipsius Lazari,
obligando etiam omnia bona præsentia & futura ipsius Laza
ri, & etiam obligando quemcunque eius socium & societatẽ
Ciuitatis Fauentiæ, & cuiuscunque alterius loci & eorũ bo-
na & iura, &c. ut plenius in dicta scriptura continetur. Sen-
tio de iure omninò dictum Lazarum incidisse in dictam pœ-
nam ducentorum ducatorum, quæ de iure est exigibilis. quia
1 † pœna ista non fuit tradita dationi quantitatis, sed facto, sc.
a si obligaret aliquam rem uel pecuniam ex bancho sine specia
li omnium licentia, & constat quod pœna adiecta facto expli
cando est exigibilis de iure l. 4. §. fina. ff. si quis cau. l. Lucius,
& ibi not. ff. de act. empt. l. sciendum. & l. si dictum. ff. de eui-
ctio. & l. promissis. C. de transac. not. gl. & doct. in l. cum alle-
gas. C. de usu. & in l. Iul. §. idem Papinianus. ff. de act. empt. &
Bart. in l. cum seruus. ff. de condit. & demonst. & Ange. & alii
post eũ plenè in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerborum obli-
gatio. & doc. in c. suam, de pœ. & in ca. dilecti, de arbi. ¶ Nec
obst. si diceretur quòd statuto loci sub rubrica de pœna non
soluentis debitum, cauetur quòd quicunque debuerit pecu-
niam alicui uel aliquid aliud dare uel facere sub pœna, & nõ
soluerit. dederit, uel fecerit ad diem statutum in promissione
contractus uel obligationis sine aliquo instrumento, uel in-
tra unum mensem denũtiatione facta ei a creditore, ubi dies
non esset apposita, possit creditor petere pœnam, quia respon
deo ꝙ statutum loquitur in eo qui esset obligatus ad dãdum
uel faciendum, sed in casu nostro Lazarus erat obligatus ad
non faciendum, id est ad non obligandum aliquam pecuniã
2 uel rem ex bancho, & propriè † accipiendo regulariter aliud
* est non facere, aliud est* facere. l. ubi autem non apparet. §. si
id quod in faciendo. ff. de uerborum oblig & ibi not. Petr. de
3 Anch. & l. quoties, † la 1. §. fin. ff. de serui. tit. generali. & præ-
sertim in materia de qua tractamus, quia ut signanter dicit
b Inno.[b] in c. extirpandæ, de præb. quando pœna uenit commit
tenda pro facto negatiuo, id est pro aliqua omissione uel ne-
gligentia, requiritur monitio uel interpellatio, c. ex parte, cũ
tribus sequentibus. de cler. non resi. l. si ex legati causa. ff. de
uerborum obliga. sed ubi uenit committenda pro facto affir-
matiuo, tunc pœna committitur eo ipso quod illud factum
affirmatiuum explicabitur, absque eo quod præcesserit ali-
qua monitio uel interpellatio. ca. de multa, de præb. 18. quæ-
stio. 4. si quis suadente, l. 1. C. de secun. nup. quia non facta la-
tent. sed facta patent, secundum Innoc. in dicto ca. extirpan-
dæ. cum quo ibi transit Hostien. Ioan. Andr. & communiter
alii. & not. Archid. Ioan. Andr. & Moder. in ca. licèt canon. de
de elec. libro 6. & Archid. 5. quæstio. 1. in ca. 1. & Ioan. And.
in c. excommunicationi. de rap. & in ca. 2. de Magistris. & Bal.
in l. & si post tres, in lect. ordinaria, in 8. colum. ff. si quis cau.
& in authen. hoc amplius in 2. colum. C. de fideicommiss. &
in l. magnam. C. de contrahend. & commit. stipul. & Bald. &
Ioan. de Imo. in l. suus quoque. §. sed & si filio. ff. de hær. insti.
& in l. si mora. ff. solu. matrimo. & Bald. in c. primò, §. publica
latrones. de pace tenen. & in authen. & omninò. in penul. col.
C. ne uxor pro mari. & in l. qui crimen. per illum text. C. qui
accus. non poss. & in l. 2. C. de spons. cum ergo tractemus de
pœna quæ ueniebat committenda propter factum affirmati-
uum, scilicet propter obligationem dictorum bonorũ facien
dam per Lazarum meritò nulla requirebatur interpellatio.
¶ Præterea responderi posset quòd dictum statutum non ne-
gat pœnam prædictam peti non posse, quamuis non fuerit fa-
cta interpellatio, nisi a contrario sensu statuti, quod quidem
argumentum † a contrario sensu non habet locum in statu-
4 to, quod corrigeret ius commune. l. pręcipimus. C. de appel.
l. apud antiquos. & ibi doc. C. de fur. not. Barto. & doct. in l.
l. §. primò, ff. de offi. eius cui mand. est iurisdic. & in l. omnes
populi. in 6. q. princip. de iusti. & iure. cum suis concord. sed
si in casu nostro diceremus per dictum statutum induci pœ-
nam non committi nisi facta interpellatione, esset contra ius
commune, ut patet per ea quæ dixi suprà allegando nota-
ta per Inno. & alios in dicto ca. extirpandæ, cum aliis concor-
dan. suprà, alleg. præcedens tamen responsio potior est, & per
hæc non insisto circa quandam protestationem factam pro
parte dictæ Alegræ. quia non fuit necessaria, ut patet ex præ-
dictis.

dictis. ¶ Quòd autem dictus Lazarus obligauerit dicta res Banchi contra formam suæ promissionis, patet satis expresse per illa uerba uulgaria posita in dicta scripta, dum dicitur, dicto Lazaro in dicto modo è no me obliga al ditto Manuelle presente come di sopra per se & suoi heredi e beni presenti & futuri. & etiamdio qualunq; suo compagno e compagnia de la Citade di Faenza e di qualunque altro loco e loro beni ragione.&c. Et sic dixit quod obligat bona cuiuscunque socii & societatis Fauentiæ, & sic si obligauit bona cuiuscunque societatis Fauentiæ, sequitur quod deuenit ad speciem obligationis bonorum dicti Banchi sine uoluntate & licentia sociorum, meritò non uidetur ꝙ possit quouismodo se a dicta pœna defendere? licèt † enim in generali obligatione bonorũ non uenissent bona prohibita obligari sub pœna, per l. obligatione generali. ff. de pign. & l. 1. C. quæ res pig. obli. pos. & ibi hoc expresse no. Bal. & clarè Bar. in l. codicillis. §. institutio. ff. de leg. 2. & Bald. in l. uoluntas. ad fin. C. de fideicom. ubi ad hoc allegat tex. in c. 1. de capi. qui cur. uend. & ibi etiam Bal. & quod habetur in c. in generali, in tit. si de feu. fue. contr. inter do. & agna. & no. Bald. in l. si constante. §. si maritus. ff. sol. matrim. & Ang. in auth. de resti. & ea quæ par. in prin. per ibi notata per glo. tamen in casu nostro Lazarus non fuit contentus in obligatione generali omnium bonorum sed etiam deuenit ad speciem obligãdo etiam bona cuiuscunque socii & societatis Fauentiæ, & etiam ipsum socium & societatem, ut ex uerbis prædictis clarè apparet: unde in incertis non certis est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum oblig. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. Ex quibus cõcludo dictam pœnam fuisse & esse commissam eum exactionis effectu contra dictum Lazarum.

ADDITIONES.

Facto.] Adde not. supra libr. 2. consil. 119. Matth. Afflic. decis. Nea. 135. Aliud est.] Hac de re ponit glo. & ibi Docto. ad l. 2. in prin. ff. de uerborum oblig. Natta.

¶ Inno. sequitur Alex. l. si mora. colum. 6. sol. matrim. Petr. de Ancha. consil. 65. & in c. licet can. ubi Gemi. Phi. Frauc. de elec. in 6. gl. pragma. de ele. §. sequuntur uerb. prouideatur doct. in l. 1. C. de his quib. ut indi. Iaso. l. non solum. §. morte, colum. 21. de ope. no. nun. l. ita stipulatus, colum. 10. de uerborum oblig. sed aliter sentit Panor. ca. extirpandæ. rep. §. qui uerò. colum. 7. de præben. Clauasi. uer. pœna. §. 4. Io. de Sel. tra. de beneficio par. 4. q. 4. uide Ang. de Ari. in addi. ad Ange. Aret. de malef. uer. quas si non soluerit, in fin. Are. consil. 149. col. 3. Hyppo. Marsi. sing. 341. Dec. consil. 605. * De hoc dicto uide Fely. ad ca. 2. de magis. & Alex. ad l. ita stipulatus. colum. 3. de uerborũ obliga. & in no. casu Afflic. decis. 370. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio principis parte in audita non ualet. 12. 13.*
2 *Scientia certa principis non potest probari nisi per ipsum rescriptum in præiudicium tertij.*
4 *Citatio in concessione priuilegij non est necessaria.*
6 *Princeps in dubio non præsumitur uti plenitudine potestatis.*
Comes Palatinus ex generali concessione potest legitimare & infantes ad eorum commodum si postea ratificent.
Indultum Imperatoris non ualet ubi pars non fecit mentionẽ de declaratione alterius principis habentis transfusa iura Imperialia.
Impetratio tacita dispensatione uel exceptione aduersarij non ualet.
Verba, debent interpretari ut est uerisimilius utque cesset correctio. 19.
Exceptio ualet de iure tertij in totum exclusiuo actoris.
Substitutio quando interpretatur, vt sit directa. 22.

CONSILIVM XI.

Alias consului legitimationem factam a nobili uiro Angelo de la Lacta Comite Palatino de filiis q. Gabrielis de Balduchinis infantibus legitimatis ualere, non obstantibus his quę in contrarium adducebantur. Et ex post etiam fuit per Illustrissimum dominũ Ducem Mediolani declaratum dictam legitimationem ualere, acsi Comes qui legitimauit, habuisset mandatum legitimãdi infantes. modò uerò agitur interdicto quorum bonorum per Marcum Antonium Francisci de Balduchinis tanquam hæredem ab intestato dicti Gabrielis, contra dictos filios legitimatos: qui a dicto Gabriele patre suo hæredes instituti fuerunt, & ad infringendum dictam legitimationem producunt quandam assertam declarationem Imperatoris, qua nuper dicitur fuisse declaratum dictum Angelum de la Lacta nullam facultatem legitimãdi infantes habuisse, nec literas suas se ad hoc extẽdere, & propterea dictam legitimationem fuisse nullam, & omnia eiusdem legitimationis prętextu inde secuta nõ ualere. & etiam dicatur præfatũ Ducem nuper declarasse suæ intentionis fuisse & esse per dictam suam priorem declarationem nullam afferre præiudicium tertio. & quatenus concerneret uel concernere posset quoduis pręiudicium iuribus tertii, reducit res ad eum statum, in quo erant ante ipsam priorem declarationem ipsius Ducis. Tamen præmissis non obstantibus, sentio dictos legitimatos fouere iustitiam, & dictũ Marcum Antonium proculdubio obtinere non posse. Quoniam legitimatio prædicta fuit ualida, ut in priore cõsilio de-
a duxi: [a] ubi puto ostendisse defectum * infantiæ non obstare,
* nec alios tunc allegatos defectus, & quantum ad hoc & ad ea quæ tunc scripsi, & quæ etiam in præsentiarum legere & discutere uolui me refero. ¶ Nec habet obstare prædicta asserta declaratio Imperatoris, quia respondeo ꝙ est nullius momẽ-
1 ti, Primò † quia neque dicti legitimati neque dictus Comes ad id fuerunt citati nec erant præsentes: & ideo non tenet declaratio Principis, ut est text. cum glo. in l. fina. C. de legat. & ibi Bald. reputat ad hoc illum text. cum glo. esse bene no. & ut
* ipse ibi inquit: etiam loquitur ille tex. quando sententia* Principis ueniret ad declarandum aliquod dubium iuris. & non est mirum secundum Bald. quia citatur quis ut se defendat, & talis defensio est de iure gentium seu naturali, ideo tolli nõ potest. in clemen. pastoralis, de re iudi. l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. & quod coram Principe requiratur citatio uel præsentia, etiam probatur in l. adoptio non iure facta, cum l. seq. & ibi not. glo. Bart. ff. de adop. & in c. 1. de cau. pos. & propric. ubi Papa inquit, nec nos contra inauditam partẽ aliquid possumus diffinire. & not. Ange. in l. Princeps. ff. de legi. & Salic. in l. nec causas. C. de app. saltem ut ibi dicit Sali. quando Prin-
* ceps * aliquid declarat, & non facit ex certa scientia, quia non ualet parte non uocata, per text. in d. clemen. pastoralis. nisi quando priuilegium concedit iusta subsistente causa, per no-
2 tata per glo. in l. is qui. rei. ff. quib. ex cau. maior. ¶ † Nec ta-
b lis clausula ex certa scientia est inserta [b] in dicta declaratione Principis, & ideo non potest dici factum fuisse a Principe ex certa scientia, ut not. glo. in clemen. 2. in fi. de rescrip. & in ca. statutum, in glo. in uer. literarum, eodem titul. libro 6. per id quod habetur in ca. si motu proprio, de præbend. in 6. saltem quando tractatur de præiudicio tertii, ut in casu nostro. ita no. Bald. in l. fina. C. sent. rescin. non poss. aliàs posset probari aliter certa scientia, puta per testes secundum Bald. ibi per l. quidam consulebant. ff. de re iudica. & l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tuto. & not. Bald. in ca. primò, in princip. in titulo per quos fiat inuesti. & in l. eos. in prin. C. de appel. & in c. naturales. in titulo si de feudo fuerit controuersia inter do. & agna. & in præludiis feudorum, in 13. col. ubi sequitur gl. in d. cle. 2. quam ad hoc reputat singularem Ioan. de Imol. in d. l. quidã
* consulebant. in 7. col. Quinimo * dici non potest aliter constare de certa scientia principis per id quod narratum sit in dicta declaratione principis, quia ibi non est insertus tenor priuilegii dicti comitis, cuius priuilegij vigore fuit facta legitimatio, nam si insertus fuisset, posset dici principem de ipso tenore priuilegii habuisse scientiam, vt no. Archi. 7. qõ. 1. præsentium. & not. docto. in c. porrecta, & in c. examinata
3 & in c. pe. de confirmatione vtili vel inutili. ¶ † Et licet in dicta declaratoria dicatur, visis per nos literis priuilegij & legitimationis, seu earum verbis transumptis, tamen potuissent esse aliæ literæ priuilegij dicit Angeli, quam istæ quibus vsus est Angelus in legitimando dictos infantes, & quod hęc pluralitas priuilegiorum possit obiici contra dictum Marcũ Antonium, patet ex eo, quia Imperator dicit ꝙ literæ priuilegij sibi exhibitæ non se extendunt ad hoc ꝙ dictus Angelus, haberet potestatem legitimandi infantes, & tñ in veritate li-

teræ priuilegii quibus usus est dictus Angelus legitimãdo se extendunt ad illud ut patet ex his quæ deduxi in priore consilio, ergo cum ista concessio priuilegiorum possit esse multiplicabilis, satis ex hoc colligitur pluralitas, ita notant Iac. But. Bald. & Sali. in l. 2. C. de errore aduoca. alia ratione etiam patet dici non posse quod ex certa scientia fecerit dictam declarationem princeps, quia priuilegio legitimandi quo usus est dictus Angelus non est specialiter nominatus dictus Angelus sed antecessores sui, quorum ipse est descendens & senior: & in priuilegio prædicto continetur quod post mortem illorũ Comitum de la Lacta nominatorum specialiter in dicto priuilegio descendens senior ex eis posset legitimare quoscunque &c. & in dicta declaratione Imperatoris & in petitione facta coram eo non narratur quod dictus Angelus fuerit de descendentibus dictorum Comitum de la Lacta nominatorũ in dicto priuilegio, & quod esset senior & literatus prout in dicto priuilegio continetur, quomodo ergo poterat imperator declarare ꝙ Angelus de la Lacta haberet potestatem legitimandi etiam si uidisset Imperator dictum priuilegium cũ suæ Maiestati non constaret neque sibi narratum esset istum Angelum esse de dictis descendentib. & seniorem, ita ꝙ proculdubio dici non potest Imperatorem processisse ad dictam declarationem ex certa scientia, saltem alio non probato uel

4 producto quàm dicta declaratione. ¶ † Et ꝙ requireretur præsentia uel citatio coram principe, ultra prædicta tenuit Bart. in l. 2. C. de tem. appel. ubi concludit quod quando a principe impetratur priuilegium non est necessaria * citatio partis: ut in d. l. 2. & intelligit ibi Bart. esse uerum in his quæ partem non lædunt uel lædunt modicè, seu causæ cognitionem non requirunt, ut ibi. & l. quoties. C. de preci. Impera. offer. secus in his quæ partem multum læderent, uel causæ cognitionem requirerent, per l. 2. ff. de natali. resti. & d. l. nam ita diuus. & nota. etiam Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. ¶ Et secundum hæc procedit id quod no. Bart. in l. fi. C. quib. res iud. non no. in l. fin. in ult. col. C. de fruc. & lit. expen. dum dicit ꝙ princeps potest concedere priuilegium parte non citata, ut etiam dicit Ioan. de Imo. in c. cum dilecta, de confirma. uti. uel inuti. per ibi nota. Et ꝙ requireretur citatio in proposito nostro coram principe propter præiudiciũ, probatur etiam in c. inter quatuor, & ibi hoc not. Io. And. de maiori. & obe. & Host. & Io. And. in ca. in nostra. de procurato. & Ludo. Ro. in l. si quis arbitratu. in 3. col. ff. de uerb. obl. ¶ Et posito ꝙ secundum † aliquos Imperator de plenitudine potesta-

5 tis possit tollere citationem, ut per Io. Andr. in d. c. in nostra, & in d. c. 1. de causa posses. & Bart. in d. §. & quid si tantum. & in c. proposuit, de concessio. præben. & l. 2. in fi. ff. de nata. re-

6 stitu. tamen in proposito † nostro non potest allegari ꝙ princeps de plenitudine potestatis fecerit: quia in dicta declaratione princeps non apponit aliquàm clausulam, non obstante lege, uel ex certa scientia, uel similem per quam appareat eum uelle uti plenitudine potestatis, iuxta notata per gl. in c. ad hæc, de rescrip. & per glo. & Bal. in l. eos. in princ. C. de appellatio. & glo. in l. fi. C. si contra ius. & per doc. in c. quę in ecclesiarum. de constit. & in dubio [c] non præsumitur principem

c uelle uti plenitudine potestatis, ut not. Inno. in c. innotuit, de elect. & Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscr. bene facit. l. quanquam. & quod ibi Bal. & l. in testamento. C. de testamen. mili. & l. ex facto in prin. ff. de uulg. & pup. & no. Bal. in d. ca. 1. §. item sacramenta. de pace iura. fir. quod quamuis rex donans filio suo in potestate possit authoritate regia facere ꝙ donatio ualeat, per l. pe. C. de donatio. inter uirum iuncta. l. 2. C. de inoffi. donatio. tamen requiritur quod ipse rex hoc exprimat, scilicet ꝙ uelit uti illa plenitudine potestatis. ar. l. bonorum. C. qui admit. & ideo uidemus ꝙ quando princeps aliquid rescribit uel disponit contra ius, non ualet nisi cũ clausula, nõ obstante lege, ut l. rescripta. & l. nec dãnosa. C. de preci. Imperato. offe. & l. fin. C. si contra ius uel uti. pub. & in dictis locis plenè no. & in d. c. quæ in ecclesiarum. ¶ Nec p̃-

7 dictis † obstat si diceretur, princeps potest ex causa tollere ea quæ sunt iuris naturalis uel gentium, ut plenè per Cyn. post glo. in d. l. fin. C. si contra ius uel uti. pub. & per glo. & doc. in l. 1. ff. de consti. prin. & per doc. in d. c. quæ in ecclesiarum. & in principe præsumitur causa, ut no. Cyn. in d. l. rescrip. & Iaco. Butr. in d. l. fi. C. si contra ius cum suis concordantiis, ergo ita dicamus in casu nostro ꝙ potuerit tollere citationem, facit quod no. glo. in l. is qui. ff. quibus ex causis maio. quia respondeo primo secundum quod dicit Saly. in d. l. nec causas. C. de appel. & dominus Abb. in d. c. 1. de causa posses. & in ca. cum olim, de re iudic. ꝙ hoc posset procedere quando princeps faceret ex certa scientia seu plenitudine potestatis, alias non, per dictam cle. pastoralis. & d. ca. 1. de caus. posses. sed in casu nostro non potest dici quòd ex certa scientia uel de plenitudine potestatis faceret prout est deductũ superius. plus tenet do. Card. & do. Abb. in d. c. 1. de causa possessio. per illã tex. & per d. clem. pastoralis. quòd nullo modo princeps posset tollere dictum defectum citationis, & mouetur etiam per d. l. fi. C. de leg. cum ibi no. per glo. & Bal. ubi expresse Bal. colligit quod contra senteutiam principis potest opponi de nullitate, quando est lata sine citatione, sed (ut dixi) satis est quòd princeps in dicto casu non utitur clausula, ex certa scientia, nec de plenitudine potestatis. imò, ut dixi supra ex contentis in declaratione principis non apparet quod habuerit princeps certam scientiam totius negotii, prout requirebatur.

8 ¶ Posset etiam aliter responderi, quod † alia ratione non potuisset dictus princeps tollere citationem dictorum legitimatorum. quia possunt dicere se non esse subditos Imperatoris. & contra non subditum clarum est ꝙ non potest tollere citationem, nec uti plenitudine potestatis, ut notat Bal. & Sali. in

9 d. l. nec causas. & patet. per d. cle. pastoralis. ¶ † Quod aũt dicti legitimati non sint subditi Imperatoris patet quia sunt subditi præfati * excellentissimi Ducis qui non cognoscit superiorem neque antecessores sui recognouerunt à tanto tempore citra cuius in contrarium non est memoria ut est notorium in territorio suo habet enim * præfatus Dux [d] iura Imperialia

d in terris suis, & in eis exercet illam iurisdictionem quam facit Imperator in terris Imperii, ut etiam extat confessio uera uel tacita dicti Francisci, & Marci Antonii de Balduchinis. & per consequens subditi præfati Ducis, saltem quò ad ea quæ geruntur in terris Ducis, non dicuntur esse subditi Imperatoris, sed Ducis. sicut etiam ipse Dux non dicitur subditus Imperatoris stantibus prædictis per id quod habetur in c. per uenerabilem, qui filii sint legitimi. & c. super quibusdam. §. præterea. de uerbo. sig. & no. Bart. in l. infamem. ff. de pub. iudic. & in l. hostes. ff. de capti. & in l. relegati. ff. de pę. & in l. 3. in prin. ff. de minor. & in l. 1. §. de qua re. ff. de postu. & in l. proxime. ff. de his qui in testamen. delen. & Io. And. in c. cum te. de re iudica. & Innoc. in c. cum P. tabel. de fide instru. & Io. Andr. in addi. Spec. de instru. edi. §. porro. in addi. incip. hæc subscriptio, in fi. cum simil. & expresse in Duce Mediolani, ꝙ ualeát gesta ab eo sicut gesta ab Imperatore etiam si sint de reseruatis principi consuluit Pau. * de Castr. in consi. 225. * incip. Super primo dubio. ¶ Facit quod not. Paul. de Leazar. † in clem.

10 præsenti. de censi. ubi dixit esse præscriptibile quòd quis nõ subsit Imperio, licet non sit præscriptibile quod quis non subsit Papæ, ut in extrauaganti Bonifacii quæ incipit, unam sanctam. & ratio quare possit præscribi quod quis non subsit Imperio est, quia Imperator iurisdictionem habuit & habet a populo & exercitu 94. distin. legib. & hodie habet iurisdictionem Imperator ab ecclesia, cuius est fidelis, ut in clemen. Romani de iureiurand. & habet eam sine præiudicio eorum qui non subsunt Imperio, ut est Rex Franciæ, ut in dicto ca. per uenerabilem, & aliorum similium, ut ibi per eum. Et quã-

11 uis dicti filii Gabrielis non essent subditi Imperatoris, † tamen ualuisset legitimatio eorum impetrata a Comite Palatino de uoluntate præfati Ducis, cum sit actus uoluntariæ iurisdictionis. l. 2. ff. de off. proconsul. l. emancipari. ff. de adop. l. apud proconsul. ff. de manu. uindic. & l. fin. cum glo. ff. de offic. præfec. urb. & nota. in ca. in omni de offic. leg. iunctis not. per glo. in d. cap. per uenerabilem. in gloss. 2. & ibi hoc tenet Hostien. & Io. And. Gaspar. de Cal. & domi. Cardin. Florent. ibidem, & Iacob. de Belui. in disputatio. quæ incipit, Pater habens &c. quam ponit in authen. quibus mo. na. effi. sui. in §. & quoniam. & Barto. in suo consil. 81. incip. Viso instrumento legitimationis & Ioannes Cald. in consilio 3. sub rubrica, qui filii sint legitimi. incipien. Habens potestatem ab Imperatore. & Bald. in principio. C. & Angelus in dicta l. apud proconsulem. & in dicta l. emancipari, per Salycet. in principio fforum & in principio. C. & Paulus de Castr. consilio 125. lib. 2. Dubita-

2. Dubitatur primo an Comes &c. & est communis opinio quando legitimatio est facta ad instantiam partis adhuc uiuentis, & cum licentia domini loci, in quo fit legitimatio. ¶ Non obstat etiam prædictis si diceretur, quòd in interpreta
11 tione † declaratiua uerbi ambigui facienda per principem non requiritur citatio partis, per no. per Inn. in c. olim tibi. de uerb. sig. & per ea quæ etiam traduntur per Pau. de Cast. in cōsil. 51. ubi concludunt quod interpretatio seu declaratio uerborum dubiorum potest a principe fieri parte non uocata saltem quando fit extra iudicium per tex. in d. ca. olim tibi. & in c. seq. ergo potuit Imperator declarare uerba dubia dicti priuilegii legitimandi, an comprehendant potestatem legitimandi infantes. recurrendum enim est ad principem, quando dubitatur de interpretatione priuilegii a se concessi. l. Neratius. ff. de re. iur. c. dilectos, de uerb. signif. facit. l. nam donatio. C.
13 de legi. & l. & ideo. ff. eo. tit. Quia respondeo, † q; text. in d. c. olim tibi, & docto. & Pau. de Cast. in consi. pręallegato loquūtur quando erat contentio solum de ambiguitate uerborum priuilegii, & princeps exprimendo tenorem uerborum priuilegii, interpretabatur quid uerba illa ambigua importarent, tunc enim bene apparet principem ex certa scientia facere cū exprimit tenorem,[e] ut inquit Io. And. in c. uenerabilis, in fin. per illum tex. de confirma. uti. uel inuti. & Arch. 7. q. 1. præsentium. sed in proposito nostro nulla est facta expressio tenoris priuilegii aut eius uerborum in dicta declaratione, imò nec ex ipsa declaratione apparet q; loquat̃ de priuilegio quo usus est dictus Ang. legitimando dictos filios Gabrielis, quia non exprimit Imperator se uidisse priuilegium cōcessum Federico & Petro Ioannis de la Lacta, quod quidem est priuilegium quo usus est d. Angelus, in quo quidem priuilegio non est specificè expressum nomen Angeli, sed in genere nominātur descendentes prædictorum, & Imperator in dicta declaratione non nominat dictum Angelum tanquam de descendentibus d. Federici & Petri, unde potuit ostendi Imperatori unū priuilegium legitimandi concessum cuicunque, in quo non comprehendebatur potestas legitimandi infantes, & Imperator iustè motus fuisset ad declarādum, quod uigore illius priuilegii Angelus non habeat dictam potestatem legitimandi, & non exprimitur aliquo modo quod fuerit istud priuilegiū,
14 quod uidit Imperator. ¶ Secundò respondeo, † quod dato qđ dicta uerba narratiua principis in dicta declaratione apposita expressissent clarè quod Imperator uiderat priuilegium dicti Angeli seu eius uerum transumptum, ut ibi dicitur, non facerent fidem quò ad præiudicium nō subditi, quod illud fuerit uerum transumptum quamuis quò ad subditum facerent fidem, iuxta cle. literis. de prob. & quod quo ad non subditū non faciant fidem, uoluit no. do. Abb. in c. ad audientiā, circa tertiam col. de præscr. per no. per Inn. in c. inquisitioni. in fin. de senten. excomm. & Pau. de Cast. lib. 2. consi. 46. incip. Viso & examinato &c. quod autem non sint subditi Imperatoris dicti filii Gabrielis fuit dictum supra. ¶ Tertio respondeo qđ dicta declaratio [f] non fuit interpretatio uerborum dubiorum priuilegii, imò inspectis eius uerbis dirimeret omnem cōtrouersiam tanquàm diffinitiua sententia, quia pronunciat legitimationem non ualuisse, & omnia inde sequuta fuisse & esse nulla: nec Franciscum seu Marcum Antoniū huiusmodi hæreditate aliquo modo lædi posse. clarum enim apparet hoc excedere terminos declarationis uerborum dubiorum. nam
15 posito, † & non concesso, quod habens potestatem legitimandi simpliciter non diceretur habere potestatem legitimandi infantes, intelligitur quo ad eorum præiudicium, scilicet ne absque eorum uoluntate deducantur in patriam potestatem ibi primò erat sui iuris. §. generaliter. in auth. quibus mo. nat. effi. sui tamen eis postea existentibus post infantiam & legitimè ratificantibus legitimationem eis utilem & fauorabilem, nihil repugnat quin tunc legitimatio sumat effectum, ut dixi in priori consi. & ideo ista determinatio Imperatoris nō fuit mera declaratio uerbi ambigui priuilegii, sed fuit modificatio per quam decideretur ēt de uirtute ratificationis legitimationis prædictę. sed ubi superior modificationem facit circa uerba priuilegii, tunc requiritur quod pars uocetur scđm doct. communiter in d. c. olim tibi. per id quod hr̃ in ca. nup. de deci. & in c. his, de uer. sig. si ergo uoluisset Imperator facere declarationem uerbi ambigui, habebat solum dicere q; talia & talia uerba non important potestatem legitimādi infantes, non autē diffinire oīa ea de quibus in declaratione. ¶ Plus uoluit Spe. in tit. de rescr. præsen. §. fin. uersic. Item quo ad rescripti interpretationem. quod quando tractatur de interpretatione rescripti principis debeat pars citari: patet dum allegat. l. nam ita diuus. ff. de adop. quod saltem procedit in casu nostro per supradicta. & no. Bald. in l. fi. C. de leg. per illū tex.
16 cum glo. ¶ Alia † principali ratione etiam non habet obstare dicta declaratio Imperatoris facta ad postulationem partis: quia ante dictam declarationem præfatus Dux auditis & intellectis partibus & causæ cognitione interueniente decreuit dictam legitimationem ualere, non obstante allegato defectu infantilis ætatis, & de dicta declaratione Ducis habentis in se transfusa iura imperialia & supremā potestatem in terris suis nulla fuit facta mentio Imperatori, merito non ualet declaratio & indultum Imperatoris. c. inter dilectos, uer. instrumentum. de fide instr. l. fi. C. sen. rescin. non pos. Attento maximè q; (ut fatetur pars aduersa) in processu decreta, dispensationes & priuilegia præfati Ducis seruantur in terris suis inuiolabiliter, & quod in dictis locis Dux habet supremam potestatē, ut est dictum. imò nō potuisset Imperator dictam declarationem Ducis tollere maximè sine clausula non obstante, uel sine clausula, ut legitur & notatur in d. l. fi. C. sen. rescin. & in l.
17 causas. C. de transac. Pro hoc † etiam facit, quia nisi in impetratione fiat mentio de dispensatione concessa aduersario uitiat̃ impetratio. c. ex parte tua, de fi. presby. & idem si non facit mentionem de exceptione competente aduersario. cap. in nostra. de procura. & plenè not. in c. super literis. de rescript. ergo cum de dicta declaratione Ducis continente dispensationem super ætate quatenus expediret, non sit facta mentio, nō ualuit impetratio facta ab Imperatore. non enim est putandū quod si Imperatori fuisset expressum dominum Ducem ita declarasse & decreuisse, & quod decreta domini Ducis inuiolabiliter obseruabantur in terris suis, tanquam decreta domini habentis supremam potestatem. Imperator processisset ad declarationem, ad quam processit, ne honorem suæ maiestatis sub hoc discrimine ponere, uidelicet quod postea contingere posset magis obseruari in terris domini Ducis, quàm decretum Imperatoris, vt hæc probantur. 12. q. j. nolo. in l. Iul. ff. si quis omissa cau. test. iuncto d. c. super literis, de rescrip. ¶ Nec ad hoc obstat si diceretur q; declaratio domini Ducis fuit postea reuocata, uel saltem non trahebatur ad præiudicium tertii, vt patet ex suis literis postea emanatis & ex decre-
* tis * Ducalibus prouidentibus quod non intelligatur * dero-
* gatum iuri tertii, & prout etiam in dubio intelligitur esse de mente principis. c. super eo. de offi. deleg. l. ex facto. in prin. ff. de uulg. & pupil. quia respondeo primò quod declaratio Ducis quo ad istud propositum non fuit reuocata per suā excellentiam, sed solū declarauit quod non intellexit afferre præiudicium iuribus alicuius tertii, & ita attestatur quod sua declaratio prædicta non afferrebat præiudicium tertio. & ideo patet quod uult præfatus Dux qđ legitimatio uires habeat, non autem quod sit nullius momenti cuius contrariū expresse dictat declaratio Imperatoris, s. quod sit nullius momenti. quod si Imperatori fuisset expressum, nō processisset ad dictā declarationem, per ea quæ suprà proximè dicta sunt. & licet pręfatus Dux subiungat in dictis ultimis literis qđ quatenus sua prima declaratio concerneret uel concerneret posse pręiudicium quoduis ipsis iuribus tertii res oēs in eo statu fuisse & esse intelligatur, in quibus erat ante ipsam primam declarationem, cui eo casu quantum ad hoc derogat, tñ dico q; omninò Dux uult suam declarationē factam super robore dictæ legitimationis ualere quo ad ea quæ non concernunt præiudicium tertii & sic non uult quod legitimatio sit nullius momenti, cuius contrarium uult declaratio Imperatoris, ut iam dixi. ¶ Præterea dato quod Dux per ultimas literas declarauerit nolle & noluisse suam primam declarationem ualere ad præiudicium tertii, & tñ non per hoc sequitur, quod d. Franciscus & Marcus Antonius allegare possunt dictam legitimationem non ualere quo ad eos, quia dato quod prima declaratio domini Ducis roborasset dictam legitimationem, non per hoc afferebatur ullum præiudicium dictis Francisco & Marco Antonio etiam si legitimatio prius fuisset nulla, quia attenta substitutione facta in testamento per dictum Ga-

briele dictis filiis suis hæreditas uerteretur ad substitutum ex capite uulgaris substitutionis comprehensæ in substitutione prædicta, ut probaui in primo consi. in secundo & tertio dubio, & per consequens per causam testati excluduntur Fräciscus & Marcus Antonius ab intestato, l. antequàm. C. com. de suc. l. quamdiu. ff. de acq. hær. & hoc potuit sentire præfatus Dux in suis ultimis literis dum respondendo supplicationi & petitioni dictorum Francisci & Marci Antonii asserentium primam declarationem & confirmationem Ducis fuisse factã in præiudicium ipsorum supplicantiũ, præfatus Dux respondet dictam suã confirmationem seu dictas primas suas literas non afferre præiudicium tertio. nam aut Dux dum dicit non afferri præiudicium tertio, intellexit de dictis Francisco & Marco Antonio: & tunc comprehẽditur eũ fuisse motum ad hoc dicendum: quia in dictis primis literis facta erat mentio de dicta substitutione, & per consequens princeps qui omnia iura & leges in scrinio pectoris habere cẽsetur. l. omnium. C. de test. ca. 1. de constit. in 6. comprehendebat nullum afferri præiudicium d. Francisco uel eius filio uolentibus abintestato succedere: quia erant exclusi a successione intestati donec suberat spes causæ testati seu substitutionis, & per consequẽs quò ad dictum Francisc. & eius filium remanent primæ literæ Ducis in robore suo, nec per hæc eis dicuntur afferre præiudicium. & nisi ita intelligeretur, quis est ita supinus qui nõ facile animaduertat ꝙ Dux & excellentissimi domini sapientes, quorum consilio sua excellentia prædicta expediuit. bene intelligebant ꝙ si ab intestato debuissent uocari ad successionem dicti Franciscus & eius filius, quod confirmatio dictę legitimationis quatenus illa fuisset nulla, tendebat ad præiudicium dictorum Francisci & eius filii, ideo non est putandum tam excellentissimum & sapientissimum Ducem præsertim accedente grauissimo consilio suorum doctissimorum sapentum uerba illa tam insulse accepisse, & non intellexisse ꝙ si cõfirmatio sua ualeret & esset locus causæ intestati, ꝙ imo legitimatio tenderet ad preiudicium dictorum Francisci & eius fi-
18 lii. unde uerba † debent interpretari secundum quod est uerisimilius c. inspicimus. de reg. iu. in 6. & declarat Bart. in l. ab executore. in princ. ff. de app. dum tractat, qualem possit facere iudex interpretationem circa uerba suæ sentẽtiæ. Aut Dux dum dixit, non afferri præiudicium tertio, non intellexit de dicto Francisco & eius filio, sed de aliis qui non fuerunt in dicta disputatione coram Duce & dominis de consilio, & adhuc habeo intentum: quia quò ad Franc. & filios remanet firma declaratio & dispensatio Ducis, & secundum istam interpretationem potuit ad hoc moueri Dux, scilicet ad declarandum ꝙ non intellexit nec intendebat afferri præiudiciũ tertio, intelligendo de aliis quàm de Francisco & eius filio, & princeps non debet contra partem absentem & non auditam decernere, ut dicit tex. in d. c. 1. de causa pos. & d. l. nam ita diuus. sed princeps bene audiuerat iura d. Fräcisci & Marci Antonii ut patet ex dictis literis ducalibus, & qui Franciscus & Marc'Antonius fuerant principales aduersarii non propriè tertii, & uisum fuit principi, & merito ꝙ p dictas primas suas literas non fiebat iniuria dictis Francisco & eius filio, tum propter substitutionem prædictam, tum etiam quia dato ꝙ Comes Palatinus non haberet potestatem legitimandi infantes per uerba specificè aut in indiuiduo hæc importantia, tamen potest sumere uires legitimatio, saltem ratificantib. dictis legitimatis prout in consilio priore deduxi. Et sic arguendo à sufficienti partium enumeratione apparet ꝙ secundum quẽlibet intellectum quem pati possunt dictæ literæ Ducales, nõ est uerum dicere ꝙ prima declaratio Ducis sit reuocata seu extincta quò ad dictum Fran. & eius filium, & in dubio debet
19 etiam fieri hæc interpretatio, ut † una declaratio Ducis non corrigat aliam, sed potius per subdiuisionem uel distinctionẽ debet a correctione coadiuuari. ca. cum tu. de testi. §. & quib. in 1. const. C. & no. in l. scripturæ. C. de fi. instr. & Cy. in l. in exercendis. C. eod. tit. in 2. q. & no. Bar. in l. omnes populi. in 3. q. prin. in fi. ff. de iust. & iu. & no. doc. in c. imputari. de fid. instru. ¶Præterea dato ꝙ dictæ primæ literæ ducales fuissent extinctæ per secundas, quod tamen in ueritate non est, nihilominus tempore datæ literarum Imperatoris non erant extinctæ, ideo quo ad titulum subreptionis, & quo ad mentem rescribentis attendi debet tempus datæ literarum. c. si eo tẽpore, de rescri. in 6. & c. eam te. eo. tit. in antiquis. Ex prędictis resultat duplex conclusio. una est, ꝙ dicta declaratio Imperatoris non ualet, quò ad hoc ut per eum possit allegari in efficacia dictæ legitimationis. Secunda resultat conclusio, ꝙ quo ad filios dicti Gabrielis contra dictos Franc. & eius filium ualuit. & adhuc ualet declaratio & decretum præfati Ducis primo loco emanatum. ¶Ex alio principali capite etiam appa‑ret ꝙ dicti Franc. & Marc'Antonius non possunt in dicto iudicio obtinere, quia posito ꝙ legitimatio uires non haberet;
20 tamen agenti † obstat exceptio quæ opponitur de iure tertii exclusiuo in totum iuris agentis ipso iure. l. fi. C. de rei uendi. & l. 1. ff. de exce. rei iudi. iuncta. l. filio præterito. ff. de iniusto test. & no. doct. in l. 2. ff. de excep. rei iud. & in l. cum seruum quispiám. C. de seruis fug. cum si. Sed dictus Franc. & eius filius ab intestato non habent ius agendi, quia donec põt subesse spes causæ testati cessat causa intestati, d. l. quamdiu. de acq. hæred. Sed in casu nostro subest spes causæ testati propter uulgarem substitutionem comprehensam in substitutione facta dictis filiis, ut in alio consilio dixi, & non est repudiata successio ex capite substitutionis. ¶ Et confirmando ea quæ dixi in primo consilio circa istud caput substitutionis, scilicet ꝙ in dicta substitutione quę fuerat facta in modum pupillaris substitutionis directæ comprehendatur uulgaris casu quo nõ ualeret ut pupillaris, ut quia legitimatio non teneret. addo ꝙ
21 † non obstat si diceretur ꝙ non potest ualere ut uulgaris, quia fuit facta per uerba obliqua, non autem directa uel communia, ergo substitutio facta per uerba obliqua, quæ dicitur fideicommissaria, non potest trahi ad directam uulgarem, ut l. cohæredi. §. cum filiæ. uersi. ꝙ si hæredem, & ibi no. Bar. ff. de uul. & pup. & l. quærebatur. & ibi not. Bald. ff. de test. mili. & no. gl. & doc. in l. uerbis ciuilib. ff. de uulg. & pup. quia respondeo quod imò non intelligitur facta dicta substitutio p uerba obliqua, quia fuit facta p hæc uerba uidelicet, de residuo omnium bonorum totiusque hæreditatis ipsius testatoris præfata uxor sua possit liberè facere & dispnnere quicquid sibi libuerit sine contradictione alicuius personę pro anima ipsius testatoris. quæ uerba non sunt obliqua, sed sunt apta ad dire-
22 ctam substitutionem, ut † per plura probat Bart. in l. Centurio. ff. de uul. & pup. in uersi. sed quid si testator dixerit, quandocunq; filius meus decesserit sine liberis uolo ꝙ bona mea dentur & distribuantur inter pauperes per meos cõmissarios &c. & idem tenet ibi Ang. & Bar. in l. fundi Trebatiani. ff. de usufru. leg. ubi refert se ita consuluisse quatuor uicibus, & ita reperitur consuluisse Bar. in consi. 3. inci. Titius condidit testamentum consi. 56. inc. B. fecit testamentum & consuluit Ang. in consi. 97. inci. Vicianus de Monte. Pet. de Anch. in ca. cũ tibi. & in c. Raynu. de testa. & Pau. de Cast. in l. precib. C. de impub. & aliis substi. & ita consuluit lib. 2. consi. 67. inci. In casu præsenti &c. & ita sepenumero consului & sum [g] & sum soli-
g tus etiam ita tenere legendo dictam l. Centurio. & ibi respondeo nonnullis quæ uidentur adduci posse in contrarium, quę breuitatis causa omitto, cum ita se habeat magis communis opinio. & ad contraria patet responsio ex his quæ tradunturin dictis locis.

ADDITIONES.

a ¶Deduxi. non extat nec inuenio illud consilium, ꝙ autem etiam infans posit legitimari Bald. consi. 68. lib. 1. Anto. Rosel. trac. legit. lib. 2. c. de causa materiali. col. 1. Lud. de Sard. trac. legiti. §. 4. q. 3. Cur. senior. consi. 3. col. fi. Soc. l. quidam relegatus. num. 9. de re. dub. Ias. cõsil. 125. col. 4. 5. consi. 156. col. 4. lib. 4. in l. eam quam col. 5. C. de fideicomm. uolunt tamen ꝙ inferior non potest nisi ex clausula uel mandato speciali. Ro. consi. 194. Cur. senior consi. 19. consi. 64.

* Defectum.] An infans posit legitimari, uide Bar. ad l. iubemus. C. de eman. liber. Ias. ad l. eam, quam. 1. not. C. de fideic. ubi tenet, non posse legitimari per Comitem Palatinum. Natta.

* Quando sententia.] De sententia principis absque citatione tradit Dec. consi. 410. col. ij. & consil. 528. col. pen. & latè consil. 544. primo dub. Gram. decis. 65. col. 2. & seq. & 5. n. 4. Et an in declaratione Papæ requiratur partis citatio, Dec. ad c. cum uenisset. de iudic. Natta.

* Quando princeps.] Quando princeps declarat, non dicitur auferre ius quæsitum tertio, quia illud à principio, quod declaratur, uidetur infuisse, secundum Paul. Castr. ad l. hæredes palàm. §. & quid. ff. de testam. sequitur Dec. consi. 229. circa fi. & consil. post colum. 2. 114. colum. fi. Natta.

b ¶Inserta. Bal. in ti. per quem fiat inuest. in usib. feu. in princ. Lanfran. de Oria rep. c. quoniam contra falsum, uer. interlocutoriæ. nume. 13. de pro-

de proba. Ias. l. iustitia. de iust. & iur. Nic. Boeri. tract. de pot. leg. q. 1. sed quod per testes probari posit, tenet Rota. sub titu. de resc. in nouis Roma. consi. 327. Phili Fran. c. si motu. col. 1. de præb. c. 1. §. postquam. colum. 2. de censi. in 6. Aegid. Bellemere dici. 746. Ias. l. 3. in princ. ff. quod quisque iur. Alc. l. pactum quod bona fide. C. de pac.

Quinimmo.] De hoc, utrum certa scientia principis possit probari per testes, uide Alex. ad d. l. quidam consulebat. Natta.

Non est necessaria.] Et sic nota quòd in extraiudicialibus est necessaria citatio. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. l. nam ita Diuus. ff. de adopt. l. fi. C. de auct. præst. ponit Dec. consil. 640. col. fi. uide Soci. inter consil. Bruni consil. 7. colum. pen. & fin. & ibidem consil. 10. col. penul. Natta.

Dubio supra lib. 2. consi. 60.

Præfati.] Istud idem uoluit Ias. consi. 233. col. pen. lib. 2. de subditis Ducis Mediolani respectu Cæsaris, quia uasallus uasalli mei, non est meus uasallus. glo. ad l. de actionibus. ff. de diuers. & tempor. act. Ias. ad l. si quis liberis. §. si à libertis. per illum textū. ff. de liber. agno. Ben. Bal. ad ca. cæterùm. colum. 1. de iudic. Contrarium respondit in eodem casu Soci. adducens quòd Papa concurrit cum quolibet ordinario in iurisdictione, & potestate, ideò potest infeudare non solum quæ sunt sui apostolatus, sed etiam inferiorum ecclesiarum. Idem in Imperatore, in quo sunt conditi & reclusi omnes thesauri omnium dignitatum; Bald. ad c. 1. in prin. qui feu. dare possunt. & ad c. 1. quis dic. Dux. Com. uel March. & ad c. nisi. de off. legati. Natta.

Dux supra lib. 5. consi. 30. nu. 9. * Quòd Imperator non possit se impedire de uasalli subditis, facit, quia utile dominium præfertur directo, l. procuratore in rem suam dato. ff. de procurat. & scribit Ias. consi. 57. colum. 3. lib. 3. Et quòd Comes Palatinus non possit legitimare, siue natalibus restituere in terris fœlicissimi Venetorum Dominii, sine consensu dominii, Ias. consil. 70. lib. 3. ubi idem dicit in Duce Mediolani. Sed istos inferiores non posse uti clausula. Nō obstante. nec auferre ius tertii, tenet Ias. consi. 119. lib. 4. Huc plura accedant quæ scripta reliquit Cur. iunior. consi. 2. Natta.

Consuluit Paul.] Vide de hoc Pauli consilio notabiliter Fely. ad c. quæ in ecclesiarum. col. 13. de constitu. & de eodem meminit. Alex. consi. 2. colum. 4. lib. 1. & eiusdem etiam mentionem facit idē Alex. consil. 1. col. 7. lib. 5. ubi uult quòd huiusmodi rectores perpetui assimilentur principi magis quàm præsidi. & uide Alex. & Ias. ad l. 5. ff. de uerb. obli. & omnino Georgium Nattam ad Clem. sæpe. in prin. & glo. in uerbo, mandamus. de uerb. signific. Ruinus tenet quòd non possint uti clausula, Non obstante, ad l. nemo potest. 3. not. ff. de leg. 1. Et de his qui non recognoscunt de facto Imperatorē, Dec. consil. 307. colum. 2. ubi pulchrè & Cur. Iun. in tract. feud. 4. parte, in q. utrum uasallus subinfeudet; concludit superiorem non posse præcipere siue impetrare uasallis uasalli. Vide omnino Ioan. Bapt. ad l. Imperium. de iurisdic. omn. iud. q. 14. Dec. consil. 403. colum. 2. Grāmat. uoto 28. Natta.

Consi. 225.] Meum uerò exemplar hoc consi. habet sub num. 34. colum. 3. & fi. lib. 2. Natta.

Tenorem. supra, eod. consil. numero 2. Cur. senior. consilio 47. consilio 17.

Declaratio. in simili quando non ualet Pau. consil. 338. consi. 340. libro 2. Petr. Anch. consi. 308. cum seq. Soc. consi. 260. col. 10. li. 2. Dec. l. 1. col. 1. C. de impu. & ali. sub. c. fin. col. 5. de consti. c. pastoralis. in fin. de except. contra Deci. c. cum uenissent. col. 1. de iudici. consi. 229. in fi. consi. 114. in fin. Ias. consi. 128. colum. 6. lib. 4.

In decretis.] De hoc decreto meminit Ruin. consi. 31. lib. 5. ubi ponit quomodo derogetur. Natta.

Quòd non intelligatur.] De clausula, sine præiudicio tertii. uide Rui. consi. 3. lib. 1. ubi latè. Natta.

Consului, supra lib. 3. consi. 12. nu. 11. ubi contrarium dixi.

CONSILIVM XII.

Attentis narratis in themate & ponderatis scripturis mihi exhibitis, sentio quòd omnia credita particularia dicti magistri Ioannis saltem quæ non fuerunt exacta per eum ante litem motam debeant communicari cum dictis eius fratribus, & illa oīa intelligantur cōprehensa in sententia lata per dominos de regimine Mutinæ, quia
1 † reus conuentus qui post litem motam facit ut non possit restituere illud, quod petitur, dicitur dolo facere, & tenetur ac si rem ipsam petitam restituere posset prout poterat tempore litis motæ. l. qui petitorio, in princ. cum ibi not. per Bart. in ult. q. ff. de rei uendi. & per no. per glo. in l. Fulcinius. §. qd autem. ff. quib. ex cau. in poss. ea. & ibi Barto. in uersi. quęrit gl. qualiter probabitur. & Dyn. in ca. pro possessore, de regulis iur. in 6. iūcta regula ibi posita in tex. ¶ Super alio dubio quo quęritur, an uigore dictæ sententię latę per prefatos de regimine id in quo d. Ioannes erat creditor hęreditatis pro ratis cohæredum suorum veniat communicandum, & successiuè diuidendum inter duos fratres, adeo quod dicti eius fratres debeant habere partē dicti crediti sicut de aliis creditis d. Ioan-
2 nis? Et breuiter respondeo quod sic: quia nulla subest ratio † quare non ita comprehendatur in dicta sententia istud creditum Ioannis sicut & alia eius credita, igitur omnia comprehēduntur. l. si seruitis. ff. de seruit. urba. præd. l. si pluribus. cum ibi no. per Bar. & alios. ff. de le. 2. facit. l. 1. C. de lib. præter. & qd no. Dy. in rub. de reg. inr. in 6. & glo. in c. ut circa. in princ. in uerbo, aliorum. de elec. lib. 6. & gl. pe. in c. 2. de coniug. lepro.
3 ¶ Præterea † dicta sententia præsumitur lata ex causa quæ appareat in actis probata. l. 3. C. de sen. quæ sine cer. quantit. no. in l. si quis ad exhibendū. ff. de excep. rei iud. & in l. hæc enim in prin. ff. de suspe. tut. & in c. si confirmationem. de ele. in 6. sed ex actis causæ apparebat quod inter dictos omnes fratres fuerat conuentum quòd omnia eorum debita & credita essent & esse deberent communia, ut constat publico instrumento inter eos confecto. unde illud signum uniuersale, scilicet omnia, comprehendit quæcunq; credita. l. Iul. in princ. ff. de leg. 3. l. a procuratore. C. manda. 19. dist. si Romanorum 23. q. 5. si non licet. & illa uerba cōprehendunt tantum illa credita, quæ tempore dicti instrumēti spectassent particulariter ad unum tantum eorum in totū, ut alias super hoc in consului, & nunc recensere non expedit, ergo sententia intelligitur comprehēdere omnia dicta credita, quæ in instrumento prædicto producto continebantur. ¶ Pro hoc etiam bene facit: quia † quā-
4 do sententia non est certa uel clara, certificatur ex actis probatoriis, ut est glo. no. in l. quid tamen. §. Pomponius, in gl. 1. ff. de arb. & no. doc. in l. ait prætor. §. 1. ff. de iud. & in d. l. 3. C. de sen. quæ sine cer. quanti. per illum tex. & not. doct. in c. uenerabilis, de excep. & negari non potest quod illud quod prætendit habere debere Ioannes ex persona matris, & ut eius hęres ab hæredibus dicti Bartholomæi sui patris pro uendicatione dictorum bonorum maternorum sit creditū dicti Ioannis: quia imò fuit ei creditum, eo quia mater dicti Ioannis cōstituendo procuratorem dictum Bartholomæum eius maritum ad uendendum dicta bona, secuta est fidem eius propterea secuta dicta uenditione & receptione pretii fuit creatum creditum in persona matris dicti Ioannis. l. 1. & ibi plenè no.
5 doct. ff. si certum peta. & † Ioannes demum succedendo in hęreditate materna successit in huiusmodi creditum, & ideo dicitur creditum eius, & ipse potest etiam dici creditor. l. polante, in princ. cum ibi not. per Barto. ff. ad Trebell. l. ab Anastasio. & quod ibi Barto. in tertio notabili. C. manda. & not. Bald. in l. per diuersas, in 10. questio. eod. titu. & in l. 1. in fin. C. de actio. & obl. & Cyn. & Moder. in l. quod si quis. ff. de lega. 1. alias est in l. si sic. §. fi. eo. tit. & ibi Bald. & not. Io. Andr. in addi. Spec. de cessio. acti. in rubr. & Iaco. Butr. Bal. & Saly.
6 in d. l. 1. ff. si cer. peta. cum simi. indubitatum † etiam est quòd appellatione crediti uenit ita creditum consistens in quacunque re uel specie, sicut consistens in pecunia, d. l. 1. & l. 2. §. creditum. ff. si cer. peta. cum simi. ultimo etiam dico quod actiones competentes dicto Ioanni creditori dicti quondam sui patris cuius pro parte est hæres absque confectione inuentarii sunt confusę eatenus quatenus ipse est hęres dicti sui patris. l. si adulta. C. de hęredit. actio. dicta l. si uxor. C. de bo. autho. iudi. poss. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi debent iudicari & puniri secundum leges ciuiles & statuta loci in quo degunt uel delinquunt. nu. 10. 11. 12.*
4 *Stupri uel adulterij quæ sit pœna. num. 9.*
5 *Coitus cum muliere inhoneste uiuente non est punibilis. nu. 6.*
8 *Crimina iudicantur grauia ex qualitate pœnę.*
13 *Immunitas data incolis loci vel socijs competit etiā Iudæis. numero 14.*
15 *Pœna arbitraria non debet extendi ad mortem nisi ex circunstantijs, nec debet excedere pœnam solitam. nu. 16. 18.*
19 *Mutilatio membri æquiparatur morti.*
20 *Præcepta iudicialia ueteris testamenti non ligant nisi quatenus de nouo per habentem potestatem statuantur.*
21 *Iudæi non sunt de ecclesia, ideo non ligantur legibus ecclesiasticis.*
22 *Statutis ligari uel subijci iurisdictioni à pari procedunt.*
23 *Princeps sine iusta causa non potest expellere Iudeos pacificos.*
24 *Testes singulares probant inhonestam uitam, & adulterium.*

CONSILIVM XIII.

Attentis his quæ in themate narrantur, uideretur prima consideratione dicendum, dictum Hebræum esse pœna ultimi supplicii puniendum casu quo dictam mulierem Christianam nõ nuptam carnaliter cognouerit, per id quod habetur 2.q.§.2.his.ita.el ij.& 24.quæst.5.§.hinc apparet. ibi dum text.dicit, Phinees quoque Iudæum cum Medianita coeuntem gladio transfixit, quod est ei reputatum ad iustitiam &c.& habetur num.25.& per id quod ha
1 betur in l.ne quis. C.de Iudæ.uel saltem uidetur † quod non possit euadere quin tanquàm persona humilis seu infima debeat puniri aliqua coercioue corporis & relegatione institut. de publ.iud.§.item lex. cum. §.sequenti. iuncta l.humilem.
2 C.de incestis nup.& l.fi.C.de Iudæ.¶Nec † uidetur, quod Iu
a dæus prædictus possit allegare, quod ei pœna pecuniaria[a] debeat imponi ex dispositione statuti sub rubrica de adulterio, quia non est dicendum statutũ intellexisse de Iudæis qui sunt de alio grege, quia nihil ad nos de his quæ foris sunt. capitulo gaudemus de diuortiis 45.distin.qui syncera, & 2.quæst. 1.multi.& quia in beneficiis generaliter concessis non uidentur comprehendi personæ odiosæ: ut l.Lucius. §. Lucius Titius. ff.de leg.2.& ibi Iaco.de Aret.& Bart. igitur non uidentur comprehendi Iudæi, qui sunt personæ infames. & præterea ab omnibus honoribus, dignitatibus & officiis repelluntur d.l.fi.C.de Iudæ.c.cum sit nimis, extra de Iudæ.lib.3. distin.nulla 17.quæst.4.constituit. appellãtur enim insultantes fidei nostræ ut in præallegata.l.fi.& non debent Iudei se cum mulieribus Christianis commiscere. cap. in nonnullis.de Iu-
b dæis 28.q.1.caue.¶Tamen [b] premissis non obstantibus mihi uidetur in casu de quo quæritur istum Hebræum nõ esse puniendum pœna ultimi supplici, nec etiam pœna corporali,
3 sed pecuniaria, prout infra, dicam. Et primò φ † pœna ultimi supplicii non possit puniri, patet: quia regulariter reguntur
c iure Romano. [c] l.Iudæi Romano. & l.nemo. Iudæorum.& l. iussio.C.de Iudæ.& no.1.dist.in c.ius quiritum.& plenè no. Inno.in ca.quod super his de uo.& Io. And.in c.gaudemus, de diuor. Sed cum hic non fuerit commissum adulterium ,p quo bene imponitur masculo pęna ultimi supplicii, secundũ magis communem opin. l.quamuis adulterii.& ibi no.doct. C.de adul.secundum quod no.in l.Claudius.ff.de his qui.ut indi. & in l.qui cum uno.§.adulterii.ff.de re mili.& in l.2. §. miles.ff.de his qui no.infa.& in l.si quis uiduam. ff.de quęst. & no.Bar.in l.inter liberas, in prin.ff.de adul.& ita etiam imponitur per dictum statutum quando commissum est adulterium cum muliere honestè uiuente cum aliquali modificatione, ut latius in dicto statuto continetur.& in casu nostro hęc mulier non erat nupta,& per consequens in ea nõ cadit adulterium.d. l.inter liberos.§.1.& l.stuprum.§.1.eo.tit.¶Nec ẽt
4 habet locum † alia pœna corporalis: quia quãuis pro stupro sit pœna confiscationis dimidiæ partis bonorũ, si sit persona quæ non sit humilis, si autem humilis sit, tunc est pœna coertionis corporis cum relegatione: ut d.§.Idem lex.cum. §.seq. & le.& no.in c.2.de adul. & Iudæus uideatur persona humilis per d.l.humilem, iuncta d.l.fi.tamen istud non habet locũ in casu nostro, quia talis pœna imponitur pro stupro commisso in uirginem uel uiduam honestè uiuentem, ut ibi habet, sed in facto præsupponitur quod ista non est uirgo nec erat mulier honestè uiuens, ergo cessat illa pœna ut ibi patet tam
5 ex directo quam ex contrario sensu literæ. ¶ Pro hoc † bene facit quia de coitu non uiolento habito cum muliere nõ nu-
* pta, q̃ non retineat nomen honestæ mulieris,* iudicatur ,put[d]
d de coitu habito cum meretrice, adeo quod de iure non est punibilis, ut probat text. not.& per illum ad hoc ibi ponderat Bar.& Ang.in l.si uxor, iuxta prin. ff.de adult. Bene facit.l.q̃ adulterium.& quod ibi no.& in l.si ea. C.eo.& quod no.in l. mater.& ibi Ang. ff. de adul.& quod not.Bart.in l.uerum.in
6 prin.ff.de fur.& Bar.in l.pe.C.de adul.Vnde dicit Ange.† in
* d. l. si uxor quod non debent puniri scholares,* qui habent accessum ad istas mulieres quæ fantescħæ uulgò appellantur, quæ stant cum ciuibus & in domibus eorum minus honestè uiuant licet sint liberæ mulieres.*Sed dicta mulier, vt præsupponitur, inhonestè uiuebat, & erat uilissimæ conditionis & status nec erat nupta, ergo ille accessus de iure in eo qui fuisset Christianus non erat punibilis nec statutum etiam sub rubri.de adulterio hoc casu punit talẽ accessum in muliere non nupta uiuente minus honestè; quinimò statutum solum punit adulterium commissum cum nupta, & punit eos qui carnaliter cognouissent mulierem non nuptam honeste uiuentem arbitrio iudicis, quinimò plus disponit, φ si aliquis acquisiuerit uel habere uoluerit aliquam mulierem non nuptã uilis conditionis in suam amasiam uel concubinam, & inde fuerit in concordia, cum eadem possit impone agere, ita qd inde nulla committatur pœna. & sic in arbitrio domini po-
7 testatis de uilitate personæ decernere. ¶ Præterea † statutum prædictum punit pœna centum solidorum illum qui carnaliter cognouerit mulierem nuptam inhoneste uiuentem, & certum est quod maius crimen est adulterium, quod committitur cum nupta, quàm stuprum quod committitur cũ muliere non nupta 32.q.7.adulterii malum.& patet, quia pœna adulterii est pœna ultimi supplicii in masculo, ut dixi, sed pœna stupri commissi cum muliere non nupta honeste uiuente
8 non est tanta, ut est dictum, & crimina † indicantur grauiora uel leuiora ex qualitate pœn.l.2. ff.de pub.iu.l.saccularii. ff. de extrao.cri.no.glo. 32.q.7.quid in omnibus. & Bar.in l.leuiora, in princ. ff. de accus.ergo propter statutum prædictum puniens adulterium commissum cum muliere nupta inhoneste uiuente in solidis centum, non posset stare φ accessus ad mulierem non nuptam inhoneste uiuentem grauius puniri-
9 tur.¶Pro hoc facit id quod colligitur † ex glo.no.in l.pe. C. de adul.ubi habetur, quod cum hodie sit inductum quod pœna adulterii in muliere sit quod detrudatur iu monasterium, ut in auth. sed hodie. C. de adult.etiam detrudetur in monasterium mulier propter stuprum, licet olim in stupro maior esset pœna.ut d.§.item lex.ne alias sequatur absurdum φ maior pœna imponatur pro stupro, quod est minus graue quàm pro adulterio, quod est magis graue.& hoc per plura comprobat Saly.in l.conuenticulam.C.de episc.& cler.& talem interpretationem dicit esse declaratiuam mentis non extensiuam. & eius uerba & alia quæ pro hoc adduci possent prolixius nõ refero; quia non expedit, quoniam ex dispositione dicti statuti apparet clare quod aut accessus ad mulierem non nuptam inhonestè uiuentem nõ erat prohibitus uel permissus seu de eo specialiter prouisum.& sic in terminis iuris communis relinquebatur.l.si uero.§.de uiro.ff.solu.matri.& lege. si seruũ. §.non dixit prætor.ff.de acq.hær.quo casu de iure communi talis coitus regulariter erat impunitus.d.l.si uxor, & dixi supra. Aut data utilitate personæ mulieris oportet fateri quod per statutum etiam est prouisum φ non puniatur, ut in dicto statuto, in uersiculo. Item quod si quis acquisiuerit uel habere uellet &c. & supra retuli φ Iudæi utuntur iure communi,
10 ut dixi. ¶Et debent etiam † cum eis seruari statuta loci, quia statuta ciuitetis debent quò ad populum illius loci seruari sicut cessante statuto, seruari deberet ius ciuile Romanorum l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.& in §.omnes & in §.sequenti.insti.de iure natura.& prima dist.ius ciuile. sed Iudæi dicũtur esse de eodẽ populo & corpore ciuitatis: quamuis nõ sint de corpore spirituali. l. Christianus. C. de paganis sacrificiis & templis,& expresse dicunt Moderni in c. Iudæi siue Sarraceni, ad fi.de Iudæ. qui pro hoc allegant ea quæ habentur in auth.de quæstore, in princ.ibi dum text. dicit, ciuitas nostra populosa est turbis diuersorum hominum. & quod p illum text.not.Bald.in ca.primò, de for.fideli.& ex hoc infertur φ statuta quæ communiter sunt per Italiam disponentia, quod extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, locum etiã
11 habeant in Iudæis. ¶Et comprobatur, quia † qua ratione Iudæi existentes in locis in quibus seruatur ius ciuile Romanorum dicuntur esse de populo Romano, quò ad hoc ut legibus illis uiuant, ut dicta l.Iudæi. & ideo dicuntur in filios habere ius patriæ potestatis, quæ est de iure Romanorum, ita not.gloss.28. quæstio. 1. Iudæorum.& in dicto ca.ius Quiritum.& not. Bald. & in l.nam & ciuium.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. & firmat Cardi. Flor.in clemen.1. in ultima q. de Iudæ. & Gaspar. de Calde.in consil.2. sub rubric. de Iudæ. & est magis communis conclusio, quicquid dixerit Archid. in
12 dicto ca. qui syncera. licet illi † qui non sunt subiecti Imperio Romano nõ habeant filios in potestate secundum gl.not. insti.de pat.pote.quæ exemplificat in Francigenis, quod reputat sin-

tat singulare Bal.in c.1.in tit.an maritus succed.vxo. ib bene
fi.& in c.2.ad fi.de fratri.de no.benefi.inuesti. eadem rõne il
li Iudæi qui sunt in alio populo viuente aliis legib. debent
viuere legibus illius populi.d.l.omnes populi. ¶Fortificatur
13 † prædicta per id quod habetur in l. spadonem. §. iam au-
tem.ff.de excusa.tut.& ꝙ ibi per illum tex. no.Bal.ꝙ dicens,
ꝙ immunitas concessa incolis certi loci habet locum in Iu-
e dæis,[e] & ita dicit se habuisse de facto. ¶Accedit † id quod
14 no.Ang.in l. vtimur.ff.de sepul.vio.& in l.1.ff.ad leg Iul.ma
ie.vbi dixit ꝙ si alicui data est securitas pro se & sociis ꝙ in ea
includetur etiam Iudæus socius,quia licitum est nobis cũ Iu
dæis societatem habere atq; commercium.allegat.l.quæcun
que.C.de Iud.& melius probatur in c.postulasti.& in c. & si
Iudæos. de Iudæ.licet Bar.hoc indecisum reliquerit in d.l.j.
ff.ad leg.Iul.maie.¶Tamen quia per dictum. in c.nonnullis,
de iure communi est prohibitum Iudæis commiscere se cum
mulieribus Christianorum.& in casu isto non cadit ista pęna
in crimen adulterii nec stupri,vt supra probatum est, pœna,
† quæ venit imponenda,etiam si grauem faciamus contra He
bræos interpretationem erit pœna arbitraria, & sic pœna ex-
traordinaria,cum de iure communi in casu nostro non cadat
pœna limitata a lege,ideo erit pœna arbitrio iudicis.l.1.§.
expilatores.ff.de effractor.l.sancio legum.ff.de pœnis. no.gl.
& doct.in l.nemo martyres.C.de sacros.eccl.& in c.sup his,
ver.arbitrium de accusa.vbi autem iudex debet punire extra
ordinaria seu arbitraria pœna.ibi non potest imponi pęna ca
pitalis,quia illa non appellat̃ extraordinaria,vt colligitur ex
his quę traduntur per gl.& not.in l.sacrilegij.la ij.in prin.in
verbo considerandum est.ff.ad leg.Iul.pecul.Bene facit l.j.ff.
de fur.& balnea.& d.l.1.§.expilatores.in princ.iuncto.fi. &
l.5.§.pœna.§.de crimi.stellio.& hoc tenet Old.in d.l.1. ff.
de fur.& balnea.per illum tex.& idem colligitur ex his quæ
soluit glo.iuncto tex.in c.super his. in verbo alioquin. de ac
cusa.vbi habetur ꝙ quando uenit imponenda pœna arbitrio
iudicis, debet iudex imponere non pœnam ordinariam, uel
maiorem,sed mitiorem,& ita etiam tenuit dominus Cardi.
Flo.in c.ex literis,de consti.& licet glo.inst.de iniu.§.in sum
ma, quam nonnulli sequuntur, teneat contrarium,tamen re
f spondeo,primo ꝙ iudici non licet arbitrari de pœna mortis,
uel mutilationis membri, nisi quando[f] concurrunt circun-
stantiæ seu qualitate quæ suadeant pœnam talem esse impo-
nendam,ita dicit Io.de Imo.in d.c.inquisitionis,& in l.2. ff.
de pub.iud.in d.c.ex literis.per ea quæ notantur per gl.in d.
c.super his.in uerbo arbitrium.& per no.per gl.& Bar.in l.si
qua pœna.ff.de uer.sig.& ita etiam no.Bal.in l.1. C.de his q.
latro.& faciunt no.per eundem in l.credibile.C. de pœn.sed
in proposito nostro non interueniunt qualitates quæ ita sua-
deãt,sed ꝯrium,quia istud non fuit adulterium,quinimo nec
stuprum,quia mulier erat inhonestæ uitæ & uilis conditio-
nis,nec reperitur ꝙ qualitas conditionis Iudaicæ in persona
cõmiscente se cũ Christiana muliere inhonestè viuente saltẽ
qñ se non cõmisceret iungendo se in coniugium cũ Christia-
na exigat pęnã mortis vel mutilationis membri,vt patebit ex
16 his quæ dicam respondendo ad allegata in contrariũ. ¶†Se-
cundò respondeo,quod vbi venit pęna iudicis arbitrio impo
nenda iudex debet inclinare in mitiorem pęnam, ita inquit
Bal.in l.quicunq;.in antep.col.C.de seruis fugi. allegat no. p
gl.* in c.de causis.facit.l.si præses.ff. de pę. & id quod legitur
& no.in regula,in pęnis.li.6.& tantò magis, quia iudex cuius
arbitrio pęna venit imponenda,non debet arbitrari de maio-
ri pęna q̃ in istis vel similibus sit solitũ imponi,ita dicit Ant.
de But.& Io.de Imo.in d.c.de causis.& Ang.in l.pe.§.ad cri-
men.ff.de pub.iudi.& Io.de Imo.in d.l.2.de pub.iudi.per ea
quæ no.in l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.de his qui not. infa.
& in l.hodie.ff.de pę.& in c.cum dilectus.de cõsue.Imò scio
similem casum aliàs contigisse bis in Iudæo . & fuit imposita
pęna pecuniaria.¶Accedit etiam, quia præsupponitur ꝙ ha-
ctenus pęna cognoscentis mulierem non nuptam honestè vi
uentem,non fuit arbitrata vltra libras ducentas vel trecentas
inter Christianos,& tamen illa qualitas honestatis & inhone
statis est maximi ponderis in hoc crimine,quia quando cum
muliere retinente nomen honestæ mulieris fuit habita simi-
lis coniunctio,poterat de iure communi imponi pęna corpo
ralis.d.§.Item lex,cum §.sequenti.& tamen si erat mulier in-
honestę vitæ talis concubitus erat de iure communi & etiam
municipali impunitus,vt fuit supra ostensum . & sic propter
dictã qualitatem inhonestatis inducitur maxima alteratio, &
est apta facere delictum punibile & impunibile , ergo eadem
ratione quãuis qualitas diuersæ sectæ alteraret delictũ & con
suetudo seruata in vno extenditur ex identitate rationis ad a-
lium casum similem.l.de quibus,cum ibi no.in gl.j. ff. de le-
gi.& l.j.C.quæ sit long.consue. saltem cum hoc non sit indu
cere correctionem,sed declarare modum qualiter debeat ar-
bitrari pęna quæ de iure esset arbitraria, & sic ꝙ imponatur
17 pecuniaria in libris ducentis vel trecentis aut† circiter . mo-
dicus enim excessus non reddit arbitrium iniquum.l.si socie
tatem.§.arbitrorum,iuncta.l.vñ si Neruæ.ff.pro soc.Et aliud
est declaratio,aliud correctio.l.hæredes palam.§. sed notã. ff.
de testa.& expresse dicit Lud.Romanus in rub.ff.de arb. cir-
ca quartam chartam in ver.Item an si statutum sit in ciuitate
18 ꝙ † qñ pęna venit iudicis arbitrio imponenda , iudex debet
imponere pęnam quæ pro simili delicto erat consueta impo
ni allegat no. per gl.in d.c.inquisitionis, & per Antonium de
But.in d.c.de causis. & qua ratione dixi non esse arbitrãdum
de pęna mortis,eadem ratione dico non esse arbitrandum de
19 mutilatione membri,tum per ea quæ proximè dixi,† tum ẽt
* quia mutilatio * membri æquiparatur morti, vt §.prohibe-
mus in auth.de colla.& no.in l.2.C.de offi.eius qui vicem al
ter.ge.& no.Guil.de Cu.& Bar.in l.Imperator,la secunda.ff.
de statu homi.cum si.¶Non obstant allegata in contrarium .
& primò id quod habetur in d.§.his ita.& in d. §. hinc appa-
ret.& originaliter habetur Numeri 25.quia respondeo ꝙ ille
tex.facit potius in contrarium.nam dicit tex. in d. §. his ita ,
alias est.§.qui incipit,Idem cùm Balaam,sic formaliter, mira
cula maximè veteris testamenti sunt admiranda,non in exem
g plum[g] nostræ actionis trahenda , multa enim tunc concede-
bantur quæ nunc penitus prohibemus.tunc.n.Samuel Agab
pinguissimum regem Amalec in frustra concidit, nunc nulli
ecclesiasticorum iudicium sanguinis agitare licet.Tunc Phy-
nees Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputa
tum est ei ad iustitiam , hodie sacerdotibus in perniciem sui
verteretur officij .& sic apparet ꝙ licèt secundum tempus le-
gis veteris permissum fuerit ita occidere Iudæum coeuntem
cum Madianita,id est,de genere Abraam. Madia enim & Ma
dai fuerũt filij Abraam & Gethurrę,ut per Arch.in d.§.hinc
apparet.tamen vt dixit tex.in d.§.his ita,illud nunc non per-
20 mitteretur,quod prius fuerat permissum. ¶Prætereà† præce
pta iudicialia veteris testamenti & veteris legis tendentia ad
decisionem causarum vel imponentia certam pęnam pro de
licto,non obligant nec seruari debent, nisi quatenus per ha-
bentem potestatem legis condendæ post legem noui testamẽ
ti fuerunt approbata.ita specificè dicit Io.de Imo.in c.fi.in 3.
col.de consue.per id quod habetur in c.translato. de constit.
& reputat hoc menti tenendum. & ad hoc etiam allegat san-
h ctum Thomam[h] in prima 2.q.104.art.3 .& bene probatur in
d.§.his ita.& etiam no.Ioã.de Imol.in l. stipulatio hoc modo
concepta,in 4.col.ff.de ver.obl.& in l.3. in vlt. col. ff. de te-
sta.vbi etiam ad hoc allegat no.per gl.6.dist.§.his ita.& patet
ꝙ est derogatum legi veteri in hoc,quia(vt dixi supra)pro stu
pro non est pœna mortis.& si mulier erat persona inhonestę
vitæ,non puniebatur per leges imperiales,vt est dictũ. ¶Non
obstat etiam id quod habetur in l.ne quis. C. de Iudæ. & 28.
q.j.caue.& c. si quis Iudaicæ . quia ibi loquitur in Iudæo co-
pulante se in coniugium mulieris Christianæ, quod se habe-
bat ad magis assiduam & perpetuam coniunctionẽ , vnde nõ
debet extendi ad Iudæum,qui simplicem fornicationem há-
buit cum muliere inhonestæ vitæ. ¶Bene facit quod habetur
in l. fi. C.de interdic.mat.& de peni.dist.j.in §.pęna. & quod
no.glo.in §.item missa.insti.de actio.etiam gl.in regula,in pę
nis.lib.6.& in c.j.de tempo.ord.lib.6.cum multis si.nam qñ
Iudæus se commiscuit cum muliere Christiana secum cõtra-
hens coniugium,censetur adulterium committere, vt inquit
litera in d.l.ne quis.non mirum si grauius punitur quàm alia
simplex fornicatio habita cũ muliere saltem inhonestæ vitæ ,
cum adulterium sit longè grauius.vt est ostensum.¶Non ob-
stat etiam id quod habetur in d.§.item lex. cũ §. seq. quia ibi
loquitur in coeunte cum virginę vel vidua honestæ vitæ, sed
hæc non est hmõi. ¶ Non obstat etiam quod statutum nõ de-
bear

beat intelligi in Iudæis, eo quia nihil ad nos de his quæ for-
tis sunt, & quod in generali dispositione non debeant cõpre-
21 hendi personæ odiosæ, † quoniã respondeo, quod illud quod
dicitur in d.c.gaudemus, quod nihil ad nos de his quæ foris
sunt, intelligitur. quò ad spirituales pęnas, quia quò ad illas
ecclesia non iudicat. nam cum ipsi non sunt de ecclesia, non
potest ecclesia eos excommunicare, sed quò ad alias pęnas sic
c.post miserabilem, de vsur. c.postulasti. de Iudæ. 28.q.j.sepe.
cum ibi no. ¶Item nihil ad nos de his quæ foris sunt, quia nõ
possunt præcise ad fidem compelli, sed voluntariè sunt indu-
cendi, vt in d.c.qui syncera. & in c.de Iudæis. 45.di. & ita de-
clarat Inn. & Host. in c.quod super his, de vo. & Hos. in sum.
in tit. de Iudę. §. & in quibus grauētur. ver, & sic licet. & Old.
in consi. 35. incip. Infrascripti sunt articuli. vel posito ꝙ non
sint subiecti ecclesiæ. s. vbi ecclesia non habet temporalem iu-
risdictionem, & ita procedat illa authoritas nihil ad nos &c.
tamen bene sunt subiecti principibus habentibus iurisdictio
nem temporalem, quia tales Iudæos punire possunt, vt in d.
c.in nonnullis. & in d.c.postulasti, & in cle.j.eo. tit. & no. Io.
And. in c.contra Christianos. de hære. in 6. & in d. ca. gaude-
mus. & latè Pet. de Anc. in regula, ea quę, in 6.q. & in suo cõs.
14. inci. Videretur prima facię &c. & propterea comprehen-
22 duntur sub dictis statutis, quia † a pari [i] procedunt ligari sta-
i tutis & subiici iurisdictioni, vt no. 12. dist. illud. & in l.j.ff. de
iurisd. om. iud. & no. doct. in c.quod clericis, de fo. comp. &
in c.ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in rubr. de consuet. &
Iudæi in humanis actibus nobiscum participant & iudicio,
23 §.iam autẽ, & ibi hoc no. Bal. & propterea † dicimus, ꝙ prin-
ceps absque legitima causa pacificos Iudæos de terris suis ex-
pellere non potest, & sic non dicuntur personæ quæ odio ha-
k bendæ sint, vt plenè probat Oldr. [k] in consi. 264. incip. Illa vi-
detur. quoniam vt ipse inquit, princeps tenetur eos diligere,
inquantum sunt suæ naturæ participes, vt habetur de pę. di.
2.charitas. in ver. nonnulli. & c.seq. & expellere sine causa est
cõtra præcepta charitatis, adeò ꝙ ex huiusmodi charitate te-
netur tempore necessitatis eis subuenire & eleemosynas face
re. 42. dist. quiescamus. 16.q.j.si cupis. 86. distin. non satis. &
quia scriptum est, Cęlum celi domino, terram autem dedit fi
liis hominum. & idem voluit ipsemet Oldr. licèt non ita ple-
nè in consi. 87. quod incip. Quæritur an princeps. & Io. And.
in addi. Spec. in rubr. de iudę. & Albericus de Rosate in rub.
C.de Iudæ. bene facit. l. Christianis. C.de sacri. paga. & temp.
Et tanto magis hæc procederent si indultum esset dictis Iu-
dæis in loco ꝙ Iudæi ibi deberẽt gaudere beneficiis & immu
nitatibus & in omnibus & per omnia haberi prout omnes a-
lij ciues & incolæ dictæ ciuitatis per id quod habetur in l.2.
§.furiosus, cum ibi nota. per Ang. ff. de iure codic. & per Bal.
in d.l. omnes populi, in 17. col. in versic. sed pone statuto ca-
uetur. & per Bald. in l.3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. ¶Præte-
rea etiam posito quod dictum statutum non suffragaretur di
cto Iudæo, tamen etiam de iure communi non potest impo-
ni causa mortis vel mutilationis membri, sed pœna pecunia-
ria moderanda iudicantis arbitrio quemadmodum suprà di
xi, & ita concludo. & commendandum esset quòd dominus
princeps loci specialiter quò ad hunc casum statueret, quia at
tenta generalitate dicti statuti & narratis in themate circa vi
litatem & inhonestatem mulieris non nuptæ putarem absq;
magna difficultate sustineri posse de iure quod dictus coitus
aut nulla aut satis leui pœna ueniat plectendus, vt facile ex
prædictis deprehendi potest, sed quia non putaui mẽtem sta-
tuentium fuisse in Iudæis ita liberè habenas relinquere, san-
ctius duxi esse concludendum prout superius dixi. ¶Et quia
in consilio dictum est hanc mulierem esse inhonestæ vitæ &
posset dubitari qualiter oporteat hoc probari, & viso dicto
statuto. dico quod in casu nostro non est omninò necessaria
probatio de qua loquitur dictum statutum in principio, sci-
licet quod fuerit cognita a duobus adulteris vel pluribus, vel
quæ publicè sui corporis quæstũ fecerit, quia illud statutum
loquitur quò ad mulierem nuptam, & quò ad adulterium cũ
ea commissum. qui non est propriè casus noster, vt patet ex
24 prædictis, † vnde cum in casu nostro non sit de necessitate
probandum in specie certum factum, sed in genere mulie-
rem esse inhonestæ seu infamatæ vitæ iuxta id quod habetur
l in d.§. item lex Iulia, cum simil. sufficerent testes singulares, [l]
quorum vnus probaret de vna re inhonesta, alius de alia per
no. per glo. & doct. in l.ob carmen. §.fin. ff. de testi. & per glo.
3.q.7. in cap. nihilominus. & per Innocen. in cap. qualiter &
quando, el secundo de accusa. & Spec. in tit. de inquisitione.
§.j. in versi. quid si vnus & in §. nunc tractemus. versic. item
sufficit. & in tit. de test. §. iam de interrogatoriis. ver. item de
tempore. & Iaco. Butr. in l. Arriani. C. de hæreti. & Bald. in l.
actor, in 4. col. C. de proba. & in l.j. C. de testamen. & in l.j.
C. qui numero tute. & Anto. de Butr. in cap. cum oporteat,
de accusa. & Mod. in l.inter pares. ff. de re iudi. cum simil. &
est communis conclusio ista secundum Ioan. de Imol. in d.c.
cum oporteat. & sufficeret probare quod fuisset inuẽta cum
* aliquo in rebus venereis, vt quia sit * inuenta in camera sola
cum solo obsculante uel tangente, vt no. Bar. post glo. in l. ca-
pite quinto, de adulter. per ea quæ habentur in cap. præterea,
de testi. & in cap. literis, in cap. tertio loco. de præsum. & no.
Bar. in l.2. §.fin. & in l.quod ait lex. in princ. ff. de adul. & per
no. per gl. & Bar. & Ang. in l.j. ff. de extraord. cri. & Bart. in l.
2. in princ. ff. de fur. vel si probaretur quod visum est sæpe re
cipere iuuenes intrantes domum suam, & quod ita commu-
ter seruant mulieres inhonestè viuentes ita Bal. in l. data ope-
ra, in 18. col. C. qui accusa. & per Iaco. Butr. & Bald. in l. neq;
natales. C. de probat. & Bald. in l.fi. ff. de hæredi. insti. & si per
duos testes contestes probaretur etiam ꝙ visa fuit sola cum so
lo in rebus venereis, vt de osculo, & per duos alios similiter
contestes probaretur, quòd fuisset similiter visa cum alio, ad-
huc fortior esset probatio, quia diceretur abundè esse proba-
tum, poterunt etiam admitti ad testificandum illi qui cũ ea
se copulassent, quia cum iste sit de casibus, in quibus socius
potest de socio interrogari, vt patet ex notatis per Bar. in l. re-
peti. §.fi. ff. de quæstio. & per doc. in l.fi. C. de accusat. & in c.
j. de confess. cum si. admittitur ad testimonium etiam socius
vel particeps criminis, per no. plene per Sal. post gl. in l. quo-
niam liberi. C. de testi. Fama etiam in prædictis multum ad-
miniculatur. d.c. præterea. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Pecuniaria. quòd valeat huiusmodi statutum tenẽt omnes, vt per Ange. tracta. maleficiorum, versiculo, che mai adult. colum. xxviij. ꝙ etiam valeat consuetudo, & lex Iulia dormiat, latè tuetur Aymo cõsil. cxxxvij. Sed non puto veram esse consuetudinem seu non vsum, qui non tollit legem.

b ¶Tamen simile. s. lib. vj. consi. xcix.

c ¶Romanos. s. lib. vj. consi. vj.

* Honestæ mulieris.] Fisco incumbit probatio honestatis, Cæpola cõsil. lviij. & quæ dicatur honestè viuere, tradit Alex. ad l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Treb. Nat.

d ¶Prout. Matthæsi. sing. cj. Hipp. Mar. rep. l.j. nu. 10. de rap. virgi. s. lib. vj. consi. xcix. nu. 6.

* Quòd non debent puniri scholares.] Sequitur Socin. consil. cxlviij. col. ij. lib. j. Nat.

e ¶Iudæis. s. lib. v. consi. lxxv. nu. 6.

f ¶Quando. s. lib. j. consi. cxj. nu. 3.

* Per glo.] Sed rectè examinanda est glo. inst. de iniur. §. in summa su prà per Alex. allegata, de qua tractat etiam Paris put. in suo tractatu Syndic. char. lxxxvj. vbi etiam allegat quoddam consilium Baldi. Scire oportet quis sit titulus criminis. vbi vult Bal. quòd dicta glo. procedat quando sumus in materia, in qua posset pœna personalis, aut pecuniaria imponi, quia in his pœnis iudicis arbitrium habet optionem, secundum glo. ff. aut damnum. ff. de pœn. quia non videtur ei datum arbitrium vt possit pœnam capitalem imponere, nec potest vigore talis arbitrij transire de vna specie, ad aliam speciem, vt de non capitali, ad capitalem. l.j. §. expilatores. de effractor. qui si excederet modum in arbitrio, posset appellari, vt no. ad l. fi. ff. de reb. cred. vel sibi posset de facto resisti, per no. ad l. addictos. ff. de appel. plus etiam dixit Bal. in d. consi. quòd dicta glo. vendicat sibi locum in delictis consummatis, secus in attentatis, & non consummatis, quia non includitur mors. De hac glo. ad §. in summa. institu. de iniur. vide Deci. consil. 100. in fi. Et arbitrium non extenditur ad publicationem bonorum, Dec. consil. cclij. col. pen. Ias. ad l. & si legibus circa fi. C. si contra ius vel vtil. publ. Et quando princeps reseruat sibi arbitrium pœnæ, tunc videtur interdictum inferioribus ne se intromittant, Bald. consi. cclxij. Decretum Domini lib. ij. Et bannum quod succedit loco deportationis, potest commutari in pœnam pecuniariam, Guido papæ q. ccccxxiij. in fi. Nat.

* Quia mutilatio.] Idem dicit Bal. ad l. transigere. in secunda oppo. C. de trans. Bar. ad l. iij. col. pe. ff. de publi. iud. Nat.

g ¶Exemplum. Imo in l. stipulatio hoc modo. de verbo. oblig.

h ¶Thomam

h ¶Thomam. Idem in 2.2.q.87.ar.j.& problema.2.artic.8. Ioan.Gerson.in lib.de vita spiri.animæ.latè Andr.Tiraq.in tracta. retracta.in præfa.nu.7.8.
i ¶Pari.s.lib.2.consi.210.col.j.s.lib.vj.consi.19.nu.8.
k ¶Oldr.Idem Imo.c.quod super his,de voto.Pet.de Anch.rep.c.peccatum.col.14.de reg.iur.in 6.in rep.c.possessor.col.16. eo tit. Marti.Lauden.trac.de princip.§.ix.Gemi.consi.96.col.ij.Ant.Corse.de potesta.reg.q.85.Soc.consi.86.col.fi.lib.4.
l ¶Singulares.Alb.l.hac consultissima,in princ.C.de testa. Pan.c.præterea.nu.1.de testi.quod no.s lib.vj.consi.189.num.12. Adde s.lib.j.consi.72. * Sequitur Gram.decisi.107.& in terminis istis Bal.consil.ccj.Quia d.domina lib.iiij. Nat.
Vt quia sit.] Idem literis prodidit Abb.ad cap.cum non ab homine.col.iij.versi.ad secundum principale.de iudic.Salic.ad l. Gracchus.§.j.C.de adulter.Vide Bal.no.consi.ccix.lib.iij. Nat.

EPITOME.

SI quis vendat duas partes terrarum,quæ pro alia tertia parte pro diuiso tenetur per Ioannem, non videtur vendidisse terras, quæ indiuisæ remanserunt inter venditorem & Ioannem, nec potest emptor in his longo tempore præscribere tanquam carens titulo.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum positum sine copula,restringit antecedens.*
2 *Exceptio firmat,sed non extendit regulam.nu.3.4.*
5 *Res æquè principalis non est de pertinentijs.*
6 *Castrum vendens cum pertinentijs, non videtur vendere res speciales, quas habet in eo sitas, sed solum iurisdictionem in eis. nume.7.*

CONSILIVM XIIII.

Abunde & eleganter per celeberrimos dominos supra consulentes mihi maiores honorãdos deducta sunt ea quæ ad suprascriptam consultationem pertinent,& per eos rectè in ea conclusum esse. nam in primo ne
1 gari non potest ꝙ † relatiuum[a] appositum sine copula,restrin
a git antecedens suum.l.a filio.§.testator. & §. iura. ff. de alim. & ciba.lega.l. hæres. §. vxori.ff.de leg.3.ergo licet in instrumento dicatur quòd Laurentius vendidit Baptistæ & Cælidonio de Agazadia duas tertias partes possessionum pro diuiso videlicet terras laboratiuas uineatas sodas,pratiuas, boscatas & alias quascunque,tamen quia subsequitur relatiuum,scilicet quæ pro alia tertia parte pro diuiso tenentur & possidentur per Ioannem Nicolai de Burgensibus,apparet restrictum esse antecedens ad illas tantùm terras, quarum tertiam partem pro diuiso tenet dictus Ioannes, ergo nemora & sylua
2 quæ pro indiuiso remanserant inter dictum Ioannem & Laurentium non sunt comprehensæ. ¶Nec obstat † quod dictus Laurentius in dicto contractu venditionis reseruauerit sibi palatium quoddam cum domibus & claustris ad dictum palatium pertinentibus, & sic exceptio ista debet firmare regulam in casibus non exceptis.l.quæsitum.§.denique. ff. de fu.instru.in authen.de non alien.§.vt autem. quia comprobando responsionem datam per dominos consulentes respõdeo, quòd aut palatium non erat commune pro indiuiso dictorũ Laurentij & Ioannis, & tunc obiectio cessat, quia palatium non est de eo genere bonorum,de quo sunt nemora, & sic nõ potest dici quod per talem exceptionem declaretur quod in præcedenti concessione veniant ea quæ communia erant pro indiuiso inter dictum Ioannem & Laurentium. l. nam quod liquidæ.§.fi.ff.de penu.lega. Aut dictum palatium erat com-
3 mune pro indiuiso dictorum Ioannis & Laurentij, & tunc dubium facere videretur, quia † exceptio debet esse de contentis sub regula,vt declarat Dyn. in rubrica de reg. iur.in 6. in fin.& per Barto.post glo.in l.j.ff.de regu.iur. in l.in his.ff. de leg.& ideo dicit Lapus & Dominicus in cap. qui ad agendum.§.j.de procur.in 6.& in cap.2.in fin.de offic. vica. eod. lib.quòd si constituo te procuratorem ad causas seu ad agendum,& ad omnia quæ ego possem, excepto quod non possis iurare ad calumnia, vel non possis iuramentum deferre,& sic excepto vno de requirentibus speciale mandatum, videor tibi dedisse mandatum ad ea quę speciale mandatum requirũt excepto iuramento prædicto,quia alias exceptio non esset de regula. Item alias dicta exceptio nihil operaretur. & similiter dicunt, quod si episcopus vicario suo cõmisit omnia quę ipse episcopus potest, excepta collatione beneficiorum, quæ requirebat speciale mandatum.vt d.cap.2. videbitur in generali cõmissione commisisse ea quę requirebant speciale mandatum,quamuis si non esset facta dicta exceptio, non fuissent comprehensa ea, quæ requirebant speciale mandatum, vt in d.cap.qui ad agendum.in d.cap.2.ad l.generali.§.vxori. cum ibi no.per Barto.ff.de vsufruct.leg.cum simi. diceretur quòd ibi exceptio erat de regula. Item operabatur in casu excepto absque eo quòd ampliaret regulam. vnde si legat testator hoc modo,lego Titio omnia quæ sunt in domo, excepto argento. non videntur legata illa quæ erant venalia, quæ non fuissent comprehensa si illa exceptio argenti non venalis non fuisset. facit quia exceptio operatur in excepto argento,& est de regu
4 la. ¶†Tamen hoc non obstante teneo quòd dicta nemora nõ comprehendantur,quia posito quòd vera esset opinio Lapi,
b & Dominici in dictis locis, quam tamen reprehendit [b] Petr. de Anchar.in rubrica.de regu.iur.in 6.in 4. quæstio. & in d. cap.2.& pro eo facit.licet ipse non alleget.l.fin. secundum vnum intellectum glo.ff. quod quisque iur. vbi exceptio facta de casu non comprehenso sub regula, videtur facta ad abundantem cautelam,& sic illud nõ operatur.facit.l. qui mutuã, in princ.ff.qui manda.nihilominus aliter respondeo ad decisionem Lapi & sequacium,scilicet ꝙ in casu suo verba regulę erant taliter prolata quòd erant apta comprehendere casus speciale mandatum requirẽtes. patet, quia dictum fuit quòd posses facere omnia quæ ego possem. non mirum si propter dictam exceptionem factam de casu requirente speciale mandatum sub dicta regula comprehenduntur casus speciale mãdatum requirentes,scilicet illi qui nõ fuerunt excepti, sed in casu nostro verba regulæ non erant apta comprehendere dicta nemora indiuisa, quia regula loquebatur solum de terris diuisis,& nemora erant indiuisa. vnde etiam si voluisset Laurentius venire in dicta venditione nemorum non possemus dicere quòd illa comprehenderentur in dicto instrumento venditionis,quia verba ibi expressa non patiuntur.l.in ambi-
5 guo.ff.de rebus dub. ¶ Non obstat † etiam si diceretur quòd per clausulam illam generalem subsequentem videlicet,cum omnibus suis iuribus & pertinentiis dictarum rerum venditarum & cuiuslibet ipsarum.&c.videantur comprehendi dicta nemora, quia corroborando etiam ea quæ dicta sunt per præfatos dominos consulentes respondeo quòd Laurentius non habuit nemora pro pertinentiis rerum venditarum, patet, quia etiam in ipsa venditione fuerũt nominatim & æquè principaliter venditæ terræ nemorosæ vnà cum aliis terris. patet ibi dum dicit, videlicet terras laboratiuas, vineatas, sodas, pratiuas, boschatas & alias quascunque. & sic etiam de boschatis mentionem fecit, merito illa clausula in qua dicitur cum pertinentiis &c.nõ intelligitur de nemoribus, quia supra declaratum erat nemora non esse pertinentias, sed res æquè principales.facit.l.sed si per prætorem.§.deinde.ff. quibus ex cau.ma.& l.j.§.eum.ff.de postu.& quòd no.in l. si idẽ cum eo.§.fin.ff.de iurisd.omn.iudic.Præterea illa uerba, scilicet cũ pertinentiis &c. debent intelligi de pertinentiis eiusdem qualitatis, quæ essent diuisæ inter Ioannem & Lauren-
6 tium sicut ipsæ res principales.hoc patet † ex eo quòd notabiliter dixit Ioan.de Imo.in l.3. in fine principij. ff. de acquirẽ. poss.vbi inquit,quòd si quis tradit castrum cum pertinentiis, nõ videtur tradere res speciales sitas in territorio dicti castri
c pertinentes ad ipsum [c] concedentem, sed solum videtur intellexisse de iurisdictione ipsius territorij, vt sic illa oratio vniformiter intelligatur.arg.l.iam hoc iure. ff. de vul. & pup. & l.in testamento.C.de test.mili. nisi secundum eum aliud constaret de mente ex verisimilibus coniecturis, vt quia venditũ esset castrum & verisimiliter non fuisset datum illud pretiũ, quod fuit datum nisi fuissent illæ res inclusæ,per l.semper in stipulationibus cum gl.& l.in obscuris,cum gl. ff.de reg.iur.
7 ¶†Et per hæc etiam infero ad secundum dubium ꝙ d. Baptista & Cælidonius non valuerunt præscribere longo tempore
d dicta nemora,quia carebant titulo[d] in eis.l.nullo,cum vulgaribus.C.de rei vendica. Præterea dicitur in themate ꝙ nõ apparet pro quanta parte d.Baptista & Cęlidonius possederint, ergo illa incertitudo impediuit eos posse præscribere, per ea quæ habentur in l.locus.ff.de acq. poss. & declarat notabiliter Bar.in l.emptor fundi.ff.pro empto. Laus Deo.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Relatiuum. Pau. & alij. l. j. C. de sum. Tri. Ang. Are. §. ius autem ciuile, col j. insti. de iure natur. gen. & ciui. Ias. consi. 97. lib. j.
b ¶Reprehendit, & bene vt dixi. s̃. lib. vj. consi. 36. nu. 31.
c ¶Ipsum. etiam si ad eum spectant occasione castri, vt sub feudum iure feudali retentum, non autem vnitum mensæ castri, sed seorsum & per se possessum, vt dixi in consue. Pari. §. xiij. gl. j. q. xiij. §. xxiij. q. xiij. tunc enim proprietas sub feudi seu ius feudale tantum censetur esse de pertinentiis & vendi. vt latè dixi in consu. Pari. §. j. glo. j. nu. 45. & gl. v. nu. 45. cum seq. & quod non præsumitur aliquid esse de pertinentiis nisi probetur late Alex. s̃. lib. iiij. consi. lv. nu. 18. cum seq. s̃ lib. vj. consil. ccxxij. ceterum ꝙ hic dicitur. Alexan. sequitur & dilatat Aymo. consi. liiij. nu. 9.
d ¶Titulo. nec sufficit opinio tituli, vt dixi in consu. Pari. ij. vij. nu. 26 & latius. §. lxvj. gl. ij. vide Old. q. clxiiij. Corn. consi ccj. col. iij. lib. j.

EPITOME.

TVTRIX filiorum cessit Iacobo, mediante summa quingentarum librarum actiones filiis competẽtes contra communitatem Bononiæ. postea re integra officiales Bononiæ dederunt & assignauerunt dictis filiis in solutum certum redditum salis. Postremo ijdem officiales idem ius cesserunt Iacob. cessionario occasione dictæ cessionis. Respon. Alexan. ꝙ non potuerunt, ex quo ius erat quæsitum filiis, qui etiam nõ tenentur illud ius cedere Iacobo, sed duntaxat tenentur illi soluere summam, quæ erat eis debita per communitatem, & ad quam facta fuerat cessio.

CONSILIVM XV.

Attentis supra narratis mihi videtur iustitiam esse pro dictis hæredibus Bartholomęi de Pre
1 tis, nam quanuis tutrix† filiorum ac hæredum dicti Bartho-
lomæi cessisset præfato domino Iacob. actiones competentes
dictis hæredibus contra cameram, & translatæ essent in præ-
fatum Iacobum, tamen remanserunt apud eosdem hæredes
Bartholomæi actiones directæ, quarum occasione potuit eis
per cameram satisfieri, assignando eis dictum redditum Mõ-
tis salis pro dicta quantitate, cum nondum esset per præfa-
tum Iacobum cessionarium denunciatum cameræ Bononiæ
seu agentibus pro camera, quod non solueret dictis hæredi-
bus Bartholomæi, nec per dictum Iacobum lis contestata es-
set contra cameram super eo in quo tenebatur camera ipsi Ia-
cobo tanquàm cessionario, nec adhuc pars aliqua quantita-
tis debitæ Iacobo occasione dictæ cessionis fuisset soluta per
cameram prædicto Iacobo. ista probantur in l. 3. C. de noua-
tio. & in l. nomen. C. quæ res pig. ob. poss. ¶Ex quo infertur,
quod rectè fuerunt descripti creditores Mõtis salis in libris
duabus mille præfati hæredes Bartholomæi, quia erant ad-
huc veri creditores cameræ & contra eam directas actiones
habebant, non obstante cessione, per iura præallegata. ¶Nec
obstat ad hoc si diceretur quod imò sufficit quod agentes pro
camera contra quam facta erat cessio, scirent tempore quo sa
tisfecerunt dictis hæredibus Bartholomęi quod ipsi hęredes
Bartholomæi mediante eorum tutrice cessissent Iacobo iura
contra cameram. l. fi. ff. de transact. & l. facta. §. si hæres. & v-
trobique plenè not. ff. ad Trebel. quia respondeo, quod non
apparet quod agentes pro camera tempore quo fuit satisfa-
ctum dictis hæredibus Bartholomæi haberent scientiam di-
ctæ cessionis, imò ignorasse præsumuntur, cum consisteret in
facto alieno. l. fi. ff. pro suo. c. ab excommunicato. de rescript.
Præterea. d. l. fi. & d. §. si hæres, non loquuntur in cessione fa-
cta per creditorem alteri contra debitorẽ, eo modo quo fuit
in casu nostro, vt plenè per docto. in d. §. si hæres. tamen præ-
2 cedens responsio plenior & tutior est. ¶Stante† ergo ꝙ legiti-
mè dicti hæredes Bartholomæi fuerint descripti creditores
Montis salis, & rectè fuerit eis assignatus dictus redditus Mõ-
tis salis occasione dictarum directarum actionum quæ apud
eos remanserant, sequitur quod alienari & transferri postea
non potuit in totum vel pro parte illud ius competens dictis
hæredibus ad dictum redditum annuum Montis salis in prę
fatum Iacobum describendo præfatum Iacobum in credito-
rem seu dominum dicti iuris, & redditus annui, loco dicto-
rum hæredum, qui erant pupilli seu minores, quia non in-
teruenit consensus dictorum hæredum; qui erat necessarius
tam ex forma prouisionis editæ super iuribus dicti Montis,
(vt in themate supra scripto narratur) quàm etiam de iure
communi. est enim regula iuris, quod id quod nostrum est, si-
ne facto nostro a nobis euelli non potest, vt l. id quod nostrũ.
3 ff. de reg. iur. imò† etiam si consensissent præfati minores, nõ
fuisset talis consensus sufficiens. quia talis redditus annuus
a computatur inter[a] immobilia, vt l. iubemus nulli. in princ. &
ibi no. C. de sacrosan. eccle. & in authen. de non alien. §. hæc
vos. cum glo. in verbo, ciuiles annonas, in cle. exiui. §. cumq;
annui redditus, de verb. sign. Quinimò ex forma statuti ciui-
tatis sub rubrica de cõtractibus minorum, nullus minor. 25.
annis qui sit sui iuris potest contrahere vel alteri se obligare,
vel bona sua immobilia vel aliqua alia iura vendere, alienare,
cedere vel alteri obligare, vel renunciare alicui iuri sibi com-
petenti vel competiture, nisi id faciat pupillus cum authori-
tate tutoris seu per tutorem, & adultus cum authoritate cu-
ratoris, & in præsentia vnius doctoris decretum interponen
tis, & quædam aliæ solennitates in alienatione rerum immo-
bilium minoris 18. annis requiruntur vt plenius in dicto sta
tuto cauetur, quę quidem solennitates non interuenerunt in
casu prædictæ translationis. ¶Et si diceretur, non esse æquum
quod dicti hæredes Bartholomæi cesserint actiones suas con
tra cameram domino Iacobo pro pretio librarum quingen-
tarum eis promissarum, & ꝙ dicti hæredes habeant pretium,
id est, dictas libras quingentas, item habeant ius ad redditum
annuum Montis salis eis per cameram assignatum pro satis-
factione eorum crediti, quia respondeo, quod dicti hæredes
b Bartholomæi[b] tenentur prefato Iacobo seu eius hęredibus ad
illud quod debebat eis camera prædicta tempore cessionis,
& sic ad id in quo facta est cessio, non autem tenebantur aut
tenentur dare præfato Iacobo vel eius hæredibus ius ad red-
ditum dicti Montis salis, quia non fuit cessum tale ius præ-
fato Iacobo per dictam tutricem vel per dictos hæredes Bar-
tholomæi, nec tempore cessionis tale ius ad dictum redditũ
Montis salis competebat dictis hæredibus Bartholomæi.
Laus Deo.

ADDITIO.

a ¶Inter. And. Tira. in consu. Picto. tit. retra. §. j. glo. vj. nu. 4. cum seq.
* * Habetur loco cuiusdam prædij ex quo quid annuum percipitur, Bal. ad c. j. col. pen. versi. extra quæro. de iureiur. Nat.
b ¶Tenentur. Idem Bal. cons. inci. Factum tale est in fi. ꝙ est cons. 303. li. j. secundum veterem. & cons. 105. li. 4. secundũ noua impressionẽ.

EPITOME.

APOLLONIA heredes instituit tres fratres suos, & partem decedentis sine liberis voluit peruenire ad illos uel alium siue eius liberos in stirpem, & inhibuit eos quicquam alienare, nisi omnes simul consentiant, quod si secus fiat, alienationem esse nullam, bona uero alienata peruenire ad alios fratres & hæredes, qui non consenserint alienationi. Quòd si omnes decederent sine liberis, omnia & singula bona quę nõ essent per dictos fratres & hæredes alienata, vendi & pretium distribui pauperibus tunc eligendis per certos executores. mortua testatrice instituti adierunt, & duo ex eis sine liberis decesserunt superstite tertio videlicet Iacobo comite, qui vult alienare de dictis bonis. Quæritur an & quantum possit ille aut habens causam ab eo ut non possit a pauperibus inquietari, defuncto authore sine liberis.

CONSILIVM XVI.

Breuiter ad quæsitum respondeo posse alienari de dictis bonis vsq; ad tres partes de quatuor
bonorum quæ remanserunt in hæreditate dictæ testatricis, at
tento quod testatrix voluit post mortem omnium dictorum
institutorum decedentium sine liberis erogari in pauperes
Christi bona quæ reperirentur esse in hæreditate, & quæ nõ
1 essent alienata per dictos hæredes.† & sic in effectu voluit re
stitui pauperibus illud quod superesset in hæreditate tempo
re quo eueniret conditio substitutionis fideicommissi, quo
casu hæres potest alienare reseruata solum quarta parte illi
cui

cui testator restitui voluit id quod superesset, vt est tex. in authen. cōtra rogatus. C. ad Treb. & plus ibi subdit Imperator, quod etiam dictam quartam diminuere seu alienare posset pro alimentis sibi necessariis. & no. in auth. res quæ. C. commu. de leg. & quò ad potestatem alienandi tres partes ex quatuor bonorum fuit de mente gl. fi. in d. auth. contra rogatus. quod non distinguatur an dolo alienetur vel sine dolo. patet ibi dum gl. dicit, si dodrantem totum iam dilapidauit &c. & illam ad hoc ponderat Raph. Cuma. in l. Titius. ff. ad Trebel. hoc etiam voluit gl. in l. Imperator. §. fin. ff. de lega. ij. & ibi ēt clarius Bar. ad fi. in ver. secundo casu &c. vbi habetur quod ēt quando hæres rogatus restituere quicquid supererat, alienauit animo interuertendi fideicommissum, & sic mala fide, nihilominus non tenetur reseruare nisi quartam. & probari videtur in auth. de resti. circa medium, coll. 8. in ver. non enim concedimus &c. Pro hoc bene facit id quod ibi no. Iac. de Belui. volens ꝙ dispositio illius auth. emanauit solùm ad tollendas discordias, quæ oriri potuissent inter hæredem & fideicōmissarium, vel ex proprietate verborum vel ex iuris dispositione. ita etiam videtur tenere gl. & ibi Barto. Ang. in l. pen. ff. ad Treb. attento quod ibi loquitur in hærede, qui † consumpsit, quod verbum accipitur in malam partem, vt ibi dicit Angel. vel secundum Io. de Imo. in d. l. pe. dicendum est saltē hodie esse licitum dicto hæredi consummare tres partes ex quatuor bonorum hereditatis, vt in d. auth. contra rogatus. & ita in dubio talis hæres alienando, non videtur dolo facere, cum id suo iure ei liceat. l. nullus videtur. ff. de reg. iu. ideo in dubio non præsumeretur dolus secundum eum. ar. l. merito. ff. pro so. & per no. in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infec. Sed vbi apparet ꝙ hæres principaliter alienaret in fraudem [a] fideicōmissarij, dicit Io. de Imo. quod forte non videtur quod hoc facere possit, per id quod no. in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. ar. & in d. l. fluminum. §. fi. Sed in casu nostro non potest dici qd constet ꝙ in fraudem & causa interuertendi fideicommissi principaliter fiat alienatio, cum dictus comes Iacobus nō habeat aliquid aliud in bonis, & ex fructibus non posset cōmodè sibi consulere inspecta qualitate ac nobilitate generis sui imò secundum magis veram opi. videtur quod dummodo reseruet quartam, non videatur dici posse hodie ꝙ hæres alienet in fraudem & causa interuertendi fideicommissum, adeo quod hoc sibi non liceat, vt probatur in d. auth. de resti. & per gl. & per Bar. in d. l. Imperator. & dixi suprà. ¶† Quinimò fortius voluit signanter Bald. in d. auth. contra rogatus, quod si dictus hæres in vita sua non alienasset tres partes ex quatuor, sed in vltima voluntate disposuit de dictis bonis vsque ad dictas tres partes, hoc facere poterit. ar. l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. hoc vltimum tamen non pono pro cōstanti, [b] quia non est necessarium. Et potest dicta alienatio trium partium fieri pro diuiso vel indiuiso seu in aliquibus rebus integris, dūmodò tot alia bona per se supersint, quæ sufficiant ad quartam bonorum. vt probatur in d. auth. de resti. versus finem. ibi, dum dicit, si vero contigerit alias tetigerit quartam & non habeat ad supplementum aliam substantiam, tunc damus & contra emptores &c. facit. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. Alex.

ADDITIONES.

[a] ¶ Fraudem. dic quod hic non potest allegari fraus vel dolus, quia libera est facultas & actus liciti, & sic deest materia fraudis vel doli. Sed solum posset allegari simuatio, vt in simili dixi in consue. Parisi. §. iij. q. iiij. nu. 19. & q. ix. nu. 31.

[b] ¶ Constanti. & cautè quia illud dictum est falsum, & contrarium tenet ibi Cor. & bene, quia primus testator voluit suum fideicommissarium præferri cuicunque hæredi hæredis extranei, siue legitimo siue instituto in testamento, ergo multò magis voluit præferri legatarijs hæredis.

EPITOME.

TESTATOR filiam Helenam instituit particulariter, filios vero masculos vniuersaliter, quos inuicem & per fideicommissum substituit, eis verò quandocunque decedentibus sine liberis, nullo ipsorum filiorum ipsius testatoris superstite, tunc eo casu dominas Lauram & Barbaram sorores substituit in vsufructu omnium bonorum suorum. Post mortem verò dictarum Lauræ & Barbaræ in vsufructu & proprietate dictorum omnium bonorum suorū substituit proximiores agnatos vel cognatos. Mortuo testatore decesserūt omnes filij masculi sine liberis superstitibus tutore Helena, & amitis. amitæ petunt vsumfructum omnium bonorum, saltem in quibus fuerant instituti filij deducta eorum legitima. Respon. Alexan. quod male petunt, quia non sunt vocatæ nisi nullo filiorū testatoris superstite, sed hic superest filia quæ venit appellatione filiorū quando est fauor, vt hic. Tum quia aliàs sequeretur quòd etiam collaterales & remotissimi ex fœminis orti, filiæ testatoris præferentur in proprietate & vsufructu.

CONSILIVM XVII.

Circunspectis verbis testamenti dicti Alexādri, & præsupposito omnes filios masculos Alexandri post eius mortem decessisse impuberes superstite dicta Helena ipsius testatoris filia, & superstitibus dictis Laura & Barbara dicti testatoris sororibus, dubitatur an dicatur euenisse casus in quo substitutæ fuerunt dictæ sorores testatoris in vsufructu, prout in testamento continetur, & omissis superfluis puto concludendum quod non. primò per † id quod habetur in l. Titius. §. j. ff. de lib. & posth. vbi
1 habetur quod prouisio facta in vno casu a testatore porrigitur ad alium, in quo testator similiter prouidisset si de eo cogitasset. & ita illum tex. summat Bar. ergo cum testator prouiderit quod sorores testatoris admittantur ad substitutionem in vsufructu omniū bonorum testatoris nullo ipsorum filiorū testatoris superstite, sequitur quod posito quod de stricta significatione verborum diceremus testatorem prouidisse solùm in casu quo filij masculi sine liberis mortui essent, admitterentur dictæ sorores ad dictam substitutionem, tamen quia si testator cogitasset de superexistentia filiarum mortuis masculis similiter iuris præsumptione prouidisset quod extantibus filiabus non admitterentur dictæ sorores, debet porrigi
2 dicta dispositio ad istum casum, quia iuris † præsumptione testator magis diligit descendentes suos quàm transuersales, patet in l. cùm auus. ff. de cond. & demō. & in l. cùm acutissimi. C. de fideic. & l. generaliter. §. cum aūt. C. de insti. & substi. iū ctis ibi notatis per Cy. in 3. q. & per gl. & Ang. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. facit. l. scripto. ff. vnde liberi. & l. fratres. & l. fratris. C. de inoff. test. putandum est igitur mentē testatoris fuisse quod sorores testatoris nō admitterentur nisi mortuis filiis omnibus cuiuscūq; generis ipsius testatoris. & sic vbi mortuis masculis extarent filiæ feminæ testatoris, non admitterentur sorores testatoris ex substitutione, sed decedētibus filiis testatoris masculis sine liberis ab intestato, succederent ei filiæ testatoris ab intestato, & hoc modo testator satis videtur etiam prouidisse ipsis filiabus casu quo decederent filij masculi sine liberis, cum filiæ sint ipsis masculis proximiores, vt l. Lucius, vltima, cum ibi notatis per gl. fi. & doct. ff. de
3 hære. insti. & per hunc † modum intelligitur testatorem cōseruasse ius legitimarum successionū, vt sæpe lex interpretatur. l. pe. cum ibi no. C. de impu. & aliis substi. l. vel singulis. ff. de vul. & pup. l. qui duos, in prin. ff. de reb. dub. & plenè no. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & cum testator tempore conditi testamēti de tali morbo esset oppressus. & sic mortis cogitatione turbatus, præsumit lex eum propter hoc non ita omnium habere memoriam, & ad prouidendum diligentiā, sicut in actibus inter viuos. l. hac consultissima. C. qui test. fa. poss. hac ratione sępe numero lex supplet testantium voluntates. facit. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. & d. l. generaliter. §. cum autem. eum si. ¶ Secundò hoc deprehēditur ex modo & ordine substitutionum a testatore factarum. primò enim decedente aliquo ex filiis masculis sine filiis, vel sine testamento substituit superstitem ex eis. Et postea subiungit, eis verò quādocunque decedentibus sine liberis, vel testamento, nullo ipsorum filiorum ipsius testatoris superstite, tūc & eo casu pręfatas Lauram & Barbaram substituit &c. illa enim verba eis
4 quandocunq; decedentibus, &c. cum sint indefinita † & æquipolleant uniuersali, iuxta l. si pluribus. ff. de le. 1. ca. solitæ. de maio. & obe. c. vt circa, de elec. in 6. & ibi no. ostendunt fuisse ibi

ibi per illa verba esse prouisum casum, quando decederēt om
nes masculi, ergo ne illa verba sequentia, quæ dicunt, nullo ip
sorum filiorum &c. redantur superflua, debent intelligi testa
torem ibi sensisse de aliis filiis, scilicet fœminei sexus. l. si quā
do. ff. de leg. j. c. si Papa. de priui. in 6. & ꝙ no. Bal. in rub. C. de
5 contrahen. emp. in 9. q. & relatio† debet fieri ad ea ex quibus
dispositio non reddatur inanis. l. cum vulgari. ff. de dote præ-
lega. & l. seruo alieno. §. si ab impubere. ff. de le. j. & non debet
fieri relatio ad eos casus quibus iā specialiter prouisum erat,
l. si per prætorem. §. deinde. ff. quibus ex cau. maio. l. j. & vtro-
bique no. ff. de postul. l. cohæredi. §. si partem. ff. de vul. & pu-
pill. ¶Hoc & tertiò confirmatur ex sequenti substitutione fa-
cta post mortem dictarum Lauræ & Barbaræ, quo casu testa-
tor in vsufructu & proprietate dictorum omnium bonorum
tunc substituit proximiores attinentes ipsius testatoris mascu
los siue sint ex linea paterna siue ex linea materna, vnde si pri
ma substitutio facta post mortem omnium filiorum intellige
retur facta etiam in casu, in quo filiæ fœminæ superessent, se-
queretur ꝙ siue contigisset ꝙ Laura & Barbara superuiuerēt
post mortem filiorum masculorum testatoris decedentium
sine liberis, siue etiam præmortuę fuissent dicta Laura & Bar
bara, tamen quicunque proximior masculus cōiunctus testa-
toris, etiam si fuisset ex linea materna & in decimo vel remo-
tissimo gradu admittetur ad vniuersam hæreditatem dicti te
statoris, & filiæ testatoris remanerent omnino exclusę, ita pro
batur per l. quādiu institutus, cum ibi notatis per Bar. in vlt.
q. ff. de acq. hære. & Bar. in consi. suo incip. Quidam nomine
Mæuius habens filiam &c. quod quidem esset absurdissimū
dicere, & contra præsumptam mentem testantis. d. l. cum acu
tissimi. cum si. præsertim cum per masculos coniunctos testa
tori ex linea materna non cōseruetur domus nec agnatio aut
familia testatoris. cum tales dicuntur cognati strictè & pro-
priè, vt l. pronunciatio. & l. seq. ff. de verb. sig. & inst. de legit.
6 agnat. success. in princ. † Sed ipsæ filiæ testatoris dicuntur de
a agnatione [a] & familia testatoris & per ipsas saltem donec ui-
uent, dicitur durare & conseruari agnatio & familia patris, vt
d. l. pronunciatio. & insti. de legitima agna. success. in prin. &
7 §. j. & 2. & l. filius. ff. de suis & legi. & dispositio† testatoris in-
terpretari debet ne quid absurdum durum impium aut ini-
quum cōtineat etiam si a propria verborum significatione re-
cedere oporteat. l. vxorem. §. codicillis. cum gl. in verbo, pieta
tis. & §. cōcubinæ. & ibi no. ff. de leg. 3. sed impium & iniquū
est hæreditatem parentum auferri liberis, vt aliis cōcedatur.
l. nam & si parentibus. ff. de inoff. test. l. cùm ratio. ff. de bon.
dam. 17. q. vlt. c. fi. attēto ꝙ in casu nostro substitutio facta per
testatorem erat compendiosa facta per verba cōmunia, & sic
apta ad fideicommissariam per quam succeditur testatori, nō
autem ei cui fit substitutio. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vul.
8 & pup. & etiam casus qui† euenit, fuit casus in quo pręsuppo
sito quod deberent admitti dictæ sorores substitutæ admitte
rentur ex fideicommissaria substitutione, quia decessit filius
pupillus matre superstite, quo casu talis substitutio facta per
b verbum commune [b] valet iure fideicommissi, vt no. gl. & Bar.
Bal. in l. Centurio. ff. de vulg. & gl. Bar. & Ang. & multi alij in
l. precibus. C. de impube. & alij substi. & gl. Inn. in c. Raynu-
tius, de testa. & gl. & magis communiter canonistæ in c. si pa-
ter. eod. tit. lib. 6. & dicit Bal. in d. l. Centurio. & in l. iam hoc
iure. eo. tit. hanc esse communem opi. secundum quam con-
sulunt doc. & ad præsens non arbitror multū necesse hoc di-
9 scutere. ¶Quartò † quia in dispositione testatoris masculinū
c concipit [c] fęmininum, quando concipiendo fęmininum re-
dundat fauor & non odium. l. si ita scriptum sit filiabus, & ibi
no. ff. de leg. 3. l. si quis ita. ff. de test. tu. l. j. C. de condit. inser-
tis. l. j. & ibi no. & l. quisquis. ff. de verb. sig. & traditur in mul
tis locis etiam communibus & vulgaribus, sed interpretari ꝙ
sub illis verbis. s. nullo ipsorum filiorum ipsius testatoris su-
perstite &c. comprehenduntur etiam filiæ fęminæ testatoris,
est fauor rationabilis & non odium, quia per talem interpre-
tationem fauetur debito & iuri naturæ & voto parentū in §.
primum itaq; in auth. de hæred. & fal. l. fi. circa prin. C. de cu
ra. furi. & l. fi. C. de cod. & l. cum acutissimi. Pro hoc in specie
optimè facit id qd dicit Io. Andr. in c. Raynaldus. de test. quē
alij ibi sequuntur, vbi dicūt ꝙ si substituo Titio filio meo sub
hac conditione. s. si decesserit sine filiis, & contingat eum de-
cedere cū filiabus, an admittetur substitutus? & dicunt ꝙ nō,
quia illa verba, sine filiis, quamuis sint masculini generis, & fi
lij sint positi in conditione, tamen comprehenduntur etiam
fęminæ. mouentur, quia masculinum in materia fauorabili
concipit fęmininum, vt in d. l. si quis ita. cum concordantiis.
s. allegatis. & idem consuluit Ang. consi. 118. incip. Super pū
10 cto prædicto bona dotalia. ¶Pro hoc† etiam facit id quod ha
betur in c. cum dilecti, de don. secundum vnum intellectum,
secundum quem ibi probatur, ꝙ licèt aliàs clausula in fine ap
posita deberet referri ad omnia, iuxta. l. talis scriptura. ff. de le
ga. j. & l. j. C. de lib. præt. & c. inquisitioni. & c. secundò requi-
ris. cum ibi no. de ap. tamen fallit, nisi ita referendo resultaret
absurdum, vt in d. c. cùm dilecti, & ibi no. doct. ita ergo, pari
ratione in proposito, dato ꝙ etiam illa verba, nullo ipsorum
filiorum &c. debuissent aliàs referri ad clausulam illā, in qua
de masculis tantùm mentio facta esset, tamen quia hoc casu
sequerētur absurditates & iniquitates de quib. s. ideo debet
referri etiam ad filias in alia parte dispositionis nominatas.
11 ¶Quintò pro hoc† facit id quod consuluit Pet. de Anch. con
sil. 68. incip. Subtiliter ad plenum discussa & examinata sunt
dicta dubia &c. vbi erat casus, testator instituit filias in re cer
ta, & eas inuicem substituit, & filios masculos instituit in vni-
uerso, & eos masculos etiam inuicem substituit, postea dixit,
& si omnes decesserint sine liberis substituo Titium. an illa vl
tima substitutio facta per illa verba, & si oēs decesserint &c.
intelligatur si omnes. s. masculi proximè noīati decesserint, an
verò intelligatur etiam de filiabus? & concludit ꝙ etiam de fi
liabus, per l. j. C. de lib. præt. & d. l. talis scriptura, & per ratio
d nem. d. l. cum acutissimi, & d. l. cum auus. ¶Sextò [d] † decidit
12 hoc expressius Pet. de Anch. consi. 120. incip. Pro clariori de-
cisione dubij &c. vbi dicit ꝙ in materia substitutionum si est
facta mentio de filiis veniunt etiam filiæ per d. l. si quis ita. &
d. l. ita sit scriptum, maxime secundum eum in casu suæ cōsul
tationis, in quo testator quando voluit discernere sexum ma
sculinum a fęminino, hoc expresse dicit, & ita apparet in casu
nostro, in quo circa institutionem ꝙ testator quia voluit sepa
rare masculos a fœminis, expresse in institutione fecit mētio
nem per se de masculino sexu & per se de fęminino. facit c. in
ter corporalia. ibi, vnde si circa transactionem &c. de transla.
13 præla. ¶Nec prædictis ob. † si diceretur quod si dictę sorores
testatoris sunt substitutæ, non sequitur per hoc absurdum ꝙ
ipsæ præferantur dictis filiabus testatoris, attento ꝙ dictæ so
rores non sunt substitutæ nisi in vsufructu per verba commu
nia, & per consequens non trahitur dicta substitutio ad pro-
prietatem seu ad totū, sed interim remanet proprietas apud
hæredes filiorum masculorū, & sic apud dictas filias fęminas
quæ ab intestato essent hæredes pupillorum, dato ꝙ per fidei
cōmissum essent dictæ sorores substitutę in vsufructu per no.
per Bar. & alios in c. Centurio, pręallegata. in ver. quid si testa
tor substituat aliquem compendiosè, directè in certa portio-
ne. & in ver. quæro vlterius quid si hæc substitutio per verbū
cōmune fiat in certa portione &c. & Bal. in l. precibus, in vlt.
col. C. de impub. & aliis substi. & alij in l. his verbis. ff. de hæ-
re. insti. vbi per Io. de Imo. ibi. & in d. l. Centurio, quia ad hoc
respondeo ꝙ per hoc non sunt sublatæ absurditates & ratio-
nes superius allegatę, quia posito quod interim nuda proprie
tas fuisset remansura penès dictas filias hæredes dictorū ma-
sculorum donec viuerent dictę sorores. s. Laura & Barbara, tñ
illud nullam vtilitatē afferebat dictis filiabus, quia donec vi-
uebant d. Laura & Barbara, dictæ filiæ nullum erant commo
dum percepturæ ex dictis bonis. & mortua Laura & Barbara
proprietas transibat ad masculos proximiores testatoris agna
tos vel cognatos, vt disposuerat testator, & sic inutiliter erat
proprietas apud dictas filias, ergo apparet quod omninò re-
sultant absurditates prædictæ, si intelligamus euenisse casum
substitutionis. Item quia contingere poterat quod Laura &
Barbara decessissent ante mortem illorum dictorum filiorū
masculorum, & si dicta verba substitutionis intelligerētur eo
modo quo dicta Barbara & Laura intelligere volunt, præfe-
rentur etiam cognati testatoris quantūcunq; remotissimi ip-
sis filiabus testatoris per d. l. quandiu. in fi. cū ibi no. per Bar.
quod est absurdum & impium, & contra præsumptam men-
tem testantis in casu nostro vt superius est ostensum. ex qui-
bus concludo casum dictæ substitutionis non euenisse.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Agnatione.s.lib.v.consil.xxiiij.nume.10.Ias.consil.cxxx. col.iij. lib. j.Hippo.Marsi.sing.xxxiij fa.quæ dixi.s.lib.vj.consi.liij.num.6.adde. j.eo.consi.cxxv. nu.4.

b ¶Commune.s.lib.iij.consi.xij nu.20.

c ¶Concipit.latè Andr.Tiraquel.in consue.Picto. titu.retracta.S.j.nume.219.

d ¶Sextò.Adde septimò q faciunt illa verba,omnium bonorum,quæ comprehendunt etiam bona relicta filiæ, quatenus illi vltra legitimam verisimiliter relictum fuit,& sic cum sit similiter & pariter grauata, videtur grauamen vniforme. & sic propter vniuersalem omnium, requiritur quod pariter eueniat conditio in omnibus liberis grauatis.Quam rationem,eo q aliæ sufficerent,omisit Alex. hic recordor me consuluisse in pulchro casu testamenti cuiusdam ciuis borboniensis habentis bona in patria iuris scripti,qui instituit duos filios impuberes,& posthumum seu posthumam ex vxore tunc prægnante,videlicet posthumam, si nasceretur fœmina , in quingentis ...oris cum lecto munito ac vestibus,in dotem dumtaxat. si verò nasceretur masculus posthumus,illum cum dictis masculis vniuersaliter hæredem instituit,& dictos filios & posthumum substituit. & postridie in codicillis facta recitatione testamenti , & quòd in eo nullam substitutionem fecerat dictis liberis & hæredibus suis,si omnes simul vel succesiuè sine quibuscunque aliis liberis decederent, sic statuit, videlicet,casu contingente,quòd omnes liberi ac posthumus hæredes mei in pupillari ætate vel aliàs quomodolibet sine liberis deficerent,superstitibus nepotibus meis a fratre defuncto,volo quod dicti nepotes masculi dictis liberis & posthumo meis succedant in omnibus meis bonis vniuersaliter. Mortuo testatore nata est filia posthuma, deinde ambo filij masculi decesserunt sine liberis. Dicti patrueles filij fratris testatoris, ceperunt vendicare bona paterna dictorum filiorum,seu dominium,deducta legitima & trebellianica. & pendente lite,moriuntur actores relictis filiabus, postea decedit filia rea sine liberis, instituto hærede marito , cum quo tutores filiarum actorum litem reassumunt.Iudex misit ad me processum & acta,vt cum aliis peritis consulerem, quæ essent eius partes in iudicando.Ego quidem respondi filiam absoluẽdam,siue causam habentem ab ea nunc defuncta , quia tempore litis motæ nondum extabat, at ea pendente,in perpetuum defecit conditio,in cuius euentum actores erant vocati, videlicet casu quo omnes liberi ac posthumus testatoris deficerent sine liberis, superstitibus actoribus,vel altero eorum. Ambo enim mortui sunt, superstite dicta filia, quæ eras de liberis testatoris. Consequenter remanserunt illi bona libera,verum reliqui omnes ex doctoribus nostri ordinis, tenuerunt & superscripserunt adiudicandas conclusiones actorum, quia (vt dicebant) illa verba, casu quo omnes liberi ac posthumus hæredes mei, debent referri ad solos masculos,qui soli fuerunt hæredes vniuersales instituti , non autem posthuma , quæ iussa fuit in certa summa esse contenta. Et quod in his appellatione posthumi non poterat venire posthuma. quia testator & differenter de vno & de alio suprà disposuit,nec etiam poterat hic venire appellatione liberorum,quia ex verbo posthumus,& ex verbo hæredes mei,in eadem clausula adiunctis,apparet quod non sensit nisi de dictis duobus liberis masculis hæredibus institutis. Tum quia in præcedentibus & sequentibus clausulis, erat verbum, dictis liberis, sed istud verbum dictis non erat in clausula substitutionis, quæ erat talis, casu contingente quod omnes liberi ac posthumus hæredes mei &c. Vnde dicebam quod saltem non erat clarum quòd testator voluerit conditionem restringere ad præfatos duos masculos institutos, quia non fuisset hic vsus illa vniuersali, casu quo omnes liberi, sed illa casu quo dicti filij , vel casu quo vterque filius & posthumus , vel saltem indefinitè locutus fuisset, nec addidisset vniuersalẽ quæ propriè non dicitur de duobus tantum , sed de tribus vel pluribus. quæ vniuersalis non debet esse inutilis, ergo si non sit clarum conditionem defecisse , saltem est dubium , ergo iudicandum defecisse cum odio fideicommissi. tum fauore prolis. suprà eodem num. 23. Adducebam aliud, cui nulla solida & realis solutio dari poterat, quia testator voluit substitutos excludi , etiam per neptes vel pronepte filiorum, ergo multò fortius per filias proprias , vt not. supra lib.v. consil.lvj. Et sic in sententia solus perstiti & subscripsi, quam vt æquiorem secutus est iudex æquus & prudens.Et vltra Alexand qui hic in fortioribus terminis consuluit, facit quoddam consilium Caro.Ruini.vbi testator habens duos filios masculos & vxorem prægnantem,instituit primogenitum vniuersalem, secundo genitum in duobus mille florenis,& casu quo vxor pareret masculũ , destinauit illum militiæ Rhodiensium , & si pareret fœminam , voluit ei dari mille florenos pro dote & omni iure . si verò primogenitus decederet in pupillari,vel post quandocunq; sine prole , substituit secundo genitum, eoque pariter sine prole decedente substituit dictum posthumum. Quod si omnes filij & posthumus in pupillari,vel quandocunque sine prole decederent , voluit omnia bona deuenire ad Antonium de Villa noua fratrem testatoris.mortuo testatore,nata est posthuma,deinde decesserunt dicti duo masculi sine liberis. Concludit Ruynus eam vocatam in defectum posthumi masculi.Ego vero dico quod venit liberè ad succesionem ab intestato tanquàm deficiente conditione grauaminis,quia non est verũ omnes filios defecisse quandiu superest filia.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter non potest aliquid reseruare post tempus compromissi nec interpretari obscuritates suæ sententiæ.nu.2.*

3 *Sententia iudicis vel arbitri strictè accipienda.*

4 *Protestans docere debet de qualitate perquisita.*

5 *Protestatio incerta vel imperfecta non constituit in mora.*

6 *Clausula quòd toties committatur pena,quoties contrauentum fuerit, non multiplicatur ex multiplicatione protestationum super eodem, sed si plures sint causæ, quibus contrafiat, pluries committitur.*

CONSILIVM XVIII.

AN arbiter reseruãs sibi aliquid possit illud explicare post tempus cõpromissi. & quid importet illa clausula,quod pœna toties committatur, quoties fuerit contrafactum.

Circa dubia de quibus in themate,quia plura sunt,cõclusiuè dicere conabor quid de iure sentiam.

1 Et in primis super primo dubio † quo quæritur an dicta electio depositarij potuerit fieri per dictos arbitros post tempus compromissi,attentis verbis laudi in quo dicit penès idoneũ depositarium & in loco commodo per nos eligendum & eligendo.Respondeo quòd non, quia non potest arbiter sibi aliquid reseruare expediendum post tempus compromissi.l. si cùm dies.§.si intra diem.& l.nõ distinguemus.§.fi.ff. de arb. & specificè no.Bald.in l.terminato. C.de fru. & lit. expen. in pe.col.& ibi adhuc clarius Sali. vbi volunt quod si arbiter in sententia sibi reseruat taxationem expensarum, possit taxare dummodò taxationem postea faciat intra tempus cõpromissi,per no.per gl.in l.quia arbiter.ff.de arbi.sed post tempus cõpromissi expiraret reseruatio,quia extincta est omnis potestas quæ pendet a compromissio.l.nõ distinguemus.§.de officio. ff.de arbi.& idem voluit Ang.& Moder.post eum in l. Seius. & Augerius.ff.ad l.fal.& in l.si quis sub conditione. ff.de cõ-

2 ditio.institutio.¶Accedit† quod arbiter[a] non potest interpre-

a tari obscuritates quæ sunt in sua sententia nisi a partibus fuerit sibi hæc potestas data in compromisso. ar.l. ab executore, in princ.cum gl.in verbo præses prouinciæ.ff.de ap. & ita cõcludit Guido de Suza.in l.quidem.ff.de arb.& Ioan. And.in addi.Spec.in tit.de arbi.§.fi.in addi.incip.Guid.&c. & Dy.& Ang.in l.j.ff.si cert.peta.& Anto.de Butr.in c.quintauallis,in prima col.in oppositionibus de iureiur. & Ioan. de Imo. ibidem.in 4.col.vnde concludo quod saltem post tempus compromissi non potuerunt dicti arbitri dictam electionem facere.¶Super secundo dubio quo quæritur, an posito q non fuerit facta dicta electio depositarij aliquo tempore,sed quod dictus Gabriel assertus depositarius vnà cum duabus aliis personis fuerit electus & deputatus in calculatorem & reuisorẽ dictarum rationum commissa fuerit pena contra dictum Antonium,eo quia dictus liber nõ fuit præsentatus? respondeo quod non, quia pœna compromissi committit quando non paretur sententiæ arbitri,vt est de iure clarum, & prout constat ex verbis compromissi.&† sententia arbitri seu iudicis est

3

b strictè[b] accipienda vt verba iacent,& non extendenda.l.j. C.si plures vna sententia. & l.Paulus,la secunda.ff. de re iudic. facit.l.3.§.idem scribit.ff.de pecu.iuncta l.quicquid astringendæ.ff.de verbo.obli.Sed in sententia arbitrorum solùm continetur declaratio & mandatum quod omnes libri dicti Ioannis & dicti quondam Petri & vtriusque eorum coram dictis arbitris producti & præsentati deponi debeant & in depositum continuè esse,& stare debeant penès idoneum depositarium & in loco commodo per dictos arbitros eligendo & eligendum , ita q calculatores possint commoditatem & copiã dictorum librorum habere ad omnem eorum voluntatẽ pro expeditione calculi & computo prædicto faciendis,vt valeãt quàm citius fieri possit suam facere & dare relationem , ergo si non fuit electus depositarius idoneus per dictos arbitros, non sumus in casu dicti laudi seu sententiæ, & per consequẽs pœna ex hoc capite committi non potest casus enim omissus debet pro omisso haberi.l. si extraneus. ff. de condit. ob causam.l.commodissimè.ff.de libe. & posthum. ¶Pro hoc etiam facit

4 facit † quia pro parte dicti Ioannis fuit protestatum dicto
Antonio ꝙ curaret dictos libros præsentari & deponi penes
Gabrielem electum depositarium, vnde ad hoc vt dicta pro-
testatio interpellaret & constitueret dictum Antoniũ in mo
ra, & sic faceret eum incidere in pœnam, oportebat quòd di-
c ctus Io. tempore protestationis fidem [c] faceret dicto Antonio
de dicta electione depositarij, si facta non fuerat electio præ-
sente d. Antonio. l. si quis inficiatus. & ibi not. Bar. ff. deposi.
l. qui in alterius. & ibi no. Bar. ff. de reg. iur. in l. nomẽ. C. quę
res pig. ob. poss. & in cle. causam. de elec. & no. Bar. & alij in l.
quod te. ff. si cer. pet. in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. nou.
nunci. maximè dum tractat de tertia specie protestationis, sci
licet incitatoriæ, vt aliquid fiat cum suis concordantiis. ergo
apparet pœnam non esse commissam, prout etiam apparebit
ex aliis mediis, de quibus infrà dicetur. ¶ Quò ad tertium du
bium quo quæritur, posito quod electio dicti Gabrielis fuis-
set per dictos arbitros legitimè facta, an attento quod nõ fuit
facta electio alicuius loci, & quod in protestationibus nõ fuit
dictam ad quem locum deponi debeat dicti libri, sed simpli-
citer fuit protestatum ꝙ penès dictum Gabrielẽ depositariũ
electum deponerentur, pœna predicta fuerit commissa? & pu
to ꝙ non, quia in laudo continetur quod debeant deponi in
loco commodo per arbitros eligendo, ita ꝙ calculatores præ-
dicti possint commoditatem & copiam dictorum librorum
habere ad omnem eorum voluntatem, & in protestatione nõ
contineatur dictus locus commodus, nec contineatur quod
5 fuit talis locus commodus electus ab arbitris, videtur † quod
protestatio tanquàm incerta obscura & imperfecta non con-
stituerit in mora, per l. aut qui aliter. in princ. & melius. in §.
j. in verbo, & vbi. ff. quod vi aut clam. non .n. sumus in casu
in quo ex eius interpretatione videatur esse certitudinariè de
terminatus locus iste commodus, iuxta no. per Barto. in d. l.
non solum. §. morte. circa principium vltimæ Chartæ. saltẽ
inspecta causa inserta in laudo, ibi dum dicitur, ita quod cal-
culatores prædicti possint commoditatem & copiam dicto-
rum librorum habere ad omnem eorum voluntatem, &c.
6 ¶ Super alio dubio † quo quæritur, an posito quod debuisset
fieri præsentatio dictorum librorum an per illa verba apposi
d ta in compromisso, videlicet, quæ pœna toties [d] committa-
tur, quoties fuerit contra factum, ventum vel omissum, & ip
sa pena commissa vel non, soluta & exacta vel non, prædicta
firma perdurent &c. dicta pœna stantibus dictis decem pro-
testationibus committatur vna vice tantum vel pluribus? &
puto ꝙ semel tantum, quia pœna ista committenda venit qua
tenus non paretur laudo, & toties quoties fuerit contrafactũ
ventum vel omissum, non autem committenda, & multipli-
canda venit pœna ex multiplicatione protestationum facta-
rum super eodem. ergo cum in laudo non esset condemna-
tus dictus Antonius ad præsentandum & deponendũ dictos
libros pluries, sed sufficiebat semel præsentare & deponere,
dummodo per dictum Antonium non amouerentur libri de
loco vbi depositi essent, quousque esset factus calculus, ergo
non debet committi pœna nisi semel, quia pro vna tantum
causa implenda est cõtra factum. si autem plures fuissent cau
sæ quibus contrafactum esset pluries, potuisset committi pœ
na. l. si duo. §. 1. ff. de arbi. ibi, in singulas causas &c. Quinimò
Spec. in tit. de arb. §. fi. versi. quid si dictum sit in compromis-
so ꝙ pena pluries committatur &c. videtur habuisse pro sa-
tis dubio, an si post sententiam arbitri contra fiat pluries, de-
beat pluries committi pena virtute dictæ clausulæ, & non vi
detur decidere, nam dicit ꝙ secundũ aliquos si ante senten-
tiam arbitri fiat contra eius præceptum, puta quia citatus nõ
venit, committitur statim pena, & nihilominus poterit pro-
nunciare, & si iterum non pareat, iterum committetur. Si ve-
rò pronunciauit & altera pars non paret, committi tantũ se-
mel. postea subdit quod alij dicunt ꝙ ẽt si post sñiam contra
fiat. toties poterit agi ad pęnam quoties contrafactũ est arg.
eorum quæ no. in l. si quis. item. ff. de arb. vltimam ponit opi
nionem dicentium quod prædicta clausula nihil operetur.
Dicit etiam Bal. in d. l. si duo. §. 1. ff. de arbi. secutus Cy. in ad
ditionibus ꝙ dicta clausula toties quoties &c. non operabi-
* tur quod pœna committi * possit vltra bis bis. argu. l. fideicõ-
missa. §. si quis decem. ff. de le. 3. prima tamen responsio vide
tur mihi tutior, & illi adhæreo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Arbiter. Lanfran. de oria. tract. de arb. par. vlt. q. 27.
b ¶ Stricte. s̃. lib. j. consi. 46. col. 3. s̃. lib. 5. consi. 108. nu. 2.
c ¶ Fidem. no. in consu. Pari. §. 13. gl. 11. col. j.
d ¶ Toties. Lanfran. tract. de arbi. par. vlt. quęstio. 10. * Vide Bal. consi. 274. lib. 5. Nat.
* Quòd pœna committi.] Istud amplectitur Ias. consi. 30. lib. j. vbi posuit, ꝙ compromissum ex potestate data à partibus bis tantum poterit prorogari. & de his tangit Alex. ad l. qui bona. §. fi. & ad l. si finita in princ. ff. de dam. infect. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Crimen prius oportet esse commissura in criminalibus. n. 3. 4. 5.*
2 *Confessio spontanea non reuocata sufficit, si crimen commissum sit. nume. 5.*
7 *Confessio dicitur spontanea, licet fiat a capto & carcerato per indicem.*
9 *Mentiri quis contra se non præsumitur.*
10 *Pœna mortis vel mutilationis, non debet imponi absq; dolo.*
11 *Iuris error non imputatur doctori uel assessori, vbi sunt opiniones Doct. vel in singulari lege erraret nu. 12.*
13 *Doctor qui consuluit reum morte plectendum, eo quòd sponte confessus fuerat se tria furta perpetrasse, licèt de illis non appareret, non est de dolo puniendus, sed propter uarias opiniones a pœna corporali excusandus.*
14 *Assessoris imperitia excusat iudicem, qui elegit exercitatum & approbatum.*
15 *Pœna mitigatur propter merita vel insignem industriam personæ.*

CONSILIVM XIX.

Circa primum & tertium dubium quæ simul iungi
possunt, in quibus quęritur an iustum fuerit cõ
silium præfati doctoris an verò iniustum, adeo quòd consul
tori pœna vltimi supplicij veniat imponenda. & super pœ
na confiscationis bonorum stante decreto superioris dispo
nente quòd bona mandantis, seu consulentis homicidium
fieri confiscari debeant. vidi coclusionem quam faciunt quã
plurimi solemnes consultores contra præfatum doctorem,
cuius consilio Augustinus ad pœnam mortis damnatus est. &
1 potissimum eorum fundamentum est, quod † cum ex proces-
su non constet aliter quàm per confessionem Augustini furta
esse perpetrata, non debuit consulere eũ vt furem esse dãnan-
dum, quia primò debebat constare de delicto commisso mit-
tendo exploratores. l. j. §. item illud. & quod ibi not. Bart. &
alii scribentes. ff. ad Sylla. & per not. etiam per Bal. in authẽ.
* sed nouo iure. * C. de ser. fugi. in versic. sed pone, quod quis
confitetur se fecisse plura &c. & nonnulli etiam pro hoc alle-
gant no. per Ang. in l. vnica. C. de confes. per Bal. in addi. Spe.
in titu. de confessione versicu. Titius. & quia alias sequere-
tur, quòd quis esset dominus membrorum suorum, adeo q
absq; delicto posset facere se ad pœnam mortis damnari, con
tra l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & l. non tantum. & l. si nõ
defendantur. ff. de pœnis. & ideo dicunt soli confessioni stan
dum non essẽ. l. j. §. diuus. ff. de quæstio. & l. inde Neratius. §.
fi. cum l. seq. ff. ad legem Aqui. cum si. & ita nõnulli referunt
a modernos [a] in tractatu maleficiorum tenere debet enim * cõ-
* fessio esse verisimilis ut ex ea, quis damnari possit, ut inquit
Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. & attento, qđ
hæc vr̃ determinatio iuris clara, aperta & indubitata, videtur
quod dictus consultor fuerit in dolo & pœnam retorquutio
nis vltimi supplicij nullatenus euadere possit, per l. 2. cũ ibi
no. ff. quod quisq; iur. prout latius ipsi eleganter, & copiosè
prosequuntur. sed effectualiter principalia eorum fundamen
ta ad proximè dicta reduci videntur. & inficiari non potest,
quin a iudicio tam grauissimorũ virorum discedere satis du
rum & quasi temerarium videatur, tum quia ex narratis in
themate & in consiliis mihi ipsi persuadere non possum di
ctum dñm Iac. qui pro doctore digno cõiter habebatur dolo
motũ fuisse ad consulendũ dictum Augustinũ esse laqueo su
spendendum, dabunt veniam præfati excellentissimi consu-
lentes mihi fratres & maiores honorandi, si pro aliquali legi
tima excusatione saltẽ doli, vel latæ culpæ eiusdẽ consultoris,
dicã quid in ea re sentio. præsuppono in primis, qđ quamuis
† regu-

† regulariter ad inquiſitionem formandam præcedere debeant indicia.l.iuſtiſſimos.C.de of.rec.prouin.c. qualiter & quando, el ij.de accu.& not.Barto.in l.congruit,cum ſimi.ff. de offi.præſi.tamen fallit, vbi proceditur contra ſponte [b] confitentem, vt eſt text.in c.1.de accuſa.in 6.& tunc abſque alia probatione damnari poteſt etiam ſi inordinatus eſſet profeſſus.ff.de cuſto.reorum cum ibi no.per Bar.c.Piſanis.de reſti. ſpol.& in clem.conſtitutionem de elec.& no.Inn.in d.c.qualiter & quando.& docto.vbique ſequuntur. & quod ſufficiat probatio per ſolam confeſſionem abſque eo ꝙ reus conuincatur aliis probationibus teſtium ſeu aliis argumẽtis probatur in l.qui ſententiam.C.de pœn.in l.inter pœnas,in fi.ff.de interdic.& rele.in l.ſeruos.C.ad leg.Iuli.de vi.& in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cle.2.q.1.nos in quenquam. & ita eſt de mente doc.in l.2.C.de cuſto.reo.& ibi clarè Bald.dicit ꝙ ſola confeſſio * facta ſine tormentis apud acta iudicii ſufficit ad condemnationem in cauſa criminali.ita etiam dicit ipſe in d.l. ſi quis in hoc genus. vbi loquitur in pœna capitali. & Bal.in addi.Spe.in tit.de confeſſione.in 6.col. in verſic.an ex ſola confeſſione.& ſic etiam eſt de mente Spe. in tit.de accuſa.aut confeſſio.bene faciunt not.per Bart.in l.1.in fi.ff.de cuſto.reo.pro hoc etiam bona gl.iuncto tex.in auth.de man. prin.§.fi.in verbo,inquiſitione.quæ vult ꝙ in criminali facta confeſſione rei iudi. ſunt partes iudicis in cognoſcendo, ſed non in condemnando. ¶ Confirmo per ea quæ ſpecificè voluit Ang.in l.certum,in prin.ff.de confeſſis. vbi dicit ꝙ ex illo text.videtur colligi argumentum, quod ſi aliquis in iudicio confeſſus eſt occidiſſe hominem niſi appareat corpus alicuius interemptum, non poterit ex dicta confeſſione damnari,quia eſt incerta,cum non ſit ſpecificata perſona occiſi.dicit tamen ꝙ in contrarium videtur glo.in l.inde Neratius.§.fi.ff. ad l.Aquil. quæ videtur ſentire ſecundum eum ꝙ adeò ſtandum eſt dictæ confeſſioni ꝙ niſi confitens probet viuere hominem illum eſt damnandus,niſi ſecundum eum reſpondeatur ad illam gl.ꝙ ibi quis fuit confeſſus ſe certum & determinatum hominem occidiſſe,nam tunc de facili poteſt probari eum viuere,ſi ita ſit veritas; & ſic ſalua erit defenſio rei,non ſic quando in genere confitetur hominem occidiſſe, ſi diceremus talem confeſſionem ſufficere ad condemnandum, & dicit ꝙ hæc opinio ſibi videtur multum æqua,& ꝙ alias peruerſis iudicibus eſſet aperta via malignandi,dicit tamen vidiſſe ſeruari contrarium Peruſii tempore Nicolai de Torellis de Prato, qui inquiſiuit contra tres ꝙ ſuffocauerãt vnum hominem in flumine & ſuſpendit omnes. Ecce ꝙ Ang.in terminis vult qđ dummodò confeſſio contineat certitudinem maleficii, ſufficit abſq; eo ꝙ aliter verificetur maleficium fuiſſe cõmiſſum, ſecus dicit ſi confeſſio eſſet incerta,vt quia cõfiteretur hominem occidiſſe,quia tunc non ſufficeret,niſi verificaretur vnũ hominem fuiſſe occiſum.ita loquitur Bal.in addi. Spec.in d. tit.de confeſſione.in verſi.Titius.ſed in propoſito noſtro non negatur ꝙ confeſſio cõtinebat certitudinem maleficiorum & talium ꝙ ſi vera eſſet confeſſio, debebat pœna mortis puniri ſecundum formam ſtatutorum ipſius loci, ergo nihil obſtat quo minus debuerit ad mortem condẽnari.plus dixit Raph. Cu.in d.l.certum. ꝙ etiam quando reus in iudicio confitetur ſe vnum hominem occidiſſe, licèt in ſpecie nõ dixerit de quo homine,tamen erit damnandus pœna mortis,quia delictum eſt certum; & pœna homicidii eſt certa, & ideo dicit ꝙ non obſtat d.l.certum, in prin.quia ibi debitor conuentus confitebatur ſe debere aliquid quod erat omnino incertum, adeò ꝙ non conſtabat quid deberetur,meritò non releuat illa confeſſio,& obſtat ſecundum eum ſi diceretur ꝙ quando inquiſitus confitetur ſe occidiſſe vnum hominem, & non ſpecificat quis ille fuerit, non debeat puniri, eo quia poteſt eſſe ꝙ erat talis qui poterat impune offendi, vt bannitus, vel hoſtis patriæ,iuxta l.3.§.transfugas.ff.de ſica.quia reſpondet ꝙ de iure communi fundata eſt intentio curiæ, cum occidere hominé ſit de genere prohibitorum,ideo qui vult dicere contrarium, debet hoc probare.l.ab ea parte.cum ſi.ff.de proba.& dicit ꝙ alias vidit ſeu legit Bal.ita volentẽ, ſed ꝙ non recordatur vbi. ſed voluit allegare Bal.in l.ſi.cum exceptione.§. hac actione. ff.quod met.cau.Bene faciunt no.per Bald.in l.data opera.in 21.col.C.qui accuſ.non poſ.& in l.quoties.§. ſi quis nomen. ff.de hære.inſtit.& in d.auth.ſed nouo iure, dum allegat no.

per gl.ſingularem.2.q.8.libellorum.per quam apparet procedere accuſationem vel inquiſitionem inſtitutam contra aliquem ꝙ occiderat hominem * ignotum. & ponit hoc etiam Ang.in l.pretor.§.ſi dicatur.ff de iniur.vbi ad illam obiectionem formatam,ſupra de bannito vel hoſte rñdet prout ſuprà retu i reſpondere per Raph.& fuit reſponſio tradita per Bal. in d.§.hac actione.¶Petr.de Anch.etiam in conſil.24.tangit iſtam quæſtionem, & reſidet ꝙ ſi per confitentem non eſt reuocata confeſſio, allegando quod eam fecerit metu tormẽtorum,ſtari debet confeſſioni, quãuis aliter non conſtet de delicto, ſed ſi eam omnino reuocat, dicendo ꝙ eam facit metu tormentorum, tunc conatur per aliquas rationes (meo iudicio parum urgentes) ſuſtinere quod talis confeſſio ſine aliis adminiculis non ſufficiat,& loquitur tamen in confeſſione ſecundum eum non ueriſimili. Sed non ſumus in iſto caſu, qa non præſupponitur quod dictus Auguſtinus reuocauerit dictam confeſſionem, ſaltem quò ad tria furta quæ ſecundum formam ſtatutorum ſufficiebant pro pœna capitis imponenda,& etiam non apparet quod dicta confeſſio nõ ſit ueriſimilis,imò in dubio præſumitur uera nedum ueriſimilis, ut infra dicam. ¶ Comprobãtur prædicta, nam pone ꝙ accuſatur Titius ꝙ tali nocte percuſſerit Seium manu uacua in facie, uel cum alio inſtrumento in quacunque parte corporis ſine ſanguinis effuſione uel liuore ſeu tumefactione, & nulli aderant teſtes, Titius ſponte & fortaſſe ſibi delato iuramento de ueritate dicenda fatetur ſe percuſſiſſe prout in accuſatione continetur,certè ſi diceremus non eſſe ſtandum confeſſioni,nõ poſſet uerificari delictum fuiſſe commiſſum, & ſic delictũ remaneret impunitum non obſtante ſpontanea confeſſione, quod eſt abſurdum dicere argum.l.ita uulneratus. ff.ad leg.Aquil. & in c.ut famæ.de ſenten.excommunica. Hoc etiam uidetur eſſe de mente Pau.de Caſtr.in d.auth.ſed nouo iure.C.de ſer. fugi.ubi dicit ꝙ quando ex forma ſtatutorum requirũtur tria furta ut poſſit fur puniri pœna mortis. oportet quod conſtet de ipſius furtis aliter quàm per generalem confeſſionem, qa non ſufficeret ꝙ confiteretur ſe alia furta feciſſe, ſi nõ diceret quando nec cui fecerit,nec de quibus rebus, quia tali confeſſioni non ſtatur, cum agitur de pœna mortis uel de pœna corporali,cum non ſit dñs membrorum ſuorum, nam poſſet qs uolens mori ita confiteri, & contra ueritatem, ideo tolerari non debet.allegat dictam l.non tantum.& dictam l.1.§.item illud.& ita dicit tenere Bal.in dicta auth.ſed nouo iure.& ſubdit ꝙ uidit iſtum caſum de facto Bononiæ in quodam capto, qui confitebatur plura homicidia feciſſe,& non conſtabat de perſonis interfectis, unde dicit ꝙ ipſe cum aliis doctoribus allegabat dictum Bal.in d.auth.ſed nouo iure, ſcilicet qđ debebat aliter conſtare per dictum §.item illud. & dicit qđ profuit ſibi quod non fuit decapitatus.ſed fuit amputata ſibi una manus.ecce ergo quomodo procedit dictum Bald.in d.auth. ſed nouo iure.quia procedit quando in genere reus faceret cõfeſſionem incertam.& ita loquitur Bald.& Pau.de Caſt. ut retuli.& ita etiam Bald.in dicto uerſi.Titius.& ſic non eſt caſus noſter.¶Non obſtat id quod habetur in d.§.item illud, & qđ ibi no.Bar.& alii,quia reſpondeo quod ibi neque per confeſſionem alicuius inquiſiti, neque aliter conſtabat quis occiderit.unde text.ibi uult ꝙ ratione incertitudinis antequam procedatur ad torturam ſeruorum qui erant de familia domini occiſi.oportet prius conſtare dominum eſſe uerè interemptũ nam hoc facto ſi ignoretur a quo fuerit interemptus, tractan
5 dum erit de habenda quæſtione erga familiam ſeruorum occiſi.& ideo Bart.ibi † infert quod ex illo text.ſumitur practica ꝙ curia mittit officialem ut uideat hominem necatum & uulnera ſcribat, ut ſic poſtea poſſit inquirere ad inueſtigationem quis fuerit occidens.ita etiam dicit ipſe in l.fin. in prin. ff.de quæſtio. per l.ſi is qui §.iudicium. ff.de fur.& Albertus de Gandino in tractatu maleficiorum ſub Rubria de præſumptionibus & indiciis dubitatis. uerſicu. aliud etiam not. dignum.& Io.de Imo. in l.quoties. §. ſi quis nomen.ff. de here.inſt.Sed nos loquimur in caſu,in quo de delicto & perſona delinquentis conſtat ſpecificè per propriam confeſſionẽ factam abſque tormentis uel metu tormentorum,iuxta no.
6 per Bar.in l.1.§.diuus,cum ſi.ff.de quæſtio.quo † caſu etiam ſi aliquis ordo iudiciarius fuiſſet regulariter neceſſarius in ꝓceſſu inquiſitionis,tamẽ iſto caſu propter huiuſmodi confeſ-

sionem iudicialem non est necessarius, ut in d.c.1.de accusa.
in 6.& no.doc.in d.c.qualiter & quando,& dictum est, supra
& nulla clarior est probatio quam illa quæ ex propria cōfes-
sione spontanea & iudiciali resultat, quæ notorium inducit.
c.fin.de cohab.cle.& mul.l.fin. C.de fideic.l.generaliter.§.si
quidem.C.de reb.credi.l.generaliter.C.de nō nu.pec.fateor
tñ tutius fuisse & semper esse inuestigare an furta & crimina
quę reus cōfessus est reperiātur esse vera,& præsertim vbi ali
qua tortura vel metus tormentorum interuenisset,sed post fa
ctum quamuis hoc seruatum nō fuerit,quid iuris sit quid uè
sentiam ex iam dictis cuilibet intuenti facilè liquere potest .
7 ¶Et quāuis fuisset † captus & carceratus Augustinus , nō per
hoc resultat quod dicta confessio non dicatur spontanea , ut
dicit Bald.in præallegata l. si quis in hoc genus.alleg. no. per
Archi.15.q.6.si a sacerdotibus.ubi dixit ꝙ in iudice nō prę-
sumitur metus,per l.Iuli.ff.quod met.cau. & ita etiam Bal.in
l.unica,in 7.col.C.de confes. in uersic.quæro nunquid con-
8 fessio facta in carcere &c.& patet ex no.per Bar.in d.§.diuus.
¶† Fortius uoluit Pau.de Leaza.in commēto.c.grauis.de de-
posit.& Bal.in præall.l.vnica. C. de confes.in 5.col.in versic.
tertiò opponitur &c. quod etiam si nullis pręcedentibus in-
diciis illata essent tormenta reo, & in tormentis confiteretur,
& postea ex interuallo extra tormenta in eadem confessione
perseueraret,esset damnandus ex hmōi confessione.mouētur
per dictū c.1.& 2.de accu.in 6.& per no.per gl.in d.§.diuus.
& in d.l.1. C.de confes. & quia sequens perseuerantia purgat
uitium præcedentis metus, l.1.C.quod met.cau.c.ad id, de
c sponsa.l.2.C.quod me.cau.tamen hoc ultimum non ponerē
pro constanti , quia multi [c] contradicunt.s.qñ nullis præce-
dentibus indiciis processum fuisset ad torturam, & quia non
est casus noster,super eo insistere non est opus. ¶Non ob.etiā
ꝙ quis non est dñs membrorum suorum , & ideo non debet
posse contra ueritatē ex confessione se tradere morti, quia re-
spondebitur,hoc esse uerum ubi apparet cōfessionem esse fal-
9 sam , † sed lex non præsumit quem contra se falsum testimo-
nium ferre,sed pro se.l.omnib.C. de testi.l.nullus.ff.de testi.
l.de ætate.§.1.ff.de inter.act.ibi dū litera dicit,fides.n.ei con-
tra se habebitur.facit.l.cum de indebito.in prin.ff.de probat.
& l.1.ff.de bo.eo.qui sibi mo.consci.& c.super hoc.de renū.
¶Non ob.d.l.1.§.diuus seuerus,quia intelligitur in confessio
ne facta in tormentis,quia illa sola non sufficit nisi in ea per-
seueret,saltem qñ legitimè tortus est ut ibi per glo. & Bart.&
per Bar.in l.fi.ff.de cust.reorum & per doc.cōiter in l.2.C.de
custo.reo.& ita etiā procedit id quod habetur in l.1.§.si quis
ultrò.ff.de quæstio.s.quando sola cōfessio in tortura emanas-
set.uel quando de errore confessionis constaret, uel quando
non esset uerisimilis confessio,ut inquit Bald.in d.l.si quis in
* hoc genus.& ita loquuntur * præfati moderni in tractatu ma
leficiorum secundum quod referunt dicti dñi consulentes.s.
in eo qui confitetur maria & montes & quando faceret metu
tormentorum.qui metus hoc casu non potest allegari, ut per
Bar.in præalleg.§.diuus.& per Cy.& alios in l.fin.C.de quæ-
stio.& Io.An.& alios. post eum in c.cum in contemplatione,
de reg.iur.& per Bal.in d.l.1.C.de confes.in 6 col. & ibi etiā
subdit ad propositū in versi.sequitur uidere qñ confessio non
incipit a conuentis &c. ꝙ in dubio,confessio facta a reo in cā
criminali præsumitur uera & facta sponte & ex conscientia
perpetrati sceleris, & quia nemo præsumitur ita fatuus ꝙ in
seipsum mentiatur, ergo cum nō appareat aliquid probandū
propter quod dici possit dictas confessiones non fuisse uerisi-
miles,non uidetur ꝙ excusari nō debuit qui eis credidit. ¶Et
posito ꝙ aliqui essent qui tenerent illam opinionē uidelicet
ꝙ non esset standum cōfessioni factæ in iudicio sponte ab in-
* quisito nisi uerificarentur * delicta, tamen quia etiam negari
non potest quin etiā sint alii tenentes opinionem ꝙ illud nō
* sit necessarium , licèt sit tutius,tales opiniones excusare * de-
10 bent consultorem a pœna mortis,quia † pro culpa lata uel le
d ni,& sic absq; dolo [d] non uenit imponenda pęna mortis uel
mutilationis mēbri.l.in lege Cornelia.ff.ad leg.Corn.de sica.
& per plura signanter Bald.maximè in l.data opera.C.qui ac-
cusa.non pos.in 2.& 3.col.in uers.nunc de secundo,& in uer.
nunc de tertio.& per Bal.in l.ex morte. C.ad leg. Aquil.& in
l.in actionibus.ff.de in litem iuran.& in l.2.C.de noxa.sed ꝑ
talibus culpis cessante dolo uenit imponenda pœna extra or-
dinem iudicantis arbitrio secūdum qualitatem culpæ.ut no.
per glo. & Bar.in d.l.in lege Corne.& habetur in l.1.§.sed si
11 claua.eo.ti.& in l.diuus.ff.de offi.præsi. ¶Non enim † debet
dici ꝙ dictus consultor fuerit in dolo etiam præsumpto,cum
aut iure permittente fecerit , ut dixi . aut posito ꝙ essent opi-
niones an id de iure facere poterit, sequitur quod cessauit do
lus propter rei ambiguitatem , quia opiniones doctorum fa-
ciunt rem ambiguam, ut not.in l.& ideo ff.de leg.2.& in l.cū
de nouo.C.eo.tit.& no.Bar.in l.qui Romæ.§. duo fratres.in
6.oppositione. ff.de verb. obli.nam ubi articulus iuris nō est
indubitatus, tunc si in eo erratur etiam per doctorem uel iu-
risperitum, non dicitur errans esse in dolo uel lata culpa, ut
clarè decidit Bar.in l.quod Nerua.ff.deposi.in repetione cir-
ca 8.col.in uersic. iuxta prædicta quæro an iuris error sit lata
culpa &c.per l.2.cum gl.ff. de iur. & fac.igno.sed secundum
qualitatem dubitationis potest cadere in leuem uel leuissimā
culpā,ut ibi per eum & Ant.de But.in c.2. de consti.& quan
doque in totum excusaret, si esset satis probabile dubium,ut
quia neutra opinio esset magis communiter approbata, vt per
Io. And.in c.1.in fi.de postu.præla.in 6.& Inno.in c.ut debi-
tus,de app.& per Spe.in ti.de expensis.§.nunc uidendum.cir
ca princ.& no.doc.in c.ne Romani, in princ.de elec.bene fa-
ciunt no.per gl.insti.de obli.quæ ex qua.delic. in prin.& per
12 doct.in l.fin. C. de pœna iud.quinimmò † posito quod alias
ignorare iura esset lata culpa, iuxta l.latæ.ff.de uerb.sign.& l.
leges sacratissimæ. C.de legi. tamen illud non procedit in eo
* qui ignoraret * aliquam legem singularem , quæ esset contra
communes regulas , quia illud non cadit in dolum præsum-
ptum,neq; in latam culpam,ut not.decidit Sali.in l.quod te.
in pen.col.ff si cer.pet.per ibi no.per glo. fi.& sequitur etiam
ibi Ludo. Rom.& idem tenet Ant.de But.in c.finem litibus
de dolo & contum.circa 10.col. uersi.uenio ad quartum &c.
per notata per glo.in d.tit.institu.de oblig.quæ ex quasi deli-
cto. ergo posito quod dici posset ꝙ quando agitur de uita ho
minis sola confessio criminis non sufficiat, nisi aliter uerifice
tur delictum esse commissum. per dictum §. item illud.tamē
quia hæc esset specialis doctrina contra regulas iuris commu
nis,quæ habet, quod sufficiat confessio ad condemnandum.
d.c.nos in quenquam.cum aliis supra allegatis,dictus consul
tor errando circa hoc non diceretur fuisse in dolo uel lata
culpa,& per consequens non esset tractandum de pœna mor
tis sibi infligenda,cum illa non imponitur pro leui aut leuissi
ma culpa,sed alia pœna extra ordinem iudicātis arbitrio pro
modo culpæ,ut d.l.diuus.& no.Bal.in l.pignus. C.de pigno.
actio.in ulti.col.& dixi supra ex quibus pro conclusione resi-
deo, quod poterit qui in hac re cogniturus & iudicaturus est
informari,an in locis illis cōsuetudo & communis obseruan-
tia fuerit seruata ꝙ facta spontanea confessione in iudicio cri
minali per ius dicentem intelligetur super verificatione deli
cti, & sic aliter plena fides non adhibeatur confessioni.& tūc
consultor errasset,si de huiusmodi consuetudine ubi ipse de-
gebat & conuersabatur, notitia communiter habebatur,quia
13 ab opinione † ꝙ communis usus approbauit,non est discedē
dum.l.si de interpretatione.& l.minimè. ff. de leg. & in c.cū
dilectus.de consue.& no.Bar.in l.fi.C.de pœnis iudi.qui ma
lè iudi.& not.doc. in d.clem.ne Romani.& tunc poterit con-
sultor puniri similitudine supplicii.& isto casu procederet &
saluari posset opi. celeberrimorum consulentium,qui contra
dominum Iaco.consuluerunt,aliàs autem putarem tutius es-
se eum non damnare , per superius dicta.cui consonat etiam
sententia Vlpiani in l.absentem. ff.de pœn. dum inquit, san-
ctius est enim impunitum relinqui facinus nocētis quàm in-
nocentem damnare.& nisi summa eius maximi uiri in me au
thoritas ad quem huius rei cognitio pertinet, ad responden-
dum quid de iure sentiam,coegisset, libenti animo a consul-
tatione ista abstinuissem. tum quia non soleo in causis crimi-
nalibus cōtra inquisitos consilium reddere, præsertim vbi de
pœna corporis afflictiua tractatur. tum etiā ne attentis consi-
liis tot grauissimorum uirorum quispiam hæc a me arroganti-
ter aut contradicendi studio scripta esse arbitraretur, qd a me
semper alienū fuit. & maximè cū illis quos amo & obseruo,
de quorum numero sunt præfati dñi consulentes pro eorum
14 excellenti uirtute & fama. ¶Circa secundum † dubium quo
quæritur, an magistratus secutus consilium dicti Iaco.ueniat
puniendus

puniendus & qualiter, respondeo succinctè ꝙ licèt communiter dicatur ꝙ imperitia [c] consultoris vel assessoris electi a magistratu non excuset magistratum quominùs faciat litem suam, vt est de mente glo.in l.2.ff. quod quisque iuris.& ibi doc.& probatur in auth.de iudi.§.nullo. & aliàs est.§. necessitate.& in auth.de quæstore.§.maximè.& in l.si post depositionem.C.de assessori.& no.Bald.l.mancipia.C.de seruis fugi.& in l.obseruare.§.proficisci.in 31.q.ff. de offi.procon.& in rubri.C.de pœna.iudi. qui male iudi.tamen fallit quando elegisset virum approbatum & exercitatum in similibus & ad quem cõmuniter habebatur recursus, vt in casu nostro, quia tunc excusatur, vt per Ang.in l.terminato.C.de fructi.& litiũ expen.& per Sali.in l.si. C.de pœna iudi.qui malè iudi.arg.l. argentum.& l.qui non tam idonei.ff. commoda.& l.pignus. in fin.C.de pigno.acti.bene facit.l.si a bonæ fidei.& quod ibi no.Ang.ff.de rei vendi.& per notata per Bar.in l.si soluturus. ff.de solu.& isto casu saluabitur gl.in c.hoc etiam.2.q.6.quę tenuit, ꝙ solus assessor teneatur qui malè consuluit, & excusetur magistratus. Postremò † circa quartum dubium quo quęritur, an posito quod veniret imponenda pœna vltimi supplicij, possit superior [e] dicti loci dictam pœnam in aliam mitiorem commutare, concludendum est hoc fieri posse, si probabilis est & iusta causa subsit. causam autem vt iustam in proposito accommodari posse existimarem, si dictus Iacob.per vtilitate reipublicæ elaborasset seu id fecisset, * quod multorum salutem concerneret.* l.non omnes.§.fi.ff.de re mili.l.si quis ingraui.§.hi qui.ff.ad Sylla.& per no. per gl.in l.3.in verbo, certis rationibus. C.ex quib.cau.infamia irroga. & no.Bal.in l.obseruare.§.proficisci.in 11.q.ff.de offic.procon.vel si talis persona sit respectu doctrinę vel artificij, quod plurimum ad populi vtilitatem cedere possit, per proximè allegata in ratione sui.& arg.tex.vide no.in l.ad bestias.ff.de pœnis.vbi si etiã talis iam per magistratum ad pœnam mortis damnatus esset, debet magistratus rescribere principi & eum pro liberatione sua consulere. Alexan.

ADDITIONES.

In auth.Sed nouo iure.] Bal.ibi videtur loqui quando confessio ste in genere, quia captus pro furto, confitetur alia furta fecisse, & non dicit quando, nec cui, nec de quibus rebus; & ita videtur intelligere Pau.de Cast.ad d.auth. sed nouo iure.col.fi. Et istam q.tangit Paris Pute.in trac.Syndi.in verbo, Cõfessio.fo.33. Rui.latè cons.80. lib.4.Dec.ad c.cum speciali.§ porrò.de appella. Gram.decisi.2.col. antep.& decisi.48 col.fi.Ang.in tract.malefi.in versi.fama publica.in pen car.in addi.incip.tu autem adde in hac materia. Nat.

¶Modernos.f.Ang.Aret.versi.fama publica præce.col.64.& versi.& vestem cœlestem.col.19.Pet.Anch.c.felicis. col.pen.de pœnis.in 6. Gui. Pap.decis. Delphi.339.in fi.Ias.l.iusiurandum ꝙ ex conuentione.§.fi.col.6.de iureiur. Chassa.in consuet. Burg.tit.j.§.5.nu.40.Io. Igne d.l.j.§.item illud ad Sylla.Bertr. consi.15.& videtur in fi.lib.4. Hipp.Marsi.l.j.col.2.col.18.nu.6. de quæstio. & in practi.cri.in prin. nu.5.in consi 8.Dec.c.dilecti.in prin.de iudici.Tho.Gram.cons.60.

Debet enim.] Istud idem per plura firmat Dec.ad cap.at si clerici. col.6.de iudi. Nat.

¶Sponte.supra lib.4.consi.127.nu.2.

Quòd sola confessio.] Plura ponit Gram.decisi.36. dub.6. Et adde Bal.ad d.l.qui sententiam.& Pau.Cast.ad d.l.si quis in hoc genus.& Bar.qui hoc clarè dicit ad l.j.col.ij.C.de confes. Nat.

Occiderat hom.] Sequitur Fel.ad c.2.col.4.de libel.oblat.& ad c. auditus.col.7.de præscrip.De hoc etiam habes per Alexan.consi.23. lib.6. Nat.

¶Multi.supra lib.3.consi.52 supra lib.j. consi 5.nu.j.vbi dixi.

Et ita loquuntur.] Habes Ang.in d.tract.hoc dicentem, in verbo, Et vestem cœlestem.col.12.versi.quid si quis confiteatur. Nat.

Nisi verificarentur.] Vide Ias.ad l.iusiurandum, quod ex conuentione.§.fi.col.8.de iureiur. vbi tenet. quòd debet constare de corpore occisi, allegans plures hoc tenentes.& Ias.ad l.error.col.4.C.de iur. & fac. ignor. Nat.

Excusare.] Qua pœna puniatur iudex condemnans perperam ad mortem, vide Gramm.decisi.99. Nat.

¶Dolo.supra lib j.consi.109.nu.5.

Qui ignoraret.] Facit ad rem quod dicit Ang. Aret.post Io.Fab.ad §.suspectus.il ij. Institu.de suspectis tut.quòd iura vsq; adeo præsumunt de Imperatore, vt omnia eum iura noscere affirment; qui tamen sæpe errat, & errare potest; vt in l.3.§.fi.cum glo.ff.de suppell. leg.ideo hoc intelligitur de casibus vulgaribus, & qui sæpe in facto contingunt. Nat.

¶Imperitia.supra lib.j.consi.65.supra lib.2.consi.41.

Possit superior.] Alex.consil.121.colum.ij.infrà, dicit, quòd homo bonæ contraditionis, & famæ dignus est maiore venia, quàm ille, qui est malæ.l.non omnis.§.à barbaris. ff.de re milit.l.nemo.in fin. C.de episc.audi. Nat.

Seu id fecisset.] Criminis acerba pœna condonatur meritis præcedentis vitæ, vt optimè probat tex.in d.l. non omnes.§.fi.& ad text.in d.l.ad bestias, adde Ias.ad l.j.colum.ij.ff.de legibus. Et vbi agitur de puniendo principales ciuitatis, non poterit id fieri inconsulto principe.l.qui cædem.ff.ad l.Corn.de sicar. Et nota quòd iusta est causa homo insignis artificij, vt sibi condonetur pœna, vt est text.in d.l.ad bestias. secundum Dynum, quem refert Paris in tractatu Syndi.in verbo pœna fol.82. Nat.

Salutem coucerneret.] Vide gl ad §.sed quod Principi.ad verbum, ob meritum.Insti.de iure nat.gent.& ciu.vbi Aret.dicit, quòd iusta causa est in eo, qui multa seruitia fecisset Principi.& est text. in l.ij. §.postea Appius.ff.de orig.iur.quem adducit Roma.consi.310. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non soluendo videtur adire creditoris hæreditatem sibi delatam.*

3 *Hæreditate etiam iacente tenetur debitor offerre vel protestari.*

4 *Hæres minoris etiam mediatus potest ex capite minoris ætatis restitui ad adeundum.*

5 *Pater non transmittit ius adeundi hęreditatem filij.*

CONSILIVM XX.

Circa consultationem præmissam subtiliter admodũ & copiose pro more suo elaborauit excellentissimus iureconsultus & insignis æques do. Franciscus de Acoltis * de Aretio mihi maior plurimum obseruandus, adeo ꝙ silentio potius quàm additione opus esset, tñ ne ad rem incogitatè accessisse videar, infrascripta subiiciam solum attingendo, an hæreditas d.Magdalenæ delata ex forma statuti Donato eius filio, censeatur per eam fuisse aditam &c. Secundò posito quod non, an hæres domi.Symonæ sororis dicti Donati, possit ex beneficio restitutionis in integrum ex persona dicti Donati defuncti adire hæreditatem d. Magdalenæ delatam dicto quondam Donato, & cuius Donati hæreditatem d.Sy-
1 mona non adiuit. ¶Circa † primum videtur ꝙ si annus præfixus a lege ad dotem restituendam hęredibus vxoris a die soluti matrimonii iuxta.l.vnicam.§. exactio. C. de rei vxo. actio. fuit elapsus antequam dictus quondã Donatus excesserit ætatem annorum septem absq; eo ꝙ Ioannes pater & legitimus administrator d. Donati infantiş dictam dotem restituerit, dici possit pro dicto infante hęreditatem matris dicto infanti delatam aditam fuisse, vt tenuit Bar.in disputatione sua inci. Debitor in diem.& in l.gerit.ff.de acqui.hęre.& sequitur Io. de Imo.in d.l.gerit.& Pau.de Cast.ibi & in l.cum antiquioribus. C.de iure delibe. per plura & præcipuè per l.recusare.ff. de acqui.hære.secundum intellectum Iac.de Are.vbi per negligentiam potest induci repudiatio, ergo eadem ratione potest induci aditio.insti.de hęredũ quali.& diffe.§.fi. ¶Secundò per l.fi.§.sinautem aliquis cum §.seq. C.de iure delib.vbi quando ad petitionem creditorum statuitur ei cui defertur hæreditas, tempus intra quod adeat vel repudiet, si intra dictum tempus nil facit, videtur adire, ita esse videtur in proposito, quia pater ac legitimus administrator infantis, cui delata est dicta hęreditas, vr̃ habere dictam electionẽ, vt si vult agnoscere hęreditatem pro infante, iuxta l.si infanti.C.de iure delib.non soluat, si verò non vult agnoscere hæreditatem, dies
a interpellet eum ꝙ soluat, ergo si nihil facit, vr̃ adire. [a] ¶Tertiò
2 † quia mora seu cõtumacia est delictum, iuxta no.in l.si filius qui.in gl.2.ff.de interro.act.cum si.& nisi videretur adita hæreditas matris, committeretur mora per lapsum dicti anni.l. magnam suprà de contrah.& commit.sti.iuncto d.§.exact.& no.in l.si mora.ff.sol.mat. ergo debet fieri in dubio interpretatio ꝙ non commiserit delictum.l.meritò ff. pro soc. tñ ista tertia non vr̃ satisfacere præfato consultori, quia vsq; ad vltimam extremitatem termini non potest dici ꝙ alius sequens sit hæres, qm̃ vsq; ad illud extremum per quod debitor non soluens incideret in moram, si non videretur adire hæreditatem, non potest videri hæreditatem esse delatam seu acquisitam alteri.l.si plures. ff. de iure delib. l. quandiu prior. ff. de acquir.hæred.ergo immediate post lapsum termini, & multò

fortius ipso termino nondum totaliter elapso hæreditas repe
5 riretur iacere. & † quando iacet hereditas creditoris debitor
b non soluendo ad terminum non incidit in moram vel pęnā.[b] l.pecuniæ fęnebris.§.fi.ff.de vsu.Ego alias legendo.l.nō hoc. C.vnde cog.vbi Bal.tāgit istum articulum, retuli quod Ang. in consil. 370. incip. Consideratio prædicta in duo membra diuiditur.tenet contra Bar.per dictam l.pecuniæ. refero etiā in d.l.non hoc quòd Paul.de Cast.in d.l.cum antiquioribus, vt habetur in reportatis suis reprehendebat dictam tertiam rationem per dictam l.pecuniæ fęnebris,& etiam ibi conatus sum impugnare aliquas ex alijs rationibus Bart. & etiam improbo fundamentum quod sumpsit Bart. ex l. si peculium.§. sicut.ff.de pec.leg. aliter quàm faciat Bal. qui non videtur ad illum text.bene respondere, tandem ibi sustineo opinionem Bar.& principaliter per istam tertiam rationem,& respondeo dictæ obiectioni prout respondet ipsemet Pau.de Cas.in l.ad diem.ff.de verb.obli.& in l.si reus paratus. ff.de procu. ꝙ ni-
* hilominus* tenetur debitor offerre debitum coram aliquibus,& protestando ꝙ per eum non stat quominùs soluat,alle gat l.fi.ff.de leg.com. & est de mente Bart. in l.item illa,in 2. col.ff.de constitu.pecu.& in d.l.si reus paratus,in fi.& ibi etiā Bal.& Barto.in l.si seruum.§.nunc videamus.ad fi.ff.de verb. oblig.& Inno.in c.significante,de pig.oportet enim quòd appareat non stetisse per debitorē,quominùs solueretur ad hoc vt moram vel pœnam non incurrat l.si per te. C.de vsur.nec est putandum ꝙ Bar.qui in dicta disputatione format dictam oppositionem, tenuisset contrarium si vidisset eam tolli non posse, quamuis formaliter non videatur ad eam respondere.

¶Et licet Bald.in d.l.cùm antiquioribus. & ibi etiam Salic.& Bal.in §.cæteri.instit.de hęredum quali.& in l.3.9.C.qui admitti.& in d.l.non hoc.& in l.dos a patre.C.sol.matr.& in l. in his.§.si seruus.ff.solu.matri.& in l.si certis annis.C.de pactis.& Sali.in l.si filius.ff.de peti.hære. & in l.2.C.de leg.hæredi.conentur impugnare opinionem Bar.tamen non videntur tutè reprehendere opinionem Barto.nam mouentur ipsi primò per dictam l.cùm antiquioribus in verbo,aliquid gesserit.vbi aliquid non gerere non inducit aditionem. Sed ad hoc potest responderi ꝙ ille text.non obst.quia præsupponitur ibi nihil factum fuisse ex quo fuerit adita hęreditas, sed non negat quod per non factum quis non possit videri adire.

¶Secundò mouentur, quia delinquere non videtur esse adire.l.si extraneus.in princ.ff.de acquir.hæredi.ergo non dixit Bar.ꝙ propter incursum moræ quæ est delictum,quis videatur adire.Sed vt respondet Io.de Imol.in d.l.gerit. verum est quando constat ꝙ quis delinquit,sed vbi sumus in dubio,tūc potius videtur quis velle adire quàm delinquere per prædicta.& iste est casus noster.

¶Tertiò adducunt dictā l.non hoc, vbi possidendo non inducitur aditio.sed respōdeo quod imò inducitur aditio.l.1.C.de repud.here.vt fatetur ipsemet Bal. in l.1.in 2.q.C.qui admitti.nec obs.tex.in d.l. non hoc.quia ibi non constabat hęreditatem delatam esse possessori. vt ibi probat.

¶Quartò adducuntur.l.si filiusfam.C.de peti.hęred. vbi requiritur diuturnitas & patiētia vt inducatur aditio. sed respondeo ꝙ ibi non præsuponitur quod possidens esset debitor & incursurus moram.

¶Quintò adducunt.l.si preteritus. ff.de bonorum possess. contra tabu.vbi si filius præteritus cui a patre relicta est in testamento liberatio debiti opponat de ipsa liberatione contra hæredem agentem ad debitum, videtur filius agnoscere debitum,& approbare testamentum, secus si non opponat sed taceat quamuis non soluat.sed respondeo, quia ibi dato ꝙ filius non solueret,non incurrebat morā quāuis non approbaret testamentum, qm̄ ipsi filio cōpetebat bonorum possessio contra tabulas, de qua poterat contra heredem agentem ad debitum opponere, per quam oppositionē apparebat non competere hæredi ius agendi ad debitum cōtra filium,& hereditatem rupto testamento ad filium pertinere.& hoc est quod vult lex.in d.l.si preteritus.in ver. si hæredem.

¶Sextò adducunt,quia si debitorem meum iam morosum instituo hęredem,institutio non purgat moram,sed aditio.ita dicit Bal.in d.§.cęteri.alleg l. Stichum.§.aditio. ff.de solu.sed nec argumētum nec text.vrget,quia non loquitur in in eo qui iam fuisset in mora,& sic declarasset saltē tacitè velle delinquere, nec text.in d.§. aditio. aliquid dicit de mora.

¶Vltimò adducunt,quia sequeretur ꝙ per patientiam & taciturnitatem quis videretur se obligare oneribus hæreditariis, quod nō est dicendū, quia tacens non vr̄ consentire ad suum incommodum.l.filius.§.inuitus.ff.de procu.l. qui vas.§.vetare.ff.de furt.Sed ad hoc potest responderi,ꝙ Bart.& sequaces volunt non induci aditionem, si ipse non uult esse hęres, sed ita demum censeatur adita,si uult esse hęres, per notata in si. in l.siue possidetis.C.de proba.in uerbo, constituti.& sic redundat ad commodum suum cum pendeat a potestate sua.

¶Ad cautelam tamen cōmendo quod deueniatur ad sequentem practicam:pro qua oportet uidere quid de secundo dubio.s.an posito ꝙ non esset per prædicta inducta aditio hęreditatis filius ac hęres dictæ Symonæ qui est in effectu hæres
4 dicti Donati † possit per restitutionem in integrum adire & amplecti hæreditatem matris dicti Donati ex persona dicti Donati? in quo concluditur per pręfactum consultorem ꝙ sic,attento ꝙ pręsupponitur in themate decessisse in ætate annorum nouem patre superstite: & idem sequor & est magis communis opin.per l.Pantonius.ff.de acquiren.hæred.& ibi Bart.& l.qui duos in princ.ff. de rebus dub.& argū.l.1.C.de resti.mili.& ibi no.Iaco.Butr.Bart. & Angel.in l.non solum. ff.de in integ.restit.& ita consuluit Bart.in consil.incip.Perusinus quidam,& Ioan.And.in c.in pręsentia.post medium de proba.& Io.de Imo.in l.ventre.ff.de acquiren.hęred.in vlti. char.vbi affirmat ꝙ ista pars est magis cōmunis,etiam in decedente in infantia.& ideo ipse reprehendit Ang.qui ibi tenuit contrarium,& ipsemet Ange.mutauit opinionem in d.l.non solùm,& dicit etiam Ioan.de Imo.ꝙ illam opinionem tenuit præceptor suus Franciscus de Ramponibus: & pro ista opinione consuluerunt Bal.& Ang. vt refert ipsemet Ang.in d.l. si infanti.& ita etiam tenet Barto. & Io.de Imo.in d.l.Pantonius.& Bar.in l.qui duos.de vul.& pu.& dicit ibi Pau.de C ꝙ communiter seruatur opinio Bart.

¶Nec ob.huic conclusioni vna oppositio.quam format Pau.de Cast.in d.l.si infanti.& in d.l.Pantonius, quam reliquit insolutam. & quam dicit esse subtilem,& de ea semper dubitasse,nam dicit ꝙ secundum eum videretur ꝙ ista lęsio sit causata in articulo mortis, & antequam ipse minor sit perfectè mortuus;quia quàm primum deuenit ad articulum mortis fuit exclusus ab adeundo, quia in ultimo vitæ spiritu nō potest hęreditas adiri.l.a bonibus.§.cùm quidā.ff.de leg.j.l.fi.cum gl.ff.quando dies leg. ced. & per consequens eodem instanti inciperet competere beneficium restitutionis minori,& illud deberet transmittere ad hęredes etiam de rigore iuris, per dictam l.non solùm, tñ in d.l.Pantonius, dicitur contrarium,s.ꝙ non transmittit de rigore,sed de æquitate.& si ita est,cum illa æquitas nō reperiatur scripta in minore, licèt reperiatur scripta in maiore absente causa reipublicæ ut ibi,non uidetur ꝙ in minore debeamus recedere a rigore iuris scripti. l.1. C. de legi.qd quidem ius scriptum est, ut si minor non læditur in eius uita nō incipiat sibi competere beneficium restitutionis, & sic non transmittat,ut etiam dicitur in d.l.Pantonius,& in l.1. C.de resti.milit.& hanc rationem sensit etiam Bald.in d.l.non solum.& Io.de Imo.in d.l.qui duos, de uul.& pu.quia respondeo ꝙ ad hoc ut de rigore transmitteretur dictum beneficium restitutionis, non solùm requirebatur ꝙ fuit læsus minor in uita. sed etiam ꝙ in uita potuisset in integrum restitui. ut dicit tex.in d.l.non solum.ideo de rigore non uidebatur quod debuerit transmitti dictum beneficium, quia dato ꝙ in ultimo uitæ spiritu fuerit causata læsio, tamen non sequitur qd sibi restitutio dari potuerit eodem instanti. uel etiam potest responderi quod in d. l.Pantonius, non uidebatur de rigore concedendam restitutionem, quia læsio non processit ab absentia causa reipublicę seu a casu mortis iuncta absentiæ.

¶Præterea text.in dicta l.Pantonius.non loquitur de absentia causa reipublicæ, sed de alia absentia, puta causa mercaturæ, quæ propter quamlibet absentiam in qua non interuenerit culpa habet locum text.in dicta l.Pantonius, ut ibi per Barto. unde poterat uideri de rigore non esse concedendam dictam restitutionem, tamen ibi de ęquitate conceditur. & si talibus absentibus & eorum hæredibus ex persona absentium conceditur, multò magis hæredibus minorum ex persona minorum debet concedi,ut probatur in l.fina.ff.de in integr.restitutio. & l.in contractibus. in princ. & quod ibi Bald. in tertio not. C.de non nu.pe.& per notata per gl.in l.nec non.§.quod eis. in uerbo,

in uerbo, prohibeant.ff.quibus ex caus.maio.ratio autem fundata in d.l.ab omnibus.§.cum quidam, facit quod transmittatur ad hæredem & ideo uera videtur opinio quòd hæres minoris possit petere restitutionem, quæ opinio (ut dixi) est magis communis, & ideo ab ea non est in iudicando recedendum, vt traditur in locis uulgaribus. & propterea non uidetur necessaria ulterius disputatio; cum de actu iudicandi tractemus. ¶ Nec oportet insistere, an pater fuerit negligens & possit haberi regressus contra patrem uel eius hęredem, sicut in tutore distinguit Bart.in d.l. qui duos de reb.dub. & in d.l.si infanti.& Bald.in l.vnica.§. in nouissimo. C.de cadu.tollen. quia illa distinctio saltem non habet locum in patre, ut per Bal.in l.si infanti. in 6.quæstione, & fuit dictum opportunè per pręfatum dominum consultorem concludentem etiam & rectè † quod nec pater dicti quondam Donati, nec eius hæres potest concurrere ad hæreditatem dicti quondam Donati, attento quod pater dicti Donati decessit non adita hęreditate dicti Donati, & sic eam non transmisit, iuxta l.quoniam sororem.C.de iure delib.& d.§.in nouissimo. Alex.

ADDITIONES.

Franciscus de Accoltis.] Istud consilium habes in volumine consiliorum nu.161.incip. In præsenti consultatione.

¶Adire.contra verius supra lib.3.consi.110.nu.13.

¶Pœnam.supra lib.2.consi.172.col.j.

Quòd nihilominus.] Dominus Franc.Areti.viso, vt opinor, hoc consilio Alexandri, compilauit aliud consilium, vbi copiosissimè respondet huic rationi per Pau.Cast.allatæ, & consi.est nu.162. hoc initio, Verum est. Et facile adducor vt credam, quòd illud nouum consilium, in quo declarat dictum Bartoli ad d.l.si reus paratus: viderit postea Alexander, quia easdem rationes adducit consilio 94.colum.4.lib.j. Et vide de his acutè pertractantem Riminal. ad dict.l. non hoc. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Dicto solius arbitri non statur vel arbitratoris.*

6 *Recessum a speciali dispositione vel exceptione per verba generalia non videtur.nu.6.*

7 *Repugnantia per subdiuisionem vel sub distinctionem tollēda.*

8 *Calculator vel æstimator æquiparatur arbitratori.*

10 *Arbitramento pendente non tenetur quis procedere in inditio.num.12.*

11 *Calculator potest decidere de dubijs rationum.*

CONSILIVM XXI.

Consideratis his de quibus in themate fit mentio, & instrumento societatis initæ inter spectabiles uiros Lucam de la Turre, & Tassonum ac Baldeserram de Tassonibus & instrumento potestatis & commissionis concessę per dictum Baldeserram Lazaro de Cesenderijs. Super primo dubio † omissis nō necessariis concludo saldum dicti Lazari non esse sufficienter probatum. & quia apud omnes notissimum est, quanta sit authoritas & integritas illius excellentissimi Principis ac Ducis Mutinæ, quamuis de iure dici posset dictum eius plenam fidem non facere in his quæ concernunt præiudicium tertii.c. cum a nobis.cū ibi notatis.& c.licèt ex quadam.de test.c. cum olim essemus. cum gloss. in verbo quorundam fratrum. de priuileg. l.1.& quod ibi Barto.C.de superindicto.lib.10.& quod not.glo.in clem.1.de probat.in verbo, reseruasse.facit l.prohibitum. C. de iure fi.lib.10.& text.in §.eos. in authen. de collato. & per Spec.in tit.de restit.§.1.uersic. quid si aduocatus.cum multis similibus, non arbitror oportere de fidè verborum & literarum tanti principis aliquid in dubium reuocare. vnde posito quòd literæ principis probarent, Lazarum dixisse illud esse saldum suum, uel producerentur literæ Lazari hoc attestantes, tamen per hoc non dicitur esse probatum sufficienter illud esse saldum factum per Lazarum. cui in hoc certa potestas & arbitrium datum erat. probatum per id quod communiter concluditur in arbitro & arbitratore, scilicet quòd si & arbiter † vel arbitrator est unicus, non stetur dicto eius ad plenam probationem de his quæ gesta sunt a se uel coram se. l.ne in arbitris. & ibi Barto. C.de arbit.& ibi clarius Bald.in vltima colum.& c.cum dilecti. & ibi not. docto. de elect. & not.Spec.in titu.de teste.§.1.uer.quid si aduocatus.& Barto. in d.l.societatem.§.arbitrorum.circa ultimam uel penu.col. ff. pro socio. & notat docto. in cap. 2. de arbit. & Anto. de Butr. clarè in d. cap. cum a nobis. ubi uult quòd si quæratur an si arbitrator uult deponere & testificari quid ipse arbitratus sit, idem dicendum est in arbitratore quod dicitur in iudice & arbitro, qui non potest si unicus est per suum testimonium plenam fidem facere, ut ibi per eum.& iam dixi. & idem clarè no. An.de Bu.in c.quintauallis, de iureiur.in uer. uenio ad sextum qualiter iniquitas detegatur &c. & idem ibi Io.de Imo.post medium.in 14.charta, in uersi.an autem arbitrator poterit esse testis, & plenius ac expressius Ant.de Butr. consi.24.incip.Quæstio hæc dubia uulgaria habet facit. l.iusiurandi.C.de testi.& c.ueniens.el j.ad fi.de testi.cum si. patet ergo ex præmissis ꝙ unus arbiter uel arbitrator quāuis sit electus a partib. & approbatus tamen ad probādum id quod est gestum ab ipso, non est sufficiens pro plena probatione. hoc idem probatur ex notatis per Antonium de But.in c.fi.in ultimis uerbis de præscr.quem ibi etiam sequitur Io.de Imo. debuit ergo Lazarus tempore saldi adhibere notarium solenniter aut testes, & coram eis exprimere, declarare, & proferre saldum suum.

3 ¶Venio ad secundum dubium† quo quæritur, an

* posito quod probetur Lazarum sic saldasse & calculasse * tales rationes, cogatur Baldassar uigore potestatis & mandati facti in personam Lazari acquiescere dicto saldo? & in hoc concludo Baldasarem non teneri acquiescere. prout etiam conclusum est & rectè per allegationes celeberrimi aduocati Baldasaris quam optimè ad propositum facientes, propter quas ero circa hoc breuior. nam præsupponitur quòd in calculo & consequenter in saldo fuit deducta ratio & debitum capsę dictæ societatis & quoddam assertum descriptum ad Tassonum & Baldasarem onerando de prædictis uel occasione prædictorum dictum Baldasarem, unde cum in dicta commissione facta dicto Lazaro fuerit expresè exceptum & actū quod non posset dictus Lazarus ipsum Baldasarem obligare neque debitorem constituere ad aliquod debitum capsæ dictæ societatis, nec ad certum debitum descriptum ad Tassonum & ad Baldasarem manu ut dicitur Tassoni super libris dictæ societatis, nec aliquid facere in pręiudiciū dicti Baldasaris tunc protestantis in instrumento dictæ commissionis quòd dictas rationes debiti capsæ & dicti alterius debiti non intendebat ipse Baldasar per ibi præmissa in illo instrumento uel alia inferius scripta in eodem instrumento approbare uel conualidare inquantum concernerent eius præiudiciū, & quòd non intendebat aliqua ratione uel causa ipsarum rationum causa uel respectu quòd aliquod onus ipsi Baldasari imponeretur

4 uel in aliquo grauaretur. ergo cum excesserit † fines mādati, Lazarus nihil egit in ipso excessu, quò ad præiudicium dicti Baldasaris.cap cum dilecta, de rescrip.c.cum olim Abbas, de offi.deleg.c.exhibita, de iudi.l diligenter. in princ.ff.manda. non enim operari debet actus agentium ultra mentem eorū. l.eorum.l.non omnis.ff.si cert. peta.l.1.§. si conueniat.ff.de posi.& protestatio declarat animum protestantis, & facit animum & consensum non esse in sequentibus. seu in his in quibus facta est reseruatio l.qui in aliena.§.Celsus.ff.de acquir. hæredi.vt si quis.§.plerique.ff.de relig.& sump.fune.l.si mihi & tibi.§.in legatis.& l.si ita scriptum.ff.de leg.1.& hoc videtur mihi esse clarissimum. ¶Nec obstat quòd in eodem in-

5 strumento † mandati post prædicta uerba sit adiecta clausula generalis in hac forma videlicet, dans & concedens dictus Baldasar dicto Lazaro in prædictis omnib.& singulis & aliis deponentibus plenum, liberum, speciale & generale mandatum cum plena & libera potestate vendendi.calculandi & saldandi rationes predictas & omnia ab illis dependentia & omnia & singula faciendi circa præmissa quæ ipse Baldasar facere posset, promittens firmum & rarum habiturum quicquid per dictum Lazarum in præmissis & circa præmissa nomine ipsius Baldasaris gestum fuerit, & latius prout in dicto instrumento.quia respondeo quòd per dictas generales clausu-

* las intelligitur * recessum a limitatione, exceptione, protestatione & restitutione superius in eodem instrumento per dictum Baldasarem facta, quia non est uerisimile quòd incontinenti uoluerit Baldasar se corrigere [a] per illa uerba

a generalia.

generalia.l.non ad ea.ff.de condi.& demõ. & magis in specie
6 † voluit hoc Bar.* in l.1.§. parui.ff. quod vi aut clam. ubi dixit q si in vno capitulo statuti dicitur q contra instrumentum debiti non possit opponi nisi exceptio falsitatis & solutionis,& nulla alia possit opponi, certè per illa uerba non intelligitur reiecta alia exceptio, quæ ex aliquo alio capitulo [b] ipsius statuti descenderet, per dictum §.& parui.cum glo.& per l.ita pudor.cum gl. C.de adul.& mouetur Bart.quia per illa uerba generalia uidelicèt quod nulla alia exceptio possit opponi, non est uerisimile q statuentes uoluerint se corrigere.& cum Bart.ibi concordat Bal.in l.1. in ultima colum.de condit.indebi.& Anto.de Butr. in c.item cum quis.de restit. spoliato.& Pet. de Ancha.in clemen.1.de sequestra.pos.& in c.canonum statuta de constitu.& Ioan.de Imo.in l.fi.ff.a quibus appel.non licet.& in c.ex parte.el ij. de offic.deleg.Salic. in d.l.ita pudor.facit.l.sed & posterioris.& l.non est nouum. ff. de legi. ita in proposito non est admittenda interpretatio per quam per illas clausulas generales uideretur recessum & derogatum his quæ specialiter excepta & disposita sunt in eadem
7 scriptura.¶ Bene facit † quod not.Bart.in l.scripturę.C. de fide instrumentorum , ubi dixit quod semper vbi fieri potest, si una scriptura uidetur prima facie continere repugnantiam, debet fieri interpretatio per subdiuisionem seu subdistinctionem vt uitetur [c] repugnantia.prima constitutione.C. §.quibus.& c.cum tu, de testi.l.1. C. de inoffic.dona.c.cum expediat de elect.in 6.& idem dicit etiam si essent diuersæ scripturæ, quæ uiderentur adinuicem repugnare.& ita etiam notat Bart.in l.omnes populi.ff.de iustitia, & iure,in fin.tertiæ.q.principalis.& Bald.in l.maximum uitium,circa penult. vel antepenult.col.C.de libe.preteri.& Bart.in d.l.sed & posteriores pro hoc etiam facit.quia dispositio specialis derogat generali,non econtrà.l.alimenta.§.an filiæ.ff.de alimen.& ciba.lega.l.sanctio legum.ff.de pœnis.& in regula,generi,lib.6. ergo per illas clausulas generales non debet intelligi sublatũ, id quod erat specialiter prouisum quò ad debitum capsæ, & quò ad dictum aliud debitum ascriptum Tassono & Baldara
8 ri. ¶Nunc descendo † ad tertium dubium quo quæritur, an posito fine preiudicio quòd cogatur Baldasar stare dicto asserto saldo Lazari, an saltem debeant denuò calculari, reuideri & saldari rationes stantes electione facta de communi cõsensu partium de calculatore & reuisore, adeo quod possit hic calculator & reuisor discernere & statuere quæ postæ rationam in saldo & calculo uenire debeant.in quo dico quòd iste electus de consensu utriusque partis ad calculandum & reuidendum rationes censetur esse arbitrator * quidam,sicut dicimus in agrimensore & similibus de quibus iudicamus ut de arbitratoribus,patet in l.fin.cum ibi notatis per Bar.ff.si mensor falsum modum dixerit. & probatur in l. hac edictali. §. his illud.C.de secundis nuptiis. ubi text.illos estimatores appellat arbitratores seu arbitros & Bald.ibi expressè per illum textum. infert ad calculatores rationum in quibus dicit seruandum esse illud, quod ibi dicitur in arbitratoribus , & iste calculator & reuisor fuit electus super lite pendente super saldo & calculo rationum, quo casu nil repugnat, quin censeatur esse arbitrator,ut declarat Bart.in l.societatem.§. arbitrorum.in 2.col.ff.pro socio.& in l.1.§.& post operis.ff.de oper. no.nunc.& Cyn.in l. si qui ex consensu. C.de episco.audien. & Canonistæ in d.c.quintauallis. & Bal.in l.sed si seruum.§. si iudex.ff.de arbi.unde uidetur quod attento q talis electus,
9 ut dixi, † dicitur esse arbitrator & compromissum factum in
d arbitratorem,dicitur quædam transactio, [d] in authen.ut.dif. iudi.§.1.cum ibi nota.& auth.si uerò contigerit.C.de iudi.& clarè ad propositum quod compromissum dicatur contractus transactionis notat Bal. & Sal.in l.1. C.si aduer.transac. & declarat Bart.consi.159.incip. Visa quadam constitutione Episcopi Florentini,ubi dicit q compromissum in arbitratorem est transactio,& q laudum arbitratoris est purificatio ipsius transactionis. allegat in simili id quod habetur in l.fi.C. de contrahen.emp.& l.si quis arbitratu in princ.ff.de uerbo.
10 obli.& l.si merces,in prin. ff.loca. sed ita est quod † exceptio transactionis impedit litis prosecutionem coram iudice.ut l. eleganter.§.si quis post.ff.de condi.indeb.l.fratris. C.de transac.& c.1.de litis contest.in 6.& in contractu transactionis nõ est locus pœnitentiæ.l.quamuis. C.de transac.& per illam.l. dicit expressè Bal.in l.si quis in rem.ff.de arbi.quod post cõpromissum factum in arbitratorem non potest unus ex compromittentibus inuito altero ire ad iudicem,& prosequi causam in iudicio super qua erat factum compromissum in arbitratorem.& idem dicit Bal. in l.eos.§. apostolos prope finem. C.de appel.& Ang.in l.qui fidem.ff.de transac. Ludo. Rom. in l.2.49.col.ff.de re iudic. & idem clarè firmat Pau.de Cast. in d.l.qui fidem.& per l.pecuniam.ff.si certum peta. nam secundum eum quando compromittitur in arbitratorem est quædam transactio,& actio speratur tolli per sententiam arbitratoris,ideo si actor recurrit ad iudicium pendentia compromisso potest repelli per exceptionem , ut d. l. pecuniam, si autem si non opponeretur exceptio de pendenda compromissi, tunc secundum eum habet locum distinctio posita per Bar.in d.l.qui fidem.idem in effectu tenet ipsemet Paulus in d.l.pecuniam,saltem quando ex forma statuti sententiæ latæ ab arbitris uel arbitratoribus mererentur executionem sicut sententia prout quasi communiter sunt statuta per Italiã, vt dicit Bar.in d.§.arbitratorum. in 3.vel 4.col.dum quæris,
11 an ex sententia arbitratoris oriatur actio.† talis calculator & reuisor uidetur quod possit nõ solùm calculare sed etiam di-
c scernere [c] quæ expensæ & debita sint admittenda,& quæ nõ. hoc uoluit Bar.in l.instar.quæ est.l.2.circa medium.C.de iu. fi.lib.10.facit.l.in omnibus.§.1.ff.de diuer.& temp. præscri.
12 pro hoc etiam facit,† quia illa electio facta de communi consensu partium de illo reuisore pendente iudicio dicitur esse quoddam compromissum factum in arbitratorem,& per cõsequens est quædam transactio,ut suprà probaui. sed transactio intelligitur facta super eo super quo lis pendebat.l. si de certa.& ibi plenè no.C.de transac.no.gl.& doct.in l.emptor. §.Lucius.ff.de pac.& per Inn.in c.conquerente,in fi.de offi. ordi.& Bar.in l.de pupillo.§. si in plurib.ff. de transac.& alibi in c.1.de transac.ergo cum lis seu controuersia esset super dicto saldo & calculo, quia opponebatur pro parte Baldasaris q erant posita in saldo & calculo ea quæ poni non debebant, sequitur q super prædictis intelligitur data potestas dicto reuisori a partibus electo. Alexan.

ADDITIONES.

* Et calculasse.] Adde q calculatio facta inter partes continens pactum,vel remissionem generalem,vel specialem, præiudicium facit;Bar.ad l.ij.col.fi.C.de iure fis.lib.10. Et quando illi,qui dant pecuniam mercatori ad partem lucri, & damni, possint petere calculum , & reuideri rationem , vide Iaso.ad l.uni.colum.ij.C. de erro. calcu. Natta.

* Non intelligitur.] Propter verba implicita non intelligitur quis verbis specialibus & explicitis derogare,nec se corrigere;Bald ad l.sed & si quis.§.quantum.col 3.ff.si quis cautionibus.

a ¶Corrigere.supra lib.3.consi.59.nu.13.

* Voluit hoc Bar.]Bar.ad l.fi.§.idem quæsijt ff.de condi.inde.dicit per tex.in l.§.j.ff.quod vi aut clam.q verba instrumenti ita debent intelligi,vt non contineant repugnantiam;& intelligenda sunt,saluis infrascriptis. & adde etiam q debent intelligi saluis suprascriptis. vt Alex.hic dicit& consi.170.lib.6.Et eodem modo confessio intelligitur saluis suprascriptis,seu præcedentibus, vt per Alexan.consil.8 circa fin. colum.ij lib.7.Et idem etiam vult pulchrè Alex.consi.180.circa fin. lib.5. Confirma prædicta ex no.per Bal.ad l.item Labeo.ff.famil. erc. cisc.vbi vult,q clausula, quam iudices maleficiorum apponere solẽt in sententia,Saluo,& reseruato,quòd si sententia esset contra leges, vel formam statutorum,exnunc intelligatur redacta ad debitũ modum non operatur quo ad expressa, sed quo ad ommissa tantum. Et idem uult And.de Isernia ad c.j.columna 4.qui succes.tene.loquẽs de concessionibus Principum, in quibus dicitur , Saluis iuribus curiæ nostræ,vt hæc clausula non operetur reseruationem quo ad donata,& expressa,& quæ insunt confirmationi,vel donationi,quia illa est generalis reseruatio , & generi per speciem derogatur.l.sanctio legum.ff.de pœnis . Confirmatur hoc, quia clausula generalis non refertur ad specificata.l.doli clausula.ad quam Bart. ff.de verb.obli. & d.l. sanctio legum.Et de prædictis vide optimè Alex. consi.115.col. ij.lib.j.post Bal.in d.l.pactum. Natta. Pro cons 42 n 7

b ¶Ipsius.supra lib.3.consi.77.nu.16.

c ¶Vitetur.supra lib.ij,consi.141.nu.5.

* Censetur esse arbitrator.] Ex hac æquiparatione infert Florianus ad l.sed & loci.§.j.ff.fin.regund. q sicut agrimensor debet habere salarium,ita etiam arbitrator.idem tenet Lanfranc. in tract.de arbit. in parte. 32. q. in arbitro autem res caret dubitatione quòd sportulæ debentur.

Et Paulò post ,

Dicitur quædam transactio.] Dic quòd largo modo compromissum

sum dicitur transactio, dicitur autem proprio modo quando laudo secuto fit ratificatio, & emologatio; ita concludit Deci. consil. 60. quod nota. Nat.

d ¶Transactio. supra lib. j. consi. 22. nu. 3.

e ¶Discernere. non est verum nec seruatur etiam in commissarijs prætorianis, qui tenentur remittere ad iudicem. * Bar. ibidem. col. fin. dicit quòd calculatorem inter priuatos assumere potest iudex, & talis calculatio plenè probat. Nat.

EPITOME.

PROHIBITIO construendi noui molendini a parte superiori vel inferiori, non impedit construere ex transuerso.

CONSILIVM XXII.

Consideratis his quæ narrantur in themate, & attentis his quæ copiosè & eleganter superius allegata super per clarissimum dominũ [a] suprà consulentem, breuiter absq; repetitione eorum quæ dicta sunt sentio pro dicto Pamphilo, & consequenter dictum Sempronium emptorem audiendum non esse super destructione dicti molendini per Pamphilum constructi. moueor principaliter, † quia cum uerba apposita in instrumento uenditionis molẽdini factæ dicto Sempronio in ea parte in qua dicitur, ꝙ nullum aliud molendinum ad molẽdum blada de cætero fieri possit extra ciuitatem Bononiæ a parte superiori vel inferiori dicti canalis nauigii Rheni, possunt dupliciter intelligi vno modo quod non possit fieri aliud molendinum a parte superiori vel inferiori dicti canalis. s. iuxta ipsum canale, secundum ꝙ protendit ipsum canale, absq; eo quod comprehendantur loca quæ sunt remota a dicto canali, & sic sunt ex transuerso. secundo modo secundum ꝙ allegatur pro parte dicti Sempronii possunt dicta uerba intelligi. s. quod comprehendantur etiam loca quæ sunt ex transuerso ubicunque. sed ita est, quod ubi in contractibus uerba possunt habere duplicem intellectum, fit interpretatio contra eum qui se fundat ex talibus uerbis instrumenti. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. & plenè no. in c. ex literis, de spon. & in c. contra eum de reg. iur. in 6. sed dictus Sempronius est ille qui se fundat ex uerbis dicti instrumenti; ergo fieri debet interpretatio contra eum, & pro hoc etiam facit, quia probatio debet de necessitate concludere. c. in præsentia, de probat. l. neq; natales. C. de probat. ergo non sufficiunt ad probandum intentionem dicti Sempronii dicta uerba instrumenti quæ propter multiplicem intellectũ, quẽ habere possunt non possunt dicti de necessitate concludere. ¶Prædicta apertè comprobantur per id quod habetur instit. de gradi. iuxta princip. vbi Imperator inquit, superior cognatio est parentum inferior librorum, ex transuerso fratrum sororumuè. & idem habetur in l. iurisconsultus. §. sunt ex lateribus. cum §. sequen. ff. de gradi. apparet ergo negari non posse † ꝙ hę dictiones supra & infrà, non comprehendunt de necessitate illud quod est ex transuerso, & per consequens militant ea quæ suprà dicta sunt, uidelicet fieri debere interpretationem in dubio contra Sempronium. Confirmantur, quia si aliter diceremus. s. ꝙ loca quæ sunt ex transuerso vndiq; comprehenderentur, sequeretur ꝙ in nulla ferè parte comitatus Bononię potuissent molendina construi; quod in specie uerisimiliter non concessisset concilium ciuitatis dicto syndico vt id facere posset, propter magnam necessitatem incolarum & publicam utilitatem igitur non debet etiam uenire in dicta concessione, in qua de hoc nulla in specie mẽtio facta est. arg. l. obligatione generali. ff. de pig. & l. j. C. quæ res pig. obli. pos. ꝙ autem non sit † interpretandum concilium representans populum uoluisse concedere id quod fuisset contra publicam * vtilitatem, notat Iac. de Ra. in l. si peculium. §. sicut. per illum tex. ff. de pecu. leg. & Bald. in l. milites, in fi. C. de testam. mili. & in l. 2. C. an seruus ex suo fac. & in auth. & dimisutio. in vlti. col. C. an vxor pro mar. & no. Bar. in tractatu represaliarum in 3. q. septimæ. q. principalis. bene facit text. no. in l. si quis in graui. §. his quoq;. ff. ad Sylla. ¶ † Fortificantur hæc, quia sequenda est interpretatio quę ab ipso longo usu & obseruantia data est. l. minimè. & l. si de interpretatione. ff. de legi. c. cum dilectus. de consuetu. sed per longa tempora seruatũ est quod in locis quę sunt ex transuerso constructa sunt

5 molendina, ergo id seruari debet. ¶ † Postremò pro hoc etiã adducitur, quia ubi fieri potest ꝙ in contractibus nedũ clausula, sed unumquodq; uerbum non fit sine uirtute operandi, illud in dubio fieri debet, vt inquit Bal. in rub. C. de contrah. empt. in 9. q allegat. l. hanc legem, de contrahen. empt. & l. si ita stipulatus, in prin. ff. de vsur. sed si dicta uerba instrumenti prohibentia construi molendinum a parte superiori ad inferiorem dicti canalis nauigii, comprehenderent etiam loca quæ sunt ex transuerso, resultaret ꝙ superflua & sine uirtute operandi reddereiur alia pars instrumenti, in qua dicitur ꝙ non possit construi molẽdinum in flumine Rheni uel in aliis aquis circunstantibus dicto molendino ueudito dicto Sempronio a ponte Rheni stratæ S. Felicis suprà & infrà spatium quatuor miliarium a clusa dicti fluminis Rheni suprà.

ADDITIONES.

a ¶Dominum. s. Alex. supra lib. 2. consi. 194. & sic istud consilium non est Alexandri sed alterius subscribentis.

* Contra publicam.] Nota non præsumi rempublicam contra se facere voluisse. pro qua re est textus in l. inquisitio. C. de solutio. & scribit Alex. consi. 149. col. ij. supra lib. ij. Natta.

EPITOME.

LEGE istud primum pactum deinde secundum nu. 8. & videbis ꝙ vsq; ad diem secundi pacti Iacobus tenebat sortem de voluntate Ioannis, & sic non fuit in mora, nisi forte post tempus secundi pacti, de quo non agitur, & sic Alexander hic malè, sophistico & laborioso apparatu consuluit.

SVMMARIVM.

2 *Obligatio pecuniæ ex vna causa, potest conuerti in aliam.*

3 *Verba, si volet, relata ad eum cui acquiritur obligatio, faciunt conditionem, si declaraueris se velle.*

4 *Sicut prout suprà, verba hæc sunt limitatiua & qualificatiua. numero 5.*

6 *Contrahentes nõ est verisimile quòd vellint se illico corrigere.*

7 *Contractus vltro citroq; obligatorius non valet, si conferatur in arbitrium alterius contrahentium.*

9 *Relatio fit cum qualitatibus relati.*

10 *Error impedit consensum.*

12 *Debitor non soluens, non ideo videtur adire hæreditatem creditoris sibi delatam.*

CONSILIVM XXIII.

Consideratis verbis conuentionum initarum inter magistrũ Iacobum de Ferrariis de Mantua ex parte una, & Ioannem Mastinum suo nomine & uice ac nomine fratrũ ex altera, prout apparet in scri-

a pta priuata sub anno [a] 1462. & die 25. Februarii, & uisis uerbis proclamatis postea emanatis pro parte Illust. domi. Marchionis Mantuæ, uisoq; instrumento cuiusdam alterius conuentionis celebratæ inter dictas partes anno 1465. die sexto mensis Aprilis, videtur mihi breuiter concludendum dictũ

b Iacobũ non posse uti illo beneficio prolamatis, [b] s. quod possit soluere libras quatuor & solidos tredecim præsentis monetæ pro libris quinq; & solidis octo in ratione debiti dictorum ducatorum sexcentum septuagintaquinq;, ad quos tenebatur dictus Iacobus dictis de Mastinis, prout in dicta scriptura priuata continetur, eo quia non apparet de vera numeratione & solutione dictarum pecuniarum facta per dictum Iacobum dictis fratribus de Mastinis intra terminum trium annorum præfixum dicto Iacobo ad soluendum, ut apparet in dicta scriptura priuata, nec etiam apparet de dicta uera numeratione & restitutione facta dictis de Mastinis post dictum terminum trium annorum intra unum mensem, secundum formam dicti proclamatis, per quod proclama est fundatã intentio dictorum de Mastinis, solum restat uidere, an

1 quia † actum [c] fuit inter dictas partes dicta die 25. Februarii

c quòd dictus Iacobus promittebat dictis de Mastinis reddere ducatos 675. auri cum hoc pacto & conditione quod finitis dictis tribus annis, si dictus Iacobus volet tenere dictos

ducatos 675. vel partem ipsorum ad traficandum & mercandum in suis mercantiis, ꝙ dicti de Mastinis tūc essent sibi obliganti ad dandum vel relaxandum vsque ad terminum quatuor annorum incipiendorum finitis dictis tribus primis annis ad dimidiam lucri & damni. & cum hac clausula quod eueniēte dicto termino triū annorū dicti de Mastinis exnūc prout extunc, & extūc prout exnunc dant & relaxant dicto Iacobo, prout seu eo modo quo dictū est, supra uideatur Iacobus incontinenti finitis dictis tribus annis voluisse retinere dictas pecunias ad negotiandum & mercandum pro dictis quatuor annis. & sic ante lapsum mensis de quo in proclamate post dictos tres annos uideatur dictas pecunias sibiipsi soluisse, & eas esse conuersas in causam dictæ negotiationis & societatis de uoluntate dictorum de Mastinis cum beneficio di-
2 cti proclamatis, attento † quòd pecunia debita ex vna causa absque noua numeratione potest conuerti in aliam. l. si ex pretio. C. si cer. peta. l. Lucius, la secunda. ff. deposi. & no. in l. singularia. ff. si cert. peta. & si dicta pecunia intelligatur incontinenti post dictos tres annos conuersa in causam dictæ negotiationis & societatis, sequitur quòd uidetur in effectu prorogata dicto Iacobo dilatio soluendi, & per cōsequens non fuit in mora aliqua, etiam per lapsum illius mensis secuti post dictos tres annos, iuxta l. cum stipulatus sim mihi a Procu. ff. de
3 verbo. oblig. & l. sed si manente. ff. de precario. † Et in hoc videtur dicendum ꝙ dicta pecunia non videtur retenta & conuersa in causam dictæ negotiationis & societatis, quia præsupponitur quod non apparet dictum Iacobum intra dictos tres annos & mensem declarasse se velle dictas pecunias retinere in causam dictæ societatis aliter quàm apparet ex dictis scripturis, sed ita est quod illa uerba conditionalia de quibus in dicta scriptura priuata, videlicet si dictus Iacobus finitis dictis tribus annis uolet retinere dictos ducatos 675. vel partē ipsorum ad traficandum, &c. exigunt de iure pro sui implemento (quando cōuentio ualeret) ꝙ dictus Iacobus suam uoluntatem declaret, & sic declaret se uelle retinere, vt l. si ita legatum. §. illi si uolet. ff. de leg. j. & l. centesimis. §. fi. ff. de verb. obli. & l. fi. C. de contrahen. emp. cum simi. ¶ Nec ad hoc ob.
4 † quod in dicta scriptura dicitur quod eueniente dicto termino trium annorum exnunc prout extunc dicti de Mastinis dant & relaxant dicto Iacobo sicut suprà dictum est, &c. quia respondeo ꝙ illa uerba satis apertè sonant illam dationem & relaxationem fieri sub illa eadem conditione superius specificata in eadem scriptura. s. si finitis dictis tribus annis dictus Iacobus uolēt tenere dictas pecunias ad traficandum in suis mercantiis ad dimidiam partem lucri & damni. hoc denotāt
5 illa uerba uidelicet, † prout dictum est, supra quæ sunt uerba limitatiua & qualificatiua secundum id ad quod referuntur. l. edita, & ibi no. C. de eden. & in l. item apud. §. quod ait. ff. de iniur. & in extrauag. ad reprimendum. in uerbo. prout. & ibi per Bart. & per Bal. in l. 2. C. de erro. aduo. & in d. l. edita. post
6 Bar. ibi hoc etiam probatur ratione, quia † non est uerisimile quod contrahentes uoluissent incontinenti se corrigere. l. nā ad ea. ff. de condi. & demon. vnde debet fieri talis interpretatio uerborum per quam non uidebantur contrahentes sibiipsis in scriptura contrariari, in prima const. C. §. quibus. c. cum tu. de testi. bene not. Cyn. in l. in exercendis, in 2. q. C. de fide instr. & Bar. in l. scripturæ. eo. tit. & doc. maximè Ant. de But. in c. imputari, de fide instrum. ¶ Alia principali ratione ostendo ꝙ non potest dici conuersam fuisse dictam pecuniā in dictam causam societatis, quia dicta conuentio seu contra-
7 ctus societatis non valuit, quia † contractus ultro citroq; obligatorius prout est contractus societatis uel similis, non ualet si conferatur in uoluntatem unius ex contrahentibus. l. in ementis. & ibi notatur, maximè per Cyn. in sua magistrali distinctione. C. de contrahen. emp. & plenè notatur in l. in personam. §. generaliter. ff. de regu. iur. intantum quod licèt aliàs in contractu, qui esset ex una parte tantùm obligatorius, distinguatur an conferatur in uoluntatem promissoris per hæc uerba, promittis cum uolueris, & tunc ualet, an uerò per hæc uerba, promittis cum uolueris, & tunc ualet, an uerò per hæc uerba, promittis si uolueris, & tunc non ualet, ut d. l. cen-
d tesimis. §. fi. cum illa distinctio non habeat locum [d] in cōtractibus ultro citroq; obligatoriis, quia in illis etiam si esset dictum, cum uolueris, seu cum uoles, non ualebit, ut est de mēte
Cy. in d. l. in mentis, in distinctione sua per illum text. & hoc clarè etiam tradit Rapha. in d. l. centesimis. §. fi. allegat d. l. in ementis. quæ indistinctè loquitur. & l. qd sæpe. §. 1. ff. de contrahen. emptio. & in casu nostro fuit facta conuentio per illa uerba, si uolet, &c. & sic est casus magis clarus ꝙ non ualuerit illa conuentio, & per consequens non potest dici ꝙ dicta pecunia fuerit conuersa in causam societatis, & ꝙ licuerit dicto Iacobo uigore dictę conuentionis retinere dictam pecuniam etiam ultra mensem, de quo in dicto proclamate, imò fuit in mora in fine dictorum trium annorum si non restituit, quia sciuit uel saltem scire debuit se teneri, & dictam conuentionem & contractum societatis non tenere, propterea non excusatur a mora. vt l. quod te. in fi. & ibi no. ff. si cer. pet. iuncta
8 l. leges sacratissiæ. C. de legi. & l. latæ. ff. de ver. sig. ¶ † Nec etiā ob. si diceretur ꝙ in instrumento confecto ultimo loco inter partes anno 1465. die sexto mensis Aprilis dicatur ꝙ dictę partes intendunt a dicto cōtractu societatis recedere, quantū est in ea parte duntaxat quæ continet ꝙ finitis tribus annis primis, dictus Iacob. possit dictos denarios retinere ad societatē vsq; ad alios quatuor annos, &c. & sic uideantur pręsupponere inter partes societatē esse contractam, quia rn̄deo ꝙ attento ꝙ in superiori parte eiusdē instr̄i est facta mētio ꝙ dicta societas fuerat contracta sub dicta conditione, si uoluerit, &c. sequitur ꝙ illa sequentia uerba instrumenti dicentia ꝙ dictæ partes intendunt recedere a dicto contractu societatis. intel-
9 liguntur de societate. s. futura seu conditionali, † quia illa verba. s. a dicto contractu, faciunt relationem præcedentium cū suis qualitatibus. l. a filio. §. testator. & §. seq. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. 3. in prin. ff. de fundo instru. no. Bar. in l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. 2. in uersi. quæro testator reliquit, &c. & in l. 1. ad fi. ff. si familia fur. fe. di. & in l. 1. in princ. ff. de rec. pta. in consilio suo incipen. statuto ciuitatis Florentiæ cauetur, &c. Præterea dicta uerba fuerūt adiecta causa derogandi societati prędictę meritò non debent operari ꝯrium effectū. s. quod tribuant robur ipsi ꝯctui societatis. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. & l. legata. ff. de leg. 1. Deniq; apparet ex dictis uerbis ꝯhentes errasse, quia putabāt dictā conuentionē & ꝯctum societatis ualuisse, aliàs. n. frustra faciebant cōuentionem, per
10 quam dicebant se velle discedere a societate, meritò † ubi est error, non potest dici ꝙ adsit consensus dans aliquod robur contractui. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. l. ita stipulatus, in princ. ff. de verbo. oblig. Præterea tempore dicti ultimi confecti instrumenti iam erat lapsus mensis, de quo in proclamate, & sic dato quòd per ibi contenta uideretur facta declaratio uoluntatis Iacobi de retinendis pecuniis occasione dictæ societatis, tamen non potest dici quòd per hoc censeatur & intelligatur dictas pecunias esse solutas & conuersas in causam societatis cum beneficio concesso a dicto statuto, considerato quod tempore dicti confecti instrumenti erat lapsus mensis, vsque ad quem durabat facultas soluendi cum dicto beneficio. ¶ Minus etiam obstat quòd in dicto instrumento dicatur quòd dictus Iacobus ꝓmisit soluere intra quatuor annos dictas pecunias in ea moneta & ad cursum eius monetæ ad quam & in qua deberet dictus Iacobus & posset soluere & potuisset si dicta societas firma permansisset, quia respondeo quòd quatenus illa uerborum expressio noceret dictis de Mastinis, ipsi in hoc non consenserunt, ut in dicto instrumento dicitur, meritò illa uerba eis non præiudicant in iure iam quæsito, uigore primæ scriptæ & dicti proclamatis nisi interueniente eorum consensu. l. sicut. C. de actio. & obliga. l. fin. ff. de pac. ¶ Præterea illa uerba non præsupponunt saltem concludenter quòd debeat Iacobus posse soluere, ac si illa societas robur & firmitatem habere cepisset ante lapsum mensis de quo in proclamate, quia illa uerba non sunt restricta ad societatem quæ cepisset habere uires ante lapsum dicti mensis, unde potuisset esse quòd elapso dicto mense cepisset dicta societas habere effectum, ut quia post dictū mensem Iacobus declarasset se velle habere locum dictum cōtractum societatis posito quod conuentio ualuisset, & tamen tunc talis societas post dictum mensem incipiens habere uires non faceret quòd Iacobus deberet gaudere beneficio proclamatis, unde posito quòd dicti de Mastinis haberent acquiescere illis uerbis prolatis per dictum Iacobum in dicto instrumento, tamen quia non concludunt de necessitate,

tate, & debent in dubio interpretari contra illum qui se fundat ex illis verbis, id est contra Iacobum. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obliga. sequitur ꝙ non releuauit dictũ Iacobũ vt ibi. & in c. in præsentia, cum simi. de proba. ¶ Postremò non obstat prædictis si allegaretur ꝙ considerato ꝙ dictus Iacobus retinendo & non restituendo in fine dictorum trium annorum dictas pecunias vt promiserat, videatur eas conuerti voluisse in causam dictæ societatis incontinenti scilicet in fine dictorum trium annorum, & sic durante tempore proclamatis, quia nisi hoc diceremus, sequeretur ꝙ aliàs ipse videretur esse in mora. & † ad vitandam præsumptionem moræ debeat præsumi ex non restitutione pecuniarum eum satis declarasse velle pecunias illas habere in causam societatis, per ea quæ notabiliter decidit Barto. in l. gerit. ff. de acquir. hæred. circa antepenul. colu. in versicu. pone debitor in diem vel sub pœna, &c. & in sua dispu tatione incip. Debitor in diẽ, &c. vbi querit, quid si debitori obligato soluere ad diem vel sub pœna, delata fuit hæreditas creditoris sui, & dictus debitor postea eueniente die solutionis non soluit dictum debitum illis qui essent successuri in hæreditate dicto creditori, si ipse debitor repudiasset hæreditatem prædictam sibi debitam, an iste debitor non soluendo & retinendo pecuniam videatur adire hæreditatem? & decidit ꝙ sic, quia si aditio non presumeretur, videretur esse in mora soluendi. sed esse in mora, est dilectum, secundum eum, vt l. quod te. ff si cer. pet. & l. qui sine. ff. de reg. iur. & notatur in l. si filius. ff. de interro. act. ergo debemus interpretari, ꝙ videatur adiuisse, ne incidat in dilectum. l. meritò. ff. pro so. hoc etiam probat per tex. in l. si peculium. §. sicut autem. ff. de pecul. leg. quam inducit sic; sicut hæreditas aditur solo animo domini probato per aliam declarationem vel facta vt notatur in dicta. l. gerit. ita peculium adimitur seruo solo animo domini per quæcunq; indicia probato. l. non statim. ff. de pecu. sed videmus ꝙ si dominus esset debitor serui, & ei differat soluere, illud non soluere in dubio inducit animum adimendi peculium, vt in d. §. sicut autem. vt plenius per Bar. in dictis locis. Sed ad hoc respondeo, primò quod vt dicit Bar. in d. l. gerit, ista sua decisio procedit quando hæres allegat & dicit se adiuisse & adire voluisse non soluendo. ita in casu nostro vbi Iacobus non diceret se ante finem dicti mensis declarasse & intellexisse habere in causam dictæ societatis, non obstaret decisio Barto. ¶ Secundò respondeo ꝙ decisio Bart. non obstat, eo quia etiam si dictus Iacobus expressè hoc declarasset, nihil releuasset dicta declaratio, quia illa conuentio & contractus societatis positus in voluntatem dicti Iacobi non valuit, vt supra probaui, sup. & ista est sufficiens responsio. ¶ † Tertiò etiã posset dici quod multi damnant illam opinionem Barto. vt facit Bald. in l. si certis annis, in vlti. col. C. de pac. & in l. j. in 8. qõ. C. qui admitti ad bono. poss. possunt. & in l. non hoc. C. vnde cogna. & in l. in his. §. seruus. ff. solu. matri. & in l. dosa patre. C. solu. ma. & in l. cum antiquioribus. & ibi etiam Sali. C. de iure deli. & Sali. in l. si filius. C. de petitio. hære. & in l. ij. C. de legi. hære. & ita etiam consuluit Ange. in consi. 361. incipien. An pater non restituendo, &c. & probant per dictam l. cum antiquioribus, in verbo, nec aliquid gesserit, &c. & per dictã l. non hoc. & per l. si præteritus. ff. de bono. poss. contra tabu. & per dictam l. ij. C. de legiti. hæredit. cum alijs allegatis per eos in dictis locis, vbi respondent ad allegata per Bart. tamen tutior est precedens responsio. Ex quibus omnibus concludo dictum Iacobum non posse vti beneficio dicti proclamatis, prout sup. dixi. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Anno ex his liquet quòd Mantuę (prout Romę in tota ferè Italia) annus Domini incipit computari a natiuitate saltem a calendis Ianuarij, alioquin die sexta Aprilis (de quo statim) non essent lapsi tres anni cum mense, vt hic asseritur, sed solum duo anni cum mense.
b ¶ Proclamatis. Coniicio quòd hoc proclama erat temporalis quædam prouisio inter mercatores, per quam, vt prouocarentur debitores ad maturandam solutionem & seruandam fidem moderabãtur usuræ, vel præstationes loco interesse debitæ si soluerent infra mensem post terminum lapsum. iste autem Iacobus non soluit infra mensem, & sic non potest vti beneficio edicti vel proclamatis. Hanc tamen coniecturam meam nolo haberi pro re comperta, sed pro simplici verisimilitudine, quia deficiente themate nil aptius conijcere possum. Cæterum in omnem euentum malè consuluit Alex. quia ipse præsupponit (& bene) quòd non priuaretur Iacobus beneficio proclamatis si non fuisset in mora vltra mensem. Atqui non fuit in mora, nisi fortè post secundum pactum. infra nu. 8. nõ autem fuit in mora tempore medio à fine trium primorum annorum vsq; ad tempus secundi pacti, de quo tempore medio tantum hic disputatur, & sic Alex. malè consuluit.

c ¶ Actum. hic sequitur tenor primi pacti, & verisimile est fuisse clausulam positam in contractu societatis, tunc ad tres proximos annos contractæ inter Ioannem & Iacobum, cui Iacobo Ioannes dedit 675. ducatos vice sortis seu fundi societatis vt vocant. Et sic in effectu ista clausula continebat pactum de proroganda societate, vel noua simili de nouo contrahenda ad alios quatuor annos, tribus primis annis finitis, si Iacobus vellet.

d ¶ Locum. idem Alex. Ias. & omnes in d. l. si is qui ducenta. §. fi. & est verum in se, sed impertinẽs. & Alexan. hic insigniter paralogizatur, quia dictum primum pactum nõ continet ipsum commertium, nec ipsam substantiam & contractum societatis, quo casu loquitur dicta distinctio, sed continet vnum aliud pactum diuersum non reciprocum, sed ex vna tantum parte obligatorium, videlicèt pactum de cõtrahenda societate dictæ sortis dictis tribus annis finitis cum Iacobo, si illi libeat, quod pactum absque dubio est validum, licèt ponatur in voluntate eius cui acquiritur obligatio ex illo, vt no. omnes in dicto. §. fin. & in l. stipulatio non valet. in l. si decem cum petiero. eod. titu. quemadmodum si cui faciam pactum de vendendo vel redimendo si velit, valet pactum. & quemadmodum aliud est venditio, aliud pactum de vendendo suprà lib. 6. consilio 86. in fine. ita aliud est pactum, de contrahenda societate, aliud ipse contractus societatis, licèt istud pactum sit reuocabile quemadmodum & societas, tamen satis est quod interim ligat, & etiam si reuocetur intempestiuè quod obligat ad interesse. sed post illos tres annos istud pactum durabat vsque ad diem secundi pacti, in quo communi consensu reuocatum fuit, igitur interim nulla fuit mora. Quin etiam si primum pactum fuisset ipso iure nullum. (vt malè causatur Alex.) adhuc perseuerantia voluntatis dicti Ioannis & fratrum, quæ non fuit mutata vsque ad vltimum pactum est omnino sufficiens ad impediendam moram medij temporis. Et sic Alex. hic nimis aberrauit.

e Quod sic. & malè, vt sup. lib. 3. consi. 20. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Publiciana cumulatur cum venditione, non autem hæreditatis petitio. nu. 2.*
4 *Possessionis vacuæ traditio requiritur ad publicianam.*
5 *Possessio non transfertur per constituitum, nisi constituens tũc possideat.*
6 *Testis etiam non interrogatus debet reddere causam scientiæ de fama.*
8 *Dominium non probatur per auditum vel famã. nu. 9. 10. 11. 13. nisi in excedentibus centum annos. nu. 12.*
15 *Publiciana non datur contra titulo possidentem.*
16 *Bona fides præsumitur ex titulo vel longa possessione.*

CONSILIVM XXIIII.

Circa processum inter dominam Claram filiam quõdam Ioãnis olim domini Marci de Marchis de Veruculo agẽtem, & ser Cichinum de Campa ciuem Cęsenę se defendentem, contra quem dicitur latam esse sententiam condemnatoriam. quæritur an sit iustè lata cum ab eo sit appellatum? & breuiter mihi videtur dictam sententiam fuisse
1 & esse iniustè latam, & maximè ex infrascriptis. nam † intentata fuit rei vendicatio & publiciana simul, vt ostendunt illa verba narratiua per quæ narratur quòd res petita spectauit & pertinuit iure directi dominii utilis uel quasi ad prædictum Marcum de Veruculo tempore eius uitę & mortis, & hodie spectat & pertinet ad dictam Claram hęredem prędictã iure predicto. & ita etiã in cõclusione libelli petitur declarari dictã rem spectare & pertinere ad dictã Clarã hęredẽ dicto iure. hæc habenter in c. abbate sanè. de re iud. in 6. & legit & no. in l. 1. ff. de public. & no. in §. aliæ inst. de act. & no. in c. 2. de libel. obl. cũ si. & in casu prædicto non intelligitur intentata petitio hęreditatis, sed rei uendicatio & publiciana. ut in terminis declarant notabiliter Bal. & Ang. in l. 2. in fi. C. de peti.
2 her. quinimò † utraq; actio. s. rei uendicatio & petitio hęreditatis simul in eodẽ libello cumulari non potuissent, ut ibi notabiliter per eos post gl. quæ disputatio hic non est necessaria, attento ꝙ non intelligit intentata petitio hæreditatis, ut ibi p eos. ¶ Videamus igit utrũ si probata intentio agẽtis? & certè mihi concludendũ vr ꝙ nõ, nam actor produxit ad probationem

nem iuris sui instr̃m dotis Claræ vxoris olim dicti Marci. Itẽ
produxit aliquos testes circa instrumetũ p̃dictũ, quare cóclu
dendũ est per illud non est fundata intentio agentis, quia in
eo instrumento continet̃ ꝙ Marcus de Brancaleonib. ꝓ dote
Claræ filiæ suæ dedit d. Marco certam tumbã cũ certis petiis
terræ quas promisit restituere ipsi Marco vel d. Claræ in om
nẽ casum & euentum dotis restituendæ. & posito ẽt ꝙ cõsta-
ret bona de quib. in d. instrumento esse illa eadem de quib.
5 in libello, tñ pro hoc † non probat intentio agentis, neq; quo
ad dñium, ꝓ quo datur rei vendicatio, qa oportuisset ꝓbari,
ꝙ dictus Marcus fuisset dñs ad hoc vt per talẽ titulum esset
translatũ dñium. l. traditio. ff. de acq. rer. do. l. cum res, cũ ibi
plenè notat. C. de proba. & etiam pp alios defectus quos sta-
tim subdam circa probationem quasi dñii. ¶ Nec etiam suffi
cit dictum instrumentũ ad probationẽ quasi dñii causantis
4 publicianã, quia † ad hoc vt ex titulo transferatur verũ domi
nium, requiritur traditio. l. si ager. ff. de rei vendi. & l. ex sti-
pulatione. ff. de acq. pos. & plenè no. in l. si fundũ. ff. de fund.
dot. & quantum ad hoc vt ex titulo transferatur dñium, &
publiciana, requiritur ꝙ interueniat non solũ traditio rei. l.
j. & l. traditionẽ. ff. de publ. sed ẽt traditio possessionis vacuę,
vt plenè concludit Cy. in d. l. cum res, quem alii ibi sequunt̃,
& Io. An. in addi. Sp. in tit. de cau. pos. & proprie. in §. nũc vi
dendũ. in additio. inci. de hoc est, &c. & Bal. in l. nã & postea.
§. si petitor. ff. de iureiu. & in l. eum qui. §. prætor, ff. de publi.
5 Sed de hmõi traditione non constat. nam licèt † in instr̃o di-
ctus Marcus socer constituat se possidere nomine dicti Marci
tñ illud non probat traditionẽ, nisi probaretur ꝙ dictus Mar
a cus tpe [a] dicti instrumenti tenebat seu possidebat dictas res,
quia alias non potuit per constitutum transferre in aliũ illud
ꝙ penès se nõ erat. d. l. traditio. & ita colligitur ex no. p gl. &
Ang. in l. 2. C. de acq. pos. & in l. quis. §. 1. ff. eo. ti. & per Bar. &
Ang. in l. quædam mulier. ff. de rei uen. & Bal. in l. 2. C. quan
do liceat ab emp. disce. & Ant. de But. in c. cũ venisset. de re-
stit. spo. ¶ Nec etiam p testes est probatum legitimè de tradi-
tione facta, seu de possessione p̃dicta, nam super hoc sunt tres
testes, qui aliquid circa hoc videntur deponere. vnus est Ioã.
nes quondam magistri Iacobi, alius est frater Ioãnes de Veru
culo, alius est Gaspar Blanchini. Primus non probat dictam
traditionem vel possessionem, quia non dicit ꝙ viderit tradi-
tionem vel possessionem prædictã, sed deponit de publica
6 † voce & fama, & minus legitimè, quia non dicit a quib. au-
diuerit, seu a quib. originẽ traxerit fama prædicta, seu ꝙ au-
diuerit a maiori parte. & testis deponens de fama, nisi reddat
b sufficientem causam [b] scientiæ etiã non interrogatus non ꝓ-
bat, vt notat Ang in repetitione. l. ea quidem, in 3. col. C. de
accu. per no. per Inn. in c. cum opor. de accu. & no. Ang. in l.
quid ergo. §. quantum. ff. de his qui not. infa. & clarè not. d.
Abb. in c. cum causam quę inter. de testi. in 3. col. & in c. con-
suluit & primo per illũ tex. de appell. & Lud. Roma. in l. 1. in
prin. ff. de ope. no. nuncia. bene faciunt no. per Bar. in l. de mi
nore. §. si pluriũ. ad fi. ff. de quæst. vbi dicit, quod non sufficit
probare de fama simpliciter, per l. decurionũ. C. de pœnis. ita
etiam Bald. in l. proprietatis. C. de probatio. bene faciunt no
tata per Inn. in d. c. cùm causam quę. & no. etiã expressè Bald.
in rub. ff. de iureiu. vbi dixit, ꝙ si testis super aliquo facto exa-
minatus respondeat vera esse, & interrogatus de causa sciẽtiæ
respondeat se scire, quia est fama, non probat, quia nõ reddit
rationem per sensum corporis, iuxta ea quę habẽtur in l. qui
testamento. §. fin. ff. de testa. & in l. testium. C. de test. & in. §. si
verò absunt. in auth. de hære. & fal. cum si. Et licèt prędictus
testis dicat ꝙ dicta bona spectarunt & pertinuerunt iure dire
cti dominii vtilis vel quasi ad dictam claram antiquã, & post
eius mortem ad dictum Marcum tanquã patrem & legitimũ
administratorem dicti Ioannis eius filii, & postea dictorum
Ioannis & Claræ nepotum dicti Marci, tamen hoc non cõcer
nit probationem traditionis & possessionis, sed probationem
7 dominii. quod quidem † non probatur per testem, qui dicit
Claram fuisse dominam dictarum rerum, eo quia vidit, quia
ista non est bona & concludens ratio in teste volente proba-
* re dominium, quia debet dicere * se vidisse ea per quę trans-
fertur dominiũ, vt quia dicat se vidisse ipsam emere dicta bo
na & sibi esse tradita seu possedisse cum talis iusto titulo lon-
go tempore, &c. aliàs autem si dicat se scire ꝙ Clara erat. do-
mina, quia vidit, non probat, ita notat Speculator in titu. de
testib. §. nunc tradendum. versicu. quod ergo si quis petit. &
est de mente Innoc. & aliorum in dict. cap. cùm causam quæ
inter. & legistæ communiter in leg. solam. C. de testi. & pari
8 † ratione testis deponens talem esse dominum talis fund. &
in causa scientiæ dicat quia audiuit, hoc non probat, quia ex
eo quòd audio dici talem esse dominum fundi non depre-
hẽditur quis sit dominus, sed ex titulo iusto & traditione seu
ex longa possessione habili ad præscriptionem, vt plenè not
in d. l. cùm res, & per Innoc. in d. cap. cum causam. ¶ Præterea
9 † testimonium auditus ab alio regulariter non releuat. d. l. te-
stium. & cap. tam literis. de testi. cum ergo in nulla parte di-
ctus testis dicat vidisse traditionem vel possessionem, non pro
bat eam. & si verba testis sunt dubia, interpretantur contra
producentem. capi in præsentia. de probati. nec dicta deposi-
tio testis de fama est legitima & concludens, & probatio do-
minii per hanc rationem prolatam a teste dicente se scire quia
vidit vel audiuit, non est bona, vt est dictum, ergo dictus testis
10 non releuat. ¶ † Nihil etiam releuat ꝙ dictus testis dicat quod
dicta possessio tempore vitę & mortis dicti Marci communi-
ter vocabatur & appellabatur tumba domini Marci, & quod
ita erat publica vox & fama quia (vt dixi) iste testis non dicit
quod hoc audiuerit dici a maiori parte prout requiritur, vt
per Bart. in d. l. de minore. §. si plurium. in 6. colum. in versi.
quæro quid si testis dicit &c. bene faciunt not. in l. 3. §. eius-
dem. ff. de testi. & sic in hoc testis iste deponens de communi
opinione & fama, non reddit rationem per sensum corporis
sui, vt debet. d. l. testium. & in probatione famæ hoc facere de
bet etiam si non fuisset interrogatus, vt superius dixi, confir-
11 mantur hæc per ea † quæ notant domini de Rota sua conclu-
sione 325. incipien. Item si vendico, &c. vbi concludunt, ꝙ
si ego probo quòd pater meus possedit tale castrum, & quo
dum ipse vixit fuit publicè & notoriè habitus & reputa-
* tus * pro domino illius castri, non obtineo in iudicio in quo
vendicabam castrum, quia per hoc non dicitur probatum es-
se dominium vel quasi dominium. allegant not. per doc. in d.
l. cùm res. & in dicta l. proprietatis. & in l. quidam in suo. ff.
de condi. insti. & per gloss. in d. §. eiusdem. & per glo. & doc.
12 in cap. veniens. de testi. præterea fama † legitimè probata nõ
probat dominium, nisi fortasse essemus in antiquis, id est in
excedentibus tempus a quo distamus per annos cẽtum, vt no.
Inn. in cap. veniens. & in cap. quid per nouale. de verborum
significa. & Specu. in titu. de probatio. §. probare. versicu. no.
quod presumptus. Alius testis scilicèt frater Ioãnes nihil pro-
bat, quia, solùm dicit quod vocabatur la tumba de miser Mar
co, quousq; dicta tumba existebat, & non dicit a quo vel a qui
bus ita vocaretur, & sic an a maiori parte. præterea non pro
bat per not. in dict. §. eiusdem. & in d. §. si plurium. & interro
gatus in causa scientiæ dicit quod prędicta vidit & audiuit &
pręsens fuit, & quòd fuit & est publica vox & fama in ciuitate
Arimini inter habentes notitiam de prędictis. & sic talis pro-
batio famę simpliciter facta nõ releuat, vt Barto. in dicto. §.
si plurium, ad fi. cum cõcordantiis suprà allega. & dicit quod
non recordatur quod dictus Marcus vel Clara aut eius filii
possederint, & sic etiam nullam traditionem vel possessionem
probat propter quam dictus allegatus titulus dotis possit in
aliquo suffragari per ea quę dicta fuit. ¶ Alius testis scilicet
Gaspar Blanchini, posito quòd probaret de possessione Mar-
ci; tamen remaneret vnicus & singularis, & sic non sufficeret
ad probandam traditionem vel possessionem. capit. in omni.
de test. leg. vbi numerus. ff. de testib. & constat quòd dictus
Gaspar aliud quàm semiplenè possessionem simplicem domi
13 ni Marci non probat, † quia licèt dicat quòd possidebat pro
sua tanquam suam, per hoc non probatur dominium, vt not.
Inn. in capitu. illud, in fin. de presump. vbi dixit quod si quis
probat quòd domum vel possessionem aliquam possedisset
aliquanto tempore pro sua, etiam si per hoc haberet famam
vicinię, non obtinebit, quia debet aliter probare de legitimo
titulo, vt etiam not. Barto. in l. 1. in fin. ff. pro suo. & Bald. in
addi. Spe. in titu. de deposito. in 11. colum. in versic. pono rei
vendicatione, &c. posito ꝙ in casu nostro esset per dictum in-
strumentum probatus titulus, tamen non est sufficienter pro-
bata traditio seu possessio, prout requirebatur. præterea & for
tius, posito quod esset probatũ de titulo dotis Clarę antiquæ
& de

& de traditione seu possessione sua, tamē attento quod dictus reus conuentus possidet cum titulo dationis insolidum sibi facto a Perleono de Perleonibus, sequitur quod non potest Clara obtinere. nam constat ꝙ nō probauit de vero & directo dominio, quia non est probatum ꝙ dictus Matthæus Blanchini qui (vt dicitur) dicta bona dedit in dotem pro Clara antiqua esset dominus, nec est etiam probatum de aliquo dominio acquisito per dictam Claram vel eius authores mediante † aliqua legitima prescriptione per quam acquiritur vtile dominiū. l. 1. in fi. ff. de acqua plu. arcen. & in auth. nisi tricennale. C. de bo. mater. cum ibi plenè not. quia non est probatū de aliqua possessione longi tēporis & continuata secūdū ea quæ habentur in l. super longi. cum ibi no. C. de præscrip. long. temp. & in c. si diligēter. de præscri. Tertiò posito quod ex titulo dotis esset acquisitum quasi dominium dictæ Clarę antiquæ, vel eius hæredibus, tamen publiciana † quæ datur pro tali quasi dominio non datur contra titulo possidētem l. sed autem. §. si duobus. ff. de public. sicut nec dat petitio hæreditatis. l. 2. & l. hæreditatis. cum simili. C. de petit. hæredit. Postremò posito ꝙ plus est ꝙ probata esset intentio agentis, quæ in veritate non est probata, vt patet ex prædictis, tamen attento ꝙ reus opposuit exceptionem præscriptionis, & probauit de titulo suo & de possessione sua, & authorum suorū, scilicet Perleoni, & conuentus montis Olıueti, & magnificorum dominorū de Malatestis vltra tempus anno. 30. completorum ante litem motam, vt patet ex dictis ferè omnium testium productorum pro parte sua, & ex productione iurium dictorum authorum, ergo sine dubio † videtur tutus reus exceptione dictæ præscriptionis. l. super longi. C. de prescript. long. tempo. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. 30. anno. iuncta l. Pomponius. §. cum quis. cum sequentibus. ff. de acquirē. posses. & propter titulum præsumitur bona fides, vt per Bald. in d. l. proprietatis. & Ang. in l. penul. ff. de condi. insti. & in l. sed qui natura. §. cùm me absente. de neg. gest. & Ioan. de Imol. & d. Abb. in d. c. veniens. & Ioā. de Imo. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. sed nō sumus in casu. l. pe. C. de euictio. & plenè not. per doc. in d. l. super longi. & in l. Celsus. ff. de vsuc. & in dicto ca. si diligenti, & etiam prçsumitur ex possessione longi[d] temporis, ut no. Inno. & alii post eum in c. 2. de restit. in integ. & Archidia. in c. 1. de præscript. in 6. & Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de teste. §. nunc videndum. in prima additione magna, uersicu. item ponunt. & Ang. in l. pen. C. quibus non obstat longi temp. præscrip. & Anto. de But. in c. cum ecclesia, in vlti. colum. de cau. pos. Abb. in præallegato c. si diligenti. per l. 3. §. si seruus. ff. de acquir. possess. Ex quibus concluditur quod neq; per instrumenta neq; per testes est fundata intentio agentis. & posito etiam quòd fuisset probata (quod tamen nullo modo ostenditur ex processu) nihilominus adhuc obstaret exceptio præscriptionis opposita pro parte rei conuenti, & per consequens partes iudicantis sunt in pronunciando malè fuisse iudicatum in fauorem Claræ per iudicem causæ principalis, & bene fuisse appellatum pro parte dicti ser Cichini, & victum victori in expensis esse condemnandum.

ADDITIONES.

¶ Tempore. sup. lib. 6. consi. 161. nu. j.
¶ Causam. sup. lib. 4. consi. 25. nu. 6.
Debet dicere.] Nota quo pacto testis debeat deponere, vt probetur quasi dominium, videlicet, quòd talis emerit, & quòd sibi tradita fuerit possessio, vel saltem sufficit probare quod possederit, quia sufficit possessio a quocunque habita, vt per Alexā. consi. clxj. col. ij. lib. vj. Ad probandum dominium dicat testis, quòd talis possedit cū tali iusto titulo longo tempore, si quidem ex præscriptione quæritur vtile dominium, iuxta no. per doc. ad l. traditionib. C. de pac. Atque hoc vltimum de probatione dominij tradit Pau. Cas. ad l. proprietatis. C. de proba. Natta.
Habitus, & reputatus.] Istud etiam dicit Inn. ad c. 1. de presumpt. & de hac conclusione Rotæ mentionem facit Ant. à Butrio, & eam sequitur ad c. cum ad sedem. col. pe. de resti. spo. & ad eum locum ēt Abb. & Alex. ad l. si is ad quem. col. 1. ff. de acqui hæ. & vide Alex. infra hac eadem col. dum allegat Bar. ad l. 1. in fi. ff. pro suo. Natta.
¶ Antiquis. suprà lib. 5. consi. 16. nume xxij. sup. lib. 6. consil. 39. nu. 11. cum sequen.
¶ Longi. sup. lib. iiij. consi. 1. nu. xxij.

SVMMARIVM.

2 *Status attenditur qui erat tempore contractus vel testamenti. nu. 3. 4. 10. nisi in incremento alluuionis. nu. 7. vel accessorijs. nume. 8*
5 *Participium resoluitur in relatiuum, & verbum sui temporis.*
10 *Ecclesia an dicatur sine clero & populo si caret altero tātum. nume. 14. 16.*
12 *Arbustum quid sit.*
15 *Et, copula, an requirat concursum omnium.*
17 *Interpretatio fit ne quis sibi contradicat.*

CONSILIVM XXV.

Consideratis verbis instrumenti conuentionū initarum inter magnificos dominos Albertum, Gulassium & Gibertum de Piis de Carpo dominos Carpi, &c. ex parte vna, & magnificos dominos Ioannem & Franciscum de la Mirandola dominos Mirandolæ & comites Concordiæ, &c. ex parte altera. & visis his de quibus in themate suprascripto. Super primo dubio an confines esse debeant, vbi tempore confectionis dicti instrumēti erant valles, an vero vbi hoc tempore valles esse reperiuntur. videretur prima consideratione dicendum, etiam tempus præsens esse
1 attendendum, quia † qn̄ dispositio * profertur ab homine, si-
* ue sine tempore, siue etiam per uerba præsentis temporis, si variatio contingit circa eādem rem, porrigitur ad futura. Primum probatur in l. quid in rerum. §. si quis post. & l. si ex toto. in prin. ff. de lega. 1. & l. cum fundus nominatim. ff. de leg. 2. Secundum probatur in l. fi. §. fi. ff. de lib. leg. & in l. Mela. §. sed si alimenta. & ibi no. ff. de ali. & ciba. leg. & no. doc. plenè in l. si ita. vbi latè. per Bart. ff. de auro. & arg. leg. & not. Pet. in in l. si grege. ff. de leg. j. & per Cyn. & alios in l. placet. C. de sacrosan. eccle. & in l. fi. C. quę res pig. oblig. pos. & notant Canonistę post glo. in ca. quia circa. de priuileg. & in ca. fin. de rescrip. & in clem. fin. eo. tit. ergo in proposito nostro si variatio cōtingit circa dictam curiam sancti Stephani cōfinatā prout in instrumento, debet illa dispositio & conuentio de qua in dicto instrumento per quam assignatur dicta curia sancti Stephani prefatis dominis de la Mirandola porrigi ad futura, & sic prout in futurum protendent valles denominatę pro confinibus dicti loci. Sed premissis non obstantibus puto contrarium esse de iure verius, scilicet quod solùm attendi debeat status dictę curiæ sancti Stephani, prout erat tempore dicti instrumenti, quantum est respectu confinium concernentiū
2 dictas valles. hoc † probatur primò per tex. in l. item si fundi. §. huic vicinus ff. de vsuf. vbi in dispositione hominis, quādo fit mentio de re particulari, non comprehenditur incrementum superueniens separabile ab antiquo & preterito iure. vnde si concedo tibi vsufructum talis fundi existētis iuxta aquā fluminis, & postea in loco vbi erat aqua, nascatur insula, & sic locus terrenus, iuxta l. insula. & l. adeò. §. insula. ff. de acquirē. rerum domi. & institut. de rerum diui. §. insula. & ibi not. cū ille locus non comprehendetur in illa dispositione hominis & concessione vsusfructus, sed tanq̄ separatus fundus spectabit ad eum cuius erat proprietas fundi. secus autem dicit ibi tex. esse in incremento alluuionis, quia est incrementū latens, & quod ab alio neq; discerni neq; separari potest, vt ibi & in §. preterea, instit. de rer. diui. sed in proposito nostro apparet seu apparere potest vt presupponitur quis sit locus, vbi tunc erant ualles q̄uis nunc esse desierint ergo status & tempus cō-
3 tractus debet attendi. ¶ † Secundò probatur per l. in lege, ver. Labeo. ff. de contrahen. empti. vbi si vendidit tibi fundum eo pacto ꝙ in venditione intelligerentur excepte lapidicinę vbicunq; essent, non videntur in illa exceptione comprehensę illę lapidicinę quę post tempus contractus apparere ceperunt, & per consequens futuræ lapidicinæ non comprehēduntur, sed attenditur apparentia & status ipsius temporis cōtractus, ergo ita in proposito si confines dati fuerunt vsq; ad locū, vbi essent seu erat valles debent accipi valles, prout tunc tempore
4 contractus apparebant esse valles. ¶ Tertiò † vbicunq; dispositio contrahentium habet in se verbum præsentis temporis,
a tunc non attenditur futurus status rei sed præsens [a] l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. & l. si a colono. ff. de ver. obl. Sed in dictis conuentionibus quò ad propositū de quo quæritur,

ritur, est adiectum verbum præsentis tẽporis, vt patet ibi dũ dicitur, vsque ad ripas vallium existentium propè dictũ quondam castri sancti Stephani, &c.† nam illud participium præ-
5
b sentis temporis scilicet existentium, resoluitur [b] in relatiuum & verbum præsentis temporis, vt no. glo. in cle. j. in verbo, dignitatib. de præben. & Bar. & alij in l. j. in 7. q. ff. de condit. & demon. & quod dicta conuentio in proposito sit prolata cum uerbo præsentis temporis, patet etiam ibi, dum in instrumento dicitur, diuidendo ipsas valles a nemore posito versus flumen sitile, donec valles se dirigunt & extendunt &c. vt manifestè indicant illa verba, scilicet dirigunt & extendunt, & ibi etiam dum in instrumento dicitur, diuidendo semper valles a nemore per illum modum secundum quem decurrunt, &c. & ibi dum dicitur, vbi verò sunt arbusta & salices, & ibi dum dicitur, nemora ibi existentia, &c. & expresse actum est inter dictas partes quòd reliqua pars dictæ curiæ sancti Stephani exclusa a dictis terminis & finib. & quæcunq; sit extra dictos terminos versus partes montanas & superiores & inferiores sit ipsorum dominorum de Piis de Carpo. ita expresse dicunt verba instrumenti, ergo totum illud quod non comprehenditur intra dictos confines & mensuras partis assignatæ dictis comitibus de la Mirandola habito respectu ad statum, in quo erat res tempore celebrati instrumenti, spectare debet ad præ-
6 fatos dominos de Carpo. ¶ Quartò † pro hoc facit id quod habetur in cle. fi. de rescrip. vbi literę super conferendis beneficijs vacaturis, solùm intelliguntur in beneficijs iam creatis. & sic secundum tempus literarum, non de creandis beneficiis. ¶ Quintò pro ista parte videtur casus in l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emp. vbi si lacum Sabarenẽsem & circa eum lacum pedes decem emi, si postea lacus creuit, non debentur emptori pedes decem habito respectu ad augmentum ipsius lacus, sed solum habito respectu ad statum in quo erat lacus tempore contractus. ¶ Non ob. allegata in contrariũ. & primò non ob. tex. in d. l. ꝙ in rerũ. §. si quis post. & l. si toto. in prin.
7 & l. cùm fundum nominatim, † quia respondeo quod illa iu-
c ra loquũtur de incremento alluuionis, [c] quod est incrementũ latens & inseparabile, differens ab isto incremento separabili. d. l. itẽ si fundi. & d. §. prætereà. vel loquuntur iura contraria in adiecttione & augmẽto facto post testamentũ per testatorẽ in fundo quem alteri legauerat, quo casu cùm nondum legatum esset sortitum effectũ suum, videtur testator voluisse augere legatũ, ita loquuntur iura præallegata. sed in casu nostro absq; facto dictorum contrahentium & post ius iam quæsitũ parti superuenit mutatio status rei seu confinium, ideo talis nouus status superueniens non attenditur, vt in d. l. in lege. & d. l. itẽ si fundi. ¶ Prætereà dicta iura loquũtur quando dispositio non fuit facta cũ expressione, præsentis temporis, prout in casu nostro, quo casu tempus contractus solùm attẽditur. d. l. si a colono. cum si. ¶ Item illa iura respectu adictionis vel diminutionis factæ aliter quam per alluuionem non haberẽt locũ in ꝯtu inter viuos, puta emptionis & vẽditionis, si talis mutatio fieret post celebratũ ꝯtũ, & sic post ius quæsitũ, vt declarat Nic. de Nea. in d. l. si ꝙ in rerum. §. si quis. & Ray. & Raph. in d. l. si ex toto. in prin. per no. in l. semper in stipula-
8 tionibus, de reg. iur. & ꝑ alia ibi allegata per eos. ¶ † Non ob. l. fi. §. fi. ff. de lib. leg. dũ ibi dicit' ꝙ in legato facto ꝑ hęc verba, quicquid mihi debes, lego, comprehendit' etiã debitum vsurarũ decursarum post tempus testamẽti vsq; in tempus mortis, quia respondeo ꝙ ibi legatum illud trahitur ad accessorium, quod quidẽ sequit' ipsum principale. sed in proposito nostro non tractamus de accessorio seu de eo quod debeat sequi naturã alterius, vt patet in d. l. Rutilia, cũ alijs suprà allegatis. maximè cũ fuerit facta demonstratio per verba præsẽtis tẽporis, & locus fuerit limitatus, vnde non recipit incrementum vel diminutionẽ ex mente partium. l. j. §. si insula. cũ gl. in verbo, limitati. ff. de fluminibus. Item in d. l. 1. §. fi. illud incrementum superuenit antequã dispositio legati sortita esset effectũ, seu ante acquisitum ius legatario. hic autem ista immutatio superuenit post acquisitum ius partibus meritò sine nouo eorum consensu non debet posse tolli. l. fi. ff. de pac. l. sicut. C. de
9 actio. & obli. ¶ Nõ ob. † vltimũ rñsum. d. l. fi. §. fi. de libe. lega. quia imò facit pro conclusione quã firmaui. s. ꝙ attendat' mensura & status in quo res erat tempore celebrati actus, nec dicitur isto casu fieri mutatio circa eandem rem ex dispositione vel prouisione ipsius disponẽtis & sic non ob. d. l. Mela. §.
10 sed si alimenta. cum ibi no. ¶ Venio ad secundũ dubiũ † quo quæritur, an vbi in instr̃o prędicto declarat' quæ sint valles, & ꝙ sint nemora, si in aliquo loco esset fundus aquarum seu cannæ & similia requisita ad existentiam vallium secundũ declarationem instr̃i, & in eodẽmet loco ẽt reperiant' esse aliquæ arbores incisæ seu trũcatæ an ille locus veniat appellatione vallium, an vero sub appellatione nemorũ, & hoc si tpe cõfectionis dicti instr̃i locus ille erat vallis? Et in hoc dico ꝙ si cõstat ꝙ tpe instr̃i locus ille esset vallis (vt pręsupponitur) debet iudicari prout de valle. hoc patet per ea quæ dicta sunt in precedenti dubio, quia debet attendi tempus confectionis instr̃i.
d Fortuis [d] dico ꝙ etiã si tpe instr̃i extitisset in loco illo fundus aquarũ & cannæ, &c. cum dictis aliquibus arboribus, tñ per hoc non posset dici ꝙ nõ esset vallis. probo sic, quia in instr̃o dicit' ꝙ vbi sit fundus aquarum & cannę & carrazzę fortes & desæ & vidiganii sine arbustis & arboribus. illæ partes & planicies sint & intelligantur esse valles, & pro vallibus habeant'. unde verba illa requirunt ꝙ (qñ est ibi fundus aquarum cum dictis cannis & similibus) ad hoc vt si vallis, non sint ibi arbusta & arbores, & sic copulatiuè ibi loquit' de arbustis & arborib. ideo ad hoc vt (vbi est fundus aquarum cum cannis & similibus) sit vallis, requiritur ꝙ ibi non sint arbusta & arbores
e copulatiuè. & sic [e] non sufficeret ꝙ ibi sint aliquæ arbores, nisi etiam sint arbusta, & hoc vt non sit vallis. hoc probatur in l. si is qui ducenta. §. cum ita. ff. de reb. dub. nam si dico, si non fistam Stichum & Pamphilum promitto pœnam, & postea
f sto Stichum tantũ verificata [f] intelligitur illa oratio negatiua & debetur pęna, vt ibi. ita in proposito attento ꝙ illa dictio, sine arbustis, &c. est dictio priuatiua & negatiua. l. si mandauero tibi. §. fugitiuus. ff. mã. l. ex stipulatione. ff. de acqui. poss. ferinde est ac si dictũ esset ꝙ vbi non sint arbusta & arbores sed fundus aquarum cum cannis, &c. sit vallis, ergo si ibi sint aliquæ arbores tãtum, verificata intelligitur illa oratio seu pars negatiua copulatiuè prolata, & sic intelligitur esse vallis. ita
11 † etiam voluit Zenze. in cle. in plerisq;. de ele. dum dicit ꝙ dispositio illius clem. loquentis de ecclesia carente clero & populo, habebit locum etiam in ecclesia carente populo tãtum, licèt non clero, quia accipiendo seu considerando clerum & populum coniunctum carens altero tantum, dicitur clero & populo carere. arg. l. cum eiusdem. ff. de ędil. edic. & hanc opi-
g nionem tenet etiam dominus Car. Flor. [g] in d. cle. in plerisq;. vt dicens hanc esse veram opinionem etiam ex vi verborum, vt ibi per eũ ita hic locus dicitur esse sine arboribus & arbustis quando altero tantùm caret. vnde licet ibi essent arbores, si tamen non essent arbusta, vel ibi essent arbusta, non tamẽ essent
12 arbores, esset vallis, & † arbusta esse dicuntur quando arbores incisæ sunt solo trunco remanente, vt colligitur ex l. si in fi. ff. de termino amato. arbusta. n. quasi arboris asta. vel secun-
h dum ꝙ grãmaticis placuit teste Papia [h] & Seruio arbustũ dicimus esse locum vbi multæ arbores simul sitæ sunt, sicut salicetum. sed vbi appareret qualiter tunc secundum communem vsum loquendi intelligeretur ille terminus. s. sine arbustis, de-
13 beret ita accipi, quia† omnis dispositio recipit interpretationem a communi vsu loquendi. l. Labeo. ff. de supple. lega. l. librorum. §. quod tamen Cassius, cum ibi no. de leg. 3. & plene in c. ex literis, de sponsa. & sic non minus comprehenderetur appellatione vallis quamuis ibi essent arbores tantum vel ar-
14 busta tantùm, per prędicta. tamen quia † in hoc gl. Ioã. Andr. in d. cle. in plerisq;. in verbo, populo dixit sibi magis placere ꝙ dispositio loquens de ecclesia carente clero & populo, non habeat locum in ecclesia carente altero tãtum. quia verba ita important ꝙ carere debeat vtroq;, quamuis dicat hoc esse dubium & indigere declaratione. & ita in proposito si verba instrumenti volũt ꝙ ille locus dicatur esse vallis, vbi sit fundus aquarum sine arbustis & arboribus, non sufficit ad hoc vt sit vallis ꝙ careat arboribus tantum, vel arbustis tantum, sed requiritur ꝙ careat simul arboribus & arbustis, secundum opinionem gl. quam ibi sequitur Pau. de Leaza. ideo non ꝑ tenerem pro constanti hoc vltimum fundamentũ. vnde tutius est illud, videlicet ꝙ tempore confectionis instrumenti in loco prædicto essent valles, licèt nunc sint ibi aliquæ arbores vt dictum est. ¶ Postremò capio tertium & vltimum dubium quo quæritur, an illa pars instrumẽti per quã declarantur quæ dicantur

dicantur esse valles, dum dicitur ꝙ vbi sit riuulus aquarum & cannæ & carrezzæ fortes & densę & vidiganii, illæ partes & planicies intelligantur esse valles habeat hunc intellectum ꝙ requiratur ꝙ omnia prędicta enumerata concurrant copulatiuè, an verò sufficiat alterum eorum, puta ꝙ sit fundus aquarum tantùm, vel ꝙ ibi sint cannę tantùm, &c.† & in hoc puto [i] esse verum ꝙ non requiratur ꝙ illa copulatiuè concurrat, sed satis est alterum eorum. hoc ad propositum nostrum decidere videtur Ant. de But. & Ioã. de Imo. in præallega. cle. in plerisque. de ele. super glo. in versicu. postulo. vbi referunt & sequuntur doctrinam Bar. in præall. l. si is qui ducēta. §. sed vtrum. ff. de reb. dub. dum tractat de virtute copulatiuæ, & an operetur ꝙ interuenire debeat concursus omnium enumeratorum. & addunt plura. & inter cætera dicunt [k] ꝙ vbi copula, & copulat qualitates, nec apparet expresse vel per cõiecturas an copulet illas respectu diuersorum subiectorum, an eiusdē in hoc casu dubio cum natura copulatiuæ sit ampliare, vt l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. potius referatur ad diuersa subiecta quam ad idem, vt sic amplietur & dispositio plura cõprehendat, & ideo si dicatur in dispositione ꝙ centum dētur militibus & doctoribus, non intelligetur in dubio de eodem subiecto habente istas duas qualitates. i. ꝙ dentur centū illis qui sunt simul milites & doct. imò intelligetur quod illis qui sunt milites tantum dentur centum & etiam illis qui sunt doctores tantum, ita etiam dicit Bal. in l. 1. in princ. ff. de iust. & iure. facit. l. Quintus, in prin. de au. & arg. leg. & l. qui concubinam. in prin. ff. de lega. 3. & ꝙ no. Bar. in d. l. ea tamē adiectio. & Bar. in l. Gallus. §. etiã si parente. ff. de liber. & posth. in ver. ex hoc. apparet soluta quęstio, &c. & sic effectus dictorū verborum instrumenti erit ꝙ ille locus in quo sit fundus aquarū sit vallis. & ꝙ alius locus in quo essent cãnę sit vallis. & sic de singulis [l], & sic referētur ad diuersa loca seu subiecta. pro hac conclusione etiam faceret † illa opinio quam tenuit gl. in d. cle. in plerisq;. in ver. populo. de qua dixi in superiori dubio, attentis dictis verbis instrumēti, ibi, dum dicit, sine arbustis & arboribus, nam secundū opinio. dictæ gl. dicta verba important ꝙ ad hoc vt non sit vallis, sed nemus, sufficit ꝙ ibi sint arbusta vel arbores. ita probant illa verba secundū opinionē & declarationem illius gl. quã ibi sequit Pau. de Leaza. & Ant. & Ioan. de Imo. & Bal. ēt in c. 1. ad fi. de duo. fratribus a capitanis inuestr. sicut ergo per illa verba colligitur ꝙ ad hoc vt dicãtur nemora & non vallis, sufficit quod sint arbusta tm̃ aut arbores tantū, & tamen in instrumento reperitur quod post dicta verba ꝯtrahentes dixerūt quod vbi sunt arbusta, & salices, arbores, & similia, illę partes intelliguntur esse nemora. & sic apposuit copulam, &, tñ ne videãtur contrahentes sibijpsi incontinenti cõtrariari, non põt intelligi quod requirantur copulatiuè illa vt sint nemora. s. quod sint simul arbusta & salices arbores, & similia, quia non debet † fieri interpretatio vt sibijpsis videantur incontinenti contrariari. l. nam ad ea. ff. de condi. & dem. in 1. constitutione codici. §. quib. c. cum tū. de testi. no. Cy. in l. in exercēdis. C. de fi. instr. & Bar. in l. scripturæ. cod. ti. si ergo circa determinationem nemorū copula non requirit concursum omniū ibi enumeratorū, pari rõne nec debet requirere circa determinationem vallium, cū diuersitatis rõ reddi non possit, & ab eadē sponsione procedant, vnde quod in vno dicitur in alio pariter intelligatur, vt habetur in c. translato, de consti. cū si. tñ absq; eo quod ad vltimum argumentū deueniamus, sufficit primū fundamentū circa hoc tertium quæsitū Ex quibus concludo ꝙ non requiritur ꝙ copulatiuè prædicta omnia concurrãt ad hoc vt vallis esse intelligatur, sed alterum enumeratorū sufficit. Nec expedit attingere quomodò de iure cõi accipiatur vallis, de quo tangit Bart. in suo tractatu alluuionis in 6. col. postquã contrahentes ipsi suum sensum secundum quem valles accipere voluerunt specialiter declararunt. Alex.

ADDITIONES.

Quando dispositio.] De quacunque dispositione an & quando intelligatur, secundum præteritum, vel præsens, vel futurum tempus, vel euentum, siue ipsa dispositio emanet per verba præteriti, & pręsentis temporis, siue per verba extensa in futurum, siue simpliciter, vide Vincentium Herculanum in disputatione sua. quæ incipit, Perusinus quidam. dubio 1. Nat.

Præsens. supra lib. 5. consi. 170. nu. 1.

b ¶ Resoluitur. supra. lib. 1. consi. 119. col. 4. supra lib. 6. consi. 143. nu. 2.

c ¶ Alluuionis. dixi. in consu. Parisi. §. 1 gl. 5. nu 99.

d ¶ Fortius. Caue, quia in toto hoc sequēti argumento Alex. vehementer cæcutit, & allucinatur nedum contra dialecticam & textus legū, sed etiam contra sensum communē. Rectè tamen facit quod tandem non residet in hoc argumento, sed in præcedenti, quòd tempus contractus debet attendi.

e ¶ Et sic pessimè colligit, & sibijpsi contradicit, quia imò contrarium hic colligendum est. bene sequitur oportet vtrunq; & arbores & arbusta deficere vt sit vallis secundum intentionem contrahētium, ergo si alterum adsit vel arbores vel arbusta, non est vallis secundum eandem intentionem. bene tamen video ꝙ Ale. hic suo quidem sensu sibi non contradicit, quia non intelligit de copulatis per se, sed de ipso copulato, quasi dictio sine, neget & priuet ipsum copulatum tãtum, non autem singula copulata. quod est sophisticum contra communem sensum & modum loquendi & intelligendi. vtque clarius intelligas, vide præcedentia verba tex. ibi, copulatiuè si nihil subaudias sed planè accipies. sensus est ꝙ vtrunque copulatorum videlicet & arbusta, & arbores deesse debent, & sic Ale. ibi contradicit in verbis immediatè sequētib. sed Ale. ibi copulatiuè, subaudit sumpta. & sic esset sensus ꝙ sufficit ipsum aggregatum ex arbustis & arboribus deesse, licet alterum adsit, quod est extraneum a cõmuni sensu.

f ¶ Verificata verum est, & est tex. in d. §. cum ita. ver. vel proprius. & illud est indubitatū, quia ista propositio æquipollet huic. nisi Stichū & Pamphilium steteris. Et clarum est ꝙ vtrunq; sisti oportet, vt pareatur conditioni. Sed Alex. hic omnia miscet. imò non est ita in proposito, quia verum est ꝙ simplex & sola negatiua nõ stat collectiuè, quando sequuntur plura copulata per simplicem copulã & vt in d. versi. vel vt proprius. licet duplex & multiplicata copula, neq; stet distributiuè, vt in l. si quis ita. respon 2. de verb. obli. Sed longè aliud in verbo sine, & in verbo careo, & similibus priuatis, quia singula copulata negatiuè distribuunt seu distributiuè priuant, vt latius dixi in d. §. cum ita in nouis intellec.

g ¶ Floren. imò Car. ibi tenet contrarium cum glo. Pau. de Leaza ibi Ias. in d. l. si quis ita. de ver. obl. & bene, & hoc etiam proprietas & phrasis sermonis & communis vsus ostendit.

h ¶ Papia. & melius. solebãt autem antiqui vites arboribus maritare, & loca vitiferis arboribus consita vocabant arbusta. vnde vites arbustiuæ & vinum arbustiuum. vnde Columel. lib. de arboribus c. 16. Palladi. li. 3. c. 10. qui mos hodie exoleuit Et quæcū 3; loca arboribus consita, vocantur arbusta siue arboreta, & ita accipitur in d. l. fina. sancit enim de eius pœna quæ finium tribuendarum causa illuc vbi finales arbores erant arbustum fecit.

i ¶ Puto sed verisimilius mihi videtur quòd requirantur illa copulatiuè. facit pulchrè Roma consil. 166. Visa diligenter. colum. 2. quē sequitur Soc. l. si is qui ducenta. §. vtrum. nume. 3. de reb. dub.

k ¶ Dicunt. Sed hæc commentitia facilè in vtramuis partē agi possunt, vt hic ludit Alex. Atqui longè rectius hæc ex phrasi & consuetudine sermonis, vel si forsan dubia vel obscura ex totius negotij circūstantijs seu ex legali æquitate, vt dixi in cõs. Paris. §. 66. nu. 66. vnde Lance. Deci. in q. notabili in l. oēs populi. col. 2. de iust. & iu. cautè dixit recurrendum ad quantitatem pretij, aliàs male diceret, & opin. Mar. Lauden. quam reprobat, esset verior.

l ¶ Singulis. sed quid si per totam ferè terram illam essent riuuli vel cannæ; ergo vt nuper dixi.

EPITOME.

NANNES instituit Notū & Iacobum filios suos hæredes vniuersales in omnibus bonis ęqualiter, & alterū alteri sine filijs decedenti substituit. Mortuo testatore, decessit Notus relictis Rustoro & Michaele Angelo filijs suis. Iacobus aūt dedit oīa ferè bona sua Michaeli, nõ obstante insinuatione cū iuramento, & sine liberis decessit herede instituta Mera vxore sua. Respõ. Alex. primò quod dicti Rustorus & Michael Angelus sunt vocati iure fideicõmissi ad bona Iacobi, q̃ fuerunt Nannis, saltē in effectu ꝓ dimidia, reliquo deducto pro legitima & trebelli. Iacobi. Secūdò ꝙ dicta donatio valet, q̃a iurata nõ obstãte defectu insinuatiõis.

CONSILIVM XXVI.

Cumulatissime & elegēter super dictis dubitationibus cõsultum est per clarissimum dominum consultorem d. Bartholomæū Socinum [a] dudùm acutissimum discipulum meum, & in eius sententiã cõcurrens. circa primum dubium puto omninò ex mēte testatoris & ex iuris dispositione esse concludendum dictos Rustorum & Michaelem Angelū esse vocatos iure fideicommissi ad bona quæ ex hęreditate dicti Nannis obuenerūt dicto Iacobo vigore testamenti dicti Nannis, attento quòd Ia
1 cobus prædictus mortuus est sine descendentibus. Et presertim per illa verba testamenti dicentia. † Et doue [b] rimanesse

filioli

filioli de luno vno o più, maschio o fœmina succeda in li ditti beni come ditto è di sopra,&c. Nã testator in proximo præcedẽti capitulo inci. Et in casu che dicti No. prouidit quid fieri volebat ambobus scilicet Noto & Iacobo decedentib. sine filiis, in sequẽti vero capitulo voluit prouidere quod fieri vellet quando cum filiis decederet vnus eorum tantum. quo casu dictum filiũ vel filios nascituros succedere voluit in dictis bonis, vt dixerat. supra nam supra dixerat ꝙ substituebat per fideicomm. superuiuentem ex filiis dicti testatoris alteri filio testatoris prędecedenti sine liberis, & ponderandũ est ꝙ testator fecit in omnibus bonis dictam substitutionem positam in d. uer. incipiente, & doue rimanesse, vt patet per illa verba, in dictis bonis, &c. prolatis ab eodem disponente quia supra dũ fecerat mentionem de bonis suis locutus fuerat de omnibus
c bonis, vt colligitur ex illis verbis, ma, [c] in tutti li altri suoi beni mobili & immobili, ragione, &c. hoc. n. important illa verba, in dictis bonis, vt no. Bar. in l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. 2. in versi. sed quæro quid si testator reliquit alicui certã partem bonorum, &c. per l. a filio. §. testator. ff. de ali. & cib. leg. & not. Bar. in l. 1. in prin. ff. de recepta. & in l. 1. ad fi. ff. si fami. fur. fe. dica. apparet ergo ꝙ testator voluit filios nascituros ex altero dictorum institutorum succedere in omnibus bonis dicti testatoris, s. quãdo vterq; decessisset, sed alter cum liberis, alter sine liberis. hoc etiam cõfirmatur, quia ex omnibus substitutionibus factis a testatore, apparet ipsum semper voluisse descendẽtibus suis decedentibus sine liberis succedere alios
a descendentes suos superstites. † ex præcedentib. igitur datur intellectus ad sequentia, & econtra. l. qui filiabus, in prin. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. l. vtrum. ff. de peti. hære. Et bene fortificatur per illam substitutionem fideicommissariam factam in tota hereditate ad constitutionem monasterij & eius vtilitatem decedẽtibus dictis filiis & eorum hęredib. sine liberis, per quam substitutionem videntur dicti filii & eo
d rũ liberi tacitè adinuicẽ substitui [d] per id quod legitur & no. in l. Titio Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. 2. & per no. per doc. in l. vel singulis. & in l. si pater impuberes. ff. de vul. & pup. & quia istud fuit oportunè deductum. in præcedenti consilio, vlterius non insisto & sic concludo ꝙ saltem dimidia eorum quæ obuenerunt dicto Iacobo venit per fideicõmissum restituenda vigore dictæ substitutionis, posito ꝙ legitima & Trebellianica quæ ascendit ad aliam dimidiam veniat de fideicõmisso deducenda, iuxta ea quæ tradũtur in c. Ray. & in c. Ray
3 naldus. de testa. ¶ Quantum vero ad secundum † dubium. an stante dicto iuramento & renunciatione facta legibus de insinuatione loquentibus valeat dicta donatio vltra quingentos aureos, teneo veram esse conclusionem domini cõsultoris co
e piose & rectè cõcludentis ꝙ sic. & ita sæpenumero consului, [e] & tunc etiam ita consuluerunt quam plurimi excellentissimi iureconsulti, secutus opinionem Io. And. in add. Specu. in titu. de instr. edit. §. porrò. in vltima additione. & Fed. de Sen. in consi. 281. inci. Casus talis est, statuto cauetur ꝙ si donationes. & Bal. in c. cum contingat. in 8. colum. de iureiur. & Ioã. de Imo. plenè ibidem in decimo membro circa antepe. char. & d. Abb. Sicu. in d. c. cum contingat. circa 21. colum. Ang. cõsi. 94. inci. Cum lis. &c. in pen. colum. licet quandoq; in alijs cõsiliis variauerit. & principaliter fundãt se præfati doc. p id quod habetur in authen. sacramenta. C. si adue. ven. & in d. c. cum contingat, & in c. quemadmodum. eo. tit. & in c. quam
4 uis, de pac. in 6. & in c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. † nam quandoq; iuramentum potẽst sine interitu salutis æternæ seruari, si non est contra bonos mores, quorum transgressio inducat peccatum, seruari debet vt patet in locis præallegatis. & idem videtur tenere Io. Fab. in §. & cum retro. insti. de dona. & quamuis nonnulli tenerint contrarium per aliquas rationes satis fragiles, non est ab ista opinione discedendum, quæ a patribus & summis canonum professoribus per vrgentes rationes approbata est. & ad allegata in contrarium respondet prefati doct. seriatim ac specificè Io. de Imo. in d. c. cum cõtin
f gat, & breuitatis causa non refero, [f] cum etiam sit oportunè relatum per præfatum dominum consulentem. ita etiam vidi alias cõsilium excellentissimi doctoris & preceptoris mei do
g mini Ioan. de Ana. [g] quondam Archidiaconi Bononiensis. & incipit consilium, In nomine sanctæ Trinitatis, visis & ponderatis his quę in dicta scripta donationis, &c. & in d. consi. refert ꝙ ita alias vidit consultum elegãter per quendam dominum Pacem de Aquila, qui dicebat ꝙ licet Bar. in l. si pro eo. ff. de fideiuss. specificè non decidat pro ista parte istam q. tamen ex his quæ ibi, dicit, hoc colligitur. & quod no. Pe. de Perusio ita cõsuluerat. & dicit præfatus do. Archidia. in illo suo consilio ꝙ omnes ferè doctor. Bononienses se subscripserunt cõsilio dicti domini Pacis, & pręcipuè do. Io. de Imo. & d. Florianus de Bononia. & d. consilio domi. Arch. se subscripserũt celeberrimi doctores do. Ang. Deuotus. & d. Iaco. de Zochis de Ferraria tunc Paduę ordinariè legens iura canonica. & di
5 ctum † iuramentum, astringit quò ad obseruantiam & firmitatem contractus nedum iurantem, sed etiam eius hæredem, vt l. cum quis decedens. §. codicillis. & ibi Bar. ff. de leg. 3. & in auth. de iureiur. a morien. præsti. §. 1. & no. glo. fi. in c. quamuis. de pac. in 6. & fo. And. in c. fi. de sepul. & in c. fi. de fo. cõpe. in 6. in nouel. & Feder. de Sen. in consi. 281. & Bal. in antep. col. C. de pac. & in d. auth. sacramẽta. in fi. & Ang. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære. & canonistę. in c. veritatis, de iureiur. cum suis concord. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Socinum. lib. 1. consi. 77. vbi plenius habetur cum tribus consiliis sequentibus. inter quæ istud consi. Alexand. habetur consi. 79. in ordine consiliorum Soc.
b ¶Et doue. i. casu. quo remanerent filii ex vno, vnus vel plures masculi vel fœminę. succedant in dictis bonis, vt dictum est supra.
c ¶Ma. i. sed in omnibus aliis suis bonis, mobilibus & immobilibus, rationibus, actionibus &c.
d ¶Substitui, supra lib. 1. consi. 91. infra. eo. consi. 202. col. 1.
e ¶Consului. supra lib. 1. consi. 4. colum. pe. vbi omnia ferè sequentia verba continentur.
f ¶Refero. retulit. supra lib. 3. consi. 21. col. 4.
g ¶De Ana. non habetur inter eius consilia.

EPITOME.

SI extraneus hæres ab intestato dicat testamẽtum nullum, eo ꝙ tempore testamenti viuebat filius testatoris ab eo præteritus, debet præcisè probare quod filius tũc viuebat, nec sat est probare ꝙ ante fuit viuus. & præsumptio quod quis viuat vsque ad centum annos, non iuuat eum qui se fundat in vita certi temporis. & probatur mors per famam, vbi agitur de præiudicio reparabili.

CONSILIVM XXVII.

Consideratis his quæ in themate narrãtur, & nisi attestationibus testium productorum pro parte Ioannis Ginlioli, puto de iure concludẽdum ꝙ non excludatur dictus Ioannis per illam exceptionẽ oppositam contra testamẽtum dominę Thomasinæ, per quã exceptionem dicebatur testamentum illud in quo est institu-
1 tus dictus Ioannes fuisse nullum, † eo quia in eo testamento fuerat præteritus Daniel filius dictæ Thomasinæ de eo nulla penitus facta mentione, & sic reddi videbatur testamentum nullum iuxta id quod habetur in §. aliud quoq. capitulum, in authen. vt cum de appella. cogno. & plenè nota in authen. ex causa. C. de lib. præte. & in l. filio præterito. per doct. ff. de iniusto testamen. & illud posset opponi etiam per tertium per id quod habet in l. 1. & 2. & ibi Bar. ff. de excep. rei iud. ¶ Tamen stantibus probationib. factis super morte dicti Danielis & omnium filiorum dictæ Thomasinæ etiam tempore quo ipsa viuebat, & quo ipsa condidit testamẽtum, apparet dictã
2 exceptionem non obstare. & ꝙ † de dicta morte quantum ad casum nostrum dicatur esse sufficienter probatum, patet, nam saltem per tres contestes est probatum ꝙ quando Thomasina prædicta vidua voluit condere dictum testamentum, fuit interrogata a notario an haberet filios, & respõdit ꝙ non, quia omnes erant mortui, & habuisse quendam filium qui vulneratus in bello mortuus erat. ita deponit Ant. Dertei & Lucas Antonius Zachariæ. & quidam Christophorus, duæ etiam mulieres, s. Francisca & Catherina contestes deponunt ꝙ viderunt dictam Thomasinam deplorantẽ, vt ipsa dicebat, mortem Danielis filii sui mortui in bello, prout ei renunciatum fuerat

fuerat,& quod viderunt eã portantem, habitum luctus iuxta morem aliarum ob mortem filii. hoc etiam de dicta Thomasina deplorante & dolente de morte dicti eius filii deponunt tres aliæ mulieres & dictus Christophorus. Et deponit etiam dictus Christophorus quod dictus Daniel habebatur & repu
3 tabatur pro mortuo apud circumuicinos, † vnde posito ꝙ in casu nostro diceretur tractari de præiudicio respectu cómodi pecuniarii, tamen quia istud præiudicium dicitur recuperabile scilicet eo casu quo appareat illum nõ esse mortuum; quia ei non fiet prꝫiudicium per id quod sequeretur occasione huius iudicii, merito tunc sufficit probare de morte per famam, seu per testes deponentes ꝙ coniuncti sui fecerunt luctum & eum pro mortuo habebant. l. 3. ff. de condictio. indeb. l. fi. ff. de hęred. inst. l. sed si de sua. in prin. cum ibi notatis. ff. de acq. hæred. ita per illa iura decidit Bart. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmo test. ape. & cum eo transit ibi Ang. & item hoc quod dixi, procedit quando diceretur aliquem decessisse in longinquis partibus, adeo quod eius notitia de facili haberi non potest, vt quia dicitur fuisse mortuum in mari, nam tunc sufficit probari ꝙ inter cognatos habebat pro mortuo, ergo cum tractemus de probãda morte illius qui dicitur mortuus in bello; non autem in ciuitate sua videtur eadem ratione qua dixi, quando mortuus est in mari quod sufficiat dicta probatio. & ad hoc non discordat Io. de Imo. in d. §. si dubitetur, secutus Cy. in l. si quidem. C. solut. mat. & quod quando tractaẽ de probanda morte alicuius qui dicitur mortuus in bello, non requiritur probatio plena, sed sufficiat præsumptiua, firmat Bar. in d. l. si quidẽ, vbi dicit ꝙ tunc sufficiet probare per famam. & vt vult Ioan. de Imo. in d. §. si dubitetur. & etiam sentit Bar. ibi tãtum operatur in proposito probare de morte per famam, quantum probare quòd coniuncti eius fecerunt luctum de eo vt mortuo. huic conclusioni etiam cõueniunt verba Saly. in l. si quidẽ. præallega. vbi dixit ꝙ † quãdo tractaẽ de probanda morte [a] alicuius qui dicitur mortuus in conflictu, tunc sufficit probatio per coniecturas, seu per cõmunem opin. vel famam. l. non omnes §. à barbaris. de re mi. Sed hic sunt coniecturæ, quia non est præsumendum ꝙ mater filium viuentem præteriisset, & extraneum instituisset. l. scripto. ff. vnde. lib. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. l. fi. in prin. C. de cura. furio. Item affirmatio matris & luctus. Prætereà ꝙ dicta probatio sufficiat, voluit expresse Bar. in l. genero. ff. de his qui not. infa. in fi. vbi dixit per illum tex. ꝓbari quod testis qui testificatur de morte alicuius, reddere dicatur sufficientem rationem dicti sui si dicat, vidi fieri luctũ in domo sua, & vxorem & consanguineos assumere vestes lugubres. vult etiã hoc expressius Ange. in l. fi. §. fi. ff. de his qui notantur infa. vbi dixit, ꝙ † vbi agitur de præiudicio quod non sit irrecuperabile, prout est quando agitur de commodo hæreditatis vel simili, satis dicitur probatũ de morte alicuius si probatum est ꝙ inter agnatos seu cognatos eius habebatur pro mortuo, & ꝙ inter eos est factus luctus de morte. l. parentes. ff. de his qui not. infa. facit etiam secundum eum id quod habetur in l. quoties. C. de naufragio. lib. 11. vbi autem ageretur de præiudicio irrecuperabili puta de puniendo aliquem ratione homicidii per eum vt dicitur commissi, nam tunc requiritur plenè ꝓbari de morte occisi l. inde Neratius. §. fi. cũ l. seq. ff. ad legem Aqui. Bal. etiam in d. l. fi. ff. de his qui not infa. per illum tex. tenet ꝙ ex luctu propinquorum præsumitur quis mortuus. ad idem allegat. l. vxores. cum l. seq. eod. titu. sed in casu nostro sufficit prꝫsumptiua probatio vt est dictũ, ergo, &c. Spec. etiam in tit. de notorio crimine. §. fama. circa medium vult quod quando agitur de probanda morte ad effectum consequendi hæreditatem, non requiritur plena probatio, sed sufficit sola fama. & sic videtur concordare cũ opinione Bar. in d. §. si dubitetur. ¶ Deniq; multum considerandum puto ꝙ hic agitur de valde modico prꝫiudicio eius contra quem est probandum de morte, quia aut vere est, & erat mortuus dictus Daniel dicto tempore, & tunc res est clara ꝙ nullum sentit prꝫiudicium reus conuentus ex ista probatione ꝙ non sit plena & liquida. aut non, seu non erat mortuus dictus Daniel, & tunc attento quod in dicto testamento † est adiecta coniuncta clausula codicillaris per quam hęres successurus est ab intestato, & sic dictus Daniel videtur grauatus restituere per fideicommissum hęredi scripto in testamento, vt l. ex testamento. C. de fideicom. l. quia autem in princ. & ibi not. ff. si quis omissa causa testamenti. & l. ex ea. & ibi no. ff. de test. & plenè no. in l. j. ff. de iure cod. & talis quicunq; sit successurus ab intestato potest per hęredem scriptum inuitus cõpelli adire & restituere hæreditatem per fideicommissum ipsi scripto heredi. l. 1. §. hoc autem senatus. & l. recusare. §. meminisse. & §. si filio. & l. quia poterat. ff. ad treb. & sic ad omnẽ voluntatem huius heredis scripti erat in omnem euentum restituenda huic Ioanni hęreditas per dictum Danielẽ, aut per quemcũq; cui dicta successio deferretur. & sic apparet quòd iste reus non potest in omnem euentum pati maius prꝫiudicium, ex eo quod declaretur mortuum fuisse dictum Danielem, quàm si declaretur eum viuere. & cum non appareat de aliquo eius magno interesse, magis in vno casu quam alio, nõ potest dici ꝙ hoc sit sibi magni pꝛiudicii. facit l. Gall. §. si eius. ver. sed cum testamentum. ff. de lib. & posthu. sed ita est ꝙ vbi tractaẽ de modico præiudicio, sufficit leuis præsumptio mortis, vt inquit Bar. & alii post glo. in d. §. si dubitetur, cum concordantiis supra allegatis. & no. An. de But. in c. in præsentia, ad fi. de spon. sed quis diceret non esse præsumptiuè probatũ de morte ex his quæ dicta sunt supra? certè nemo, vt patet ex no. per Bar. in d. l. genero, cũ aliis suprà allegatis. ¶ Alia ratio-
7 ne † videtur quod iuuari possit dictus Ioãnes a dicta exceptione. nam fundamentum intentionis rei est probare quod tempore dicti testamenti dictus Daniel filius dictæ Thomasinæ viuebat, & ꝙ eius præteritione testamẽtum in quo a Thomasina est institutus Ioannes, sit nullum, vnde non sufficit quod fuerit probatum quod ante tempus dicti testamenti viuebat dictus Daniel, nisi sit probatum quod tpe. testamenti vel post fuit visus viuere, ita decidit Bart. in l. si quidem. C. sol. matri. & in l. si inter. in fi. & in l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub. per l. spadonem. §. qui absolutus. & ibi no. ff. de excu. tut. & idem ibi notant Dy. Cyn. & clarius & expressius. Bald. pro hoc etiã Bar. in d. §. cum in bello. allegant tex. in l. ex facto. §. pe. ff. ad trebel. & ex notatis per Bar. in d. l. si quidem. cum cõcordantijs. apparet Bar. velle ꝙ qñ dicimus ꝙ quilibet præsu
29 fiſci, deb. lib. 10. ¶ † Per prædicta patet non obſtare, quod renunciatio facta beneficio authenticæ de fideiuſſoribus, non operetur, quin poſſit fideiuſſor indemnitatis opponere exceptionem excuſſionis, quia reſpondeo. Primo q̃ talis renunciatio dicti beneficij non comprehendit iſtum caſum, quia beneficium de quo in auth. de fideiuſſoribus eſt conceſſum, illis qui iure antiquo poterant conueniri, ante principalem. l. iure noſtro. C. de fideiuſſoribus. ſed non ſic erat in fideiuſſore vel promiſſore indemnitatis dicta l. curatores. §. fi. & ibi Bar. in d. l. 1. de conue. fiſci debi. & no. Bar. in d. l. quęro. loca. Item beneficium excuſſionis poteſt competere alijs, quã meris fideiuſſoribus, vt in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. & in l. 1. cum ibi not. C de decurio. li. 10. merito non mirum ſi ꝓmiſſor indemnitatis renuntiando beneficio authenticæ de fideiuſſoribus, non videtur renunciare dictæ exceptioni excuſſionis faciendæ, ſed in caſu noſtro talis promiſſor indemnitatis ſi non opponit in iudicio exceptionem, videtur eam remittere. l. ita demum. C. procur. l. Pomponius. §. rati. ff. eo. cũ ſi. debuit ergo opponi dicta exceptio excuſſionis a principio, vt per Bar. in l. 3. ff. de excep. & per Cy. & Bal. in d. l. exceptionẽ
30 & Cy. in auth. præſente. C. de fideiuſſori, † & debuit opponi, ſpecificè & clarè, quia obſcura vel generalis exceptio non releuat, vt inquit Bar. in l. 1. ff. de exce. in 3. col. in ver. quæro, video q̃ iſta concluſio &c. cum concordantiis. per l. 1. §. Labeo ff. de flu. ¶ Nec ob. ſi ad hoc diceretur q̃ debet ſufficere generalis exceptio oppoſita pro parte dicti Bar. Bachellæ, præſertim per ea quæ no. Bar. in extraua. ad repri. in verbo, figura iudicij, vbi dicit q̃ in cauſis in quib. proceditur ſine figura iudicij, non requiritur q̃ libellus ſeu petitio habeat omnia illa ſolemnia, quæ de iure communi regulariter requiruntur, vnde ſecundum eum videretur quod libellus generalis procederet. ar. l. fi. C. de anna. exce. ita pari ratione debet eſſe in caſu noſtro in excep. cum ex forma ſtatutorum in vtroque caſu ꝓ
13 cedatur ſummariè, & ſine figura iudicii. Quia † reſpondeo, q̃ dictum Bar. intelligitur ſi pars non opponat. ita loquitur, de l. fi. & ibi no. C. de anna. exceptio. quam ipſe allegat. & ſic debet intelligi dictum ſuum ſecundum l. quam allegat ipſemet Bar. dixit in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de lib. leg. Et ſi aliter intelligeretur deciſio Bar. non eſſe vera, vt probatur, p gl. & doc. in cle. ſæpe. de ver. ſig. in verbo, pronunciatio. & in ver. conteſtatio. vbi apparet, q̃ in talib. cauſis ſummaris petitio debet eſſe talis quod reus deliberare poſſit, generalitas autem impedit deliberationem, quia parit obſcuritatem. lege, ita fidei. ff. de iure fiſci. lege prætor edixit. in principio, & §. quod autem. ff. de iniur. l. ita exigit. ff. de dolo. Item in dicta lege cauſis ſummariis, non debet auferri defenſio. vt in dicta clementi. ſæpe. quæ videtur auferri ſi impediretur facultas deliberandi, & ſuas defenſiones indiſtinctè pręparandi. Et ita alias vidi me aduocante in ardua cauſa per doctum & iuſtum virum Bononiæ iudicari. Sed ita eſt q̃ contra d. exceptiones generales fuit replicatum quod erant generales & obſcuræ, & tamen non fuerunt declaratæ, igitur nõ releuat. d. exceptio generalis. Et ſi diceretur q̃ hoc modo intelligendo d. doctrinam Bar. ſequeretur q̃ nihil ſpeciale eſſet in cauſis ſummarijs. Ad hoc reſpondeo, q̃ imo erit aliquid ſpeciale Nam multi ſunt caſus in quibus quando cauſa ordinariè tractatur, libellus generalis non procedit, parte nihil opponente, de quibus caſibus etiam ſtatim aliquos ſubiiciam. In illis ergo caſibus ſi contingeret cãm eſſe tractandam ſummariè, & ſine figura iudicij, procederet libellus, ſi pars nõ op
32 poneret. ¶ † Caſus autem in quibus ſi cauſa ordinariè tractatur, non procederet libellus generalis, etiam parte non opponente, traduntur in variis locis. Vnum poſuit Bal. in l. 1. C. de confeſſis. circa 14. col. verſi. ſed iuxta hoc pone, dicit ſtatutũ, & cæt. vbi voluit q̃ libellus generalis, licet procedat in cauſis ciuilibus parte non opponente, adeo q̃ interrumpit præſcriptionem. d. l. fi. tamen ſecus eſſet in criminali, per l. libellorum. ff. de accuſa. & ita etiam voluit Bal. in l. edita, C. de edẽ. in repe. Padua. circa. 12. col. ver. quæro cognoſcam an libellus ſit ineptus &c. Et ita propriè loquitur dicta extrauagans, ad reprimendum. quam commentauit Bar. Alium caſum po
93 ſuit Ang. conſi. 6. incip. Lata eſt ſententia. vbi dixit q̃ † vbicũ que iuriſdictio attribuitur incerto & determinato caſui, q̃
k non procedit libellus, k niſi ſpecificetur ille caſus in quo iuriſdictio eſt attributa quamuis alias libellus generalis procedat parte non opponente, vt d. l. fi. vbi no. & hanc dicit eſſe deciſionem Io. And. poſt Inno. in c. cum ſit generale, de fo. cõp. quem dicit Ang. communiter ignorari a legiſtis. ¶ Secundo principaliter moneor, quia poſito q̃ dicta exceptio excuſſionis non eſſet ſublata per renunciationem beneficii de fideiuſſorib. tamen videtur ſublata per illa alia verba generalia poſi
34 ta in inſtrumento videlicet, † & omni alij legum & iuris be-
l neficio & auxilio l renunciant &c. hoc decidit etiam Bald. in præallegata l. 1. C. de conuenien. fiſci debi. li. 10. in 3. vel 4. col. vbi quærit, pone q̃ pater conſenſit filio dato tutori, alicuius, & renunciauit beneficio de fideiuſſoribus, an poſſit petere vt primo excutiatur filius qui eſt principalis, quã exigatur ipſe pr̃i? & r̃nder q̃ aut renũciauit ſimpliciter bñficio authẽticæ de fideiuſſorib. & tũc põt allegare q̃ primo excutiat principalis, arg. l. Pau. ff. de bonis lib. & l. 1. §. ſed videndũ. ff. de ſuc. edi. ſed ſi oĩ legũ auxilio & bñficio renũciauit, tũc nõ põt allegare excuſſionẽ, vt in aut. vt ſine prohi. ma. debiti. & credi. §. qa multã. nã p pactũ põt remitti bñficiũ de fideiuſſorib. vt in aut. de fideiuſ. §. 1. in gl. in ver. accedat. & tacita conuentio mutari põt p expreſſã, alleg. in arg. ff. de pſcr. uer. l. naturalis. § fi. alias penul. ff. de præſcr. uer. non q̃ per dicta uerba tacita fideiuſ. deducãtur in expreſſã, hoc. n. ſine ſtipulatione fieri non põt. l. blanditus. C. de fideiuſ. l. 5. §. ſatis accep. ff. de uer. obl. ſed q̃ nouam naturam aſſumat, bene fit per dicta verba, ita reſidet Bal. in d. l. 1. cõſtat aũt q̃ pater qñ conſentit filium dari a iudice tutorem, videtur tacitè fideiubente & ꝓmittere indemnitatem pro filio, & non poteſt conueniri, niſi

excusso filio, sicut & quando pater consentit ꝙ filius creatur decurio, iuxta dictam.l.1.cum ibi not.per Bar.C.de decurio.lib.10. & l.libertus.§.filium.ff.ad municipales, licet glo. tenuerit contrarium in l.tria onera,la ij.ff.de accusa.tut.in verbo,quia voluntate.in fi. dum vult patrem non habere exceptionem excussionis quando consentit filio dato in tutorem a iudice,sed illa reprobatur per Iac. de Aret.& doctores ibi, communiter.per Bar.in l.cum filius.in princ. in fine primæ col.ff.de verb.oblig.& per dictam l.libertus.§.fiscum.& d.l.1.C.de decurio.& ita præsupponit Bald.in d.l.1.C. de conuenien.fisci.debitor.& tamen Bald.ibi vult ꝙ quamuis per renunciationem beneficii de fideiussoribus non releuetur actor ab excussione, tamen bene releuatur per illa alia, & magis lata verba renunciationis, scilicet & omni alii legum, & iuris beneficio & auxilio &c. quia tunc tacita naturalis illius obligationis indemnitatis est mutata,secundum eum & bene faciunt nota.per doct.in auth.matri & auiæ.C. quando mulier tute. offi.fung.potest.cum suis concordan.¶Tertio principaliter moueor,ad ostendendum ꝙ non ob.exceptione excussionis d.Bar.intercessit,& promisit indemnitatem animo innouandi in se principalem obligationem,& promissionem indemnitatis factam per d.Azonem potestatem & d.Ludoui
35 cum iudicem maleficiorum se principaliter obligando,†sed ita est ꝙ ubi quis intercedens pro alio se obligat,tanquā principalem animo nouandi,potest conueniri, nulla facta excussione,ac si esset principalis & est glo.fin. ab omnibus approbata in auth.de fideiuss.in prin.probatur in l.antiquæ.§.1.cū ibi no.p Bal.C.ad Velle.non ob. si diceret ꝙ dato ꝙ sit nouata illa partis obligatio contracta per dictum potestatem,& iudicem tempore quo Bar.Bachella fideiussit,tamen superest alia obligatio non nouata,quæ prius fuerat contracta per dictos potestatem,& iudicem tempore, quo ad eorum instantiam, dicti Alexander & Ludouicus fideiusserunt de iudicato soluendo pro dictis potestate,& iudice, & sic dictus Potestas & iudex possunt dici obligati dicto Alex.& Ludoui.actione mādati.Quia respondeo,ꝙ hoc nihil facit ad rem,eo quia dicti, de Tassonibus nil petunt occasione dictæ obligationis non nouatæ.& contractæ ante dictum instrumentum promissionis indemnitatis,sed petunt executionem illius obligationis quæ fuit contracta tempore dictæ obligationis, seu promissionis indemnitatis,per dictos Potestatem, & iudicem & postea transfusa per nouationem in d.Bachellam iuxta d.l.j.ff.
36 de noua.† Quinimo & fortius dico,si non essent adiecta illa verba, animo innouandi.sed solum obligasset se dictus Barr.
m pro alio, tanquam principalem, si simul [m] & semel in eodem contractu se obligauit,in quo erat obligatus dictus Potestas, & iudex, non requiritur excussio contra talem se obligātem, vt principalem,quasi tunc videantur duo correi. Sed si diuerso tempore obligauit se pro alio iste qui constituit se principalem debitorem,tunc bene distinguitur an dixerit se obligare,vt principalem animo nouandi,& tunc non requiritur excussio,alias secus,vt dicit glo.in d.auth. de fideiusso. in prin. ita limitando illam glo.decidunt no.Pet.Cyn.& Ray. in authen.præsente.C.de fideius.referentes hanc fuisse limitationem traditam per Fran.Accur.ad illam gl.& de ista limitatione habent quidam libri limitationem in dicta auth.de fideiuss.in princ.bene facit quod no. Bal. & Sal.in l.dictantibus C.de test.& in hoc non reperio contradictorem. Cum ergo obligatio d.Bar.Bachellæ obligantis se,vt principalem fuerit facta simul & eodem tempore cum obligatione d.domini Potestatis & iudicis,sequitur ꝙ in Bartholomæo censetur principalis, adeo quod ad hoc vt agi possit contra eum, non requiratur excussio præcedens,sicut non requireretur, quando duo æquè principaliter promitterent me conseruare indemnem, ab aliquo facto,vel obligatione. Bene facit quod no. Guli. de Cu.in l.sed Iulianus.ff.ad Maced.quem ibi sequitur Ang. in §. item si filius.ea.l & Bal.in l.executionem.C. de execu. rei iudi.in 6.col.in versi.sic.Sed statim ego quæro,& sic licet loqui,secuti glo.in d.auth.de fideiuss.velint ꝙ non obstante, ꝙ ille ad quem rei non pertinet,sed vere intercedit pro alio ꝓmittat tanquam principalis,non possit agi contra eū,nisi executione facta,tñ ipsi non loquitur qñ simul in eo contractu vtriusque obligatio celebratur.Item non loquuntur quando obligatio est celebrata animo nouandi. ¶Quarto principali fundamento ostendo non fuisse necessarium excussionem in proposito.Quia hoc expresse decidit Bal.fin.in c.ex rescripto.de iureiur.in summario suo. & plenius in notabilibus,
37 † vbi per illum tex.cum glo.fin.no.quando fideiussor,etiam
n indemnitatis promisit se facere,& curare, ac etiā iurauit,[n] nō requiritur præcedere excussionem debitoris principalis.Sed hæc promissio Bartol.Bachellæ fuit huiusmodi,vt patet in instrumento,ergo &c. Quod autem damnum passi sunt dicti actores de Tassonibus est probatum per instrumenta solutionum pecuniarum suarum, per quas dicitur apparere de damno suo.c.fin.de fo.compet. in 6. & patet in l.damnum.ff. de dam.infe.Et per hoc est resoluta ista tertia dubitatio de excussione.¶Capio quartum & vltimum dubium. an acta illa sint nulla propter illam subrogationem,& in hoc non insisto, quia statutum allegatum per partem aduersam non obstat,quia solum prohibet illum qui fuit notarius sex mensibus, ad officium, exercere posse illud idem officium alijs sex mensibus. Sed in casu nostro non fuit subrogatus pro aliis sex mensibus sed solum pro tempore permisso a statuto vel prouisione,quæ prouidet solum posse subrogari per 15.dies. ideo iste casus est omissus a statuto, & remanet in dispositione illius prouisionis volentis ꝙ pro 15.diebus possit subrogatio fieri. facit l.commodissimè.ff.de li.& posth.& l.si seruum.§.non dixit p
38 tor.de acq.hæte.& l.si vero.§.de viro.sol.ma.cum vul.† Pro hoc facit,quia videmus ꝙ ille cui non potest committi causa potest committi articulus vnius causæ,vt not.Ar.in c.statutū in prin.in verbo causæ.de rescr.in 6.& no. Bar. in l. more,& in l.solet.ff.de iur.om.iud.cum si.¶Quintò & vltimò vltra p dicta etiam dicitur dictam promissionem Bar.Bachellæ non tenere,eo quia plus promiserit quam principalis.s. de defendendo,& sic intercessit in duriorem causam.l. Græce.§.illud cum vulgaribus ff.de fideius. Sed respondeo ꝙ etiam principalis per solam promissionem identitatis videbatur etiam promisisse de defendendo l.pater in prin.& ibi no. Bar. ff. de dote præleg.& Bal.in l.cum tibi C.de euic.Secundo respondeo
39 † quod posito ꝙ intercessisset in duriorem causam, tamen te
o net [o] eius obligatio propter iuramentum quod operatur, vt si promissio fideiussoris promittentis in duriorem causam, non potest obligare eum vt fideiussorem,obliget eum vt principalem.ita inquit Bar.in l.si pro eo, in octauo membro. ff. de fideius.& Ang.in l.hi qui eod.tit.& canonistæ in c. cum contingat,de iureiur.Lud.Ro.in l.1.§.si quis ita. ff. de verb. obli.quia iuramentum operatur,quod si actus non valet, eo modo quo agitur,valeat omni alio modo quo melius valere, potest.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Tassonib. sunt igitur allegationes quas copiosè fecit Ale.patrocinando suis,pre quibus obtinuit sniam, vt patet sup.li.4.consi.34.vbi paucis confirmat istud consi.cuius posterior pars valet.& nu.22.habebat sup.li.4.cons.32.multum adhuc mutilata,sed in hoc consilio truncatior.suæ autem integritati restituit vt sequitur.

b ¶Vltra.idē Imo.cōs.cv.in fi.sed vide Ias.l.& si post tres.ff.si qs caut.

c ¶Infantia. Alb.d.l.3.ff.de te.Sed quid ēt de his quæ cadūt in notitiā proximi infantiæ posset deponere?Io.And.Bal.in addi.Spe. de teste,§.1.Aret.d.§.testes.inst.de test.Alberici.Malec.in trac.de test. Imol. Car.Panor.c.cum nobis,de præscr.& ibi noīatim Fel.col.3. de ætatis probatione.Steph.Bertr.cons.47.Etiā si.li.3 & sic Alex.hic nimis seuere exagitat dicta horū testium & inseruit affectui suo & clientū suorum.non etiam critici,sed aduocati partes agit.

d ¶Dominij.Soc.con.75. col.ij. lib.j.Dec.consi.245.Ant.Negusa. trac. pign.per 2.meb.ij.nu.31.sed vide Bal.consi.218.lib.j.

e Postfacto.supra,li.v.consi.38.col.ij. * Sequitur Pau.Cast.consi.173.

* ¶Præsuppositis his,de quib.su.li.ij. Huc etiā spectat ꝙ Bar.dixit cōs.65.Petrus Nicolæ.col.fi.versi.item apparet ex prædictis.Ias. ad l.pacta nonissima.nu.14.C.de pac.& maximè Pa.Ca.ibi prope finē.Nat.

f ¶Duos.sup.lib.j.consi.v.nu.4.

g ¶An obst.ab hoc puncto incipiebat consi.xxxij.sup.lib. * Istud tertium dubium habes repetitum cum seq.in consi.xxxij.lib.4.vbi plura in medio inserta,atque intexta sunt, quæ faciunt ad corroborationem fundamentorum,vbi vide. Natta.

h ¶Non videtur hæc veritas.& ita d.Ale.d.l.si ego,in prin.col.4.& ibi Ias.Deci.idem Pau.Ias.l.decem,col.j.de verb.obl. patet quia nō potest in aliud condemnari quam ad seruandum indemnem, quod si plus vel aliud ab eo petatur debet absolui.

i ¶Dixit.Imo dicas vtranq; super eodem vel pari casu interpositā nō differre nisi verbis,vt etiam Alex.& alij sentiunt in d.l.si ego.

¶Libel-

k ¶Libellus immo si fuit admissus valet totum iudicium super casu spectante ad cognitionem iudicis.
l ¶Auxilio contra puto, quia hic ordo inest ex natura ipsius obligationis & ex vi verborum quæ per verba generalia non videntur statim corrigi nisi specialiter diceretur.
m ¶Simul. Pau. l. sed Iulianus. ff. ad Mace. Pau. Alex. l. Marcellus. de fideiusso. Rom. consi. 114. visis. Guid. Pap. decis. Delp. 570. Fran. Curt. senior consi. 6. consi. 33. Bal. consi. 198. nu. 7. libr. decis. tholo. 80. Quidam tamen tenent post Gui. Cug. in d. l. sed Iulia. quod eo ipso ꝙ probatur pecuniam ad vnum peruenisse ceteri gaudent beneficio fideiussorum. & se. Pau. consi. 331. co. j. li. j. Fran. cre. no. 38. Ias. l. huiusmodi, de ver. ob. Hypp. Marsi. no. ij. & rep. rub. de fideiu. q. 58. nu. 370. vbi multum abutitur nominibus doc. quos pro se citat, sed contrarium tebet & bene, Vero. d. consi. 114. & prius allegari cum Alex. hic qui in hoc puncto recte loquuntur. adde And. Tiraq. in cõ. su. Plcto. tit. retract. §. 31. num. 8. cum si.
n ¶Iurauit. sequitur Iaso. d. l. si ego facit Are. in con. 33. col. fi. sed illud dictum reprobant (& bene) Ale. in d. l. si ego. in prin. cõ. 4. & Dec. ibi.
o ¶Tenet. dic ꝙ etiam sine iuramento tenet de iure communi vsq; ad summam principalis non vltra, & decepti sunt doc. ab erronea expositione huius monosyllabi, non quia debet præponi & legi non omnino in d. l. græcè. §. illud prout restituit Greg. Haloander vir de nostro iure ciuili optimè meritus. ita etiam notoriè obseruatur, & nunquam error iste glo. & doc. fuit receptus in vsum.

SVMMARIVM.

1 *Producens scripturam fatetur contenta, nisi productio sit nulla. num. 4. 5.*
2 *Confessio delicti non facta in iudicio competenti, non sufficit ad sententiam nu. 3. 6.*
8 *Confessio interpretatur in leuiorem partem, vt non sit delictũ. num. 9. 10.*
11 *Pluralitas non præsumitur.*
13 *Exculpatio offensi impedit torturam.*
14 *Depositioni primæ etiam extraiudiciali plus creditur quando secunda est suspecta.*
15 *Bannum per comparitionem reducitur ad simplicem citationem.*

CONSILIVM XXX.

Ex allegatis in * voce & in scriptis in causa Gulielmi de Regnis resoluta & eneruata esse videntur dubia omnia, adeò ꝙ nihil superesse videtur, quod aduersus Gulielmum moliatur. Tamen quia pars aduersa videtur adhuc in duobus persistere velle, quorum primum est, an ex productione supplicationis continentis, ꝙ Gulielmus Nicolaum in domo vulnerauit, videatur Gulielmus fateri Nicolaum vulnerasse, & curia possit talem confessionem diuidere, retinendo partem illam confessionis, qua dicitur vulnerasse in domo Gulielmi. & per cõsequens sequi possit condemnatio. ¶Secundum, an stantibus probationibus vtriusq; partis possit Gulielmus de iure subiici torturæ. ¶Ad primum redeo, in quo quicunque minus recte considerans, fortasse de iure responderet Gulielmum tacitè videri confessum esse vera fuisse contenta in supplicatione, eamque
1 confessionem nullam diuisionem recipere, eo maximè, quia † ꝓ-
2 ducens [a] scripturam in iudicio, videtur tacitè confiteri vera esse contenta in illa. l. 1. §. edere. ff. de eden. no. Inno. in c. venerabilis, de exce. & in c. cum olim. de censi. & Bar. in l. post legatum. in prin. ff. de his quib. vt indig. no. gl. in c. præsentium. de testi. in antiquis, & dicta confessio cum sit facta circa id in quo præsumptio sit contra confitentem. s. quod illicitè & dolosè vulnerauit, & potest pro parte acceptari, & pro parte nõ, etiam si sit sub vno eodemque verborum constructu. l. si non conuitij. C. de iniur. l. 1. C. ad l. Cor. de sica. c. 4. de præsump. & in terminis firmat Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de libe. lega. Bal. in l. 2. C. de donatio. ante nup. & in l. 1. C. de cõfes. & probat tex. in c. cum venissent & ibi hoc notant doc. de instit. & Butrius in c. ex parte decani. de rescri. ¶Contrarium esse verius nemo sanæ mentis negabit ex pluribus & primo,
2 Nam de iure communi † constat confessionem factam iudice non sedente pro tribunali prout in casu nostro non esse ad condemnandum æquiualentem, quia non est facta in figura
3 iudicii, glo. est in l. iubemus, & ibi no. scribentes. C. de li. cau. & glo. in l. cum scimus. & * ibi Bar. C. de agric. & censi. li. 11. no. Cyn. in l. 1. in 3. q. C. de confes. & glo. in l. ictus fustium, & ibi not. Ang. in fin. ff. de his qui not. infa. Statuta verò sub rubrica, ꝙ iudex ad maleficia deputatis diebus iuridicis. &c. & sub rubrica, quod ius dicentes in suis tribunalibus, &c. disponit quod acta taliter facta non valeant ipso iure, ergo intelligitur quod non valeant etiam quo ad aliquod iudicium alias enim statutum nihil adderet iuri communi, & sic nihil operaretur. vnde ita debet intelligi, vt aliquid addat iuri cõmuni, vt notat Bar. in l. dies. §. prætor ait. ff. de dam. infec. &
3 in l. 2. ff. de vsuca. cum si. ¶Corroborat † ex his quæ decidit, Butrius in c. at si clerici, in princ. de iud. vbi per plura cõcludit quod vbicunque confessio facta est coram vetito examine, puta iudice incompetenti, non valet etiam vt confessio extraiudicialis, vt probat per illum tex. & per c. si diligenti. de foro competen. & per alia plura. ¶Secundo per id quod dixit
4 Bal. † in l. certi condictio, * in prin. in pe. col. ff. si cert. peta.
* & Bald. in l. 2. §. quod si actor. in fin. C. de iura. cal. vbi dixit quod confessio facta vel præsumpta super libello inepto, vel nullo, nullum effectum habet. allegat nota. in l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bon. liber. & l. 2. C. vt nemo priuatus. Item si ipse actus productionis est pro non factus, quia nullus ex forma statuti, ergo nõ potest ex eo resultare confessio. sicut dicimus in statuto disponente quòd accusatus qui fuerit citatus & est contumax, debeat banniri, & habeatur, pro confeso. nam habebitur pro confesso, si bannum fuerit validum, ita Bald. voluit in l. error. ad fin. C. de iu. & fac. igno.
5 ¶Similiter † dixit Bald. in l. si absenti. in fin. C. si cert. petat. quod si non tenet principale, nec etiam tenet confessio pendens ab eo. dicit esse tex. de hoc singularem in l. fi. ff. de consti. pecu. ergo si non tenet productio supplicationis, eadem ratione non tenet confessio dependens, vel resultans ex ea.
b qualitas [b] enim sine subiecto stare non potest. l. eius qui in ꝓuincia. ff. si certum petat. l. fideiussor obligari. in princ. ff. de
6 fideius. ¶†De inualiditate etiam dictæ confessionis, patet alia ratione, quia non facta fuit coram omnibus iudicibus delegatis ad dictam causam l. duo ex tribus. & l. Pompo. aliàs incipit, si vni. ff. de re iu. & dixit Bar. & alii in d. l. Pompo. alias incipit, si vni. in q. 2. quod non solum diffinitiuam proferre non potest vnus vel duo ex pluribus delegatis ad vnam causam, sed nec etiam ad alium actum procedere & est casus, in
7 c. prudentiam, in prin. de offi. delega. ¶Tertio † respondeo quod dicta confessio non releuat, quoniam in dicta supplicatione ad quam se refert Gulielmus, non fit mentio de eo tẽpore & loco, de quibus in inquisitione fit mentio, ergo etiam si diuidatur dicta confessio, non potest dici ꝙ ista confessio sit facta super delicto, de quo in inquisitione. cum enim non appareat de identitate loci, & temporis, non dicitur apparere de identitate delicti, quia locus & tempus faciunt videri, rem esse diuersam. cap. abbate, de re iudi. in 6. & in terminis nostris, quod talis probatio non releuet, firmat Bartol. in l. denunciasse. §. quid tamen. in princ. iuncto ver. primo ergo quæro &c. & in l. is qui reus. ff. de pub. iudi. in versi. venio ad
8 quæstionem. & Bald. in l. 2. C. de probatio. cum si. ¶†Quarto respondeo ꝙ nisi probetur clarè per partem aduersam, ꝙ istud delictum fuerit factum extra domum. licet Gulielmus simpliciter confessus esset vulnerasse Nicolaum, confessio ista nihil penitus sibi noceret, quia potius præsumeretur factum fuisse in loco licito, scilicet in domo & tempore licito, scilicet de nocte quam in alio loco vel tempore prohibito. hoc firmat Bartol. & alii in l. non solum. §. mortem. ff. de ope. no. nun. & Bald. cum sequitur in l. fi. C. an seruus ex suo facto. & Bald. in l. 1. ff. solu. matrimo. & do. Abb. Siculus in c. in præsentia, in prima charta de proba. vbi reputat hanc decisionẽ esse valde singularem dicit enim Bar. ꝙ si statuto cauetur, ꝙ bannitus possit impune offendi, & accusatur Titius ꝙ vulnerauit Seium de mense Maii, & probatur de vulnere prædicto mense Maii illato ex aduerso Titius producit bannum Seii latum 15. die Maii, certè præsumeretur tale delictum potius fuisse commissum tempore licito, scilicet post 15. diem Maii, quia in delictis debet præsumi factum esse tempore, & loco, quo licet. allegat l. 2. cum ibi nota. in glo. C. de petitione
9 hæredita. & l. merito. ff. pro soc. ¶†Et pro hoc etiam dicit si statutum prohibet ꝙ nobiles non possint intrare palatium nisi tempore consilii, accusatur quidam nobilis quod intrauit palatium de mense Maii, ipse ad sui defensionem probat ꝙ factum fuit consilium de illo mense, an autem intrauerit tem

rit tempore cõsilii permisso, vel tpe prohibito non constat, concludit Bar.& alii in dictis locis, ꝗ præsumeretur tẽpore permisso, per prædicta, quamuis ingredi palatium esset de genere prohibitorum inspecto statuto. oportet ergo ꝗ pro parte, curię sit probatum ꝗ delictum fuerit extra domum commissum, ergo dicta confessio non releuat, quia debet præsumi factum loco & tempore permisso, nisi aliud probetur. an aut pro parte curiæ sit ꝓbatum ꝗ extra domum &c. de hoc alias dictum est in uoce. Et latè in consiliis & allegationibus cõclusum est ꝗ non, stantibus probationibus rei, & infra dicam.

10 ¶ Quinto respondeo & ista etiam claudit † os omnibus, per ea quæ expressè decidit Bar. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. in antep col. ubi dixit ꝗ si accusatus sum quod uulneraui Titium die decimo Iunii, & de uulnere probatur per confessionem meam in qua confessus sum simpliciter me uulnerasse, non expresso die uulneris illati, & postea probo ꝗ uulneraui Titium ad meam defensionem licet non probem de uulnere illato eadem die de qua præcessit accusatio, nec etiam cõstet ꝗ illud uulnus illatum ad defensionem sit illud idem uulnus quod simpliciter confessus fui intulisse, tamen confessio mea simplex nihil mihi nocebit, quia confessio mea debet interpretari,[c] secundum meam intentionem de qua facta est probatio. allegat. l. si quis intentione. ff. de iudi. & sic debet intelligi confessum esse de illo uulnere, de quo probauit secundũ Bar. idem tenet Bal. in l. 1. in 10. col. C. de confessis. in uer. de

11 nuo quæro de q. quotidiana. ubi † pro hoc allegat ꝗ pluralitas[d] delictorum & actuum non præsumitur c. in præsentia. de prob. c. cùm Ioannes de fide instr. no. in l. qui iurasse. §. si pater. & in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. Sed ꝗ Nicolaus fuerit uulneratus in domo probatum est per testes Gulielmi, ergo confessio Gulielmi de illo uulnere illato, in domo debet intelligi, & per hoc lucidissimè satisfactum puto primæ hæsitationi. ¶ Quo ad secundum quæsitum respon

12 deo, † ꝗ torturæ subiici non potest, quod probatur, nam aut probationes Gulielmi sunt fortiores & ualidiores quam probationes curiæ, aut sunt pares, aut sunt debiliores, si sunt fortiores uel pares, nemo ignorat non esse locum torturæ, quia probationes rei offuscant in totum probationes curiæ succedentis loco accusatoris, & præferuntur probationes rei. c. ex literis, de prob. cum si. aut curia allegat ꝗ ꝓbationes Gulielmi sunt debiliores, & tunc respondetur pro parte Gulielmi, hoc non esse uerum, quoniam esto ꝗ probatum esset pro parte curiæ ꝗ Gulielmus uulnerauit extra domum Nicolaum, tamen cum uulnus sit actus reiterabilis, & probatum sit sufficienter, ꝗ primò Gulielmus incepit uulnerare in domo, sequitur quod testes curiæ non aduersantur, nec contradicunt testibus Gulielmi, sed bene per indirectum eneruant probationes curiæ stante statuto permittente uulnerare in domo quo casu probationes rei semper præferuntur. etiã si plenior esset ꝓbatio actoris, ita no. Bar. in l. admonendi circa ultimã chartam de iureiu. in uersi. quæro quid si actor probauit intentionem suam &c. & Cy. in l. 1. C. de procu. & Io. And. in c. fi. de iureiu. imo ẽt si aliquæ præsumptiones uel coniecturæ essent ꝗ Nicolaus non fuerit uulneratus, tamen attento ꝗ in contrarium extant plurimæ præsumptiones & coniecturę ꝗ fuerit percussus in domo quæ, præsumptiones. s. quatuor, uel quinque apertissimè sunt in allegationibus deductæ, er-

13 go non est locus torturæ, ut dicit † dominus Bal. egregiè in l. 1. in uersi. pone testator. C. commu. de leg. ubi uoluit ꝗ si testator vulneratus exculpauit[e] Titium, dicens ꝗ Titius eũ nõ vulnerauit non poterit Titius torqueri ex indiciis laborantibus contra eum, quia habet indicium innocentiæ pro se. s. exculpationem testatoris, vt ibi probat per l. Paul. §. 1. ff. de bon. lib. bene fatetur Bal. ꝗ si liquido de crimine constaret, putaretur ꝗ esset puniendus per l. 2. ff. ad Sylla. Sed ita est ꝗ non solum per dictum & assertionem Nicolai, vt dicitur offensi constat de percussione in domo, & sic de exculpatione Gulielmi sed etiam per alias coniecturas allegatas vt sup. ergo nõ est locus torturæ. Nec obst. ꝗ Nicolaus offensus postea reuocauerit confessionem, & contrarium dixerit in iudicio, quia respõ

14 deo † ꝗ primò dicto etiam extraiudiciali & sine iuramento, statur magis quam secundo dicto iurato,[f] quando secundum dictum venit in fauorem iurantis, vel personæ quam diligit, ita probatur in c. per tuas. de prob. secundum do. Abb. ibi in notabilib. nam ibi secundum eũ mulier in secundo dicto deponebat cõtra primum dictum, vt filius suus euitaret mortẽ ei comminatam, nisi illam puellam quam prius illicitè cognouerat, duceret in vxorem, vt patet ibi ex antiqua, ideo statur primo dicto. & in dictis allegationib. & consiliis est responsum ad dicta testium curiæ & maximè ad dictum Thomæ, dominæ Frãciscæ & domini Petri Antonii & Ludouici. & in dictis consiliis est euidenter conclusum & probatum quod dictæ probationes factæ per Gulielmum sunt sufficientes ad absolutoriam, tanquam sit plenè probatum ꝗ vulnus fuerit illatum in domo, quantò magis sunt sufficientes ad excludendũ indicia ad torturam? & ista videtur verissima conclusio, per

15 prędicta. ¶ † Non obstat bannum, quia respondeo ꝗ resolutũ fuit per comparitionem & reductum ad vim simplicis citationis secundum Bal. in l. 1. C. de postu. Bar. in l. j. alias. 2. §. fi. qui incipit sed & Papi. ff. de requi. reis. Item quia mutatæ sũt probationes, quia examinati fuerunt duo testes, qui tempore banni non fuerunt examinati, ergo non potest dici istas probationes per bannum fuisse reiectas. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. Non ob. contumacia vel fuga, quia respõdeo, vt per Bar. in l. 1. ff. de bonis eorum. secundo respondeo, ꝗ tollitur illa præsumptio per comparitionem spontè factam. l. diuus. ff. de in integrum. rest. vna enim præsumptio tollit aliam. &c. & in terminis Salicet. in l. in bonæfidei C. de rebus. credtori. Laus Deo.

ADDITIONES.

* Ex allegatis.] Habes latissimas allegationes eiusdem consi. 24. libro. 2. Natta.
a ¶ Producens. adde supra li. 5. consi. 108. col. 2.
* Et glo. in l. cum scimus.] Adde Alex. consi. 175. col. ij li. 6. & And. Sic. consi. 70. col. ij. lib. 4. Bar. ad l. 1. C. de confes. col. 1. & vide Imol. ad l. cum mulier. col. ij. ff. sol. mat. Dicit not. Abb. ad c. at si clerici, in prin. in not. de iudi. quod acta debent fieri in iure, idest iudice sedente, pro tribunali, vbi causa exigit plenam probationem. si verò semiplenam, sufficit iudicem spatiari, vel ambulare per locum iudicii. allegat bon. tex. cum gl. in l. voluit §. 1. ff. de interrog. act. & Bal. con. 118. Punctus, quidam ser Nardus. lib. ij. Paul. Cast. qui loquitur in commissione capturæ consi. vlt. col. pen. lib. j. Natta.
* Bal. in l. certi conditio.] Vide tu circa rem hanc Felinum valde notabiliter ad c. examinata. col. 4. de iudic. vbi primo dicitur, ꝗ ex re probato rescripto potest aliquis fundare se super partis cõfessione. Deinde inducit aliqua, ꝗ ex libello cui fuit appositum, non potest aduersarius se fundare. quod nota pro bona limitatione ad l. cũ precum. C. de lib. causa. Et similes leges, ꝗ qui confessus fuit delictum, & debitum super libello inepto possit damnari, vide Fel ad c. venerabilis. col. 7. de iudicijs. & Dec. ad c. at si clerici. in prin. de iudic. Et generaliter, quod libellus ineptus non purgatur ex apta probatione, vide plura per Dec. consi. 83. col. 1. & seq. Natta.
b ¶ Qualitas. Bal. l. omnium col. 1. C. de testa. c. significante. in fi. de ap. Lancillo. Deci. l. 1. de vsuf. le. Roma. consi. 91. consi. 93. Deci. consil. 98. in fin.
c ¶ Meam. supra li. 6. consi. 121. nu. 14.
d ¶ Pluralitas supra li. consi. 88. nu. 27.
e ¶ Exculpauit. supra li. 3. consi. 1. nu. 16. * Sequitur Aret. ad c. tertio loco. circa fin. de proba. Natta.
f Quando facit. supra li. 3. consi. 81. nu. 20.

EPITOME.

NON contradicens protestationi pendenti a voluntate sua censetur consentire. Et vendens sine licentia expressa officialium illis scientibus & patientibus non cadit in pœnam.

CONSILIVM XXXI.

Habita pro viribus diligenti consideratione super narratis in themate, sentio quod dictus Nicolaus non possit conueniri, tanquam prouentualis, ex dicto contractu, secum celebrato, de anno 1419. die xxij. septembris, pro rata dictorum ducatorum sexcentorum septem singulo mense, soluenda, secundum formam dicti contractus. & hoc quantum est pro tempore sequuto a die dictæ protestationis factæ, per dictum Nicolaum, dictis dominis sex, & subsequutæ licentiæ datæ, per dictos dominos sex, cuidam de vendendo, in certo loco ciuitatis, dummodo soluerẽt

ueret tantum pro vno anno, & maximè ex infra scriptis. Nam allegatur contra dictum Nicolaum, quòd ipse cessauit in solutione facienda singulo mense, secundum formam contractus, & propterea fuit condemnatus. præsupponitur etiam ꝙ
1 † dictus Nicolaus protestatus fuit dictis dominis sex, quod propter contrauentionem, sibi factam non intendebat perseuerare in dicto prouentu, & ꝙ ex tunc facerent de prouentu, quicquid vellent, & in consequentiam satis declarauit se amplius non soluturum ratam prædictam singulo mense, arg. l. & hoc modo, & quod ibi Bar. & alij. ff. de leg. j & l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauerit. cum ibi no. per Bar. & alios ff. de acq. hær. & si dicti sex non contradicerent protestationi, & relaxationi prouentus videntur acquieuisse, attento quod ex forma dicti contractus erat positum in arbitrio, & voluntate dictorum dominorum sex relinquere, vel non relinquere dictum prouentum præfato Nicolao in casu, quo non solueretur dicta rata singulo mense, & sic cum penderet à uoluntate eorum non contradicendo protestationi, consensisse videntur, vt probatur ex ratione eorum, quæ not. per glo. & doct. in l. Casus. ff. de pig. act. & in l. Titia cum testamento. §. Lucius. ff. de leg. 2. & in l. fideiussor. §. patet. ff. de pign. & in l. sæpe. ff. de re iudi. hoc etiam voluit glo. 27. distin. in c. j. & in l. si fideiussor. in prin. ff. qui satisda. cog. & in l. prætor. §. hoc autem interdictum competit, in verbo, adiicitur. ff. de operis no. nuncia. & apertè firmauit Ioan. de Imo. & Ludou Roman. in l. nõ solum. §. morte. ff. de ope. nou. nunc. & Ioan. de Imo. in c. cum M. Ferra. de constitu. & Fulgo. in l. pacta nouissima. C. de pac. & Romanus in l. quæ dotis. ff. sol. matr. & Ioan. de Imo. in d. §. hoc autem interdictum competit. vbi ad hoc ponderat dictã gl. ibi in verbo, adiicitur, per id quod habetur in l. si filius. la ij. ff. ad Maced. & in clem. j. de procura. & per not. per gloss. in l. fin. §. item si prædixerit. ff. nautæ caup. stab. bene facit, qđ not. Bar. in d. §. morte, in vlti. col. ad fin. & in l. j. circa vlt. col. C. de litis contest. & tanto magis procedunt prædicta, quia videbatur agi de modico præiudicio eorum quibus protestabatur, quo casu per præsentiam & taciturnitatem facilius inducitur cõsensus. l. quam Tuberonis. §. sunt quidam. ff. de pecu. l. Labeo, cum glo. ff. de aqua. plu. arcen. & ad ea, quæ in contrarium possent allegari respondetur per præfatos doctores in d. §. morte, cum concordan. suprà allega. ¶ Præterea de consensu dictorum dominorum sex apparet ex eo, ꝙ ipsi per instrumentum publicum dederunt licentiam, cuidam vendendi, dummodo solueret tantum pro uno anno, & constat, quod secundum formam contractus prius celebrati cum dicto Nicolao, firmo manente ipso contractu nullus poterat vendere sine licentia dicti Nicolai, vt in 2. c. dicti cõtractus continetur, & voluntas declaratur, ita facto sicut & verbis. l. Paulus respõdit non tantum verbis. ff. rem ratam habe. l. de quibus. ff. de legi. Et attento, ꝙ in casu prædicto pendebat a mera voluntate dictorum sex, non relinquere dictum prouentum, dicto Nicolao, vt dictum est, ideo non refert, vbi aut qualiter dicti domini sex dictam suam voluntatem declarauerint, ut not. gl. in l. Pomponius, la j. & ibi Bar. ff. de nego. gest. & in l. Fulcinius. §. quid autem. ff. quibus ex cau. in possessio. ea. & no. Bar. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & in l. quo enim. §. j. ad si. ff. rem rat. hab. & Ang. in §. si vero expressim, in authen. de hær. & fal. facit l. pro hærede, in prin. & §. 1. ff. de acq. hær. & l. si auia. C. de iure deli. Et præsumendum est dictos dominos sex voluisse auferre dictum prouentũ dicto cõductori, prout licitè facere potuerunt ex causis prædictis, potius quam relinquere dictum Nicolaum generalem prouentualem, quo casu dando dictam licentiam vendendi illi, cui dederunt, fecissent rem illicitam prohibitam & pœnalem ex forma dicti contractus celebrati cum dicto prouentuali. hoc probatur in l. merito, in ratione sui. ff. pro soc. in l. 1. ff. de sol. & in c. 2. de reg. iu. cum si. ¶ Adminiculatur etiam illud præceptum factum per officialem gabellæ habentem iurisdictionẽ super omnes prouentuales & emptores gabellarum, qui fecit præceptum om-
2 nibus vendentibus vinum in ciuitate Lucana, ꝙ nullus pro vendendo solueret dicto Nicolao, cum † pro actu iudicis, seu officialis præsumatur. c. in præsentia, de renunc. c. sicut de re iud. c. bonæ. el j. de elec. c. ad audientiam de præscri. l. 2. C. de
3 offi. ciu. iu. cum si. ¶ Nec prædictis † obstat si diceretur, quod dictus Nicolaus etiam post dictam protestationem, & post dictum præceptum factum per officialem gabellæ, & post dictã licentiam datam vni de vendendo a dictis dominis sex, vendidit vinum in vna ex pluribus cellis, seu tabernis, & illam tenuit apertam, sicut prius facere solebat, & sic uidetur a protestatione recessisse ar. c. primo. qđ met. cau. & c. solicitudinẽ. de ap. & per id quod no. Bar. in d. §. morte, circa 6. col. & per doc. in c. cum M. Ferrariensis, superius allegato, quia responderi potest primo, ꝙ propter tacitum consensum præstitum per dictos dom nos sex protestationi prædictæ, seu propter tacitam approbationem ipsius protestationis factam a dictis dominis sex, ut dixi supra resultat, ꝙ per actum etiam contrarium non tollitur protestatio præcedens, quò ad eos, qui dictæ protestationi consenserunt, seu illam approbarunt, ita colligitur ex notatis per glo. in l. pacta nouissima. supra de pact. quam ita declarat Bar. in d. §. morte. in 7. col. in ver. sed quæro an patris consensus. &c. ¶ Secundo modo potest responderi, quod allegata in contrarium loquuntur, quando post protestationem sequitur actus contrarius, qui se cum protestatione non compatitur, sed in proposito nostro non ita fuit, quia Nicolaus protestatus est, ꝙ non intendebat amplius perseuerare in dicto prouentu, de quo in instrumento, seu contractu præcedente, nec amplius esset prouentualis. vnde in posterum licet tenuerit apertam vnam solam tabernam ex plurib. quas tenere solebat, non est actus qui se non compatiatur cum protestatione, quia per protestationem declarabatur, ꝙ non intendebat esse prouentualis, prout in instrumento continebatur. & sic non intendebat esse generalis prouentualis, & obligari ad ea de quibus in instrumento. licet autem postea retineat apertam unam ex dictis tabernis, & reliquas non retinuerit, nec ab aliis vendentibus exegerit, ut solebat, ostẽdit se voluisse retinere eãm, vt particularis venditor, & prout cæteri particulariter vendentes, vendebant cum consensu officialium gabellæ, prout requiritur ex forma statuti, quando non extat prouentualis. & non est verisimile, quod statim dictus Nicolaus posset post protestationem, sibiipsi contrariari. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. & in dubio fieri debet interpretatio per quam cesset repugnantia in prima constitutione Codicis. §. quibus l. sed & posteriores ff. de leg. c. cum tu. de testi. ¶ Nec
4 tunc obstabit † si dicatur, ꝙ si Nicolaus non perseuerauit, vt prouentualis, ergo incidit in pœnam fraudantis gabellam, ex forma statuti, ex quo vendidit sine licentia officialium in dicta cella uinaria, quia respondetur, ꝙ non incidit in pœnam fraudantis, quia præsupponitur, ꝙ ita publicè vendidit p sex menses scientibus, videntibus & patientibus dictis officialib. ideo videtur vendidisse cum eorum consensu. l. 1. §. magistrũ autem. ff. de exercitor. & ibi hoc no. Guil. de Cu. & Bal. in l. fin. ff. quod cum eo. & notat expresè Petr. de Anch. consi. 63. inci. Motiua iudicis &c. & Pau. de Cast. lib. 1. consi. 1. incip. si iste. Præterea in dubio attento, quod dictus Nicolaus palàm
5 & publicè tenebat apertam dictã cellam ibi vendendo, † non præsumitur dolus & fraus, quia in his quæ non sunt omnino de genere prohibitorum, sed est in aliqua specie permissum. & in aliqua est prohibitum. nam vendere vinum non est de genere prohibitorum, sed quandoq; est prohibitum, ut si vendatur Lucæ vinum ad minutum, sine licentia officialium, & tunc si fiat palàm, & publicè, non præsumitur dolus & fraus. l. non existimo. ff. de admin. tuto. l. fi. ff. de ritu nup. l. cum ipse cum ibi not. C. de contrahen. empt. & est doctrina Iacob. de Ra. Cyn. Iacob. But. & Bald. in l. nemo clericus. C. de summa Trinita. & fide catho. Ex quibus concludo dictum Nicolaum ex eo, quòd publicè tenuerit dictam cellam apertam, non debeat puniri, tanquam fraudator, nec etiam teneatur, tãquam generalis prouentualis, pro summa dictorum sexcentorum septem ducatorum soluenda singulo mense, vt dixi suprà.

Laus Deo. Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctum dicitur, quod coit in vnum corpus. nu. 2.*

3 *Statuti vna pars aliam declarat.*

5 *Statuti ratio non est scripta, magis attenduntur verba, quàm ratio.*

6 *Ratio legis debet attendi in generibus singulorum, non in singulis generum. nu. 8.*

CONSI-

CONSILIVM XXXII.

Clarissime domine vicariæ in causa Ioannis Ba-
ptistæ intellexi ea super quibus pars
aduersa conatur facere fundamentum, tamen illis non ob-
stantibus sentio proculdubio illa fundamenta meo iudicio
1 non posse subsistere. Nam statutum sub rubrica, † de iudiciis
diuisoriis, in versi. si vero contigerit aliquem, seu aliquos &c.
prouidet ꝙ ille, seu illi, quem vel quos habere contigerit se-
ptem tornaturas terræ vel minus, simul vel coniunctum pro
indiuiso, seu pro diuiso iuxta possessionem alicuius habentis
ter tantum de terreno, iuxta dictas septem tornaturas, vel mi-
nus a tribus lateribus, super quibus septem tornaturis, vel ꝗ.
non sint ædificia domus, vel domorum ad habitandum cogā-
tur vendere pro iusto pretio dictas septem tornaturas, vel ab-
inde infrà dicto vicino. Ponderandum est, ꝙ statutum consi-
derat, ꝙ dictæ tornaturæ terræ sint simul, seu coniunctim vn-
de si reus conuentus vltra sex, vel septem tornaturas quas ha-
bet, simul duxit magnam petiam terræ actoris, quæ est ter tan
tum, allegat se habere separatim a dicta petia terræ septem tor
naturarū vel abinde infra alias plures tornaturas terræ ibi nō
multum distantes, quibus dicit accomodari vsum dictæ petiæ
terræ septem tornaturarum, potest per hoc excludere agen-
tem, quia istæ aliæ plures tornaturæ rei conuenti non sunt, si-
mul seu coniunctim cum illis septem tornaturis, vel minus,
quia coniunctim esse dicuntur, quando essent vnum corpus.
l. vnica. §. hæc itaque tam variè, C. de cadu. tol. vnde non po-
test per hoc dici, quod reus iuxta petiam terræ actoris habeat
simul, seu coniunctim plusquam septem tornaturas. datur er-
2 go † intelligi ex illis dictionib. scilicet simul vel coniunctim,
ꝙ illud quod haberet reus conuentus, simul seu coniunctim
debet attendi, nō autem illud quod haberet seorsum in diuer
so corpore, quia verba statuti non conueniunt huic casui ad
fauorem rei conuenti, ergo nec conuenire intelligitur statuti
dispositio in fauorem ipsius rei. l. 4. §. toties. ff. de damno in-
fecto, l. ita autem, in prin. ff. de administr. tuto. Secundo pro-
batur, quia statutum disponit, ꝙ propter ædificium domus
rei conuenti, ita demum possit reus se tueri, quominus tenea-
tur vendere, si tale ædificium domus sit super dictis septem
tornaturis, ergo datur intelligi, ꝙ si reus haberet domum pro
pè dictas septem tornaturas, quamuis vna ex dictis rebus rei
conueniri afferret commoditatem pro vsu alterius suæ rei,
tamen hoc non sufficeret, ergo apparet, quòd statutum noluit
attendere istam commoditatem alterius rei propinquæ spe-
ctantis ad ipsum reum conuentum, quia ex una parte statuti
3 † declaratur mens statuentis in alia parte. l. vtrum. ff. de petit.
hæred. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. ¶ Tertio probatur,
4 † quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quę
situm. § denique. ff. de fun. instru. & in §. ut autem. in authen.
de non alienan. & no. in l. in his. ff. de legi. Item per exceptio-
nem declaratur, quæ fuerit mens regulæ, vt est text. not. in l.
nam quod liquidæ. §. fin. ff. de penu. lega. Sed statutum prædi-
ctum in versi. ab his proximè dictis excipimus &c. a dicta re-
gula excipit plures casus, vt terrena pertinentia ad molendina
& quædam alia, ergo in casibus non exceptis firma manet re-
gula præmissa. Et aduertendum, ꝙ si reperiretur vnam petio-
lam terræ septem tornaturarum vel infra esse iuxta, seu pro-
pè molendinum, & quæ deseruiret pro vsu dicti molendini,
vt pro faciendo ibi aliquo aquæductu, vel alio simili vsu, &
molendinum ac dicta petiola terræ spectaret ad eundem do-
minum, tunc statutum fauore molendini, in quo vertitur ma
ior fauor, ac necessitas, seu publica utilitas, voluit hoc speciali
li casu possessorem non cogi ad vendendum, & per conse-
quens apparet, ꝙ statutum considerauit, quod quandoq; po-
terat contingere, ꝙ petiola terræ, quæ esset septem tornatura-
rum pertineret ad vsum alterius rei, & tamen voluit per hoc
releuari reum, nisi in casibus exceptis. Et pro certo cum sta-
tuentes ibi considerauerint plures casus, quos exceperunt, ve
risimile est, quòd etiam cogitauerint de isto casu nunc occur-
renti, qui est valde frequens & quotidianus. & si illum voluis-
sent excipere, excepissent sicut illos exceperunt. l. vni. §. finau-
tem ad deficientis. de cad. tol. cap. 2. de transla. præl. ¶ Quarto
5 † probatur per id, quod not. dicit Bal. in l. fin. ff. de hæredi. in-
stitu. & ibi etiam Ioan. de Imo. post eum super gloss. pen. ubi
dicunt per ibi no. per glo. ꝙ vbi ratio exprimitur in statuto
illa debet attendi, vt l. milites agrum. ff. de re mili. Sed vbi in
statuto non esset expressa, nec scripta ratio, tunc magis debent
attendi verba quam ratio, allegant l. prospexit. ff. qui & à qui-
bus. & ita etiam inquit Bald. in l. maximum vitium. in 4. col.
C. de libe. præte. vbi inquit, quod si ratio statuti esset dubia,
vel congruè reddi non posset, tunc ex tali ratione non possu-
mus arguere, quia non est necessaria, sed magistralis. alleg. no.
in l. j. C. de lega. Ita etiam fuit de mente Bart. in l. liberorum.
de verbo. significa. circa 7. vel 8. col. in versi. his præmissis re-
ducamus &c. in fin. illius, quæst. Nam dicit non posse argui ex
ratione statuti si non est scripta in statuto. Bene facit, quod
not. voluit Cyn. in l. non dubium. in j. q. C. de legi. vbi dixit
post Pet. ꝙ si volumus propter rationem non scriptam deuia-
re & recedere a verbis legis, oportet quòd ratio illa sit natura-
lis, & communiter & naturaliter possit probari per simile. al-
legat. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. sed in proposito
nostro ratio non est scripta in statuto, & si qua fuit ratio sta-
tuentium videtur fuisse ista, scilicet quia considerarunt incō
modissimum esse domino prædij, cui petiola terrę septem tor
naturarum confinata tribus lateribus si illa spectet ad diuer-
sum dominum. & hæc ratio militat in casu nostro. Vel si vo-
lumus dicere, quod alia potuit esse ratio statuti, & tunc nega-
ri non posset, quod dubii sumus quæ fuerit ratio prædicta, er
go per eam non debemus a verbis statuti recedere, saltem cū
non constet de aliqua ratione naturali, quæ naturaliter & cō-
muniter possit probari per simile. attēto, quod non habemus
in simili de iure, ꝙ incerto casu, quando quis cogeretur rem
suam vendere vicino, non habeat locum in suo, qui iuxta rem
suam haberet aliam rem ad cuius commodum esset res illa,
quæ peteretur vendi, vt est de mente Cy. in d. l. non dubium.
6 ad idem † bene facit quod not. Bald. in d. l. non dubium. in ij.
col. in versi. contra vtranque &c. & in 4. col. in uersi. sequitur
nunc videre &c. vbi dixit, ꝙ aut mens legis est certa, & tunc
seruare debemus magis mentem, quam verba, vt in d. l. non
* dubium, aut mens legis non est certa, & tunc verbis * inhære-
re debemus. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exer. & d. l. prospexit.
per quam l. etiam dicit Bal. in d. l. non dubium. in 4. col. quod
ratio legis debet attendi in sua generalitate, id est in generib.
singulorum. non in singulis generum. & in hoc dicit fundari
illam legem & propterea infert, ꝙ licèt in aliquo singulari ca-
su esset ratio legis, non tamen propterea restringitur disposi-
* tio legis, quia sufficit ꝙ dispositio legis sit rationabilis, * in sua
generalitate, & ad hoc dicit esse valde not. text. in d. l. prospe-
xit. & istud plurimum facit ad casum nostrum. Et per hoc pa-
tet responsio ad ea, quæ in contrarium adducuntur, quibus ét
7 specialius respondeo. nam non obstat id quod † habetur. in l.
2. C. de noxali. quia respondeo quod ibi habetur, quòd statu-
tum debet interpretari secundum ius commune, ne quis in-
debitè puniatur. nam ibi statutum, seu constitutio facta erat
prouidens, ꝙ cedentes arbores alienas inciderent in certam
pœnam. nam dicitur ibi, ꝙ si contingat seruum meum incidis
se arbores alienas, non tenebor ego dominus pro seruo meo
nisi noxaliter, si tale damnum dedit seruus meus me nescien-
te, vel prohibente. & hoc quia iure communi prouisum erat,
ꝙ pro damno dato à seruo non teneretur dominus ignorans,
nisi noxaliter, & sic, ꝙ liberaretur dando seruum pro noxa,
sed vt dixi. s̃. non habemus de iure communi prouisum quod
ubi quis possit cogi aliquo casu ad uendendum uicino, præ-
dium, intelligatur, nisi ille contra quem petitur uenditio præ
dii habeat ibi propriè aliam rem, ad cuius usum sit deputatū
dictum prædium. ¶ Non obstat etiam quod in dicto statuto
sit dictio taxatiua tantum, scilicet septem tornaturarum tan-
tum, quamuis in statuto mihi exhibito non sit dictio illa taxa-
tiua, tamen posito ꝙ esset, dico ꝙ non obstat, quia loquitur sta
tutum de habente septem tornaturas simul, iuxta quas uici-
nus habeat ter tantum à tribus lateribus. sed ita est, quod reus
conuentus non habet ultra septem tornaturas, simul iuxta
quas confinat petia terræ actoris a tribus laterib. ¶ Non obst.
8 † quod quando in statutis nulla ratio est expressa, semper cre-
dendum est, ꝙ statuentes sint moti ea ratione, qua quilibet sa-
piens moueretur, per dictum §. sufficit. quia imò (ut dixi su-
prà,) quando ratio non est scripta in lege, non debemus a uer
bis recedere, & etiam quando apparet de ratione satis est, quod
ratio

ratio illa militet in sua generalitate, licet non in vno singula-
ri casu, vt per plura ostensum est suprà, nec contrarium dici-
9 tur in d.§.sufficit. † Non obstat, ꝙ dictum statutum esset ini-
quum, si intelligeremus, ꝙ habet locum in casu nostro, cum
vnum altare discooperiretur, vt alterum cooperiatur &c. quia
ad hoc respondet iurisconsultus in d.l.prospexit, ibi, dum di
cit, ꝙ quidem per quam durum est, sed lex ita scripta est. Item
respódeo, ꝙ statutum valet, quamuis per ipsum derogetur iu-
ri naturali, vel gentium, dummodo non derogetur in totum,
sed in aliquo casu, vt inquit Bar. in l.omnes populi, in 3. quæs.
principali, in princ. & no. in l.fi.C.si contra ius vel vti. publi.
attento, ꝙ statutum istud est generale. & ita in simili casu faue
ret huic reo consiento si ab alio peteret sibi vendi petiam vnã
terræ septem tornaturarum, iuxta quam haberet iter tantum
à tribus lateribus & bene facit, quod habetur in regula, sine
culpa, de reg.iur. in 6. dum dicit tex. sine culpa, nisi subsit cau-
sa non est, quis puniendus. ¶ † Non obstat, quod si statuentes
de hoc fuissent interrogati, verisimile est, ꝙ ita statuissent secũ
dum quod dicit reus per no. in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.
quia hoc negatur, imo colligitur mente statuentium fuisse in
contrarium per exceptionem factam in statuto & per alia quę
suprà dixi. Præterea dicit Ant. de Butr. & Ioan. de Imo in cle-
men.j.de rescr. super gloss. in verbo præsidentes. quod illud,
quod no. in d.l.tale pactum.§. fin. non habet locum, quando
essemus in materia exorbitanti à iure communi, quia debet
fieri restrictio ad verba & mentem ex verbis sumptam specifi
cè, vt ibi per eos, & etiam patet ex aliis, quæ superius dixi. Ex
quibus puto plusquam satis liquere ferendam esse audacter
sententiam contra reum virtute dicti statuti. Ale.

ADDITIONES.

Et tunc verbis.] Quòd verbis legis, vel statuti sit inhærendum, Ias. consi. 182. col. 2. lib. 2. vbi plura cumulat. Natta.

Si rationabilis.] Istud idem vult Bal. consi. 250. In quæstione domi ni Milani. col. fi. lib. j. dicens, rationem legis plerunque, vel in pluribus veram esse, sed non vt in omnibus. & tamen statutum pręcisum non recipit exceptionem l prospexit. ff. qui & à quib. Et ibidem subdit non esse nouum, vt aliquando plus sit in præsumptione, quam in veritate, sicut in hærede non conficiente inuentarium, qui præsumitur subtraxisse, ideo tenetur insolidum, nec contra eam præsumptionem probare potest. §. sancimus. in auth. de hæred. & Falci. Inferens ex his, ꝙ statutum loquens de his qui decoxerunt (vulgo fallitos vocant) procedit etiam in mercatoribus, tametsi decoxerint propter inopiam non quæsitam, seu captatam, sed fortuitam, postquam statutum eos fraudatores vocat, quia ratio legis, quæ fundatur in sola præsumptione, non restringit statutum. Item de prædictis uide late Bal. ad. l. j. ff. sol. matri. col. 5. versi. Item in quæstione de muliere stulti, vbi tradit quando cessante ratione legis, cessat lex. & ibi inter cætera inquit, quòd vbi non est necessaria, sed probabilis ratio legis, tunc cessante ratione, non cessat lex per tex. in d.l.prospexit. Nat.

CONSILIVM XXXIII.

Lege. s̃. lib. 4. consi. 26. quod hic duplabatur.

CONSILIVM XXXIIII.

Lege. s̃. lib. 5. consi. 60. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

2 Publiciana non datur contra titulo possidentem.
3 Actor censetur fateri contenta in suis positionibus.
4 Mandatum ex longo tempore non præsumitur. nu. 9.
5 Præscriptionem allegans quid debet probare. nu. 7. 10. & 12.
6 Fama non probatur ex eo, quòd publicè dicatur.
8 Fundare se quis non potest ex positione negata.
12 Responsio refertur ad interrogata.
13 Hæres quis efficitur per vnum contractum, quo ad omnes.

CONSILIVM XXXV.

Consideratis his quæ agitata sunt in causa, & lite vertente inter ser Antonium Mengoli de Lazaris agentem, & Baptistam, quondam Francisci a Sale se defendentem, reiectis superfluis sentio partes iudicantis esse in absoluendo dictum Baptistam a petitis. Et in primis videtur, quod actor succumbere debeat ea ratione,
quia non probauit fundamentum intentionis suæ iuxta l. qui
accusare. C. de eden. & c. vnico. ut ecclesiastica beneficia. nam
1 † actor intentauit rei vendicationem & publicianam, simul
secundum ea, quæ habentur in c. Abbate sane, de re iud. in 6.
& no. in §. aliæ. insti. de act. & in c. 2. de libel. oblatio. in l. j. per
doc. ff. de publicia. cum si. & quo ad publicianam constat di-
ctum ser Antonium pro ea dimidia pro qua agit, obtinere nõ
posse, quia in ea habet dictus Antonius titulum emptionis sal
tem de petiis terrarum de quibus actor producit titulum ac-
2 quisitionis ipsius actoris, & publiciana † non datur contra ti-
tulo possidentem. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publi. Quod
autem dictus Baptista habeat titulum, patet ex positionibus
ipsius actoris vbi de sex petiis terrarum comprehensis, ut dici
tur, in titulo acquisitionis ipsiusmet actoris, fatetur quod em
ptæ fuerunt per Franciscum patrem dicti Baptistæ ab Ostasio
fratre dicti actoris, & a dicta Catherina matre eiusdem acto-
ris, & præsupponitur probatum esse, quod dictus Baptista est
insolidum hæres dicti Francisci patris sui mediante persona
fratrum ipsius Baptistæ præmortuorum, & clarum est, quod
3 actor † dicitur confiteri illud, quod continetur in dictis suis
positionibus. c. fin. de iureiur. lib. 6. not. glo. in clem. j. §. porrò
in verbo positionem, de summa Trini. & fide cathol. quo ad
alias vero petias terræ petitas in libello, & non contentas in
dictis positionibus actoris continentibus titulum emptionis
dicti Francisci, non est etiam probatus aliquis titulus parans
publicianam dicto actori, ergo in publiciana obtinere non po
test actor, etiam multo minus obtinebit in rei vendicatione,
quo ad illas de quibus actor nullum probat se habere titulũ
habilem ad acquisitionem dominii, iuxta l. in rem. in prin. ff.
de rei vendi. ¶ Alia ratione etiam non potest in rei vendicatio
ne nec publiciana obtinere actor etiam quo ad petias terræ,
de quibus dicit se habere titulum emptionis a ser Nanne de
Tizonis vt procuratore magnifici domini Opizonis de Polen
4 ta, quia † per talem titulum non causatur titulus habilis ad ac-
quisitionem dominii, vel ad vsucapionem, seu publicianam,
nisi ostendatur de mandato ipsius ser Nannis, adeo quod nec
a ex longitudine temporis mandatum [a] tale præsumitur aliis
non concurrentibus. l. fi. ff. pro emp. l. qui cum alio. ff. de reg.
iur. no. Bar. in l. cum vir. in vlti. col. ff. de vsuca. & in l. qui fun-
dum. §. procurator. ff. pro emp. & notabiliter declarat Bal. in
l. j. C. de reb. alie. non alie. ¶ Alia ratione etiam non potest ob-
tinere actor in rei vendicatione etiã quo ad dictas petias ter-
rarum, quas emit a dicto ser Nanne tanquam procuratore di-
cti Opizonis, quia posito, ꝙ etiam appareret de mandato di-
5 cti ser Nanis, tamen oportebat † probare de dominio dicti
Opizonis, vt plenè legitur & notatur in l. cum res. C. de pro-
ba. & in l. rem alienam. ff. de pig. act. cum si. vel saltem proba
re de legitima præscriptione dicti actoris, iuxta ea quæ haben
tur in l. traditionibus. C. de pactis, & quæ no. in auth. nisi tri-
cennalis. C. de bon. mater. sed de tali dominio domini Opizo
nis de Polenta non est probatum, nec de præscriptione Anto
nii, & licèt aliqui testes vt Franciscus Nouellinus, & Ioannes
de la Clara, & Bartholomæus de Cauallis deponant, ꝙ audi-
uerunt dictas terras fuisse dominorum de Polenta & quod di
cti domini donauerunt dictis Ostasio & Antonio, tamen hoc
non probat aliquod dominium illorum de Polenta, nec dictã
donationem quia deponunt de auditu ab alio. l. testium. C. de
testi. c. cum literis. de testi. tum etiam quia non dicunt testes,
ꝙ istæ petiæ terræ fuerunt illius domini Opizonis de Polenta
a quo seu a dicto ser Nanne nomine dicti Opizonis emerunt
dicti Ostasius & Antonius, sed dicunt, ꝙ audiuerunt fuisse do
minorum de Polenta, & sic plurium, vnde ista probatio non
concludit, velut incerta. l. si quis seruum. §. si inter & quod ibi
not. ff. de leg. 2. l. Pompo. scribit si frumentum. §. fina. ff. de rei
ven. c. in præsentia. de prob. nec dicatur, quod isti testes pro-
bent publicam vocem, & famam, ita fuisse vel esse, quia respó-
deo, ꝙ per duos testes contestes non est probatum legitimè de
publica voce & fama. nam licèt de hoc aliqd deponat dictus
Bartholomæus de Cauallis, quo ad unam petiam terræ, tamẽ
est vnicus & singularis, & sic non sufficit. l. iusiurandi. C. de te
6 sti. c. in omni, de testi. & licèt quidam ex aliis testibus † dicat
b ꝙ publicè [b] dicebatur, tamen hoc non releuat ad probationẽ
famæ, quia vnus solus potuisset publicè dicere, ut per Bart. in
l. de minore. §. si pluriũ. ff. de quæst. & in l. 3. §. eius. ff. de test.
& in l.

& in l.Labeo.ff.de sup.lega.& Bal.in addi.Spe.in ti.de sent.in
23.col.& Ang.in l.3.ff.ad Macedo.& Io.de Imo. in l.hæredes
palam.in prin.ff.de test.vbi dicit, ꝙ ita communiter tenetur.
& no. etiam ipse in c. cum oporteat, de accu. Præterea fama
non sufficit ad plenam probationem, vt no.in d.l.3.§. eius.ff.
de testib.& in d.§.si plurium, cum suis corcor. & quamuis ali
qui testes, vt Ioánes de la Clare, & Morellus & Bartholomeus
de Caualiis videantur aliquid deponere, quo ad aliquas ex di
7 ctis petiis terræ de possessione Antonii, tamen † non deponũt
saltem concorditer de possessione vnius & eiusdem temporis
limitati, & requisiti ad præscriptionem complendam, ac de
c initio [c] ipsius temporis possessionis Antonii, iuxta l.pen.& fi.
C.de præscri.long.tempo.& iuxta practicam traditam p Bar.
in l.Celsus.ad fi.ff.de vsuca.& per Bal. in l.fi. in 15.opp.C.de
edic.diui Ar.& per doct.in l.licèt causam. de proba. & sic non
iuuat si diceretur, quod qui semel possedit præsumitur saltẽ
decennio possedisse, si ita allegat se possedisse, iuxta no.in l.j.
C.de ser.fugi.& in l.si de eo.§.si fortè. cum sim.ff. de acquir.
possess.quia etiam in processu ista non sunt allegata, nec dedu
cta, ut oportet l. si adulterium cum incestu.§. idem Pollioni,
ff.de adul.& no. in cle.appellanti. de app. imo est deductum
potius contrarium, quia actor in positionibus deducit, quod
dictæ terræ fuerunt possessæ per quinque annos per dictos
Ostasium & Antonium post dictam emptionem factam a di-
cto ser Nanne.& quod postea venditæ fuerunt dicto Francis-
co.& est etiam aduertendum, quod in probatione possessio-
nis dicti Antonii per testes, non debent attendi testes proban
tes de possessione Ostasij, quia licèt alias sufficiat unum ex plu
ribus fratribus familiariter habitantibus possidere, ut sic vi-
deantur omnes hæredes possidere per illum, qui iure familia-
ritatis videtur possedisse nomine omnium.l.qui iure familia-
ritatis.ff.de acqui.posses.cum ibi not. per docto. & in l.& ha-
bet.§.hospites.ff. de præca. & quod notabiliter traditur per
Ang.in l.assiduis.C.qui potio.in pign. hab. tamen hoc dicere
non potest in proposito dictus Antonius, quia rñdendo ter-
tiæ positioni cum sequenti productæ per reum negauit dictũ
Ostasium fecisse, & administrasse bona communia de volun-
8 tate ipsius Antonii, & sic † non potest se fundare ex positione
d negata. [d] l.Pap.§.meminisse.ff. de inoff. test.c. ex eo. de regu.
iur.in 6.& no.Spe.in ti.de positio.§.octauo.ver. sed secundũ,
præmissa.& Bar.in l.non utique.ff. de confes.& in l. post lega
tum. in prin.ff.de his quibus ut indi. & in l.naturaliter.§.ni-
hil commune, in 6.col.ff.de acq.poss.cum si. ¶Præterea respõ
9 deo quod † non sufficiebat decennium dicto Antonio, ad præ
scribendum, eo quia emit a dicto ser Nanne, qui asseruit se
esse procuratorem dicti Opizonis, & tamen non apparet, ꝙ
mandatum ostenderit Antonio, aut ꝙ aliter habuerit Anto-
nius iustam causam credendi illum esse procuratorem, ideo
non præsumitur fuisse in bona fide.d.l.fi.cum gl.ff. pro emp.
& ibi Bar. cum concordan. supra allegatis & per consequens
non esset satis retinuisse possessionem animo decem annos,
imo nullo tempore præscribere potuisset.c.si. de præscr.& c.
2.de reg.iu. & tantomagis, quia non apparet de continuata
possessione per tempus annorum triginta, quia spatio mino-
ris temporis non præscribit ullo iure ille, qui non habet legi-
timum titulum cum bona fide, scilicet verum vel saltem pu-
tatiuum, vt plenè traditur in d.l.Celsus, & in c. si diligenti.de
præscri.in antiquis.& in c.j.eod.tit.lib.6. ¶Plures etiam sunt
petiæ terræ petitæ in libello de quibus in dicto instrumento
emptionis a dicto ser Nanne nulla fit mentio, & sic in eis non
apparet dictum Antonium aliquem titulum habere, quin-
imo dictus Baptista etiam habet vltra prædicta alium titulum
emptionis 40.tornaturarum ex petia terræ centum sexaginta
tornaturarum, de qua in libello, ut mihi præsupponitur. ¶Et
10 quamuis ista † proculdubio sufficeret ad victoriam Baptistæ
tamen adhuc alia ratione iuuari & defendi potest Antonius,
videlicet per exceptionem præscriptionis oppositam, attento
quod probatur Franciscum patrem suum emisse a dicto Osta
sio & a dicta domina Catherina, ut in positionibus actoris cõ
tinetur & probatur per testes, quod Franciscus possedit tem-
pore suæ uitæ, & post eius mortem eius filii, quorum personã
repræsentat dictus Baptista hæres in effectu dicti Francisci,
& constat quod a tempore quo cepit Franciscus possidere, la-
psum est tempus nedum longum 10. vel 20. annorum, sed et
vltra patet, quia actor respondendo primæ positioni Baptistæ
continenti quod Franciscus decessit, iam sunt anni 28.& ul-
tra superstitibus certis filiis, respondet per hæc verba, credit
decessisse superstitibus duobus filiis. & licèt non dicat de tem
pore in responsione, & sic in hoc responsio sua non videatur
11 † clara prima facie, tamen veritas est, quod videtur respon-
e disse de tempore contento [e] in positione per nota.per Bar.in
l.si quis intentione ambigua, ad fin.ff. de iudic. & ibi etiam
Bar.& Bal.in l.j.in pen.col.C.de edi.actio. facit l. si defensor,
§.j.ff.de interrog.& act.§.præterea.insti.de inuti.stipu. & etiã
vltra probationem emptionis factæ per Franciscum resultan-
tem ex positionibus actoris apparet etiam alio modo esse de
emptione Francisci taliter probatum, quod sufficere debet di
cto Baptistæ ad præscriptionem suam decem annorum, quia
videtur esse probatum per testes, ꝙ fama erat tempore mortis
Francisci, quod ipse emerat istas terras a dicto Ostasio & domi
na Catherina, & postea dicti filii, & hæredes Francisci conti-
nuauerunt in possessione prædicta. nam istis sic probatis pro-
12 batum † est de legitima præscriptione decem annorum causa-
f ta à titulo putatiuo [f] habili ad prescribendum, ita decidit Bar.
& alii in l. Celsus.ff. de vsuc. & in l. at qui natura.§. cum me
absente.ff.de neg.gest.& in l.proprietatis C.de prob.& Bal.in
l.indicia.C.de rei ven.& Ang.in l.super longi.C.de præscrip.
long.temp.& Ant.de But.in c.si diligenti, de præscr. quod au
tem ista sint probata per testes dicti Baptistæ apparet saltem
ex depositione Moreli & magistri Andreæ & Baptistæ Rauli
testium dicti Baptistæ, & ex depositione ser Iacobi ab ouis te
stis producti pro parte actoris. ¶Postremo est aduertendum,
ꝙ ex alio capite etiam constat euidenter dictum Antonium
non posse obtinere, quia Catherina vendidit dicto Francisco
dictas petias terræ, de quibus in instrumento emptionis factæ
per Ostasium & Antonium a dicto ser Nanne & promisit, &
se obligauit dicta Catherina insolidum ad defensionem dicta
rum rerum venditarum, obligãdo se in casu euictionis, prout
in instrumento continetur, & constat dictum Antonium esse
filium dictæ Catherinæ defunctæ, vt ipse Antonius fatetur re
spondendo positionibus Baptistæ, est etiam hæres Antonius
dictæ Catherinæ, vt statim dicam, ergo non potest vendicare
dictas res pro quibus de euictione tenetur.l. vendicantem.ff.
13 de euictio.l.cum à matre.C. de rei vendi. ꝙ † autem sit hæres
Catherinæ, patet per duo instrumenta venditionum factarũ,
per eum tanquam filium, & hæredem dictæ suæ matris, per
hoc enim probatur cum esse hæredem, tam quo ad alias per-
sonas, quam quo ad eas cum quibus ita contraait l.fi. cum ibi
no.ff.de interro.actio.& plenè declarat Bart.ff. de acqui.hær.
in l.gerit maximè circa quartam col. in versi. circa secundum
scilicet qualiter probetur per verba enunciatiua &c. cum ver
sic.seq.& per Bal.in l.potuit.in 6.q.C.de iure delib.

ADDITIONES.

a ¶Mandatum.sup.lib.6.consi.191.
b ¶Publicè.sup.lib.2.consi.94.in fin.
c ¶Initio.sup.lib.5.consi.189.nu.2.
d ¶Negata.sup.lib.consi.93.nu.5.
e ¶Contento.sup.lib.5.consi.75.nu.12.
f ¶Putatiuo.sed hoc commentitium est, vt dixi in consu.Paris.S.7.nu.
23.& 26.S.66.gl.2.tetigi.sup.eod.consi.14.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis conditionale, nec transmittitur.*
3 *Nepotum numerus ad legitimam nõ inspicitur, sed filiorũ quos repræsentant.*
4 *Fructus computantur nepotibus in trebellianicam.nu.6.& 10.*
7 *Filia dotata & exclusa, non facit partem filijs in legitima.*

CONSILIVM XXXVI.

Consideratis narratis in themate, & sic paucis
mihi transmissis, quia de multis
quæritur, & res ipsa multas difficiles intricationis habet, lis-
que est de paupere regno, respondere conabor conclusiuè.
Vnde primo dum quæritur, an dictæ Mariæ vltra dotes sibi
relictas

relictas obueniat aliqua portio, in bonis dicti Ioannis primi testatoris ex persona dictæ Luciæ, & quia (verbo fertur) ꝙ illa decessit non nupta & impubes, ideo dico nihil deberi Mariæ ex persona dictæ Luciæ, quia dictus Ioannes dictæ Luciæ † reliquit libras 55. quas dari voluit cum nuberet, & sic relictũ fuit conditionale, adeo ꝙ non debebatur, nisi contractis nuptiis. l. Titio centum. §. Titio genero. cum ibi plenè notatis, maximè per Bart. iuncta l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demon. nec potest dici, quod conditio prædicta reijciatur, iuxta l. quoniam in prioribus. & l. scimus. §. cum autem. C. de inoffi. testam. quia stante reformatione, quæ excludit dictas fœminas propter existentiam masculorum ab omni legitima, & mandat eis de dote prouideri si non sint dotatæ, sequitur quod cum dicta conditio matrimonii non fuerit impleta per dictam Luciam, nihil de illo relicto, vel aliquo alio in bonis dicti Ioannis transmisit [a] ad hæredes suos. l. vni. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. l. si ita legatum. §. illi si volet. de leg. j. iunctis no. per Bar. in d. §. Titio genero. cum suis concord. ¶Similiter † dum quæritur an dictæ Mariæ aliquid obueniat ex persona dicti Christophori? & respondeo quod non, quia præsupponitur, quod Christophorus decessit impubes. vnde cũ fuerit sibi facta substitutio pupillaris per dictum Ioannem auum paternum omnia bona * eius vadunt ad substitutos pupillariter. l. §. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. & pup. l. Pap. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testam. cap. si pater. in fin. de test. in 6. qui quidem substituti fuerunt Fuscus, Andreas, Petrus & Iacobus æqualiter, vt infrà dicam. ¶Dum autem quæritur, an dictæ Mariæ obuenerit aliquid de portione dicti Fusci fratris sui præsupponendo, ꝙ decesserit post pupillarem ætatem ab intestato & sine liberis, respondeo ꝙ ipsi Mariæ, tanquam primori in gradu obuenire debet ab intestato successio dicti Fusci fratris sui, in authen. de hær. ab inte. §. si igitur defunctus. & ipsa Maria potetit deducere de dicta portione Fusci fratris sui primo legitimam debitam Fusco in bonis dicti Ioannis, in qua non potuit fieri, sibi substitutio fideicommissaria. d. l. quoniam in prioribus. & no. in l. ex tribus. eo. ti. cum sim. Quanta † autem fuerit legitima debita dicto Fusco, & aliis nepotibus dicti testatoris, dico quod quamuis essent quinque nepotes, scilicet duo ex vno filio præmortuo, & tres ex alio filio præmortuo, tamen legitima omnium non erat, nisi tertia omnium bonorum Ioannis, cum succedere deberent de iure in stirpes, ita deducitur per id quod habetur in l. Pap. §. quoniam aũt quarta in fi. ff. de inof. test. & ibi ponderat Bal. & decidit idem Sal. [b] in auth. nouissima. in 6. q. C. de inoffi. test. vbi pro hoc allegat tex. in §. neque illo. in auth. de trien. & semis. & ideo diuidendo hæreditatem dicti Ioannis, in 12. uncias prout de iure diuiditur, quatuor vnciæ, quæ sunt tertia pars erant legitima dictorum omnium nepotum, quarum quatuor unciarum duæ debebantur Christophoro, & dicto Fusco eius fratri, & duæ aliæ debebantur Petro, Iacobo & Andreæ fratribus, ac nepotibus dicti testatoris, per ea quæ habentur in d. §. quoniam autem quarta, & ibi no. per Bald & per Sal. in d. auth. nouissima. in 6. col. & per consequens integra portio legitimæ dicti Fusci secundi erat vna vncia, idest una duodecima pars bonorum dicti Ioannis, posset etiam dicta Maria, tanquam hæres dicti fratris sui vltra dictam legitimã, id est ultra duodecimã partem bonorum Ioannis deducere Trebellianicam, id est quartam residui totius portionis, quæ ex testamento Ioannis obuenerat dicto Fusco, qui fuerat institutus in quinta parte totius hæreditatis Ioannis, vt ostendit illud verbum æqualiter, positum in testamento Ioannis l. interdum. in princ. ff. de hære. insti. & ꝙ posset deducere dicta Maria, etiam dictam quartam partem, patet, quia hæres alicuius grauati per fideicommissum restituere, potest dictam Trebellianicam deducere de fideicommisso conditionali, etiam ultra legitimam ipsius grauati. c. Raynu. & c. Rayn. de testa. & plenè no. in l. quã quam, cum si. C. ad l. Falc. †Computari tamen deberent in dictam quartam Trebellianicam pro rata fructus [c] percepti per dictum Fuscum de bonis quæ veniunt restituenda per fideicommissum Iacobo sibi substituto, attẽto quod dictus Fuscus secundus non erat de liberis primi gradus dicti Ioannis, quia non erat filius, sed nepos Ioãnis. Ista probantur in l. iubemus. C. ad Trebel. & in l. in fideicommissaria. in princ. & ibi plenè no. ff. eo. tit. ¶Poterit etiam dicta Maria deducere Trebellianicam de eo, quod obuenisset dicto Fusco fratri suo ex portione Christophori, qui decessit in pupillari ætate, & eidem Christophoro, ex substitutione pupillari successerunt, dicti Fuscus, Andræas, Petrus & Iacobus æqualiter, sicut æqualiter fuerant instituti. l. j. C. de impu. & aliis subst. cum ibi not. per Bal. & per Bar. in l. Lucius. in vlt. q. ff. de vulg. & pup. & Bal. in l. iam hoc iure, ad fi. & in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vul. & pup. & sic quarta pars portionis dicti Christophori, qui fuerat pro quinta parte hæres Ioannis peruenit ad dictum * Fuscum ex substitutione pupillari. & dato ꝙ propter illã quartam partem portionis dicti Christophori obuentam Fusco ex substitutione pupillari intelligatur grauatus Fuscus restituere per fideicõmissum dicto Iacobo substituto, & superstiti, post mortem dicti Fusci decedentis, post pupillarem ætatem, sine liberis per not. per Bar. & docto. in l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad Treb. cum suis concordant. tamen de dicta quarta parte portionis dicti Christophori obuenta immediatè Fusco ex persona sua substituto dicto Christophoro, & restituenda dicto Iacobo, & loco eius dictis Claræ & Martinæ & Dominicæ hæredibus dicti Iacobi per dictam Mariam, ut hæredem Fusci debet deduci per eam quarta Trebellianica, & similiter potest per dictam Mariam deduci tertia pars legitimæ debitæ dicto Petro in bonis dicti Io. in qua legitima non potuit substitui per fideicommissum a dicto Ioanne, per d. l. quoniam in prioribus. & quæ legitima Petri erat tertia pars duarum unciarum ex 12. vnciis, hæreditatis dicti Io. erant enim tres fratres, scilicet Iacobus, Petrus & Andræas nepotes dicti Ioan. ex primo Fusco præmortuo, quibus tribus fratribus debebantur pro legitima duæ unciæ, id est dimidia tertiæ partis totius substantiæ auctæ, iuxta d. auth. nouissima, cum ibi not. per Sal. & dixi s̃. & per consequens tertia pars dictarum duarum unciarum erat legitima Petri, de qua legitima Petro debita, debet deducere tertiam partem Maria, tanquam hæres Fusci fratris sui, qui fuit institutus hæres pro tertia parte a dicto Petro, q̃ tertiam partem legitimæ dicti Petri non tenetur dicta Maria hæres dicti Fusci restituere dicto Zanino, nec hæredibus dicti Iacobi, quãuis dictus Zaninus, Iacobus & Fuscus fuerint a dicto Petro instituti & adinuicem substituti, quia dico, ꝙ talis substitutio reciproca non comprehendebat, nisi uulgarem l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. si per dictum Fuscum fuit expressè vel tacitè adita hæreditas dicti Petri expirauit illa substitutio. l. si post aditam. C. de impub. & aliis subst. ¶Item potest per dictam Mariam hæredem dicti Fusci deduci Trebellianica, id est quarta eius quod vltra dictam portionem legitimæ dicti Petri peruenit ad dictum Fuscum ex bonis dicti Io. mediante persona dicti Petri. Nam ex persona dicti Petri peruenit ultra dictam portionem legitimæ Petri ad dictum Fuscum pro tertia parte hæreditatis Petri una tertia pars quartæ partis totius portionis dicti Christophori, cui ex substitutione pupillari successit pro quarta parte dictus Petrus, ut dixi. s̃. vbi etiam declaraui, ꝙ dictus Christophorus erat hæres Io. testatoris pro una quinta parte. Et dictam Trebellianicam, id est dictam quartam partem potest deducere dicta Maria, ut hæres Fusci, eo quia Maria per fideicommissum necesse habet restituere Claræ & Martinæ ac Dominicæ hæredibus dicti Iacobi substituti Fusco præfato omnia iura, quæ ex portione dicti Christophori prouenerunt ad dictum Petrum, & ex persona dicti Petri in dictum Fuscum, per ea quæ no. p̃ Bart. in d. l. ita tamen. §. qui suspectam. & in l. Marcellus. §. quidã liberis. & in l. Scæuola. ff. ad Treb. Et nihil habet dicta Maria transferre de hoc in dictum Zaninum, quia Zaninus nõ fuit vocatus in substitutione facta Christophoro, & aliis institutis per dictum Ioannem, & pater dicti Zanini decedentis, ante euentum substitutionis conditionalis non transmisit ius substitutionis ad hæredem suum, ut j̃. dicam. ¶Potest etiam per dictam Mariam deduci quarta Trebellianica de illa parte, q̃ est ultra legitimam dicti Petri & ultra id, quod ad dictum Petrum spectauit ex substitutione facta dicto Christophoro peruenit de bonis dicti Io. testantis ad dictum Fuscum ex substitutione facta dicto Petro, ad cuius quidem Petri substitutionem factam in testamento Ioannis fuit in effectu per fideicõmissum vocatus dictus Fuscus pro vna dimidia & pro alia dimidia dictus Iacobus, quia ex nominatis in substitutione facta per

cta per Ioannem non superant, nisi dictus Fuscus & dictus
Iacobus tempore mortis dicti Petri. nam Zanninus prędictus
5 non fuerat nominatus in substitutione facta† per dictũ Ioannem, sed pater eius, scilicet Andræas fuerat nominatus in dicta substitutione, & prædecesserat dictus Andræas antequam eueniret casus substitutionis in persona Petri, ideo non transmisit Andræas ius substitutionis ad dictum Zanninum. l. qui liberis. §. hæc verba, & l. sed si plures. in prin. & l. qui plures. ff. de vulg. & pup. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. & ideo potest detrahere Maria dictam quartam Trebellianicam de eo, qđ vltimo dixi, id est de eo, quod ad Fuscum prouenit ex substitutione facta Petro ad quam venit pro dimidia dictus Fuscus eo quia excepta legitima dicti Petri tenetur Maria, ut hæres Fusci restituere dictis Claræ Martinæ, & Dominici hæredib. dicti Iacobi restituere per fideicommissum illud, quod ad dictum Fuscum peruenit ex dicta substitutione facta dicto Petro, per no. in d. §. quidam liberis, per Bar. & alios iuncta l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Treb. & s. dixi de portione dicti Petri, veniet tamen ante omnia deducendum per dictam Dominicam eius filiam illud quod in vltimo dubio dicam. ¶ Tamẽ
6 † in casibus in quibus dixi quartam Trebellianicam posse detrahi per dictam Mariam de his, quæ ipsa debet restituere p̄ fideicommissum, tanquam hæres Fusci, dico semper esse intelligendum, nisi per dictum Fuscum, vel per dictam Mariam ex ipsis bonis restituendis fuissent percepti tot fructus, qui ascenderent ad dictam Trebellianicam per id quod habetur. in d. l. fideicommissaria. in prin. cum ibi no. ¶ Potest etiam dicta
7 † Maria petere dictum relictum librarum 35. cum nupserit, prout in testamento dicti Ioannis sui aui continetur, quæ libræ 35. succedunt loco suæ legitimæ. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testam. & deduci poterunt quasi quoddam æs alienum dictæ libræ 35. antequam habeatur ratio legitimæ debitę dictis nepotibus institutis a dicto Ioanne & grauatis per fideicommissum reciprocè, ut probatur in l. Pap. §. unde si quis. cũ glo. quam ad hoc ibi ponderat Bal. & Ang. ff. de inoffi. testam. & Ang. & Ioan. de Imo. in l. planè. §. si duobus. ff. de lega. j. vbi volunt, ꝙ dicta dos debita ex dispositione statuti filiabus, vel nepotibus exclusis a statuto propter masculos antea deducatur & postea legitima cõstituatur masculis pro numero[d] masculorum tantum in residuo bonorum. & si tale relictum librarum 35. primo deducatur de bonis & hæreditate prius, quam fiat diuisio, quam dixi in superioribus articulis, nõ erit
* opportunum discutere, an dicta Maria * debeat pro rata hæreditatis, quæ ad eum perueniet ex persona dicti Fusci, vel alterius contribuere ad dictum relictum, iuxta l. 2. C. ad Trebel. cum sim. nam facta prius deductione dictarum librarum 35. tanto minor portio bonorum, & hæreditatis perueniet, postea ad Mariam ex persona Fusci & aliorum, & sic residet in
8 idem. ¶ Circa aliud † dubium quo quæritur, quantum ex dictis bonis debeatur dictis Claræ & Martinæ sororibus ultra earum dotes ex persona dicti Iacobi earum fratris, & similiter quantum obueniat dictæ Dominicæ ex persona dicti Iacobi eius patrui, respondeo ꝙ Clara, Martina & Dominica sunt hæredes dicti Iacobi, scilicet quælibet pro tertia, ut in authẽ. cessante. C. de legi. hær. & ideo petere & consequi possunt totam partem Iacobi, id est quintam partem in qua fuit institutus a dicto Ioanne, facta tamen deductione prius eorum, quæ relicta fuerunt pro dotibus dicti Mariæ, Claræ & Martinæ per ea quæ dixi suprà. Item petere poterunt dictæ Clara, Martina & Dominica ex persona Iacobi omne id, quod obuenerat Iacobo ex portione Christophori vigore substitutionis pupillaris factæ Christophoro, cui quidem Iacobo de quinta parte, in qua fuit institutus, Christophorus obuenit quarta portio, ut dixi in superioribus. Similiter petere poterunt dictæ Clara, Martina & Dominica tertiam partem legitimæ debitæ dicto Petro, in qua potuit dictus Petrus testari, & instituere dictum Iacobum pro tertia parte ut fecit, non obstante substitutione sibi facta, per dictam l. quoniam in prioribus. & quæ legitima dicti Petri erat tertia pars duarum unciarum ex 12. vnciis totius hereditatis Ioannis, ut dixi suprà, & etiam petere possunt dictæ Clara, Martina & Dominica tertiam partẽ alterius quartæ partis totius portionis dicti Christophori, cui ex substitutione pupillari successerat pro quarta parte, dictus Petrus, quam quidem tertiam partem, dictæ alterius quartæ partis totius portionis Christophori petere possunt dictę tres mulieres, tanquam hæredes dicti Iacobi hæredis, dicti Petri pro tertia parte ex testamento ipsius Petri. Item possunt petere dictæ tres mulieres æquis portionibus dimidiam omnium quæ ex bonis dicti Ioannis peruenerunt ad dictum Petrum, vltra dictam ratam legitimæ Petri, & ultra dictam ratam portionis Christophori obuentam dicto Petro, & hoc ideo, quia in dicta dimidia fuit cum effectu, dictus Iacobus substitutus dicto Petro & pro alia dimidia dictus Fuscus ut suprà probaui, recepta Trebellianica deducenda per dictam Mariá, prout
9 in precedentibus declaraui. ¶ Quò ad vltimum † dubium, quo quæritur, an dicta Dominica aliquid petere possit ex persona dictę Romanę suæ sororis prædefunctæ, dico ꝙ attento, quod Petrus decessit sine filiis masculis, & superstitibus solum dictis Dominica & Romana filiabus suis, non sumus in casu dicti statuti, & ideo filiæ prædictæ non potuerunt priuari in parte, nec in totum legitima eis debita in bonis dicti Petri, & omnis conditio apposita in relicto eis facto cessat, per d. l. quoniam in prioribus. & ideo si Dominica pro legitima sua, & sororis suæ mortuæ est contenta dicto relicto librarum 35. pro qualibet computatur in legitima dictum relictum l. etiam. §. pen. & fi. ff. de bo. lib. & d. l. quoniam nouella. & pars relicta dictæ
* Romanæ pertinebit * ad eius sororem superstitem eius hæredem, ut declarat Sal. in l. scimus, in prin. C. de inoffi. testa. per illum tex. & per d. l. quoniam in prioribus, si autem dictum relictum librarum 35. pro qualibet, non sufficeret ad legitimã vtriusque posset dicta Dominica petere supplementum legitimæ debitæ sibi & dictæ Romanæ sorori prædefunctæ l. omnimodo. C. de inoffic. testa. & dicta legitima dictarum Dominicæ & Romanæ erit tertia eius de quo testari potuit, dictus Petrus. testari enim ipse potuit de sua propria legitima, quam dixi suprà esse tertiam partem duarum unciarum ex 12. unciis totius hæreditatis Ioannis, potuit etiam testari dictus Petrus de sua quarta Trebellianica detrahenda de residuo bonorum dicti Ioannis, quæ ad eum ultra dictam suam legitimam peruenerant ex sua institutione facta in testamento Ioannis, & ex substitutione pupillari facta Christophoro, cui uigore dictæ substitutionis pupillaris successit pro una quarta om-
10 nium bonorum dicti Christophori, † in quam tamen quartam Trebellianicam computarentur dicto Petro fructus per eum percepti ex dicto residuo bonorum dicti Ioannis ad ipsum Petrum prouentorum vltra legitimam ipsius Petri, per d. l. in fideicommissaria, prout dixi supra de istis ergo de quibus, ut dixi testari potuit dictus Petrus debita fuit, & est tertia portio dictæ Dominicæ pro legitima sua & Romanæ suæ sororis. ¶ Et quia non sum informatus de uiribus, & valore hæreditatis, & qui aut quot fructus percepti fuerint per dictũ Fuscum, aut dictam Mariam, & per dictum Petrum, non possum facere sigillatim calculum, & reducere omnes dictas declarationes ad certam & limitatam summam, sed habeatur informatio veri valoris dictæ hæreditatis & dictorum bonorũ & similiter dictorum fructuum perceptorum per illos, qui habent detrahere Trebellianicam ex persona sua, uel eorum quorum sunt hæredes, vt suprà deduxi. & ex decisionibus in iure superius relatis poterit diligens calculator in facto reducere dictas deductiones ad certam & limitatam summam, & ratam, prout habita vera instructione facti colligitur ex prædictis. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Transmisit. secus si filia non esset priuata legitima, quia tunc ut legitimam transmitteret, vt dixi. libr. 5. consi. 77. nu. 1.

* Omnia bona.] Veniunt etiam prouenientia ex linea materna. Alex. consi. 247. lib. 6. Natta.

b ¶ Sal. Ale. sup. lib. 2. consi. 13. Iaso. d. auth. nouissima, col. pen. dico tamen quod multitudo nepotum conscientiam aui aggrauat, ut minus debeat relinquere extraneis & ad hoc bonus iudex potest & debet attendere, ut dixi in consu. Pari. §. 93.

c ¶ Fructus. Adhuc idem dici posset, ut tetigi. sup. lib. 5. cons. 167. in fi.

* Peruenit ad dictum.] Animaduerte, quia nemo detrahit Trebellianicam nisi grauatus ut hæres, ideo fideicommissarius primus non detrahit secundo, nisi ex persona primi hæredis. nam duæ Trebellianicæ detrahi non debent ut per glo. & doct. ad l. j. §. inde Neratius. ff. ad Treb. Bal. ad l. j. col. fi. versi. quæro nunquid fideicommissarius. C. commu. de leg. hac de re etiam tangit Ias. consi. 114. lib. 4. Ideo hæc

hæc Maria, ut hæres Fusci substituti pupillariter. Trebel. detrahit. Et adde ꝙ si fideicommissarius primus non agnoscit fideicommissum, tenetur hæres restituere secundo, quia remanet semper apud eum fideicommissum cum onere restitutionis. l. cogi. §. si ego. & l. si patroni. §. qui fideicommissariam. versi. quod si prior. ff. ad Treb. l. sancimus. in fi. C. ad Treb. l. si ab eo. ff. de vsufr. leg. & vult Bartolus ad l. quandiu. l. ultima. ff. de acq. hæred. per tex. in l. uni. §. pro secundo. C. de caduc. tollend. Natta.

¶ Numero uide Cur. seniorem consi. 5. Ant. Bul. consi. 39. Vin. Hercula. disp. j. q. 2. Ias. d. § si duobus & l. huiusmodi. §. si Titio. de leg. j. consi. 65. col. j. lib. j. d. auth. nouissima. col. 13. dic breuiter, quod huiusmodi filiæ non computantur ad minuendam legitimam, & sic Alex. hic rectè loquitur dummodo omnes filij & filiæ sint infra quinque, alias secus ut plenè dixi in consu. Paris. § 122.

In dicta Maria.] Nota quod fideicommissarius, cui pro parte restituta fuit hæreditas, tenetur pro rata ad onera hęreditatis, ut habetur in d. l. 2. C. ad Treb. Natta.

Pertinebit.] Legitima, & eius supplementum transmittitur ad hæredem etiam non antea per defunctum petita, secundum Salic. ibi sequitur Soci. consi. 92. dub. 2. lib. 1. Natta.

CONSILIVM XXXVII.

¶ De probatione paupertatis.

Consultus sum an per testes, quatuor vltimo loco receptos pro parte egregij in iure scholaris dom. Antonii Sala de Maiorica sit paupertas eius legitimè probata, & sentio quod sic. ¶ Ad quod ostendendum præsuppono, † quod licet variis modis discernatur, an quis sit pauper [a] vel non, tamen quo ad propositum nostrum inter cæteros modos discernendi paupertatem est, quod attendatur qualitas facti, seu negotii ad quod quis vocatur, quia si pp defectum bonorum & facultatum impeditur posse negotium de quo tractatur perficere, dicatur quo ad illud propositum esse pauper. l. paupertas, & ibi no. ff. de excu. tuto. §. sed & propter paupertatem, & ibi bona glo. insti. eo. tit. not. Barto. in l. si constante. in prin. in 2. q. primæ partis principalis. ff. sol. mat. & Bal. & Sal. in auth. præterea. C. unde uir. & uxor. & in l. vbi adduc. de iure dot. & not. doct. in c. Odoardus. de sol. cum si. sed ita est, quod testes superius nominati attestantur, quod dictus Antonius etiam mediante suffragio patris non potest cōmodè sibi de opportunis pro suo studio prouidere, ut dicunt secundus, tertius & quartus testis, ergo cum tractetur de paupertate quo ad effectum, an quis possit propriis sumptibus viuere & studere, sequitur ꝙ est probata paupertes, & eo magis, quia (vt sentio) depositio testis recolendæ memoriæ, domini Petri de Ancharano non exigit, quod sit in summa paupertate. Præterea, quia probatio paupertatis tendit ad probandam negatiuam, id est quem non habere bona sibi necessaria, dicūt doctores, ꝙ sufficit probatio per coniecturas & præsumptiones surgentes a communiter accidentibus, quia probatio negatiuæ est difficilis, iuxta l. actor. C. de prob. & in c. bonæ, el j. de ele. & in c. j. de confessis. † nam vbi difficilis est probatio a communiter accidentibus, tunc lex contenta est leuioribus [b] probationibus, & per coniecturas. l. si vicinis. C. de nup. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. l. consensu. ver. super plagis. C. de repu. c. veniens. el 2. in fi. & c. licet ex quadam. de testi. & in c. fi. cum ibi no. de testi. cogen. not. doc. in c. fi. quod metus cau. & Bar. in l. in illa stipulatione si Calendis. in fin. de verbo. obl. & in l. si quis ex argentariis. §. pen. de eden. & Fede. de Senis in consi. 119. incip. Nulli dubium est &c. cum multis si. Vnde per hoc in proposito nostro dicit Iaco. But. in l. actor in fi. C. de proba. & in l. si uero. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. ꝙ ad probandam * paupertatem dicuntur legitimè deponere testes qui deponunt, ꝙ incedebat malè indutus, seu cum paupere veste. nam ita a communiter accidentibus contingit, & satis est, ꝙ probatio concludat habito respectu ad id, quod magis communiter accidit, ut est glo. reputata notabilis in l. neque natales. C. de prob. quam doct. vbique sequuntur, sed ita est, ꝙ dicti testes deponunt, ꝙ dictus Anto. est debiliter & humiliter indutus, & ꝙ viuit in duodena paupere, seu infima, tanquam pauper, ergo satis probata est paupertas.

ADDITIONES.

a Pauper. iudicis arbitrio. sup. lib. 6. consi. 213. nu. 8.
b Leuioribus. sup. lib. 2. consi. 53. sup. lib. 6. consi. 54. nu. 3. Aymo consi. 73. nu. 7. inf. eo. consi. 87. in fi.
* Ad probandam.] De probatione paupertatis, Vide Dec. consi. 120. col. 2. Natta.

EPITOME.

IN contractibus notarius debet esse rogatus, ab vtraque parte, aliàs instrumentum non probat contra eum, qui non rogauit.

CONSILIVM XXXVIII.

Consultus aliàs vtrum quoddam instrumentum scriptum & confectum per ser Matthæum de Curialtis sub die nono Septembris anni 1459. faciat fidem contra Ioannem Gabrielis in una scriptura nominatum circa quandam promissionem corbium 15. frumenti,
1 & Castelatarum trium vuarum † Respondi * fidem non facere
* contra Ioannem, quia requirebatur per vtranq; [a] partem ro-
a gari notarium. Et notarius non fuerat ab utraque parte rogatus, ut tunc in eo iuribus, & authoritatibus comprobaui. & ita se hr̄e dixi communem opi. Et ad iura scripta ad hæc in eo me refero. Nunc paucis refellere conabor nonnulla, quæ sentio in contrarium adduci. Nam non obstat glo. in auth. de tabellio. in princ. quia ad eam in consilio dupliciter respondi. Nec repetere expedit. ¶ Non obst. ꝙ sufficit testm̄ esse confectum per tabellionem rogatum a solo testatore. l. hæredes palàm. §. fin. ff. de test. & no. Bal. in l. fi. C. de fideic. quāuis testm̄ redundet in utilitatem hæredū & legatariorum, quia ad hoc
2 non necesse est rn̄dere, & nihil facit ad propositum. † qm̄ testamentum est actus pendens a voluntate unius, & notarius non rogatur, nisi de uolūtate & consensu testatoris. l. iubemus. C. de testa. l. cum quæstio. C. de leg. Sed nos quærimus de conuentione pendente a consensu Ioannis & Iacobi ex parte una, & Nicolai & Alberti ex parte altera. l. j. circa prin. ff. de pac. l. consensu. de act. & obl. ergo ut instrumentum probet consensum, & obligationem Ioannis requiritur, ꝙ ab eo fuerit rogatus, aliàs non probat consensum illius, qui non rogauit quantum ad eius præiudicium, vt l. contractus. C. de fid. instr. & in d. auth. de tabel. in princ. & dixi in præal. consi. plenius. ¶ Et dum dicitur, ꝙ ex quo consentiebat Ioannes obligationi non erat in eius potestate dicere, ꝙ nollet notarium esse rogatū. Nam certè hoc est minus bene dictum, nec iure probatur. Et sequeretur ꝙ semper quando partes essent cōcordes circa cōtractum sufficeret notarium esse rogatum ab vna parte tantū, Et ille rogitus operaretur ꝙ fidem faceret instrumentum contra vtranque partem, quod cum supportatione est ridiculum dicere, & contra omnia iura & authoritates volentes ꝙ requiratur notarium esse rogatum ab vtraque parte. ¶ Similiter nō
3 † obstat si diceretur ꝙ si ego cōstituo Titium absentem procuratorem meum satis est ꝙ notarius sit rogatus a consentiente tantum, quia ego fateor. Et ratio est, quia tunc actus notarij non facit fidem nisi de consensu constituētis qui rogaret, sed nos quærimus vtrum faciat fidem de consensu Ioannis, qui non rogauit notarium. Præterea ego etiam sine aliquo vtputa etiam epistola possum cōstituere absentem procuratorem meum, ita quod iste actus a me solo pendet. l. j. §. fi. cum l. sequenti. ff. de procur. Sed contractus de quo quæritur, pendet a consensu ambarum partium. d. l. j. ff. de pac. merito requiritur rogitus vtriusque partis. ¶ Non obst. etiam vt dicitur, ꝙ videtur fuisse rogatus notarius a domino Ludouico & Virgilio vt compositoribus partium, quia respond. ꝙ nihil est ad factum, nam dato ꝙ dominus Ludouicos & Virgilius rogassent notarium, talis etiam rogatus & tale instrumentum non facit fidem contra Ioannem & Iacobum, qui non rogauerunt, & non apparet per aliquod solenne instrumētum ꝙ Ioannes & Iacobus elegerint dictos dominum Ludouicum & Virgilium in compositores. ¶ Et si diceretur, quod apparet in pręfato instrumento, respondeo ꝙ dato ꝙ ibi appareret hoc (quod tamen non apparet) illud instrumentum non faceret fidem cōtra Ioannem & Iacobum, quod ipsi elegerunt prædictos in compositores, quia notarius non fuit de hoc rogatus ab ipsis
4 Iacobo & Ioanne. ¶ Nec etiam habet obstare dum dicitur † ꝙ in dicto instrumento est uerbum uocatus &c. quod importat rogitum.

rogitum.l.diuus,de mili. testa.ff. nam respondeo qđ in instr̃o
dr̃, ꝙ fuit vocatus a spectabilibus viris dño Ludouico & Vir-
gilio dicentibus &c.& sic non dr̃, ꝙ fuerit vocatus, vel roga-
tus a Ioanne & Iacobo, imò expresse apparet contrariũ ex
verbis instr̃i,dum notarius dicit in fine. Ego Matthæus roga-
tus a dictis Nicolao & Alberto, seu a dicto Virgilio &c. & sic
qui vnum dicit,aliud excludit l.maritus.de proc.l. cum præ-
tor.ff.de iud.in prin.c.nonne, de præsum. & sic dat intellige-
re quod non fuit rogatus ab aliis.¶Non obst.insuper dum dr̃,
ꝙ postea in alio instr̃o diuisionis Ioannes absoluit dictum Ia
cobum a quadam conuentione, seu promissione facta per di-
ctos Iacobum & Ioannem,seu alterum eorum de dando,& as-
signando Nicolao & Alberto filiis dicti Ioannis certam sum-
mam panis & vini pro tempore futuro, & predictum Iacobũ
a promissione & conuentione prædicta indemnem eximere,
& conseruare promisit,quia respondeo,quod vigore istius so
lius instr̃i diuisionis non potest dici esse probatum, quid &
quantum fuerit promissum per dictos Ioannem, seu Iacobũ,
5 † quia hic nulla quantitas uini, vel vuarum, aut panis,vel fru
menti est expressa, ergo non potest dici, ꝙ instr̃m diuisionis
probet promissionem aliquam, quia tanquam incerta & non
continens certam speciem, vel quantitatem nullius est momẽ
ti.l.ita stipulatus.in prin ff.de verb. obl.l. cum post.§. gener.
ff.de iur.dot. Aut nos uolumus dicere,ꝙ istud instr̃m diuisio-
nis intelligitur de promissione 15. corbium frumenti, & triũ
castelatarum vuarum de qua in primo instr̃o sumpto per ser
Matthæum,& tunc respondeo ꝙ negabit Ioannes, prout ne-
gat.s.illam promissionem de qua in primo instr̃o ser Matthei
vnquam factam fuisse per ipsum Ioannem, & dictum instr̃m
primum non probabit aliquid contra Ioãnem, quia notarius
ab eo nunquam fuit rogatus, ergo neq; primum, neq; secun-
6 dũ probat.bene facit l.j.C.qui nu.tut.¶†Non ob. dum dr̃, ꝙ
non debet attendi modus, & numerus, dummodo habeatur
effectus.l.quæ extrinsecus.cum ibi no.ff.de ver.obl.c.petitio.
de procu.vnde debet sufficere, ꝙ constet de consensu Ioannis
& Iacobi,quamuis non appareat de rogitu, quia rñdeo ꝙ ne-
go legitimè apparere probatum de consensu Ioannis & Iaco-
bi,quia instr̃m notarii non rogati ab eis non probat aliter cõ-
sensum eorum, ut dicunt iura allegata in consilio. & vbi for-
ma est tradita a lege,illa debet seruari.l. cum hi.§.si prætor.de
transa.c.procurator,de ele.in 6. aliàs sequeretur ꝙ facto con-
tractu si una pars vellet consentire, ꝙ notarius de illo actu cõ
ficeret instr̃m, esset in potestate alterius partis facere instr̃m,
aptum probari contra non rogantem.¶Non obst.ꝙ illa verba
Ioannis & Iacobi dicentiũ non esse opus,ꝙ fieret instr̃m, im-
portent idem,ꝙ rogare notarium, quod faciat instrumentum
sicut dicitur in l.j.§.ij.ff. de verbor.oblig. quod si interrogas
quod ego promittã tibi. 10.& ego respondeo,quid ni? videor
promittere. Quia ego respondeo ꝙ hæc ratio est causa impor
tans verum. Nam imò illa verba quod non est opus conficere
instrumentum,sunt repugnantia rogitui, quia quando partes
rogant notarium dant intelligere opus esse ꝙ fiat scriptura. l.
cõtrahitur.ff.de pig.Et præsertim in promissione annua pro-
ut fuerat ista,in qua est magis opportuna scriptura ꝑpter diu
turnitatem tẽporis.l.j.cum ibi no.per doc.C.de iur. emphy.
7 illa enim est † ratio propter quam dicunt doctores in contra-
b ctu emphyteutico fuisse necessariam scripturam,[b] quia vt plu
rimum emphyteusis fit ad satis longum tempus, vnde cũ iste
contractus contineat aliquod annuum, & sic quod non erat
solo momento seu semel in breui explicandum, quàm maxi-
mè fuisset opportuna scriptura ad probãdum,ut dixi. Sed ista
cessant in casu.d.l.j.§.2.ff.de verb.obl.& ibi vsus fuit respon-
dens illa dictione,quid ni, quæ habet a iure significatum affir
matiuum,non sic reperitur quod illa verba non est opus cõfi
cere instrumẽtum, habeant a iure interpretationem rogitus.
¶ Prætereà dum notarius in fine dicit ꝙ fuit rogatus a Nico-
lao, & Alberto seu Virgilio, dat intelligere ꝙ alij non roga-
runt.d.l.cum prætor.& dixi s̃.& sequentia declarant præce-
dentia.l.qui filiabus.& in l.si seruus plurium,§.fi.ff. de le.j.l.
vtrum.ff.de peti.hær. Et sic non potest hoc casu dici notarius
8 in dubio præsumitur rogatus.¶Non ob.† vltimum ꝙ sumus
in curia mercatorum,in qua debet attendi æquitas &c. Quia
respondeo ꝙ illud importat ad plus quod sint sublati rigores
inducti a iure positiuo, nõ autem ꝙ sit sublatum ius diuinũ,
naturale seu gentiũ.c.literas,vbi hoc no. Ant.de But.in prin.
de iuramento cal.Bene faciunt no.per Bar.in extrauag. ad re-
primendum,in ver.figura.& in l.filiusfa.ff.de do.& notata in
cle.sæpe.de uer. sig. sed ꝙ credatur notario instrumenti nõ so
lum quando non interuenit rogitus vtriusq; partis,sed etiam
quando interuenit rogitus alterius,est contra ius diuinũ, na-
turale vel gentium,secundum Inn.& omnes in c. cum P.tabel
lio.sed fid.instr.vbi dicunt ꝙ est contra dictum ius, quod cre
ditur etiam soli instrumento notarij seu soli chartæ animalis
mortui sine testium depositione vt legitur & no.in c.ij. de fi.
instr.& de iure diuino non debet credi vni soli,sed requirun-
tur duo vel tres ad minus.c.nouit.de iu.c.in omni.de test.er-
go constat quod vigore arbitrij vel æquitatis seruandæ in di-
cta curia non debet posse credi instrumento,quod non est in-
strumentum,quia neque ius diuinum, naturale vel gentium,
nec etiam ius positiuum hoc permittit. ¶Accepi insuper veri
tatem esse ꝙ de illa promissione 16. corbium frumẽti & triũ
castelatarum vuarum nõ fuerit verè facta promissio,sed bene
habitus tractatus. ¶Deniq; nõ potest hic agi de magno præiu
dicio Iacobi, quia aut non poterit conuinci ab illis suis nepo
tibus,quia dictum allegatum instrumentum non probat. aut
si cogitur soluere, semper poterit agere actione negotiorum
gestorum contra Ioannem patrem dictorũ Nicolai & Alberti
pro alimentis præstitis filiis d.Ioannis, si ad ea tenetur Ioan-
nes,iuxta ea quæ plenè traduntur in l.alimenta.C. de neg.ge.
Si autem Ioannes ad talia alimenta non tenetur, iniquum es-
set cum tali onere grauari indebitè. Et pro Deo placeat dño
consultori diligẽter aduertere & pro iustitia seruanda, & pro
honore eorum,qui in re ista de iure respondissent. Alex.

ADDITIONES.

* Respondi fidem non facere.] Hoc Alexandri consilium habes. su
pra lib.2.consi.110. Natta.

a ¶Vtranque sup.lib.3.consi.37.nu.4.sup.lib.4. consi.88 nu.7. facit su
pra lib.6.consi.6.alias respectu non rogantis, nec consentientis con
fectioni instrumenti etiam si sit præsens dicitur potius esse attesta-
tio,quam instrumentum,nec habebit vim guarentigiæ,seu executio
nis paratæ,ut dixi in consue.Parisien.§.166.

b ¶Scripturam.dixi in consu.Pari.tit.2.in fin. rub. sed Aymo consi.112.
nu.8.ampliat ad pensionum solutionem & male cum etiam in dicto
contractu non sit necessaria scriptura,sed soluta.

c ¶Parte.Cor.consi.306.litera E.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Nisi dictio implicat dictionem resolutiuam.*

Compensatio fit in grauius debitum.

2 *Confessio contra quam est præsumptio, diuiditur.*

3

CONSILIVM XXXIX.

* Circa vltimum * dubium quo quæritur, an summa du
catorum 179.soluta per dictum Bartholomæũ,
vt dicitur die quinta Augusti, 1466.ea intentione, ut pro par
te satisfaceret Carolo de debito ducatorum 425. prout Bar-
tholomæus expressit, & Carolus non consensit, sed pecunias
prædictas depositauit sub certa protestatione, ut in petitione
dicti Caroli narratur, debeat compensari pro rata in debito
ducatorum 425.Respondeo ꝙ sic, etiam pro rata terminorũ,
in quibus Bartholomæus fuerat in mora, quia quando dicta
summa duca.179.fuit soluta Carolo, ut cõputaretur in dicto
1 debito Carolus recusauit accipere sub conditione. † nisi sol-
ueret restũ suis terminis, ut Carolus ẽt asserit in libello suo, er
go si soluit Bartholomæus postea restum in suis terminis, est
verificata & impleta conditio predicta,& consequenter in eũ
casum consensit accipere & cõputare in dicto debito, ut osten
dit illa dictio nisi.l.actione,& ibi no.C.de transa.& in l. si eũ.
§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio. cum si. Quod autem solue
rit restum Bartholomæus in suis terminis, patet, quia præsup-
ponitur mihi in facto, ꝙ Bartholomæus dedit Carolo ante
mensem Aprilis Anni 1467.staria frumenti 240. pro ducatis
quadraginta, & restum in quo remanebat debitor Bartholo-
mæus dicti Caroli pro debito ducatorum 425. ascendebat ad
summam ducatorum 24. vel circa quorum ducatorum ter-
minus solutionis erat de mense Aprilis, anni 1467. quæ qui-
dem quantitas ducatorum quadraginta compensanda uide-
2 tur in isto debito ducatorum 436. cum illud † esset grauius
debitum cæteris, attento quod pro illo debito accellerat obli
gatio

satio bonorum feudalium, per l. cum ex pluribus. la j. & l. in his. in princ. ff. de sol. & hoc procedit etiam dato quod aliud debitum in quo Carolus vellet compensationem fieri esset antiquius, vt in iuribus suprà allegatis, maximè in d. l. cum ex pluribus, lultima. & plenè traditur per Bar. in l. cum ex pluribus, la vltima. eo. tit. ¶ Et non obstat si diceretur quod dictus Carolus in libello non confitetur simpliciter recepisse dictum frumentum pro duca. 40. sed dicit quòd habuit dictum frumentum pro dictis 40. ducatis, quos consensit dictus Bartholomæus quod computarentur in partem alterius debiti 150. ducatorum, vt in libello dicti Caroli continetur. & sic videtur quod dicta confessio non possit diuidi, iuxta. l. Publia. §. fi. ff. depo. † quia respondeo quod cum præsumptio sit pro dicto Bartholomæo, quod soluerit vt computaretur in debitū ducatorum 425. per qua quæ dicta sunt suprà, ideo potest Bartholomæus pro parte acceptare confessionem & pro parte respuere, vt no. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de li. leg. per l. j. C. ad l. Corn. de fica. & l. cum de indebito. in princ. ff. de proba. & in c. cum venissent. & ibi ponderat ad hoc Ioan. de Imol. & dom. Abb. de insti. & no. Bal. in l. per seruum. §. j. ff. de vsu & hab. & in l. 3. §. j. ff. de iureiu. & in l. j. in 12. col. C. de confess. & in l. 2. C. de do. ante nup. & Ioan. de Imo. in l. decem. ff. de verb. obl. & est magis communis conclusio quò ad casum nostrum, & tanto magis procedunt prædicta, quia non apparet ex instrumento celebrato de anno 1464. die 25. Maij ad quod se refert dictus Carolus in libello, quòd dictus Bartholomæus esset debitor dicti Caroli ex causa societe in dictis ducatis 150. vltra dictos ducatos 425. & posito etiam quod esset dictus Carolus creditor pro alio debito non ita antiquo, prout est debitum dictorum ducatorum 425. tamen debet in dubio cedere dicta solutio in dictum debitum ducatorum 425. secundum quod habetur in d. l. cùm ex pluribus. la prima, in princ. & in præallegata. l. in his. in princ. Alex.

ADDITIO.

¹ circa ultimum.] Habes consi. 2. lib. 4. versi. circa vltimum dubium, ubi legitur integrum consilium. Nat.

CONSILIVM XL.

Lege s. lib. 6. consi. 17. quod hic duplabatur.

EPITOME.

FORENSES non possunt vti beneficiis statuti. & quid de clericis.

CONSILIVM XLI.

Ex multis quæ in themate narrantur, satis esse putaui vnum elicere ex multis fundamentis in fauorem reorum facientium, illud videlicet quod tutius est & arbitratus sum ad repellendum dictos agentes, qui in causa principali pro se sententiam reportarunt. Et illud est videlicet † quod cum de iure communi fundata est intentio dictarum dominarum Ioannæ, Beneuenutæ, Eufemiæ, quæ in hæreditate fratrum suorum, Francisci & Bartholomæi sunt potiores patruis. l. j. & in authen. post fratres. C. de legi. hær. Solum ergo videndum est, an statutum sub rubrica, quomodò successiones deferantur, habeat dictis mulieribus obstare, cū illud videatur vocare patruos ad exclusionem dictarum mulierum. Sed respondeo quod statutum prædictū non obstat, quia
2 præsupponitur quod dicti † agentes sunt forenses in loco dicti statuti, & ibi non subeunt, nec vnquam subierunt munera, & non sunt subditi illi loco, ergo non debent * gaudere beneficiis dictorum statutorum & loci prædicti. probatur per ea quæ no. Bar. in tractatu suo repræsaliarum. in j. q. 5. principalis, vbi quærit quibus sint concedendæ repræsaliæ, & concludit quòd si est talis incola qui munera & grauamina ciuitatis subeat, & ei concedendæ sunt repræsaliæ ex causis legitimis, si verò munera & grauamina non subeunt, nec ad ea se ascribi faciunt, tunc eis non sunt concedendæ, quia secundum eum, qui non sentit onera ciuitatis, non debet sentire beneficia & commoda ciuitatis. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de fur. & l. secundum naturam. ff. de regul. iur. mouetur etiam per l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccle. & etiam quia municipes dicuntur illi qui munera simul subeunt. l. j. ff. ad mu. ergo illis qui non subeunt munera non debent competere priuilegia municipum, & per alias rationes ibi allegatas per eum. & per hæc † Pau. de Cast. lib. j. consi. 156. incip.
3 Statutum suprà relatum &c. consuluit quòd forenses nō possunt vti beneficiis statutorum, vnde disponebat in casu suę cōsultationis statutum quod damnum passi possint illud recuperare a communitate, non debet secundum eum posse forensis [a] vti beneficio talis statuti, sicut non sustinet onera ciuitatis. arg. l. si vnus. §. si vnus. ff. pro socio. & d. l. manifestissimi. ita etiam concludit ipsemet Pau. de Cast. in l. omnes populi, in fi. ff. de iusti. & iur. & ita dicit tenere Bart. in d. tractatu repræsaliarum. Idem consuluit Ludo. Roma. in consil. 224. incip. Ista captura. vbi refert Angelum ita consuluisse. & mouetur, quia contrariorum eadem debet esse disciplina. l. & si cōtra. ff. de vulg. & pup. & l. fi. ff. de leg. 3. sed forenses non ligantur statutis ciuitatis statuentis. ca. vt animarum. de constit. in 6. l. cunctos populos, cum ibi no. per doct. C. de summa Tri.
4 & fid. catho. ¶ Nec obstat † id, quod nonnulli dicunt volētes quod statutum laicorum disponens quod extantibus masculis fœminæ non succedant prosit clericis, * vt ipsi possint ab intestato succedere, vt per Lapum allegatione centesima incip. In quæstione proposita de facto. & in allega. proxima sequenti per Ant. de But. in c. quod clericis. ad fi. de fo. compe. & in c. quæ in ecclesiarum de consti. & Bal. in l. cunctos populos, in 10. col. C. de summa Trin. per id quod habetur in c. dilecti, de iudi. quia respondeo quod clericus non desinit esse ciuis [b] illius diuitatis, licet dicatur ciuis priuilegiatus quò ad munera in ciuitate subeunda, vt latè probat Bar. in l. j. circa medium. ff. ad mu. maximè per l. filij. §. senatores. eo. tit. & l. pen. ff. de sena. & no. Bald. in c. j. de vasallo milite qui arma bellica depo. & sicut ciuis priuilegiatus gauderet beneficiis statutorū, ne aliàs sequeretur quod priuilegium concessum in fauorem redundaret in odium contra. l. quod fauore. C. de legi. & l. nullam. ff. de leg. bene facit. l. falsa demonstratio, ver. sed & si cui. ff. de condi. & demon. & in auth. de mona. in princ. nec debet excludi ciuis propter honorem & dignitatem clericatus. ¶ Præte-
5 reà † clerici dicuntur de districtu dominorum temporalium, vt probatur in c. fi. iuxta prin. & ibi clarè Ioan. And. in nouella. de offic. deleg. in 6. nec mirum, nam ut ibi inquit Io. And. in certis casibus distringi possunt clerici per dominos temporales, vt no. 23. q. 5. principes. & quod sint de districtu dictorum dominorum temporalium, probatur etiam in c. accedēs el 2. vt lite non contest. & no. Io. And. in c. si sententia, de senten. excom. in 6. in nouella. & Bal. in l. 1. §. 1. in fi. ff. de iusti. & iu. & Ant. de But. in c. dilecti, de for. compet. posset etiam aliter responderi, vt patet no. per Lapum in dicta alleg. centesima. ¶ Prætereà nonnulli etiam tenerunt non esse verum quod dictum statutum fauorabile masculis & disponens quod masculi excludant fœminas comprehendat clericos per c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. vt tenuit Pet. de Anch. in repetitione. c. canonum statuta, de const. in 11. q. & Io. de Imo. in d. c. quod clericis, & in d. c. ecclesia sanctæ Marię. vbi respondet ad c. dilecti. de iudi. quod ibi loquitur in priuilegio cōcesso a Pa-
6 pa. non mirum si comprehēdit clericos, imò † in terminis Io. de Imo. in d. c. quod clericis, decidit casum nostrum. nam dicit se apud Lucam consuluisse, quod statutum disponens quod si decesserit aliquis ab intestato succedant eidem agnati vsque ad certum gradum exclusis fęminis, cùm tale statutum disponat in personam, & agat facere hæredem personæ decedenti, non comprehendet personam non subiectā, & per cōsequens secundum eum nō comprehenderet clericum, quia statutum loquens in personam, non comprehendit personam non subiectam. l. 1. in fi. ff. de cura. da. ab his. & d. l. cunctos populos. cum ibi no. per doct. licèt secundum eum aliud sit in statutis respicientibus solennitatem actus, quia tunc indistinctè debet attendi ordo traditus a statuto loci, in quo actus celebratur. l. si fundus. ff. de euictio. l. 2. C. quemadmo. testa. aperian. & l. 1. cum ibi not. C. de eman. libe. & sic in terminis nostris decidit quæstionem nostram Ioan. de Imo. in cap. quod clericis, præallegata. & etiam Pau. de Cast. clarè lib. 2. consil. 32. incip. circa primum &c.

E ADDI-

ADDITIONES.

* Non debent.] Idem tenet Soc. alias auctoritates adducens conf. 292. Visis statutis. lib. 2. Contrarium latissimè consuluit Alex. consi. 111. infrà eod. lib. 7. & Soci. consi. 120. lib. j. vult, statutum de instrumentis exequendis non prodesse aduenis, seu, vt vulgo dicitur, forensib. & dicit Bal. ad auth. omnino. C. ne vx. pro mari. versi. dixi de persona iudicis. ꝙ incolæ non subeuntes munera, non comprehenduntur in beneficiis. quia non sunt pars illius corporis, nec interest reipub. licèt lædantur extra territorium, secus si intra. Et quòd forenses non gaudeant, Bald. consil. 460. Ioannes de Albinga. colum. 2. lib. j. Deci. consil. 114. dub. j. & idem vult pulchrè Paul. Castr. ad l. in prouinciali. §. si publico. ff. de ope. nou. nuncia. & ibi Alexand. & Ruyn. consil. 195. in fi. lib. 2. Nat.

a ¶Forensis. Idem Pau. consi. 424. in fin. lib. ij. Alber. ij. parte stat. q. 9. Bal. tract. statuto. col. 2. Pau. l. in prouinciali. in fin. de oper. no. nunci. Soci. 120. lib. j. Hyppo. Marsil. singu. 253. Alexan. l. inter claras. versic. extores. C. de summa Trinit. sed hoc procedit quando statutum disponit de personis & iuribus personalibus, secus si de rebus vel iure reali, vt est ius succedendi, quia territorium concernit, & sicut statutum excludit, ita includit forenses pro rebus sibi subiectis siue loquatur in rem siue in personam vt dixi. s. lib. v. consi. 44. & sic iste malè consuluit hic quisquis sit, non æque puto esse Alexandri, quia contrarium & bene consuluit Alex. plenè & in hoc eodem casu pro istis patruis agentibus. j. eo. consi. 111.

* Prosint clericis.] Non statutum loquens de aduena, seu incola & forensi, comprehendat clericum, tradit Dec. consi. 275. dub. j. & consil. 114. dub. j. Nat.

b ¶Ciuis. Et de vniuersitate populi ciuitatis. Old. q. 32. q. 74. Bald. c. j. de mili. vasal. qui arma belli. depos. in vsi. feu. in l. j. §. huius studij. de iusti. & iu. Pau. conf. 292. lib. j Felin. c. Rodulphus col. 12. de rescr. Bertran. consi. 92. Visum est. lib. iij. dixi in consu. Pari. in proœm. glo. 6. s. lib. j. consi. 8.

SVMMARIVM.

2 *Legatum dotis est conditionale, sed purum fit contracto matrimonio per verba de præsenti. nu. 3.*

4 *Relictum ab auo an videatur relictum contemplatione patris. nume. 5.*

6 *Pater vel auus succedens liberis an percipiat ea quæ a sua linea processerunt.*

CONSILIVM XLII.

Consideratis his quæ in themate narrantur, & perspectis verbis testamenti, & omissis superfluis puto intrepidè concludendum esse, dictum legatum Catharinæ relictum de iure spectare ad hæredes ipsius Catharinæ succedentes ab intestato. nam præsup-
1 pono quod legatum † quò ad transmissionem ad hæredes legatarij cedit a die mortis testatoris, si erat purum vel in diem certam. l. vnica. §. cum igitur. C. de cad. tol. l. Sempronius Attalus. ff. de vsufruct. leg. Si autem legatum est relictum sub cōditione vel in diem incertam, tunc quò ad transmissionem cedit a tempore euenientis conditionis vel diei incertæ. d. l. vnica. §. sinautem aliquid sub conditione. & l. si ita legatum.
2 §. illi si volet. ff. de leg. j. videndum est† igitur, an dies dicti legati cesserit viuente dicta Catharina, adeò quod ipsum transmiserit ad hæredes suos? & dico indubitanter ꝙ sic, quia aut dicimus ꝙ dictum legatum relictum pro dote dictarum mulierum maritandarum sit purum, vt quidam tenuerunt, & tūc res est expedita quod transmissum fuit ad hæredes mulieris,
a vt dixi. Aut dicimus quod est conditionale[a] vt regulariter est secundum magis communem opionem. l. à Titio. ff. de verbo. obliga. l. si ego. in princip. ff. de iure dot. in §. sed hoc præsenti, in authent. de sanctis. episcop. & l. Titio centum. §. Titio genero. & ibi plenè not. Barto. & alij. ff. de conditio. & demonstratio. & Pet. Cyn. & latè Bald. in l. generaliter. C. de episcop. & cleri. & in l. sancimus. C. de nupt. cum suis multis cōcordantiis. & adhuc dico purificatam fuisse conditionem di-
3 cti legati viuente Catharina, † quia saltem per contractum
b matrimonij per verba de præsenti[b] est purificata dicta conditio, quanuis non fuerit traducta ad domum viri, dummodò esset nubilis ætatis, scilicet duodecim annorum. l. cui fuerit. & ibi no. Bar. ff. de condit. & demonst. & Bar. in d. §. Titio genero. in vlt. col. in ver. quæro an tempus petendi &c. & in d. l. sancimus, per illum tex. C. de nupt. & l. qui filium. cum ibi no. per Bald. ff. vbi pup. educ. debe. & no. etiam Bal. in d. l.
sancimus. cum ergo præsupponatur quod dicta Catharina contraxit matrimonium per verba de præsenti, & etiam dicitur matrimonium fuisse consumatum per copulam, quanuis non fuerit traducta ad domum viri, sine dubio fuit purificata conditio, & sic dicta filia decessit viuo Francisco patre suo.
4 ¶† Aut nos dicimus quòd illa dos relicta ab auo censetur pro-
c fectitia, & sic relicta videatur ab auo contemplatione patris[c] Catharinæ vt videtur esse tex. & ibi no. Iacob. de Are. & Bart. in l. dedit dotem. ff. de colla. bonorum. & not. Barto. in auth. ex testamento. C. de secund. nupt. & Ange. in consil. 78. incip. Ioannes Philippi. & in consilib sequenti. & tunc mortua filia sine liberis patre superstite, dos illa spectat ad patrem tanquam quid profectitium non tanquam hæreditarium, vt habetur in d. l. dedit dotem. & in profectitiis hodie nihil est immutatum, vt in authen. de hære. quæ ab intesta. §. j. & ibi no. in gl. in verbo, parentibus. Bene facit. l. dos a patre profecta. C. solu. mat. & in l. 2. C. de bon. quæ libe. & no. in l. nupta. §. j. & plenè in l. post dotem. ff. solut. matrimo. ¶ Aut diceremus,
5 † quòd illa dos relicta ab auo censeatur esse quid aduentitium, non autem profectitium, nisi quando expresse appareret, quòd ab auo fuisset relicta contemplatione patris Catharinæ, vt voluit gloss. valde not. & reputata singularis in l. qui in aliena. §. incertum. in verbo. hæredem. in fi. iuncto text. ff. de acquiren. hæred. quam sequitur ibi Bald. Ange. & Rapha. & Ludoui. Roman. ita etiam tenet Barto. Ange. & Ioan. de Imo. in l. quęsitum. in princ. ff. de lega. j. per no. per glo. & per Barto. in l. Gallus. §. quod si is. ff. de libe. & posthum. & in terminis nostris tenet Ange. & Ioan. de Imo. in l. in quartam. ff. ad l. Falci. Bene facit quod not. glo. magna in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthum. ibi dum dicit, sed quidam dicunt &c. iuncto tex. & tunc constat quod ab intestato de iure
6 cōmuni in dicto legato dotis successio iure hæreditario † deuoluta fuit ad patrem Catharinæ tantùm, cum a linea paterna processerit per tex. fin. l. quòd scitis. §. j. secundum vnum intellectum. C. de bonis quæ libe. quem approbat Bart. ibi & tradit Bar. & Ioannes de Imo. post eum in l. post dotem, in fine. ff. solu. matrimonio. & Barto. & Ange. in authenti. itaque. C. communia. de successio. & Barto. in consi. suo incip. In causa Nannis &c. & dicunt quòd in hoc non est facta correctio per ius nouissimum positum in authen. defuncto. C. ad Tertul. & si pater Catharinæ adiuit hæreditatem filiæ clarum est quòd frater Catharinæ & hæres patris potest ex persona Catharinæ mediante persona patris petere dictum legatum. si
7 † autem pater[d] Catharinæ non adiuisset hæreditatem, est ve-
d rum quòd eam non transmisisset ad hæredes suos l. quoniam sororem. C. de iure delibe. & l. & antea. §. in nouissimo. C. de cad. toll. quia in tali hæreditate transmittenda non habet locum dispositio tradita in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. vt ibi per Pet. & Cyn. in 8. quæst. & quod no. Bald. in l. si auia. C. de iure delib. & tunc excluso patre succedet dictus frater Catharinę proximior per successorium edictum quod habet locum etiam inter succedentes de iure ciuili. l. j. §. si nemo. l. filium. §. j. ff. ad Tertul. & §. placebat. inst. de legi. agna. succe.
8 † Et si etiam non sequamur intellectum Barto. ad dictam. l. ꝙ
e scitis. sed teneamus vt tenuit Ray. Bald. Salic. & Fulgo.[e] in d. l. quod scitis. & in d. auth. itaque & in d. auth. defuncto. quòd etiam in talibus bonis prouentis a linea paterna habeat locū dispositio dictæ authent. defuncto, adhuc etiam habet frater Catharinæ intentum, quia successio hæreditatis Catharinæ delata fuit pariter patri & fratri Catharinæ & matri si extabat, & si pater pro parte * sua non adiuit, accrescit adeuntib. l. vnica. C. quando non petentium partes. l. qui ex duabus. §. fi. ff. de acqui. hær. & sic ex omni capite concluditur dictum legatum deberi dictis hæredibus & successoribus succedētibus dictæ Catharinæ secundum quod suprà declaratū est. ¶ Nec fuit necesse ad dictam transmissionem legati ꝙ legatum esset exactum vel solutum, vt d. §. cum igitur, cum simi. licèt in casu. l. fi. C. commu. vtriusque iudi. fiat quò ad alium effectum differentia, an dos sit soluta vel exacta aut non, scilicet quòd ad hoc vt impediatur actionem de dote consolidari in filiam patre prædecedente, si dotem ante mortem exegerat, & no. in l. in insulam. in princ. & in l. si marito. §. si voluntate. ff. soluto mat. sed illud nihil habet commune cum casu nostro, qui deciditur per alia superius allegata. Alex.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Conditionale.s̄.eo.consi.xxxvj.Ro.consi.cxxxiiij. licet Lucas Pen.l.j.de diuer.prædi.lib.xj.C. * Promissio dotis facta puellæ, habet diē tacitam, Cum erit nubilis, Deci. ad l.in omnibus obligationibus.ff. de reg.iur. Nat.

b ¶Præsenti.Mathæsi.singu.lxxv.Soci.consi.cexxiij.lib.ij.Lancel. Deci. l.si ante.fol.matr.Ange.Are.§.fuerat.col.xxv.institu.de actio.Corne. l.non fine.C.de bo.quæ lib.late Bart.consi.xxiiij.Viso & prout.col j. lib.j.consi.xxix.lib.2.Math.Afflict.deci.Neap.lxj. quāuis aliter Marsi. sing.cvj.adde.j̄.eo.consi cxxix.

c ¶Patris.s̄ lib. v. consil.clxxix.

d ¶Pater.s̄.eod.consi.xx. in fi. * Nota ex dictis Alex.ꝙ quando alicui defertur hæreditas,si soli defertur,nec eam ipse adiuit, sequens in gradu admittitur per successorium edictum. sin autem pluribus veniunt illi per ius accrescendi. Et illud de successorio edicto tenet Alex.consi. 168.col.4.infrā eo.lib.vij. Nat.

¶Fulg.Et ibi Corn.sed opinio Bar.iustior & æquior est,vt dixi in cōsu.Pari.§.cxxviij.& j̄.eo.consi.clxviij. nu.13.

Si pater pro parte.] Nota ꝙ ad hoc vt habeat locum remedium. l. vnicæ.C.de his,qui ante apert.tab.duo sunt necessaria, ꝙ hæreditas sit ascendentium,& ꝙ liberi sint hæredes, ad quos fiat transmissio. Et idem dicit Alex.consi.86.col.2.lib.3. & consil. 20. in fi.s̄.eod.lib. Crau.consi.37.num.4.& de hac re est glo.ad d.l.j. C.de his,qui ante aper.tab.in verbo, liberos. Nat.

EPITOME.

PATER legauit filiæ quingentos aureos pro dote casu quo eos non habuisset. si habuit ab alio dato cō templatione patris,non debetur legatum, & nuncius cuius non interest,est idoneus testis.

CONSILIVM XLIII.

Ex his quæ in themate suprascripto narrantur, videtur mihi omissis non necessariis concludendū dictam Dominam Nobilem non posse petere dictos quingē-
1 tos ducatos ab hæredibus dicti magistri Gerardi, quia† cum appareat (vt præsupponitur) probatum,ꝙ magnificus dominus Antonius de Ordelaphis propter beneficium in eum a dicto Gerardo collatum motus fuerit ad constituendam & dandam dotem dictæ dominæ Nobili filiæ dicti Gerardi,cen
a setur a dicta dos profecta a patre, & sic perinde est acsi dictus Gerardus illam dotem dedisset.l.profectitia, circa princip.ff. de iure dot.l.sed & si plures.§.in arrogato. ff.de vulga. & pupil.l.hinc quæritur.§.j.ff.de peculio.bene facit quod no.Spe cu.in tit.de iudiciis.in quarta parte in §.sequitur.versic.quid si isti filio. cum simil.ergo si dicitur dictas dos profecta a patre,& pro qua dote habuit vltra quingentos ducatos, sequitur quod nō euenit casus in quo dictus Gerardus reliquit dominæ Nobili pro dote sua ducatos quingentos auri casu quo eos non habuisset, quia verum est eam illos habuisse & a patre,id est a testatore,seu ab alio contēplatione testatoris,quod idem est,vt dixi.& hanc fuisse mentem testatoris suadent illa verba posita in testamento, videlicet casu quo eos non habuissent &c. ¶Sed huic conclusioni viderentur plura prima facie
3 obstare,primò † quod de numero dictorum duorum testium est ille qui fuit nuncius præfati Gerardi missus ad præfatum dominum Antonium vt dominationi suæ exponeret pro parte Gerardi ꝙ deberet ad ipsum Gerardum mittere dominam Nobilem filiam ipsius Gerardi, eo quia erat nubilis vt de ea disponere & collocare in matrimonium posset, cui nuncio præfatus magnificus dominus respondit ꝙ diceret Gerardo prædicto ꝙ non intendebat ꝙ dictus Gerardus haberet aliquam curam, nec impensam pro dote constituenda eidem, nec pro maritanda ea,quia ego causa satisfaciendi alicui parti obligationum quas habeo cum prefato Gerardo pro maximis beneficiis per eum in me collatis volo & intendo eā collocare in matrimonium,& dotem sibi constituere meis expēsis & absq; aliqua expensa d.Gerardi, & ita dictus nuncius retulit præfato Gerardo acquiescenti & acceptanti, vnde succedere videtur illud quod dicitur, s. ꝙ nuncius seu procurator ad negotia non potest esse testis circa negotium illud sibi demandatum.l.fi.ff.de test. & dato ꝙ commodum vel incōmo-
b dum non pertineret ad ipsum gestorem negotij,quando non est idoneus testis nisi vtraq; parte volente secundum Bar.[b] in l.deferre.super ver.Item decreuerunt.ff.de iure fisc.sicut dicimus in proxeneta.vt in auth.de test.& no.gl.in c.Romana.de testi.in 6. ¶ Tamē ad hoc respondeo primò ꝙ attento ꝙ quādo d.magnificus dominus Antonius dicta verba protulit respondendo d.nuncio Gerardi non erant alij testes quàm ipse nuncius & magnifica domina Catharina coniunx præfati magnifici domini Antonij,vt apparet ex attestatione præfati nūcij & d.dominæ Catharinæ,meritò potest d.nuncius esse idoneus testis in subsidium etiam in negotio sibi demandato secūdum Ant.de But.in c.cum a nobis.ad fi.& in c.insuper, ad fi. de test.allegat no.per gl.in c.cum dilecti,de elec.in verbo, & si tres.& id quod habetur.in c.cum olim,de dol. & contu. & in c.tertio loco de proba.& in c.veniens.el ij.de testi.¶Secun
3 dò respondeo† per id quod dixit Io.An.in addi.Spe.in tit. de teste.§.j.super ver. sed pone ꝙ administrator. vbi voluit ꝙ si termini ipsius negotij vel causæ seu litis sunt tales ꝙ ex facto vel omisso nil sibi ascribi potest ad damnū vel opprobriū,
c tunc a quacunq; parte producatur in testem erit idoneus [c] testis.& cum illa decisione transeunt doc.in c.ex literis,de trās. & Ant.de But.& do.Abb.in c.insuper.de testi. Sed quò ad id super quo principaliter inducitur ad testificandum d.nūcius s.an Magnificus dominus Antonius responderit se contēplatione d.Gerardi velle dare dotem dominæ Nobili, non versatur damnum vel opprobrium d.nuncij,ergo &c. & ꝙ sit idoneus testis tenet etiam Pet.& Dy.vt refert Cy.in l.quoniam liberi.C.de testi.& etiam Cy.ibi videtur idem tenere,quādo in hoc non versatur interesse ipsius testis, vt patet ex notatis per eum in l.omnibus.eo.ti. ¶Hoc etiam quò ad casum nostrum firmat clarè Sal.in d.l.omnib.in fi.& in d.l.fi.ff.de testi.per d. l.deferre.ver.idem decreuerunt,& per no.per gl.in l. nullus.
4 ff.de testi.hoc idem voluit Bal.in d.l.omnib. & † vbi dicit de
d proxeneta [d] est verum ꝙ non potest compelli testificari nisi vtraq; parte volente,tamen proxeneta si vult testificari,potest quanuis producatur ab altera parte,nam ita vult tex. & gl. in d.§.pen.in auth.de test. & ita tenet Iac.de Bel.& Ang.in d.§. pe.& Sal.in preal.l.omnib.& do.Abb.in c.dilectorū,in prin. de testi.cog.& præsertim in casu nostro in quo concurrit qua
5 litas† augens fidem testis.s.quia est clericus seu sacerdos, & tales sunt testes maioris fidei, vnde eorū testimonium cæteris paribus præfertur testimonio laicorum regulariter,vt no. An. de But.in c.2.per illum tex.de ele.& Ang.in auth. de testi.ad fi.principij.& per d.Abb.in c.ad nostram,de proba. & in c.in nostra,de testi.& facit quod no.gl.in c. 2. in verbo idoneā. de iudi.in 6. ¶Nec etiam prædictis obstat si diceretur ꝙ quāuis dicti testes probēt ꝙ magnificus dominus Antonius esset huius voluntatis & intentionis tempore quo responsum dedit præfato nuncio Gerardi.s. ꝙ volebat dotem dare d.dominæ Nobili contemplatione d. Gerardi, non tamen probatur per hæc necessariò ꝙ tempore quo dictam dotē postea promisit
6 & dedit,esset in eadem voluntate & proposito,quia † respondeo,ꝙ non præsumitur mutatio voluntatis, imò perseuerantia nisi probetur contrarium.lege,cùm tacitum. & ibi not.ff. de probatio.l.Lucius Titius.ff.de leg.2.l. fideicommissa.§. si rem.ff.de leg.3.l.cum hic status.§.j.ff.de dona.inter vi.& no. Bar.in principio illius.l.& no.per Bal.in l. ex persona, maximè circa.5.col.C.de prob.& in l.pacta nouissima, maximè in
7 pe.col.C.de pac. ¶† Non ob.etiam ꝙ vnus ex testibus prædictis.s.magnifica domina Catharina sit soror filiorum & hęredum præfati Gerardi pro quibus testificatur, quia respondeo,ꝙ cum sit etiam soror præfatæ do. Nobilis agentis censetur esse idonea testis.l.nō solùm.§.de vno.& ibi no. Bar.de ri. nup.& in c.postremò,de app.& ꝓbatur in l.repe.§. de qōne. & ibi no.Bar. ff.de qō.& no.Spe.in tit.de teste.§.j. ver. sed qd si testis in eodē gradu.& per Bart. in l.qui iurisdictioni. ff.de iur.om. iu. Ex quibus concludo dominā Nobilem petere nō posse dictos alios quingentos ducatos ab hæredibus d.Gerardi.& hæc conclusio videtur habere maximam æquitatem, cū hæc domina habuerit contemplatione patris longè maiorem dotem,quàm habuerit aliqua alia filia dicti Gerardi. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Censetur.s̄.lib.v.consi.179.

b ¶Bar.idem Io.de Pla.l.comperimus.C.de nauic.lib.xj.C. Dec.consi. 94. Cur.iunior.consi.19. col.5.

c ¶Idoneus.Lanf.in prac.ver.testium depositiones,nu.113.Bal.cons.j. consi.

consi.216.lib.2.Pau.consi.300.in vlt.dubio.lib.j. Bal.in marga.versi.
testis.Ro consi.:86.Step.Auffr.tract.de reprob.testium.versi. procu
rator.Aymo consi.99.col.2.Car.Alex c.significauit.col.2.de ap. Fel.
c.cum contingat.de offic.deleg.
d ¶Proxeneta.§.lib j consi.xiij nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio non exigit scripturam.*
2 *Interpretatio facienda est, vt non sit repugnantia.*
3 *Ius superueniens ex causa de præterito validat iudicium.*
4 *Narratio in libello magis attenditur, quàm conclusio.*
5 *Verba non sufficiunt, vbi facto opus est.*

CONSILIVM XLIIII.

Eximie doctor & iustissime domine iudex, visis du-
bitationibus, quæ prima consideratione pro
babiliter fieri videntur contra Antonium Barbadorum, quan
quam non dubium est eas per vosmetipsum vestro proprio
studio & diligentia accuratissimè persoluendas, tamen vt vo-
bis & clienti morem geram, pauca infrascripta pro breui re-
sponsione subiiciam. Et primò inquantũ sit dubium, an pro-
testatio ipsa facta per Antonium Barbadorum Anto. Taglia-
petra valuerit quasi non videatur facta in scriptis contra for
1 mam statuti sub rubrica, de protestationibus. † dico quòd de
iure communi protestatio non requirit scripturam regulari-
ter. l. fin. & ibi no. Bar. & alij. C. de nego. gest. l. scire oportet.
& ibi no. Nico de Neapo. & Bar. ff. de excusatio. tut. no. Dyn.
Bart. not. & Cyn. in authen. hanc autem querelam. C. de non
num. pecu. & Bar. post Dyn. in l. non solum. §. morte. in 9. col.
in prima specie protestationis. & in l. de pupillo. §. meminisse
in fi. ff. de ope. no. nunci. & Ioan. And. in c. in generali, de reg.
iur. in sexto in mercurialibus. & alij. in c. cupientes. §. quòd si
per viginti. post gl. ibi de electi. in sexto. & Bald. in auth. pres-
byteros. l. vltima. C. de episc. & cler. & in l. si intra. C. de non
num. pecu. & aliquid per Bar. in l. j. in j. q. ff. de except. Vnde
statutum si disponeret ꝙ fieri debeat in scriptis, esset cõtra ius
commune & restringẽdum, quantò magis fieri potest. l. quod
verò. & l. ius singulare ff. de legi. & c. cùm dilectus. de consu.
videamus ergo an dictum statutum obstet, & eius verba quò
ad propositum nostrum sunt hęc videlicet, Adiicientes quòd
in omnibus aliis casibus quàm prædictis liceat cuicunq; pro-
testanti vel denuncianti protestari & denunciare, tam de man
dato seu licentia alicuius iudicis vel officialis quàm sine, dũ-
modò fiat per instrumentum vel aliam scripturam publicã.
requirit ergo solùm dictum statutum ꝙ de protestatione fiat
instrumentum, quod quidem factum fuit, non autem requi-
rit quòd detur copia in scriptis, seu protestatio in scriptis de-
tur ei cui fit protestatio, iuxta id quod habetur in clem. cau-
sam, de elect. ergo cum factum sit instrumentum de protesta-
tione tunc facta, sequitur ꝙ est protestatum per instrumen-
tum, ex quo statutum hoc casu non requirit dimissionem co-
piæ seu scripturæ, nec nos requirere debemus. l. si seruum. §.
non dixit prætor. ff de acquir. hære. l. si verò. §. de viro. ff. sol.
matr. ¶Quantùm autem ad secundum dubium, an dictus An
tonius Tagliapetra teneatur ad dictas libras mille quadrin-
gentas, attento quòd confessio facta per Antonium Benciuen
tum de dictis libris mille quadringentis fuit facta post pro-
testationem & non ante, attento quòd in scripta videtur dici
copulatiuè quòd post declarationem Antonij Bonæfidei. &
confessionem Antonij Benciuenti vel eius procuratoris de-
2 beat fieri protestatio &c. Respondeo † præmittendo primò ꝙ
semper in scripturis fieri debet interpretatio, ne in eadem scri
ptura quis videatur sibiipsi esse contrarius, sed per subdistin-
ctiones & subdiuisiones debet ad concordiam reduci in pri-
ma constitutione. C. §. quibus. l. nam ad ea. ff. de condit. & de-
mon. c. cùm tu, de testi. nota. Cy. in l. in exercendis, in secun-
da C. de fide instrumento. & Barto. in l. scripturæ. eodem ti-
tulo. vnde considerentur verba secundæ scriptæ quæ inter cę
tera sunt ista videlicèt, auuengha che in lo instromento si fa-
cia de vendita de ditta casa, ditta per pretio de flo. 400. nien-
tedimanco si debbia stare a quello giudicaria el ditto Anto-
nio Bonefid. &c. Item in eadem scripta sunt hæc verba videli
cèt: & in caso che il detto Antonio de Simone nõ fesse e non
desse e vendesse al ditto Antonio Barbadori la ditta possessio-
ne come in la ditta scritta si contiene & come è detto disopra
promette il detto Antonio de Simone, per solenne stipulatio
ne al detto Antonio Barbadori, presente & recipiente dare
rendere pagare & con effetto restituire al detto Antonio Bar-
badori quello e tanto pretio quale e quanto prima tasserà e
chiarirà el detto Antonio Bonafi. & confesserà Antonio Ben
ciuente hauer riceuuto in lo detto instromento del Candio-
to &c. Sotto la pena de libre 1000. in la quale ipso iure & fa
cto se intenda essere incorso senza alcuna dichiaratione, se
detto Antonio di Simone mancasse, in fare detto instromen-
to de la detta possessione al detto Antonio Barbadoro ò a chi
lui piacesse, dapoi che il detto Antonio de Benciuente harà
fatto al detto Antonio di Simone, la detta charta, della detta
casa, per xv. dì, dal dì, che detto Antonio di Simone sarà requi
sito, secondo la forma della raggione di statuti di Bologna,
dal detto Antonio Barbadori ò sua parte. &c. ¶Considerandũ
est igitur, quòd partes prædictæ voluerunt quòd in instru-
mento venditionis domus Candioti facienda per Antonium
Benciuentum deberet fieri confessio pretij ducatorum 400.
& ex prædictis verbis contentis in scripta comprehenditur
mentem partium fuisse quòd quamuis Antonius Benciuen-
tus in instrumento confiteatur de pretio florenorum 400. ta
men stare debeat declarationi pretij faciendi per Antonium
Bonæfi. & illud pretium quod declararet Antonius Bonæfi.
censeatur & intelligatur illud confessatum a dicto Antonio
Benciuento. Præterea apparet in scripta secunda contineri
secundum quod suprà formaliter retuli, ꝙ quò ad obligan-
dum Antonium Simonis & faciendum eum incidere in pœ-
nam per protestationem sibi faciendam ab Antonio Barbado
ro debet attendi tempus quo Antonius Bonciuentus fecerit
Antonio Symonis dictum instrumentum vẽditionis domus
Candioti, & tamẽ constat ꝙ in instrumẽto dictæ domus erat
exprimenda solum quãtitatis florenorum 400. & si diceretur
ꝙ poterat fieri primò instrumentum de 400. florenis. & po-
stea aliud instrumentum de residuo illo quòd declarasset An
tonius Bonæfidei, quia respondeo ꝙ quantum ad hoc, vt An-
tonius Symonis diceretur esse in mora & culpa si nõ faceret
venditionem possessionis Antonio Barbadoro, voluerũt par-
tes ꝙ solum attenderetur factum esse instrumentum vẽditio-
nis Candioti cum confessione floren. 400. absque eo ꝙ factũ
esset aliud instrumentum confessionis residui patet hoc, quia
oportuisset dicere in secũda scripta ꝙ Antonius Symonis in-
cideret in pęnam prædictam si non faciet instrumentum vẽ-
ditionis possessionis postquã Antonius Symonis fecerit duo
instrumenta, scilicet vnum instrumentum venditionis cum
confessione floreno. 400. & aliud instrumentum confessionis
de dicto residuo declarando vel declarato per Antonium Bo
næfidei, & tamen in scripta secunda continetur ꝙ Antonius
Symonis incidat in pęnam si non vendiderit Antonio Barba
doro possessionem, postquam factum erit dictum instrumen
tum dictæ domus per Antonium Benciuentum &c. & sic de
buisset scripta loqui in plurali de instrumentis, non de instru
mento. l. fi. ff. ad Treb. l. vbi numerus ff. de testi. & si a dicto tẽ
pore confecti vnici instrumenti vẽditionis Candioti per 15.
dies post protestationem incidere debet Antonius Symonis
in pęnam, sequitur ꝙ tunc Antonius Symonis dicebatur esse
in mora, quia pęna non committitur nisi ratione moræ. l. ita
stipulatus, & l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. ff. de verb.
obli. ¶Præterea & fortius dico ꝙ quamuis fuisset opportunũ
ꝙ Antonius Benciuentus per aliud instrumentum confitere-
tur illud residuum, quod tamen in veritate non est verum, vt
probaui, sed sufficiebat ꝙ ante protestationem factum fuerit
instrumẽtum venditionis pro pretio floreno. 400. vt factum
fuit, tamen adhuc dico ꝙ attẽto ꝙ lite pendente facta fuit di-
5 cta confessio residui † tale ius superueniens lite pendente ex
a causa de præterito conualidat iudiciũ[a]. l. si rem. §. fi. ff. de pig.
ac. l. si mandauero tibi vt a Titio. ff. mand. plenè no. in l. non
potest. ff. de iud. & in c. Abbate sanè, de re iud. lib. 6. cum sim.
Quinimò etiam semper post iudicium inchoatum, & post di-
ctam confessionem residui semper Antonius Symonis etiam
requisitus cessauit facere dictam venditionem possessionis. &
sic per iura proximè allegata conualidatur iudicium. ¶Quan
tùm autem ad tertium dubium, quo quæritur, an ex tali libel
lo condemnatio sequi possit, attẽto ꝙ libellus est formatus in
persona Antonij Barbadori & Ioãnis Donati eius filij, & per
ipsum

ipsum Ioannem donatum apprehensa fuit possessio tam no-
4 mine suo quam patris? ad hoc respondeo quòd sic, † quia in
libello debet attendi conclusio magis quàm narratio, vt not.
Innoc. in cap. super literis, de rescrip. & l. Aurelius. §. Sticho.
ff. de lib. leg. & ibi no. per Barto. & not. Bald. in l. 2. in fin. C.
de peti. hær. & in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. pub.
cum simil. sed in conclusione dicti libelli solum concluditur
in persona Antonij, & non in persona filij. ¶ Secundò respon-
5 deo ꝙ † nos agimus ex secũda scripta, in qua promissio facta
est Antonio, & non eius filio, vnde si duo agunt, & apparet ex
processu quod vni, & non duobus competit ius agendi, obti-
net ille qui probat de iure suo, quia iudicium respectu perso
narum est diuiduum. l. non idcircò, in princ. ff. de iudiciis. l.
de vno quoque. ff. de re iudi. iudicium enim potest esse con-
demnatorium quatenus est probatum, & pro parte absoluto-
rium, quatenus non est probatum. l. j. cum ibi no. C. si aduer.
rem iud. declarat Barto. in l. qui uas. in princ. ff. de fur. & in l.
si constante. §. fin. ff. solu. matr. & libellus potest pro parte pro
cedere & pro parte non c. ad dissoluendũ. de despon. impub.
& ibi notat Antonius de Butr. & probatur in l. si quis homici
dij. C. de accus. in verbo, ad sequens &c. ponderando vt ibi põ
derat Bal. & Bald. in l. quo tempore. in 2. q. C. de restit. milit.
¶ Tertiò respondeo quod dato quod esset apprehensa posses-
sio per Ioannem Donatum nomine suo & patris? non sequi-
tur ergo Antonius Symonis fecit venditionem possessionis
prout facere promisit & tenebatur. aliud est enim tradere pos
sessionem, & aliud est vendere, vnde ex diuersis non recta fit
illatio. l. fin. ff. de calum. l. eum actum. ff. de nego. gest. l. inter
stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. ¶ Circa quartum du-
bium quo quæritur, an dictus Antonius Symonis teneatur ad
dictas libras 1400. ex quo dictæ protestationi respõdit & ob-
tulit semper se esse paratum * ad omne id ad quod de iure te-
6 netur, quia ad hoc responsio est facilis, scilicet † ꝙ vbi opus est
facto, verba non sufficiunt. l. qui decem. §. idem respõsum. ff.
de sol. l. obsignatione. C. de solu. l. prætor. §. si quis paratur. ff.
de ope. no. nun. cum ibi notatis per Bar. attẽto ꝙ etiam Anto-
nius Barbadorus obtulit semper se paratum recipere, quo ca-
su oblatio verbalis primò facta ab Antonio Symonis nihil
operatur, ita inquit Bar. in l. creditor, in fi. ff. de distrac. pig. &
Ioan. de Imo. in l. si mora. ff. solu. matr. & in l. si seruus commu
nis. ff. de vulgar. & pupill. ¶ Denique in processu negauit An-
tonius Symonis se teneri vendere, asserens ꝙ Antonius Barba
dorus sibi nõ obseruauerat. ¶ Quò ad ultimum dubium, quo
quæritur, an dictus Candiotus potuerit vendi per Antonium
Benciuentum hypothecatum pro nutu Antonij Barbadori:
& per ipsum Antonium Barbadorum omnia bona sua pro di
cta dote sunt generaliter obligata, attento quod in scripta se-
cunda, dicitur quod Antonius Barbadorus promisit facere
quod Benciuentus faceret instrumentum liberæ venditionis
7 de domo Candioti, quia respondeo primò quòd † aliud est
venditio libera, aliud est rem in venditione deductam esse li-
beram, quia aliud est contractus venditionis, & aliud est ipsa
res vendita, nam contractus ipse perficitur consensu. l. consen
su. ff. de actio. & ob. l. 2. ff. de contrahen. emptio. ipsa verò res
quæ venditur, est aliud quàm consensus, vt de se patet, quia
domus ipsa quæ venditur, est quid corporale, consensus verò
est quid incorporale. l. j. ff. de rerum diuin. & institu. de rebus
cor. & incorpo. vnde dato quòd promiserit facere venditio-
nem liberam seu instrumentum liberæ venditionis, id est in
venditione nullam conditionem reseruationem vel imposi-
tionem seruitutis vel obligationis opponere in venditione,
tamen non promisit quòd domus quam venderet Antonius
Benciuentus esset libera. ¶ Vel secundò respondeo quòd non
apparet quòd dicta domus Candioti sit obligata matri dicti
Antonij Barbadori per Antonium Benciuentum, eo quia illa
obligatio fuit facta non præsente dicta matre nec aliquo eius
procuratore, meritò sibi non est aliquid acquisitum, præser-
tim cum non appareat eam ratificasse. l. si ego. ff. de nego. gest.
l. absenti. ff. de dona. cum similib. & licèt bona Antonij Bar-
badori sint obligata, hoc non obstat, quia in scripta non con
tinetur quòd debeant dari bona Antonij Barbadori libera,
sed quòd Antonius Benciuentus faciat instrumentum liberæ
venditionis. Cætera suppleat virtus & diligentia domini iu-
dicantis. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Iudicium. s̄. lib. j. consi. 78. in fi. s̄. lib. v. consi. 127. nu. 4. s̄. lib. vj. cons. 114. nu. 5. consi. fi. nu. 15. vide. s̄. lib. v. consi. 39. nu. 4.

* Se esse paratum.] Dicit Aret. in illo insigni consilio, incipiente, Ex facto proponitur. nu. 142. dub. vlt. ꝙ quando dubitat aliquis probabiliter, an debeat, vel quod, aut quantum debeat, tunc debet duo facere, scilicet, offerre se paratum ad faciendum quod de iure debet, & vlterius ipse vltrò debet adire iudicem, & petere, vocata parte, eligi calculatorem, qui dispiciat, ratione subducta & declaret quãtum ipse debeat, & quid, & hoc faciendo, non dicitur in mora, allegat tex. & gl. in l. si residuum. C. de distrac. pig. & Bar. ad l. creditor. hic allegatam per Alex. & quædam alia videnda. Nat.

EPITOME.

STATVTVM excludens matrem stantibus fratribus vel filiabus aut filiis fratrum, non habet locum stante sola sorore defuncti.

CONSILIVM XLV.

Habita pro viribus diligenti cõsideratione circa nar
rata in themate, & præcipuè circa dispositio-
nem dictorum statutorum ciuitatis Papię, visisque deinde cõ
siliis grauissimorum iurisconsultorum Papiensium mihi pa-
trum obseruandissimorum, qui in hac consultatione præcla-
1 rè, pro more suo consuluerunt, sentio † verissimam esse de iu-
re illam conclusionem, quod mater in successione pupilli pr̨
feratur omnino ipsius pupilli sororibus ex latere patris tan-
tum. ad cuius conclusionis confirmationem moueor, præser-
tim ex infrascriptis, quia de iure cõi expeditum est ꝙ in suc-
cessione mater præfertur sororibus defunctæ personæ, quan-
do non sunt sorores vtrinq; coniunctæ, vt in auth. defuncto.
C. ad Tert. & no. in l. 1. ff. de iur. & fac. ign. & probatur expres
sius in §. consequens. in auth. de hære. ab intest. veni. solũ er-
go est videndum, an obstet matri dictum statutum, in versi. si
verò aliquis &c. & dicendum est ꝙ non, quia statutũ loquitur
quando extarent frater vel fratres vel filię aut filii fratrũ, quo
rum appellatione in proposito non comprehenduntur dictę
2 sorores, vt ex pluribus patet: Primò, † quia nomen masculini
generis vt frater, non comprehendit ex propria significatione
fœmininum. i. sororem, sed in casibus in quibus comprehẽdit
fœmininum vt in casu. d. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. &
l. tres fratres. cum ibi no. ff. de pac. in l. Lucius. §. Mæuia. ff. ad
Treb. cum gl. illud est ex interpretatione extensiua. l. pronun-
ciatio, in prin. in verbo, porrigitur ff. de ver. sig. l. pe. in fi. C. de
præpo. sacri. cubi. li. 2. & no. gl. Dy. & Bar. in l. 1. ff. de ver. sig.
& Bar. in l. liberorum. eo. tit. in 6. col. in ver. secundò principa
liter est vidẽdum &c. & Cy. & alii. in l. quicunque. C. de ser.
fug. & Iac. But. & Bar. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. cum si.
ergo cum statuto prædicto non sit recedendum a litera statu
ti prout iacet, & non potest per interpretationem extendi, sal
tem propter dispositionem alterius statuti disponentis ꝙ ali-
quid statutum communis Papiæ non possit nec debeat inter-
pretari, sed debeat intelligi & obseruari ad literã, & prout sta-
tuti litera sonat, sequitur ꝙ sub appellatione fratris, ꝙ est no-
men masculini generis, vel sub appellatione fratris, nõ potest
comprehendi soror, quia istud est extra literam & propriã si-
gnificationẽ. ¶ Accedat id quod notabiliter dixit Bald. in l. 2.
circa secundam col. C. de patri. qui fi. distra. vbi voluit ꝙ quã-
do extat generale statutum disponens † ꝙ statuta seruetur ad
3 literam, tunc nunq̃ in statutis habet locum extensio, quia de
litera esse dr̃ illud quod oculo corporali vr̃, non quod solo in
tellectu percipitur. l. 1. ff. de his quæ in testa. dele. in prin. Be-
ne facit tex. in l. 1. ff. si tab. testa. null. extra. vbi apparet ꝙ illud
quod percipitur per coniecturã non dr̃ propriè de litera seu
4 scriptura. ¶ Bene facit † id quod no. Bal. in l. maximum vitiũ.
C. de lib. præte. in 5. col. vbi no. concludit ꝙ qñ statutũ gene-
raliter prouidet ꝙ statuta nõ recipiant interpretationem nisi
expositiuam & vulgarem, operabitur, vt si aliquo statuto ca-
ueatur ꝙ si quis decesserit ab intestato relictis filiis masculis
& relicta filia dotata, talis filia dotata in bonis patris nihil am
plius petere possit, & contingat extare non filium sed nepotẽ
ex filio prædefuncto, quod non excludetur fœmina per existẽ
tiam talis nepotis, quia ꝙ appellatione filii comprehendatur
nepos, est ex interpretatione extẽsiua, vt l. iusta. ff. de ver. sign.

l.ꝙ ſi nepos.ff.de teſta.tut.& plenè per Bar.in d.l.liberorum. in 6.col.& Bal.in d.l.maximum vitium.& Bald.in reper.l. in ſuis.in vlt.col.ff.de libe.& poſthum.¶Secundò principaliter
5 †oſtenditur ꝙ dictum ſtatutum non extendatur ad ſororem. nam hoc deciditur ex no.per Arch.17.q.4.in c.ſi quis ſuadēte.vbi no.dicit quod ſi ſtatuto cauetur ꝙ mater non ſuccedat filio,non per hoc intelligitur eſſe prouiſum ꝙ mater excluda
a tur a ſucceſſione filiæ,[a]quia dictum ſtatutum eſt odioſum, & contra ius commune ac præiudiciale matri, vnde cum loquatur de filio non extendetur ad filiam.l.j.§.2.ver. quare. ff.de ven.in poſ.mit.& ꝙ odia debēt reſtringi.l.cùm quidam.ff.de lib.& poſth.c.odia.de reg.iur.in 6.& cū dicta deciſione Arc. quò ad dictum ſtatutum excludens matrem a ſucceſſione filij concordat Dominicus de S.Geminiano in c.generali. de ele. in 6.Idem videtur eſſe de mente Dyn.in d.l.j.ff.de verb.ſign.
6 vt ibi refert Barto. vbi voluit quod † in ſtatutis correctoriis, in quibus debet attendi propria ſignificatio, ſtatutum loquēs in maſculino non comprehendit fœmininū, vt etiam firmat Io.de Imo.in l.ſi ita ſcriptum ſit filiabus.ff. de le.2. & idē voluit Bal.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſth.vbi approbat dicta per Arch.in d.c.ſi quis ſuadente. & dicit ꝙ Arch. explicauit ibi hanc materiam melius quàm alius,& eſt etiam de mēte Hoſt.in c.Raynaldus, de teſta.hoc etiam multùm expreſsè
7 quò ad caſum noſtrum decidit Bal.in l.quicunq;, † in 4.col. C.de ſer.fug. vbi dixit, ꝙ ſi ſtatutum diſponit ꝙ exiſtente patruo non ſuccedat auus maternus,nō per hoc intelligetur ex
b cluſa auia materna,[b]quiaū tale ſtatut non eſt rationabile,ideo non debet extendi.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol. mat. pro hoc etiā dicit Bal.in d.l.quicunq;.in 5.col. quod ſtatutum diſponens ꝙ pater teneatur aſſignare legitimam filio etiam viuēte patre non habebit locum in matre, & pro certo non video ꝙ ſicut ſtatutum excludens matrem a ſucceſſione filij extantibus puta agnatis, non intelligitur excludere matrem a ſucceſſione filiæ, & ſtatutum excludens auum maternum propter exiſtentiam paterni,& ſic propter agnatos,non tamē intelligitur excludere auiam maternam, in qua eſt eadem ratio, vbi faueatur agnationi,vt per Archid.Bald.& alios in dictis locis.quare non idem eſſe debeat in ſtatuto excludente matrem exiſtente fratre vel filia fratris, vt non comprehendat caſum quādo
c extat tantum modò ſoror ex latere patris[c] & certè inter caſum noſtrum & caſum quem ponit Bald.in d.l. quicunque, cum aliis ſuprà allegatis non videtur quòd poſſit reddi congrua
8 ratio diuerſitatis. ¶ Tertiò principaliter † probatur per id quod no.Pet.de Anch.in repe.c.canonum ſtatuta, de conſti.in 14.q.principali,in verb.dicto de filiis & nepotibus &c. & eſt in ſecunda charta vltimi quinterni, vbi dicit quòd ſtatutum loquens de fratre non comprehendit ſororem, quando ſi diceremus comprehendi ſororem, reſultaret quod vna fœmina excluderet aliam fœminā magis defuncto proximā. arg.l.aſſiduis,ver.exceptis.C.qui potio.in pign. habe. allegat etiam pro hoc notata per Dy.in d.l.j.ff.de verb.ſign.& ex hoc clarè deciditur caſus noſter, quia ſi diceremus ſub dicto ſtatuto appellatione fratris comprehendi ſororem, ſequeretur ꝙ mater quæ ſine dubio eſt proximior quàm ſit ſoror prędicta. l.iuriſconſultus.§.tranſeamus.& §.2.gradu.ff.de gradi. & inſti.eo.tit.§.j.gradu.cum §.ſequēti.& in d.auth. defuncto, excluderetur a ſorore ex patre tantum. ¶ Quartò comprobatur
9 † quia in præcedentibus verbis dicti ſtatuti ſtatuentes quādo voluerunt comprehendere fœminam, expreſſerunt non ſolū maſculum, ſed etiam fœminam, vt ibi in verbo, ſi quis vel ſi qua.& ibi,filio vel filiæ.& ibi,nepoti vel nepti.& ibi dum dicit,aliquis vel aliqua.& ibi,filiabus vel filiis &c. ergo ſi quando fecerunt mentionem ſtatuētes de fratre vel filia fratris voluiſſent comprehendere ſororem,id expreſſiſſent.c.j. de trāſ. præla.ibi dum litera dicit, vnde ſi circa tranſlationem idē fieri voluiſſet,quod de ceſſione dixerat,& de tranſlatione poterat expreſſiſſe ad hoc etiam bene facit glo.no.in clemen. j. in
10 verbo,ſententias.de re iudi. ¶†Quintò probatur, quia etiam vbi poteſt fieri extenſio de maſculino ad fœmininum, vel de vno caſu ad alium,non fit niſi vbi eſt eadem ratio, & non aliter,vt no.Cy.in l.j.in j.qō.C.quæ ſit long.conſuetu. & in d.l. quicunque.& Bart.in l.iura.ff.de leg.cum ſimil. bene facit.l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ver.ſed hæc diſſimilia. ff.de verb. obl.& l.ſi.cum ſimil. ff. de calumnia.ſed non eſt eadem ratio in ſorore ex latere patris tantùm, quæ eſt in fratre vtrinque cōiuncto vel conſanguineo,quia per fratrem habilius poteſt perpetuari & conſeruari agnatio & familia quam per ſororem,quia deſcendentes ex ſorore non ſunt agnati, ſed deſcendentes ex dicto fratre ſic, vt inſti.de legitima agna.ſuc.in princip.& l.duodecim tabularum.C.de legi.hære.& ſic ratio ſtatuti pendens ad conſeruationem familiarum ſeu agnationū, vt no.per Cy.in l.j.C.de adul.& per Ioan.And.in addi.Spec. in rubr.de ſucceſſ.ab inteſt. & per Bald. in d.l. maximum vitium,& in l.ſcimus,in princ.in 7.q.C.de inoffic.teſta.cum ſi. non videtur ita militare in ſorore ſicut in fratre, ergo appellatione fratris non debet comprehendi fęmina. ¶Nec ad hoc obſtat ſi diceretur,quod eſt eadem ratio in ſorore, quæ eſt in filia fratris vocata a ſtatuto,quia reſpōdeo, ꝙ licet reperiatur ꝙ quandoque ſub maſculino comprehendatur fęmininum, vt dictum eſt, tamen non reperitur quod appellatione filiæ fratris veniat ſoror, vnde poſito ꝙ ſtatutum ita diſponat in filia fratris defuncti, non debet extendi ad ſororem defuncti, & maximè cum ſtatutum debeat ſeruari ad literam, vt dictū eſt.& ſaltem hoc procedit in caſu noſtro, attento ꝙ ſoror nō deſcendit a filia fratris nec econtra, & ſic non obſtat id quod habetur in l.ſi viua matre.C.de bo.mater.& id quod no.Bar. in l.2.§.videndum.ff.ad Tertul.cum ſimi.¶Pro hoc bene fa
11 cit † tex.in l.illam.C.de colla. & quod ibi per illam.l. voluit Bald.vbi inquit,ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ patruus excludat matrem,non tamen excludet amitam,quæ tamen eſt remotior, & ſi ſtatutum excludit matrem,non tamen excludet ſororem ſed bene excluderet auiam, quia venit per matrem repræſentando eam, & fortior eſt ratio in excludendo auiam, vt dicit Bald.in d.l.illam.allegat no.per Cy. in d.l.j.C.quæ ſit longa conſuetudo.& ita etiam loquitur id quod no. Bar.in d.§.videndum.& Bal.in l.quod verò. ff.de legi. vbi etiam dicit ꝙ ſi ſtatutum excludit amitam, non dicitur excludere materterā, per dictam l.illam.& proptereà etiam dicit Pau. de Caſtr.in d.l.illam,ꝙ ſi ſtatutum diſponit ꝙ exiſtente patruo mater nō ſuccēdat,& contingat extare fratrem ex latere patris, non aūt patruum,certè mater non excludetur, quia ex maioritate rationis non inducitur correctio, vt no.in auth. quas actiones. C.de ſacroſan.eccl.l.præcipimus.C.de app.Ex quibus cōcludo,vt dixi,in fauorem matris, & quamuis poſſet aliis mediis hæc concluſio iuuari,tamen hæc tutiora eſſe puto, quæ proculdubio ad victoriam matris ſufficere arbitror. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Filiæ.ſ̄ lib.vj.conſil.ccxxxiiij.nu.4.And.Tiraq.in conſu.picto.tit.retract.§.j.gl.j.nu.189.
b ¶Materna.ſ̄.lib.j.conſi.lxxx.col.j j̄.eo.conſi.cxlj. col.j. conſi. clxviij. nu.10.Cor.l.illa.col.j.C.de col.conſi.xij.in hac.col.j.lib.j.Geor.Nata tracta.de ſtat.exclu.fœmi.q.iij.principali.q.xiij.Alb. Bru.eo.tract. art. vj. And.Tiraq.in conſu.pict.tit.retract.§.j.gl.ix.nu.147. cum ſeq fa.Deci.conſi.cccxxxiij.
c ¶Patris. ceſſat ergo ſtatutum & ſic mater iure communi ſola ſuccedit,non verò ſoror eſſet vtrinq; coniuncta mater cum ea concurret ceſſante ſtatuto cum deficiant perſonæ in eo nominatæ.

EPITOME.

INSTITVTVS ſub conditione habitādi in domo teſtatoris, non excluditur quandiu viuit,nec eſt ſibi ſtatutus terminus ad conditionem implendam.

CONSILIVM XLVI.

In cauſa & lite inter Checum q.Petri Ioachini & alios nepotes d.Ioachini agentes, & Stāghelinum Blaſij ſe defendentem plura dici poſſent,ſed illa duntaxat attingā,quæ pro nunc mihi tutiora videbuntur,& primò
1 præſuppono † quod licet in legatis cōditio poteſtatiua implēda per legatarium debeat impleri quamprimum fieri poteſt. l.hæc conditio ſi in Capitolium.ff.de condi.& dem.tn̄ in hę
a reditate ſicut eſt materia noſtra, quia agitur de maiori[a] prędicio,non excluditur hæres ab hæreditate licet conditionem poteſtatiuam vel miſtem non impleuerit quàm primum pōt, ſęd excluditur tunc demum quando talis hæres mortuus eſt antequam conditionem hmōi impleuerit, vel qn̄ lapſum eſſet

set tempus, quod sibi legitimè præfixum esset a iudice ad cõditionem implendam, vt est gl. reputata singularis & communiter approbata in l. si quis instituatur hæres in diem, in verbo præfinit. ff. de hær. insti. iuncta. l. suus quoque. §. sed & si filio. & ibi no. Bar. & alij. ff. de hær. insti. & no. Cyn. in l. j. in j. q. C. de inst. & substi. sub condi. fac. Bar. & alij in d. l. hæc conditio si in Capitolium. & in l. si quis suus. ad fi. ff. de iur. deliberan. & Bald. in l. si plures. in pe. col. C. de condi. inser. & in l. si pater. in 5. q. post Cyn. C. de insti. & substi. sub condi. fac. ¶Et sit dubium † an ad petitionem substituti possit statui per iudicem talis terminus instituto ad implendam conditionẽ, in quo Bar. fuit sibiipsi contrarius, nam in d. l. si quis suus, sentit quod sic, per no. in l. quandiu, l. vltima. ff. de acq. hære. sed ipsemet contrarium tenuit in d. l. suus quoq;. §. sed & si filio. & cum eo ibi concordare videntur Bal. & Ang. ibidem per illum tex. & non obstat id quod legitur & no. in d. l. quandiu, quia potest procedere in hærede purè instituto, an ad instantiam substituti potest statui tempus ad adeundum vel repudiandum, tamen ista vltima disputatio non est ad præsens necessaria, quia non præsupponitur ꝙ ad instantiam substituti vel alterius fuerit statutus terminus dicto Stanghelino ad habitandum seu ad implendam conditionem in institutione adiectam, ideo circa illud ad præsens non insistam. Modò ad propositum cum testator in testamento instituerit sibi hæredem vniuersalem dictum Stanghelinum Blasij cum hoc ꝙ debeat stare & habitare in domo ipsius testatoris in villa Valdegonariæ, dũmodò sibi non superueniat iusta causa impediẽs, & in casu quo nollet ibi stare & habitare substituit sibi filios Carisij sub eadem conditione, & in casu quo d. filij Carisij nõ obseruarent subscriptam conditionem habitandi. tunc substituit filios mares Ioachini & filios filiorum dicti Ioachini in stirpem, & ita est ꝙ Stanghelinus adhuc viuit, nec sibi fuit vnquam statutus terminus aliquis per iudicem ad implendam dictam conditionem, ergo non excluditur ab hæreditate prædicta. ¶†Prætereà, posito ꝙ esset præfixus terminus dicto Stãghelino, & ꝙ intra terminum non adimpleuisset conditionẽ, seu aliter fuisset exclusus, tamẽ ex verbis dictæ substitutionis apparet ꝙ fuerunt dicto Stanghelino substituti primo loco filij masculi d. Carisij, & ipsis filiis Carisij dictam cõditionem non adimplentibus fuerunt eis substituti dicti descendentes Ioachini, vnde antequam sint exclusi filij Carisij qui sunt vocati in secundo gradu non possunt admitti descendentes Ioachini, qui sunt vocati in tertio. d. l. quandiu, ver. is autem. de acq. hære. & cum exclusio filiorum Carisij seu eos non impleuisse dictam conditionem sit fundamentũ intentionis dictorum agentium, incumbit onus eis hoc probãdi. l. 2. l. in exceptionibus. ff. de prob. & l. hoc iure, iuncta. l. in illa stipulatione si Kalendis, & ibi no. Bar. ff. de ver. ob. l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. test. aperi. no. in proposito Ber. in l. si quidem. C. sol. mat. & tantò magis quia per testes Stanghelini probatũ est ex d. Carisio fuisse filios masculos, quinimò non apparet filios Carisij habuisse scientiam contentorum in dicto testamẽto, ergo dato ꝙ deberent dictam conditionem adimplere quam primum possent (quod tamen non est verum vt dixi) tamen non curreret illud tempus implendi conditionem potestatiuam, nisi a die scientiæ, quia ante non dicitur posse impleri. l. 2. & ibi no. ff. de condi. & dem. ¶Esset† etiam considerandum ꝙ quia agitur de pęna[b] priuationis hæreditatis requiritur liquidissima probatio, vt inquit Bal. in c. j. in ti. qualiter dominus proprieta. priue. & in l. vnica, in 3. opp. C. de his quæ pœnæ nom. per tex. in l. in testamento. la j. ff. de condi. & demõ. posset dici non esse legitimè & concludenter per testes contestes probatam esse illam negatiuam ꝙ Stanghelinus a tempore quo habuerit scientiam contentorum in testamento non adimpleuerit dictam conditionem & non habitauerit, stantibus etiam his quę per testes d. Stanghelini probata sunt, tamẽ ea quæ superius deducta sunt clarè ostendunt dictos agentes oportere succumbere, ideo impræsentiarum non insistam vlterius circa vim dictarum probationum, quia non est necessarium, nec sufficeret ꝙ nuntij retulissent se non inuenisse dictum Stanghelinum esse & habitare in dicta domo, quia non requiritur ꝙ omni momẽto inhabitet. l. si quis ita legauerit. ff. de condi. & demon. & sic dicta relatio talium nuntiorum non concluderet de necessitate, & per consequens non releuaret. c. in præsentia, de proba. l. neque natales. C. de prob. Ex quibus concludo dictum Stãghelinum esse diffinitiuè absoluendum, & victum victori in expensis, &c.

ADDITIONES.

a ¶Maiori. Deci. l. j. ij. C. de inst. & substi.
b ¶Pœna. supra lib. ij. consi. xxxiij. col. j.

SVMMARIVM.

1 *Authoritas eadem requiritur in tollendo, quæ in condendo.*
2 *Princeps non potest per rescriptum particulare auferre subdito ius suum, nisi ob publicam vtilitatem. nu. 4. 5.*

CONSILIVM XLVII.

In causa inter assertos hæredes Ioannini de Pascolis de Castro Bolognesio agentes, & illos de Antolinis de Castro Bolognesio se defendentes. Primò circa ordinem procedendi est attendendum quòd stante statuto in dicto Castro quod causæ huiusmodi debeant ibidem cognosci & terminari, vt in rescripto per dictos agentes producto continetur, non potuisset reuerendissimus Legatus cũ magnificis Ancianis cãm potestati Bononiæ committere, &
1 dicto statuto derogare, quia† eadem authoritas, quæ requirebatur in statuto condendo requirebatur ẽt in tollendo & derogando, vt in auth. econtra si filij. C. de repud. & in auth. de defen. ciui. §. iusiurandum. l. prout quisq;. ff. de sol. no. Bar. in l. ij. §. j. ad fi. ff. de ope. lega. & in l. omnes populi. in 3. q. prin. de iust. & iur. & Bal. Ang. & Io. de Imo. in l. ex facto. in princ. ff. de vulg. & pup. & not. doc. maximè Ang. in l. omnium. C. de testa. cum si. sed constat, ꝙ dominus Legatus ẽt cum Ancianis non potest statuta condere, sine magnificis dñs sexdecim reformatorib᷑. vt patet ex dispositione capitulorum approbatorum per summum Pontificem, ergo non potuit committi dño potestati dicta causa contra formam statutorum.
2 ¶Secundo circa processum est aduertendũ, † quia processus ex parte agentis non valet si verum est, ꝙ ante litis contestationem fuerit oppositũ, ꝙ frater non habebat mandatum à fratre, & per consequens audiendus non erat, sine cautione de rato. l. Pompo. §. fi. cum gl. ff. de procu. l. si cũ filio. ff. de cõpe. iuncta d. l. Pompo. §. rati. & clarum est etiam, ꝙ dictus frater agens si ante litem per se contestatam procuratorem constituit nomine fratris sui, non potuisset id facere, cum adhuc non esset dñs litis. l. neq;. & l. quod quis. C. de procu. & not. Cy. in l. exigendi, in 8. q. C. de proc. vbi ẽt dubitauit, an post
★ litem * à se contestatam possit pro fratre constituere procuratorem. ¶Quantum verò pertinet ad merita causæ dico in primis, ꝙ si verum foret, probatum non esse pro parte agentium, ꝙ dicti de Antolinis non essent de Pascolis per lineam masculinam, expeditissimum esset, ꝙ non possent agentes obtinere, quia cessarent omnia fundamenta principalia dispositionis decreti per eos intentatæ, & locus esset indubitanter, secundo decreto concesso dictis de Antolinis, tamen quia dicta testium non sunt mihi exhibita, refero me in hoc ad probationes. ¶Posito autem, ꝙ esset probatum dictos de Antolinis esse de dictis Pascolis, tamen adhuc dico de iure ṗdictos de Antolinis non teneri ad dictã quartam partem quingentorũ ducatorũ, nec ad quartã partem dictarũ librarum 275. pro expensis iuxta formã primi decreti concessi per assertum Locũ tenentam dñi Legati, & per magnificos sexdecim reformatores, quia de iure cessante dicto primo decreto indubitatũ est, ꝙ dicti de Antolinis ẽt si fuissent de Pascolis non tenerentur ad aliquam pœnã assertæ treugæ ruptæ, quia neq; ipsi treugam fecerunt neq; ipsi offenderunt, neq; aliquid promiserunt, nec Ioanninus de Pascolis vllum ab eis mandatũ habuit, vñ nec iuri nec æquitati consonũ est quod ipsi de Antolinis pro delicto alterius teneantur. l. sancimus. C. de pę. l. j. C. vt nullus ex vica. lib. xj. l. prouidendum. C. de decu. lib. x. l. j. & fere per totum. C. ne fil. pro pa. Et per rescriptũ seu priui-
3 legium† factũ in negotio particulari non põt princeps auferre subdito ius & dñium rerum suarum nisi vbi hoc fieret ṗp publicã vtilitatem, de qua hic nõ tractatur. ita cõiter concluditur per gl. & doct. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & in l. quoties. C. de preci. impe. offe. & per doc. in c. qui in ecclesia-

 rum,

rum,de consti.& no.per Bar. in prima constitutione digesto-
4 rum.& Bar.in l.Antiochensium.ff.de priui.credi .vbi† expres
sè dicit quod ciuitas non condendo statutum generale, sed fa
ciendo vnam priuatam seu particularem legem , non potest
priuato auferre ius suum,per l.si priuatus.ff. qui & a quib. &
l.toties,& ibi Bar.ff.de pollici.& ita etiam no. Bar. in l. vendi
tor.§.si constat.ff.communia prædi.& Bal.in l.item si verbe-
ratum.§.j.in fi.ff.de rei ven.& probatur etiam in l.j.§.fi.ff.ad
l.Iul.de anno.& no.Cy.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de
lib.& posth.& ibi Bal.in vlt.col.in versi.3. quæritur bene fa-
ciunt no.per gl.in c.constitutus,de relig.domi. in verbo pen
sionem.& in l.2.in gl.magna.C.quę sit long.consue.& quod
no.Bal.in l.rescripta,in 3.col.in versi.3.quæritur.C. de preci.
impe. offe.& tanto magis cum nulla iusta & legitima causa
subesset propter quam deberent dicti de Antolinis etiam si es
sent de Pascolis grauari ad dictam pęnam, & posito etiã ꝙ ve
rum esset id quod narratur in dicto decreto, scilicet ꝙ dicti
de Pascolis viderentur ratificasse dictam treugam,eo quia fa-
cta treuga deposuerunt arma, tamen per hoc non sequitur ꝙ
si Iacobus Ventura,Baldasar & Stephanus de Pascolis occide
runt Stasinum olim magistri Vincentij contra conuentionẽ
& treugam teneantur dicti de Antolinis , quia in conuentio-
nibus treugæ hoc non dicitur,& patet ex his quæ notabiliter
traduntur per Bar.in l.fi.in 3.q. ff.de duob. reis. sed potuisset
bene allegari ꝙ si dicti de Antolinis occidissent dictum Stasi-
num tenerentur ad pęnam treugæ ruptæ, si eam tacite vel ex-
5 presse ratificassent,& † nõ sufficit quælibet causa motiua, sed
debet esse probabilis & condigna,quando populus vel repre-
sentans eum vult auferre ius suum alteri. ita dicit Bal. in d.l.
rescrip.in ver.3.quæritur &c.per d.l.si priuatus. Confirman
tur prædicta,quia arbitrium datum per Legatum suo locum
tenenti non intelligitur datum,vt possit auferre ius tertij. vn
de dicit Bar.in l.ambitiosa,in 3.vel 4.col.ff.de decre.ab ord.
facien.ꝙ habentes arbitrium super bono & pacifico statu ci-
uitatis vel aliud simile arbitrium, nõ possunt facere statutum
per quod ius proprium alicui acquisitum auferatur,quia da-
to ꝙ totus populus hoc posset, s. condendo statutum genera-
le,vt d.l.venditor.§.si constat.& d.l. Antiochensium , tamen
cum conceditur alicui arbitrium intelligitur sine aliena iniu
ria.l.2.§.meritò.& §.si quis a principe. ff.ne quid ĩ loco pub.
& ita etiam voluit in effectu Bar. in prima constitutione codi
cis.& Bal.in l.cum antea.C.de arbi.& Bal.in l.milites. in fin.
C.de testa.militis.& notabiliter per Ang.in consi. 139.incip.
Visis omnibus & statutis.& colligitur ex notatis per gl. no.in
cle.sepe.de ver.sign. ¶Præterea dato ꝙ dicti Locumtenens &
domini sexdecim auferre potuissent ius tertij in casu prædi-
cto(quod tamen nullo modo est de iure verum)tamẽ eadem
ratione qua hoc facere potuissent, similiter potuissent postea
ius acquisitũ virtute dicti decreti auferre & reuocare,per con
trarium decretum faciens de primo mẽtionem.§. ea vero.in-
sti.de iure natu.c.veniens,de præscri.c.j.de consti.in 6.& ple
ne no.in c.j.de rescr.saltem cum prædicta concessio primi de
creti fuerit facta in fauorem personæ subditæ ipsi conceden-
ti,per no.per Inn.in c.in nostra,de iniur.& no.doc. ĩ c.nouit,
de iud.attento etiam ꝙ dictum secundum decretum nõ fun-
datur solũ in illa causa ibi narrata,s.ꝙ dicti de Antolinis non
sunt de Paschولis, sed etiam vltra illam causam aliis respecti-
bus moti superiores prædicti voluerunt prædictum primum
decretum reuocare,vt patet ex his quæ narrantur, præsertim
in fine dicti decreti ibi dum dicit,ex causis & rationibus ma-
a xime[a] antedictis.quæ dictio† maxime,est implicatiua,& ostẽ-
6 dit ꝙ alia ratio q̃ ibi expressa mouit concedẽtem,vt no. gl.in
l.illud.in verbo æstimamus.ff.ad legem Aquil. & in c.ad abo
lendam.de fi.presby. & in c.cum apostolica,de his quæ fiunt
a præla.magis tamen mouet fundamentũ præcedens.s.ꝙ pri-
mum decretum nõ fuerit efficax ad auferendum ius dictorũ
de Antolinis per superius dicta.¶Vltimo alia ratione ostendi
tur dictum primum decretum non fuisse efficax , quia extat
prouisio edita a dominis regiminibus,qua cauetur ꝙ nõ pos-
sit aliquid per dicta regimina concedi contra tertium, quod
sit contra formam iuris vel statutorum vel prouisionem com
munis Bononię nisi prius vocata & audita alia parte,alias de-
cretum non valeat. & in proposito non fuerunt ad dictum
7 † decretum citati & auditi dicti de Antolinis,prout etiam vl-
tra dictam prouisionem fieri debebat de iure, attẽto ꝙ agitur
de graui præiudicio.l.2.ff.de nata.resti.l.nam ita diuus.ff. de
adop.no. Bar.in l.2.C.de tẽp.app.& in l.adoptio. ff. de adop.
& in l.Gall.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posth.& no. Spe.
in tit.de rescr.præsenta.§.si.ver.item ꝙ ad rescrip. & Host.&
Io.And.in c.cum olim,post gl.de re iud.& in c. in nostra, de
proc.& in c.inter quatuor,de maio.& obe. & per illum tex.fa
cit.l.fi.C.de le.& tex.in c.j.de cau.pos. vbi Papa dicit nec nos
contra inauditam partem aliquid possumus diffinire. Ex qui
bus concluditur circa merita causæ partes domini iudicantis
esse in absoluendo dictos de Antolinis, prætermissis nonnul-
lis aliis fundamentis,de quibus in themate , quoniã ista plus
quam sufficere intrepide existimaui . Alex.

ADDITIONES.

a ¶Maximè.s̃.lib.ij.consi.xij.nu.1.
* An post litem.]Vide Ias.ad l.quod quis.C.eo.tit.col.j.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura notarij sine subscriptione & signo,non probat.*
2 *Mandata duo si sint eiusdem datæ præfertur illud , quod mino-
rem dat potestatem.*
3 *Concorditer fieri non dicitur,nisi ab omnibus. nu.6.*
7 *Iudex vel arbiter quatenus potest iudicare super non petito.
nume.9.*
10 *Iuramentum non trahitur ad ea,ad quæ dispositio non exten-
ditur.nu.11.*
13 *Citatio ad diem certam intelligitur die congrua & solita.*

CONSILIVM XLVIII.

In causa vertente inter dominam Franciſchinam q.
Ioannis Bertini,& Verium fratrẽ dictæ do-
minæ Franceschinæ ex parte vna, & magistrum Bartolum,
a quondam magistri ex altera,in qua alias[a] & consulendo,& al
legando respondi super nullitate laudi inter dictas partes la-
ti.motus principaliter ex tribus, quorum quodlibet per se vi
sum est mihi ad nullitatem sufficere , sentio esse a quodam
eximio domino consulente responsum esse contrarium, eo
quia circa primum caput nullitatis resultantis ex eo, quod
dicebam omnes tres arbitros,vel arbitratores non concordi-
ter laudasse,ut exigebat forma compromissi mihi transmissi,
dicitur per præfatum dominum consultorem,ꝙ copia com-
promissi mihi transmissa non concordabat cum originali,in
quo originali dicebatur (secundum quod ipse refert,) ꝙ duo
vel tres arbitri possent laudare,& est verum,ꝙ mihi nõ fuit,
tunc pręsuppositum,ꝙ in originali esset dicta clausula,quod
duo vel tres &c. sed ꝙ in compromisso continebatur, ꝙ par-
tes promiserunt obseruare, id quod per omnes arbitros fue-
rit laudatum.& etiam in præsentiarum mihi non præsuppo-
nitur quod originale ita dicat, sed bene mihi præsupponitur
vltra id,quod tempore consilij per me redditi fuit præsuppo-
situm,quod reperitur in filza scriptum qualiter dictus verus
nomine quo s̃.& magister Bart. fecerunt compromissum in
dominum Ioan.& dñm M.& casu quo essent discordes elege
runt tertium.s.dñm F.& promiserunt obseruare, id quod p
eos esset laudatum.in protocollo vero reperitur scriptum ꝙ
dicti compromittentes promiserunt obseruare id quod esset
laudatum per omnes dictos arbitros & arbitratores concor-
diter vel duos ex eis,tamen illa uerba,vel duos ex eis sunt cã-
cellata per notarium, postea reperiuntur sumpta per dictum
notarium in forma publica duo instrũa compromissi in quo-
rum uno continetur, quod partes promittũt obseruare id q
per oẽs dictos eorũ arbitros concorditer, vel duos ex eis fue-
rit laudatũ in alio vero instrõ publico non apposuit illa ver-
ba,vel duos ex eis,sed simpliciter continetur,qđ promittunt
obseruare id qđ per oẽs eorũ arbitros fuerit obseruatũ, q̃ ver
ba important qđ nõ sufficiat maiorẽ partẽ laudare,ut in pri-
re cõsilio puto opportunè ostendisse,stantib. ergo pdictis ũi
vr̃ qđ in facto veritas se habeat qđ in originali sint illa verba
duo vel tres.& non obstat id qđ dr̃ de filza, q̃a aliàs fuit mihi
1 pręsuppositũ† qđ illa scriptura quę dr̃ fuisse in filza nõ habe
b bat subscriptionẽ notarij,neq; signũ,[b] & p cõsequens non est
talis cui de iure stari debeat,ut alias in hac cã de iure rñdi & ideo

ideo nunc non expedit recensere. præsens aũt consultor dicit
quod copia sibi transmissa habet subscriptionem & signũ qđ
non puto in facto ita esse, & dum etiam præfatus consultor
dicit me dixisse quod ubi duo sunt compromissa in eadẽ for-
ma si in aliqua sint uaria, debet stari ei quod minorem tribuit
bailiam per no. per Bar. in l. falsus. C. de fur. in 13. col. & per
consequens debet stari compromisso importanti quod oẽs ar
bitri concorditer habeant laudare, & respondet præfatus dñs
consultor quod dicta compromissa nõ sunt in eadem forma.
2 replico.† circa hoc quod non dixi, quod qñ duo instrumenta
sunt sub eadem forma &c. ut dicit consultor, sed dixi ꝙ quan
do sunt duo instrumenta mandati seu cõpromissi sub eodem
die, & non constat ꝙ unum fuerit prius altero, præualet illud
in quo datur minor potestas, & ita dicit Bal. in d. l. falsis. qui
3 loquitur propriè qñ erant sub diuersa forma. ¶ Non ob.† etiã
dũ dictus cõsultor circa illud primũ caput nullitatis dicit ꝙ
etiam posito ꝙ in instrõ compromissi legitimè facto diceret
ꝙ deberet obseruari illud qđ ab oĩbus fuerit concorditer lau-
datum, dẽt intelligi largè, ut sic sufficiat maior pars, per no. p
gl. in c. cũ olim, in uerbo, plena. de re iu. ubi illud qđ est factũ
a maiori parte dr̃ factum in plena concordia. facit scđm eum
tex. in c. cum olim nobis, in uerbo, concorditer. de elec. & in
c. quam sit. in uerbo, concor. 18. q. & no. gl. in c. ubi periculũ.
§. idem. de ele. in 6. & Bal. in c. licèt, in prin. de elec. & in ca. fi.
in pen. col. de p̃sump. & dicit largè debere dicta uerba accipi
ut deseruiant intẽtioni partium. q̃ non fuit capere illa uerba
propriè: eo q̃a elegerunt tertium in casu discordię & sic p̃sup-
ponebant futurã discordiã: ergo dẽnt posse uerba largè & im-
propriè accipi, ut deseruiant menti. l. si uno, in prin. ff. loca. &
& q̃a ita accipiendo uerba deseruiunt iuri cõi, quod fieri dẽt.
4 c. cum dilectus, de consue. Quia † ad hæc rñdeo ꝙ imò in cõ-
tractibus uerba debent strictè & ꝓpriè accipi. l. quicq̃d astrin
gendæ. ff. de uer. obl. l. ueteribus. ff. de pac. c. cũ dilecti. de do-
na. sed dicta uerba de propria significatione important quod
non sufficiat factum esse a maiori parte, ut fatet ipsemet con
sultor: & puto iurib. & authoritatib. opportunè probasse in
priore consilio, non obstat ꝙ fuerit intentio partium ꝙ suffi-
ceret maior pars, ut patet ex assumptione tertii in casu discor
diæ, quia nego istam consequentiã, eo quia potuit assumptio
tertii facta in casu discordiæ trahere postea alium uel alios in
suã sñiam, per rõnes & p̃suasiones suas, & ita concorditer lau-
5 dari, ut probatur in l. si in tres. ff. de arb. ¶ Nec ob. † ꝙ debet
fieri interpretatio conueniens iuri cõi, quia rñdeo primò, ꝙ
non est contra ius cõe ꝙ arbitri debeant eos concorditer lau-
dare, qñ ita actum est a partib. in compromisso: quia oĩs pote
stas arbitrorum regulatur a cõpromisso. l. non distinguemus.
§. de officio. ff. de arbi. & in c. cũ dilectus. eo. ti. prætereà qñ di
cit ꝙ statutum interpretari dẽt secundum ius cõe, ut dicit in
d. ca. cũ dilectus, cum si. illud hẽt locum in re dubia. sed in re
clara, ut ostendit propria significatio uerborũ, iuxta l. non ali
ter. ff. de le. 3. tunc non est locus interpretationi. l. continuus.
§. cum ita. ff. de uer. obl. & l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de
6 leg. 3. ¶ Potest ẽt † responderi ad notata per gl. in d. c. cũ olim.
in glo. fi. de re iudi. quam allegaui in priore consilio, ꝙ ille tex.
cum gl. nõ probat quod in plena concordia sit factũ illud qđ
est factum a maiori parte, imò gl. ibi uult contrarium iuncto
text. dum dicit, quod ibi dẽt post dictionem oĩum, subaudiri
uel maioris partis. ¶ Nec ob. etiam tex. in d. c. quàm sit. in uer
bo, concors, & in d. c. cũ olim nobis, de ele. quia rñdet Pau. de
Liaza. & Card. Flo. in cle. ne Romani, de elec. ꝙ ibi exponitur
uerbum concors, id est canonica, eo quia propria significatio
illius dictionis concorditer, est qđ nemo discrepet secundum
communem opi. ut retuli in consilio, & illam communẽ opi.
etiam sequitur Bal. in d. c. fi. de præsump. quando uerba refe-
runtur ad singulares personas, & non ad collegium, ut etiam
uoluit Car. Flo. in c. nõ potest. de re iudi. & nos nõ loquimur
qñ uerba referuntur ad collegium. ¶ Dixi etiam secũdo prin-
cipaliter in priore consilio ꝙ arbitramentum erat nullum, eo
quia super his de quibus non fuerat factum compromissum
iudicarunt, scilicet super acquisitis ex operis dictæ Frãceschi-
7 næ & dotibus suis compensando acquisitum ex operis cum
dote ut in arbitramento continetur. ¶ Et ad hoc † præfatus
dñs consultor conatur respondere ꝙ licitum est iudici ꝓnun
tiare plusquam sit petitum quando illud plus deductum est,

& hincinde agitatum in actis per id quod habetur in c. ex te-
nore, & quod ibi no. Io. de Imo. in fine de rescrip. & Ange. in
consil. 120. incipien. Viso libello &c. quia respondeo ꝙ ut di-
cit Hostien. & Io. And. in d. c. ex tenore, illud processit in casu
dicti ca. ex tenore, propter connexitatem quam habebant ibi
primæ literæ cum secundis, ideo licet fuerit exceptum de nul
litatę secundarum literarum & non de nullitate primarum,
tamen ibi Papa pronuntiauit ꝙ impetrans careret utrisq; pro
pter dolum & fraudem commissum & commissam in impe-
tratione ambarum commissionum impetratarum super eodẽ
negotio. & hoc facere potuit ratione connexitatis, quam habę
bant ambæ commissiones, quæ ut dixi super eodem negotio
ad diuersos iudices impetratæ fuerant, & una non faciebat
mentionem alterius. allegant id quod habetur in d. c. certũ,
uel secundum Io. de Imo. in d. ca. ex tenore. in fi. hoc ideo ibi
a toleratur quia iudex * ex officio suo potest punire pro eo qđ
sibi notoriè constat in iudicio. l. nullum. C. de testi. & sic lo-
quitur quò ad ea in quibus permittitur iudici aliquid ex suo
officio, quò ad ea in quibus uersabatur iurisdictio sua. sed in
proposito nostro non fuerat factum compromissum de his
super quibus iudicarunt, ut in consi. deduxi. Prætereà ille tex.
8 loquitur in Papa, & cõstat † Papam & Imperatorem posse iu-
dicare super non petito. ut singulariter not. Barto. in l. Aemi-
lius Largianus. per illum text. ff. de mino. ¶ Non obst. id quod
nota. Ange. in dicto consilio, quia non dicit Ang. id ad quod
allegatur per dominum cõsultorem, sed dicit ꝙ si peto quin-
quaginta tanquam mihi promissa, & probo ꝙ centum fuerũt
promissa, potest iudex condemnare, scilicet in quinquaginta,
non in tota summa, ut etiam not. Bart. & alii in l. scire debe-
mus. ff. de uerborum oblig. alias esset contra l. fi. C. de fideicõ
mis. lib. & l. ut fundus. ff. communi diui. cum simi. nec in con
trarium reperio aliquid dici per Dominicum in c. indemnita
tibus. §. sanè. de elec. in 6. nec per dominum Abbatem in c. ex-
9 ceptionẽ, de excep. ¶ Item non obstat dum † dominus consul-
tor conatur respondere, ꝙ arbitratori licitum est pronuntia-
re super non deductis in compromisso per not. per Ioan. de
Imo. in c. Quintauallis, de iureiu. in 21. differentia. per id qđ
habetur in c. nisi essent, de præben. quia ad hoc patet respon-
sio per ea quæ dixi in priore consilio, scilicet ꝙ illud procedit
c quando c arbitrator pro una de re qua erat factum compro-
missum, & de qua erat contentio, assignat aliam rem loco sa-
tisfactionis illius, & sic facit satisfieri pro illa re de qua erat
cõpromissum, sed in casu nostro arbitratores pro satisfactio-
ne dotis assignant ea quæ ipsa Francischina acquisiuit ex ope
ris suis, & compromissum non fuit factum super dote, nec su
per acquisitis ex operis. nec etiam in libello reclamationis re-
perio quod Francischina fatetur quod eo tempore quo fuit
celebratum instrumentum compromissi, esset contentio in-
ter dictus partes de acquisitis ex operis dictæ dominæ, & sic
per hoc non clauditur in dicto compromisso. ¶ Item dum in
10 priore † consilio dicebam ꝙ compromissum prædictum nõ
intelligebatur factum super his quæ dependent a testamento
de quo non apparebat dictam Francischinam habuisse noti-
tiam per l. de his. ff. de trans. respondet dñs consultor ꝙ quia
in compromisso fuit interpositum iuramentum, stari dẽt com
promisso etiam quò ad contenta in testamento, per no. p Bar.
in l. si quis pro eo, in fine in princ. ff. de fideiuss. & ibi clar. us
per Rapha. & per notata per Ioan. de Imo. in ca. cum contin-
gat, in ultima q. de iureiur. quia respondeo ꝙ præfati doc. lo-
quuntur, quando appareret partes fecisse transactionem su-
per contentis in testamento; & cum iuramento renuntiassent
beneficio d. l. de his. sed in casu nostro non apparet quod fa-
cta fuerit in compromisso mentio de contentis in testamẽto,
nec ꝙ fuerit renuntiatum dispositioni dictæ. l. de his. unde di
co ꝙ dictum compromissum etiam si fuisset generale, nõ in-
telligebatur in dubio factum super dependentibus a testamẽ
to, ut no. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. q. de uer. ob.
11 per id quod nota. in l. tres fratres ff. de pac. & iuramentũ † in-
terpositum super generali dispositione, non trahitur ad illa q̃
non trahebatur generalis dispositio: ut no. Bart. in l. sed & si
quis. §. quæsitum. in fi. ff. si quis cau. & Bald. in c. 1. de contro-
uer. feud. apud par. ter. & in l. si procurator. in 4. colum. ff. de
condic. indeb. & Io. And. in c. 1. de commo. per id quod habe-
tur in l. fin. C. de non nume. pecu. & in l. fin. ff. qui satid. cog-
cum

12 cum si. ¶Vltimo principaliter † dixi in consilio arbitramen-
tum non tenere, eo quia fuerat assumptus dictus F. pro tertio
in casu discordiæ & antequam constaret de discordia tulit ar
bitramentum, & probasse puto in consilio, ad hoc uidetur re
spondere per no. Spec. & Io. And. in tit. de arbi. in fi. uersic. &
no. p doc. in c. 2. de arbi. in 6. dum uolunt quod si electi sunt
tres arbitri, & duo pronuntiant præsente tertio & non cõsen-
tiente, siue taceat siue contradicat, ualet, quia dico φ ille casus
non habet aliquid commune cum nostro, quia in casu illo di
cti duo arbitri qui pronunciarunt, erant arbitri quando sen-
tentiam tulerunt, & si sententia est lata ab arbitris seu a maio
ri parte, quod sufficit quando alius adest, licet cũ eis non con
cordet. l. si in tres. ff. de arb. sed in casu nostro dictus F. ante-
quam constaret de discordia non erat arbiter nec arbitrator,
ideo non sufficit φ ex postfacto superueniret discordia, ut p-
baui in consilio, & per consequens sẽtẽtia lata ab eo fuit an-
te discordiam & sic ab eo qui non erat arbiter seu arbitrator,
ex quo apparet non esse eandem rationem utroq; casu. & pro
hoc etiam facit, quia etiam iudex qui in ueritate hẽt iurisdi-
ctionem, tamen ignorat se habere & iudicat, nõ ualet. l. quæ-
ro. ff. de eo qui pro tuto. no. doc. in l. traditam. ff. de condi. &
demon. cum suis concor. & eodem modo non obstat id quod
no. Dominicus in d. c. 2. de arbi. in 6. quia loquitur eodem ca-
su, scilicet quando a principio fuerunt simul electi tres arbi-
tri. ¶ Non obstat φ dicatur fuisse interpellatum dictum M. a
duob. notariis, scilicet φ die sequente de mane deberet inter-
esse ad allegandum iura sui principalis, eo quia arbiter & ter-
tius una cum dicto M. dictam causam expedire intendebant,
quia ad hoc pluribus modis respondi in consilio, & illæ re-
sponsiones non sunt sublatæ per præfatum dominum consul
torem, & licet ipse replicet ad unam responsionem dum inter
alia dicebam, φ illa requisitio non ualuit, quia nõ fuit expres
sus locus ubi deberet adesse. nam respondet consultor φ ex
quo alias fuerant insimul, poterat intelligi de loco consueto,
per notata per Inno. in c. cum nobis olim, de elec. quæ quidẽ
13 responsio nullo modo uidetur sufficiens, † quia Innoc. uult
φ requisitus ad actum pro certa die debet intelligi hora con-
grua ad talem actum. unde citatus ut ueniat ad electionem ta
li die faciendam de pastore ecclesiæ uacãtis, intelligitur φ cõ-
pareat de mane, quia illa est hora congrua propter missam &
solennitatem, quæ ibi exigitur, & ita etiam quò ad horam cõ
gruam intelligatur citatus, ut notat Iaco. Butr. & Bald. in l. si
ut proponis, la ij. C. quõ & quando iudex. & Guiliel. de Cu.
in l. 3. ff. si certum pet. & Pal. in l. 1. in ult. col. C. quõ & quan-
do iudex. Sed in pposito nostro quilibet locus honestus erat
congruus in tali actu arbitratorum. l. si cum dies. §. si arbiter.
cum §. seq. ff. de arbi. l. præterea non fuerant prius in examine
illius causæ dictus Tertius cum arbitris, ideo probabiliter du
bius esse poterat dictus arbiter, quo in loco uellet dictus Ter
tius adesse pro expeditione causæ, & posito φ aliquando con-
* uenissent in uno loco, tamen ex quo non elegerunt * locum
determinatum pro actitandis in causa, illud non debet suffi-
cere, ut colligitur ex not. per Bar. in d. l. si ut proponis, ex qui-
bus apparet de nullitate laudi prædicti. ¶ Circa iniquitatem
uero & iniustitiam laudi non scribo, quia non expedit stante
dicta nullitate, & circa iniustitiam. puto etiam copiosè dictũ
& allegatum esse per aduocatum dictę Franciscinę uelut in
facto perfectè de meritis causæ instructum. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Alias. suprà lib. 2. consil. 124.
b ¶Signum. suprà lib. 2. consi. 153. nume. 12. Anchar. consil. 431. limita. suprà lib. 6. consil. 13.
* Quia iudex.] Hoc Imolæ dictum refert, & sequitur Fely. ad ca. licet Feli. uersi. 10. limita. extra de Simo. Natta.
c ¶Quando suprà libro 5. consilio 79. columna fina. Socin. consil. 103. libro 4.
* Non elegerunt.] Et istud dicit ibi Pau. Ca. & dicit Ang. ad l. ut perfectius. colum. fi. C. de anna. excep. φ delegatus semper in citatorio debet exprimere locum ubi citandus compareat. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non probat plusquam de necessitate inferatur ex ea.*
2 *Locorum diuersitas & nominum arguit diuersitatem corporũ.*
3 *Sententia lata super parte nulla est.*
4 *Appellare & de nullitate dicere copulatiuè, contraria sunt.*
5 *Libellus dicitur continere id quod refertur.*
6 *Confessio explicita seu relata ad aliud in quo non inuenitur, nõ nocet. num. 6.*
8 *Fundare quis se non potest ex positione negata.*
9 *Sententia præsumitur lata ex causis de quibus in actis.*
10 *Recitans non fatetur.*
11 *Sententiam rectè latam negans, non fatetur esse latam.*
12 *Conuinci uerbum hoc, non importat omnes uel maiorẽ partem.*
13 *Positio una & responsio debet reduci ad concordiam cum alia.*

CONSILIVM XLIX.

In causa & lite inter Iacobũ Ioannis de Angelis agen
tem, & Angelum quondam Nicolæ se de-
fendentem, prætermissis non necessariis mihi uidetur funda-
mentum Victoriæ dicti Iacobi consistere principaliter in uir-
tutæ sententiæ condemnatoriæ per dominum Andream de
Gisiis collateralem latæ in fauorem dicti Iacobi contra dictũ
Angelum ad restitutionem rerum per d. Iacobum petitarum,
& licet do. Leonardus iudex appellationis interpositæ a dicta
sententia pronuntiauerit pro contentis in adiudicatione in
actis deducta fuisse & esse nulliter & iniustè iudicatum absol
uendo prædictum Iacobum ab expensis, tamen hæc secunda
sententia lata per iudicem appellationis non habet obstare di
1 ctæ primæ sententiæ latæ in fauorem Iacobi, † quia sentẽtia
a non probat plusquã de necessitate inferatur ex ea. l. si iudex.
ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. & ibi no. & in l. 2. C. de ord.
cog. & in l. 1. C. de ordi. iudi. & no. Bart. in l. Iul. uerum debi-
torem, in 3. col. ff. de condi. indeb. & debent uerba sententiæ
strictè accipi ut iacent. l. 1. C. si plures una sent. l. diui fratres
ff. de lib. cau. l. si a testa. ff. de excep. rei iudi. no. in l. 1. C. si ad-
uer. rem iu. & no. Bar. in l. si expressim, circa 3. col. ff. de appel.
cum simil. Sed tenuta bonorum data dicto Angelo seu Nico-
læ patri suo, & ęstimatio & adiudicatio inde secuta solum po
test adaptari ad petias terræ positas in pertinentiis Montis Se
curi & ad terras positas in pertinentiis Anchonæ in contrata
Bolognani, quia de istis loquitur asserta tenuta & ęstimatio se
referens ad tenutam, & adiudicatio se referens ad prædicta.
sententia uerò condemnatoria lata in fauorem dicti Iacobi
comprehendit non solum terras positas in territorio Montis
Securi, sed etiam in aliis territoriis & in aliis contratis, & non
2 in contrata Bolognani pertinentiarum Anchonę, & per † cõ-
sequens diuersitas locorum & nominum arguit diuersitatem
corporum. l. si idem. C. de codic. l. ita fidei. ff. de iure fi. not.
Bart. in l. demonstratio falsa, in fine principii. ff. de condit. &
demonst. & in l. 1. C. si unus ex plurib. ap. & Iaco. Butr. & alii
post eum in l. 2. C. de erro. aduo. cum simi. ergo solum potest
dici per sententiam latam in causa appellationis solum esse
irritatam primam sententiam quò ad terras positas in territo
rio seu pertinentiis Montis Securi: in aliis ergo firma manet
prima sententia, cum non sit rescissa per iudicem appellatio-
nis. quod autem tenuta fuerit data de terris quas supra, narra-
ui scilicet in pertinentiis Montis Securi in contracta Grãtiæ,
& in pertinentiis Anchonæ, in contrata Bolognani, patet ex
commissione notificationis tenutæ ad instantiam dicti Nico-
læ, quæ cõtra dictum Nicolam fidem facit. l. cum precum. C.
de lib. causa l. 2. C. de insti. & subst. sub cond. fac. & no. p Bar.
in l. certum. §. si quis absente. ff. de conf. & doc. in c. fi. de con-
fes. cum si. ¶Plus etiam dico φ attẽto φ pro parte Angeli. fuit
appellatum in totum a dicta sententia contra eum lata, & iu-
dex appellationis non pronuntiauit super toto, sed solũ quò
ad bona cõtenta in adiudicatione, in qua quidẽ non continen
tur oĩa de quibus in prima sñĩa condemnatoria, ut proximè
3 deduxi, & patebit ẽt ex infrà dicendis, † sequitur φ talis sñĩa
lata per iudicem appellationis super parte est nulla, ut l. 1. cũ
ibi plenè not. C. si aduersus rem iudi. l. in hoc iudicio. ff. fa. er-
cisc. fuit etiam nulla dicta sententia alio respectu, quia conti-
net repugnantiam & contrarietatem inquantum dicit, pro-
nunciamus per dictum dñm Iudicem a quo pro contentis in
adiudicatione in actis deducta fuisse & esse nulliter & iniustè
pronuntiatum, & per consequens per d. ser Corradum nomi
ne quo in actis fuisse & esse bene appellatum & de nullitate
dictum

dictum. nã appellare * & de nullitate dicere coniunctim seu copulatiuè sunt contraria: quia appellatio suspendit seu extinguit pronunciatum. l. 1. in fi. ff. ad turp. l. si causa. C. de transf. c. uenientes, de iureiu. sed dictio nullitatis non potest rumpere uel extinguere id quod iam est nullum. l. nam & si sub conditione. uer. rumpendo. ff. de iniu. test. c. ad dissoluendom, de despons. impub. & declarat ità Bar. in l. si expressim. ff. de app. in uer. 3. quæro ad declarationem prædicterum. & in l. 1. C. quando proub. & sequuntur alii doc. post eum ibi contrarietas autem seu repugnantia quæ est in sententia reddit in sentẽtiam nullam, ut inquit Bar. in l. duo iudices, in fi. ff. de re iudi. & no. gl. 11. q. 3. in §. cum ergo subditi, & Bar. in l. 1. C. de fur. & in princ. constitutionis codicis. in §. quibus, arg. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iu. & l. scripturæ. C. de fide instru. & ꝙ dicta sententia dicatur continere repugnantiam, decidit Ang. in l. Pap. §. si quis irritum. per illum tex. ff. de inoffi. testa. & Anto. de But. & Io. de Imo. in c. dilecta. de app. Et ideo cum pro parte dicti Iacobi fuerit dictum dictam sententiam latam per iudicem appellationis fore & esse nullam, & si & quatenus [b] esset aliqua fuit dictum eam esse inæquam & ab ea appellatum, debet iudex præsentis causæ cum inueniat sententiam esse nullam, pronuntiare illam esse nullam: quia in tali casu nõ est appellatum, scilicet si sententia est nulla, & posset etiam addere hęc uerba, scilicet & superuacuò appellatum, ita declarat Bar. in l. si expressim. ff. de app. in uersi. quartò uidẽdum est de modo sententiandi &c. sequuntur alii doc. ibi & in l. 1. C. quãdo prou. non est necess. & in c. dilecto de app. si autem deseratur præsens causa nullitatis & appellationis remanebit firma sententia lata per dictum do. Leonardum iudicem appellationis quò ad dicta bona in adiudicatione contenta. ac si nunquam ab ea fuisset prouocatum. l. si contra. C. de app. l. fi. §. illud. C. de temp. app. & similiter quò ad alia dicta bona non comprehensa in adiudicatione remanebit firma prima sententia condemnatoria lata per dictum do. Andręam, cùm illa non sit retractata per aliquam contrariam sententiam, & ideo in rem iudicatam transiuit, d. l. si cõtra. & ideo poterit peti per dictũ Iacobum executio dictæ primæ sententiæ condemnatoriæ: quatenus est pro dictis aliis bonis in prædicta adiudicatione non contentis. ¶ Nec prædictis obstat si diceretur, quod imò bona omnia de quibus in principali petitione & libello dicti Iacobi, & successiuè in dicta sententia condemnatoria in eius fauorem lata sunt comprehensa in dicta adiudicatione, ut in prima facie probari uidetur ex narratis maximè in conclusione libelli producti coram magnifico dño Anto. de Bichis de Senis potestate Anchonæ, qui libellus est in secundo processu fol. 2. 3. & 4. sed respondeo ꝙ hoc non est uerum, quia ibi procurator dicti Iacobi non ponit pro constanti in narratione libelli ꝙ dicta bona ibi narrata & specificata fuerunt adiudicata: sed narrat ꝙ ita dicitur, subdendo prout de prædictis omnibus & singulis latius constat sic uel aliter per acta dictæ causæ in archiuo magnificæ Ciuitatis Anchonæ ad quæ re refert, † igitur perinde est ac si omnia quæ cõtinentur in dictis actis adiudicationis fuissent expressa in dicto libello se referẽte ad acta. l. asse toto. ff. de hær. inst. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iu. l. edita. in uerbo, prout. & ibi. not. doc. C. de eden. ubi patet ꝙ illa dictio prout, est limitatiua. & restrictiua secundum quod continetur in scriptura ad quam fit relatio. & ibi plenè no. Bar. in extrauaganti. ad reprimendum. in uerbo, prout, & doc. in ca. prout de do. & cont. & in specie † decidit, clarè Bal. in l. 2. C. de erro. aduo. ubi per illum text. decidit ꝙ si quis respondeat positioni confitendo contenta in positione, subdat tñ prout [c] in tali instrumento continetur, & in illo instrumento nõ contineatur illud quod cõtinebatur in positione, non dicetur positio confessata. cum ergo per acta dictæ adiudicationis non appareat ꝙ omnia bona de quibus in sententia condemnatoria lata in fauorem Iacobi contineantur in ipsa adiudicatione sequitur ꝙ non uidetur dictus procurator per dicta uerba cõtrarium confiteri in dicto libello secundi processus, & ideo licet † postea in cõclusione eiusdẽ libelli subiungat hãc clausulam, uidelicet, quare cum prædicta oĩa & singula uera fuerint, & fuit in iure & in facto, referendo singula singulis merito &c. non important ista uerba plusquàm importent narrata in superiori parte libelli, ad quæ narrata refertur cõclusio, dum dicit prædicta oĩa & singula. & ideo importat dicta conclusio quod prædicta sunt uera secundum quod continetur in dictis actis adiudicationis ad quæ fuerat facta relatio, & pro hoc etiam facit, quia non est putandum qđ libellans uoluerit se statim corrigere. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. ¶ Non obstat etiam si diceretur, hoc esse ẽt probatum per id qđ continetur in 22. positione producta in ipso secundo processu ꝑ procuratorem dicti Iacobi in fol. 20. nam ibi ponit qđ dictus q. Nicola dũ esset in terra Cinguli de ann. dñi 1467. dixit d. Iacob. præsenti & intelligenti & in præsentia fide dignorum testium, Iacomo non guardate che io hàbia preso li toi terreni de la grantia che io ho fatto per lo meglio acciò che lo commune de Anchona non te li toglia, che io sempre te li rendero, uel æquipollentia uerba, quia respondeo ꝙ per contenta in dicta positione, non apparet ꝙ ponens ibi loquatur de aliis terris q̃ de illis quæ sunt in territorio Montis Securi. nam dicta uerba possent uerificari in illis tantum quæ denominata sunt in scriptura tenutæ & æstimationis & adiudicationis, & sic talis confessio uel assertio ponentis tanq̃ obscura & incerta & non concludens non releuat. l. certum, in prin. ff. de confes. l. uoluit, in prin. ff. de interrog. act. c. in præsentia. de probatio.
8 ¶ † Præterea aduersarius negauit contenta in positione, igitur
d non potest ex positione negata [d] se fundare, c. ex eo. de reg. iu. in 6. l. cum de indebito, in prin. ff. de proba. no. Spe. in tit. de positio. §. 8. uer. 1. & Bart. in l. non utique. ff. de excep. & in l. post legatum. in prin. ff. de his qui. ut indig. & in l. naturaliter §. nihil commune. circa 3. lecturam illius. §. ff. de acquir. poss. cum similibus. ¶ Non obstat etiam si diceretur hoc probari ꝑ id quod continetur in fine alterius petitionis & libelli d. Iacobi in tertio processu ibi. dum specificat res & bona quæ petit, & in fine dicit quod dicta possessio uulgariter nuncupabatur la grantia, & in apprehensione tenutæ factæ per dictum Nicolam & etiam in æstimatione & ad iudicatione etiam denominatur la grantia. ¶ Quia respõdeò, primo ꝙ in tenuta dicitur quod data est tenuta quarundam terrarum positarũ in territorio Montis Securi in contrata grantiæ aliæ uero terræ de quibus data fuit tenuta aliter ibi denominantur & sub aliis uocabulis, ergo ultra terras positas in territorio Montis Securi nõ comprehenduntur aliæ terrę cõtentæ in sñia condemnatoria lata in fauorem Iacobi. in adiudicatione etiam dr̃ ꝙ dantur in solutũ dictæ terræ grantiæ pro quantitate ducatorũ octingentorum secundum ęstimationem factam per conuicinos dictorum bonorum, & tñ constat ex actis, ꝙ æstimatores referunt se ad bona capta in tenutam, quæ ut dictum est supra, non capiunt omnia bona de quibus in sententia condemnatoria lata in fauorem dicti Iacobi, sed certam partem, s. positam in ꝑtinentiis Montis Securi, & in pertinentiis Anchonæ in contrata Bolognani, & ita dẽt etiam in dubio interpretari & declarari dicta adiudicatio per acta præcedentia id est per dictã tenutam narratam in dicta notificatione facta ad petitionem dicti Nicolæ. unde † uidemus ꝙ sententia intelligitur lata ex
9 causa quæ apparet in actis præcedẽtibus, ut no. in l. hæc enim in prin. ff. de suspect. tut. & in l. si quis ad exhibendum. ff. de excep rei iudi. & in c. si confirmationem. de elec. lib. 6. ita ergo illa narratio facta in adiudicatione de relatione immissionis tenutæ in terris positis in pertinentiis Anchonæ & Montis Securi uocatis la grãtia, & uerba adiudicationis ibi, dum dicit, adiudicamus dictas terras grantiæ pro quantitate octingentorum ducatorum secundum æstimationem factam per conuicinos. & debet interpretari, intelligi, & declarari per ea quæ præcesserunt, scilicet per ipsam tenutam de qua in dicta notificatione fit mentio per ipsam æstimationem se referentem ad dicta bona capta in tenuta. ¶ Similiter non obstat si diceretur, hoc probari in quadam scriptura replicationum dicti Iacobi posita in dicto tertio processu in fol. 2. in uer. 3. non obst. &c. dum dicit quod dicta asserta interpositio primi secundi decreti adiudicationis dictorum bonorum petitorũ per dictum Iacobum fuit nulla & nulliter facta ex defectu citationis & aliorũ requisitorum ex forma statuti, quia ad hoc respondeo ꝙ Iacobus † per prædicta uerba non affirmat ad-
19 ultimum argumentum.s.ꝙ propter † matrem non intelligitur ualere iure pupillaris secūdū Bar.per no. in d.l.qui duos. & in d.l.Centurio,& in d.l.precibus. respōdeo ad no.per gl. in d.l.qui duos, ꝙ ut etiā dicit Io.de Imo.in d.c.Raynutius, ꝙ ibi est casus diuersus,nam ibi matre existente in medio cessat ratio præsumptionis illius.l.quia substitutus non inuenit tunc in hæreditate ultimò morientis bona primi decedentis, ut ibi plenè declarat Bar. sed in casu nostro quando mater est in medio, non cessat ratio posita in d.c.si pater.s.ꝙ substitutio debet in dubio interpretari directa, & etiam non cessant aliæ rationes assignatæ suprà in argumentis, quæ pro ista secunda opi.adduxi,nec obstant no. per gl.in d.l.Centurio, & in d.l.precibus, quia fateor ꝙ tacita pupillaris nō admittitur contra matrem, ut ibi no.sed pupillaris comprehensa in compendiosa est expressa,& ideo excludit matrem, ut proxime dixi.¶Prætereà tantò magis in casu nostro procedere debet hęc conclusio, cum sit pro magna parte substituta pia causa ad fauorem animæ testatoris,quo casu etiam si uera esset opi. Bart. in l.Centurio.in casu suo,tamen in casu isto non procederet, ut colligitur ex no. per eum prout declaraui suprà in decimo argumento. Ex quibus concluditur quod dicta soror & dicta capella admittuntur absq; eo quod contra eas sit locus detractioni legitimæ uel Trebellianicæ. ¶ Circa secundum † dubium principale quod concernit substitutionem factam pro distributione quartæ partis pro tunicis inter fratres S.Francisci, respondeo dictam substitutionem similiter ualere intra pupillarem ætatem iure directæ ꝫ pupillaris, si dati fuerunt executores in testamento, prout communiter fit.hoc decidit Bar.in d.l.Centurio.in uersi.sed quid si testator dixerit,quandocunque filius meus decesserit sine liberis,uolo quod bona mea dentur uel distribuantur inter pauperes &c.ubi concludit, quod quando substitutio compendiosa facta est per illa uerba,s.quādocunq; filius meus decesserit, uolo ꝙ bona mea dentur uel distribuantur inter pauperes per meos commissarios,non erit omni tempore fideicommissaria,imò intra tempora pupillaris ætatis ualebit iure directæ pupillaris substitutionis,prout etiam tenet ipsemet Bart.in l.fundi Trebatiani. ff.de usufru.& consuluit ita etiam ipsemet Bar.consi.3.incip. Titius fecit testamentum.consi.30.incipien.Vanutius.consi. 56.incip.Bar.fecit testamentum.& Ang.in consi.97.incip.Viuianus de Monte.& Pet.de Anc.in c.cum tibi.& in c.Raynutius.de test.& Pau.de Cast in d.l.precibus.& lib.2.consi.67. incip.In casu præsenti &c.a qua conclusione legendo & consulendo nūquam dicessi, quia in dictis uerbis subintelligitur ꝙ quandocunque filius decesserit executores testamenti accipiant hæreditatem & distribuant.l.alio.in fi.gl.1.ff. de ali.& ciba.leg.& l.deniq;.§.interdum.ff.de pecu.leg.l.Proculus.ff. de usufr.l. Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.2. & in auth.de ecclesia.tit.§.si autem pro redemptione. maximè quādo ista uerba referuntur ad executorem ad pias causas, qui habet actionem contra hæredem,quam actionē non habet alius executor,ut per gl.in l.si quis Titio.& ibi Bar.ff.de leg.2.& legitur & no.in l.Lucius §.Mæuia.ff.ad trebel.& not.Bart.in l.si quis ad declinandam.C.de epis.& cle.& per Cy.& Bal.in l.id quod pauperibus.eo.tit.habetur in l. nulli.eo.tit. & si nullus esset hæres illi executores habentur loco hæredum,ut d.c.cū ibi.secundum unum intellectum.& ibi not.Inno.& alii post eum.& Bar.in d.l.Centurio.& in suo consilio incipien.Nicolaus fecit testamentum.in d.l.si quis Titio.& in dicta disputatione incipiente.Filium adultum.& in l.illa institutio.ff.de hære.insti.& in d.l.si quis ad declinandum.& Spe.de instru.edi.§.nunc uerò aliqua.uersi.item pone quod aliquis.& Bal. in l.1.ff.de testa.& in auth.licet. C.de natu.libe.& in l.1.C. ad leg.fal.& ideo cum censeantur executores tanquam hæredes uocati per illud uerbum accipiant, quod est uerbum directum, cum sonant quod capiant manu propria, sequitur quod debet institutio ualere intra tēpus pupillaris ætatis iure directæ pupillaris, per regulam.d.l. Centurio.& dictam l. precibus. & idem esset etiam si diceremus quod uerbum accipiant,esset uerbum cōmune,quia etiam talis substitutio compendiosa facta per uerbum commune, ualet iure pupillaris, ut in præcedenti dubio dictum est.& licet nonnulli contrarium tenere conentur, & maxime Bal.in d.l.precibus.ubi conatur respondere ad dictas rationes, eò quia uerum est quod dicti executores tenēt locum hæredis, quando nullus unquā fuit institutus,& ita loquitur tex.in d.c.cūm tibi.sed quando fuit aliquis a principio hæres institutus.s.filius,ut in q.prędicta, tunc secundum eos cessat hæres tacitus, ex quo testator sibi prouidit de expresso. alleg.in arg.l. cum ex filio.§.1.ff.de uul.& pup.& ideo uidetur testator uoluisse quod isti sint simplices executores.& ꝙ tales executores nō censeantur propriè hæredes instituti facere uidetur.l.hæreditas ad statium.ff.de hære.insti.& quod ibi no. Bar.sed uidentur haberi loco hæredum quò ad hoc ut agere & conueniri possunt.d.l.si quis ad declinandam.& d.l.nulli.uel tenent locum hæredum,quando pauperes essent directò instituti,quia executores tenent locum pauperum.d l.si quis ad declinandam.sed in q.prędicta dicti fratres S.Francisci uidētur uocati per fideicommissum, quia fuerunt uocati per uerba obliqua.s.distribuatur quarta pars pro tunicis inter fratres.l.fundi trebatiani, præallegata. sonant.n.dicta uerba quod fratres capiant non de manu propria sed alterius,ergo substitutio debet dici fideicommissaria. l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uul.& pup.& no.in l.eam quā. C.de fideicom. & per consequens executores isto casu debēt censeri tenere locum hæredum.s.non directorum sed fideicommissariorum.& dum per Bart.in d.l.Centurio, dr̄ quod subintelligitur uerbum directum.s.accipiant executores. conantur nonnulli respōdere quod illud est uerum quò ad effectum,ut illi agere possint pro relictis ad pias causas,non quò ad hoc ut cēseantur instituti.d.l.hæreditas ad Statium, & ibi Bar.maximè ex quo reperitur ꝙ alius directò fuit uniuersaliter institutus.s.filius, & ꝙ nil fuit relictum ipsius executori-
21 bus sed solùm grauati. ¶† Tamen isti non obstantibus teneo opi.Bar.& sequacium in casu nostro, quia si uerba directa subintelliguntur in personis executorū.s.accipiāt,&c.dato quod ipsi non fuerint instituti, tantum paria esse uidentur relinquere pauperibus seu fratribus, & relinquere eorum administratoribus, scilicet executoribus prædictis contemplatione fratrum.l.annua.§.Titia.ff.de annu.leg.ubi habetur quòd relictum administratoribus templi perinde censetur ac si relictum esse templo,& similiter relictum a tutore ur̄ relictum a pupillo.l.peto.§.matre ff.de leg.2.l.1.C.de fideicō.sed certum est quod si dictum uerbum directum.s.accipiant,relictū fuisset ad pauperes seu ad fratres, dicta substitutio esset directa intra pupillarem ætatem;ergo idem esse debet in casu nostro,& sic executores debent tenere locum directorum hæredum,cum uideantur fratres directo uocari. & hāc rationem adduxit Bar.in d.consi.3.incip.Titius.& ultra prædicta pōt responderi ad d.l.hæreditas ad Statium, prout colligitur ex no.per Bar.in d.consi.3. ubi dicit quod assignatio omniū bonorum uni facta facit eum hæredem uniuersalem. l. his uerbis,in princ.ff.de hære.insti.& ibi no.idem si assignaui quotā hæreditatis,licet non dicam instituo pro instituto habetur,ut patet in l.1.ad fi.ff.de hære.instit.ita debet esse in illo cui assignatur quota hæreditatis distribuenda, sed in d.l.hæreditas ad Statium.non fuerunt assignata oīa bona, nec quota portio hæreditatis, & pro opi.prædicta etiam facit, quia dato quod etiam dicta substitutio posset aliquo modo dici dubia, debet interpretari directa, ut in primo dubio dictum fuit.& quia uerba testatoris non sonant ꝙ executores capiant de manu alterius inspecto communi stylo, ergo non potest dici ꝙ uerba sunt obliqua,ut per gl.& doc.in l.eam quàm.C.de fideicom, & no.Bart.in l.2.C.commu.de leg.& in d.l.Centurio. ¶Nec prædictis obst.id quod traditur per Bar.in d. sua dispu.incipien.Filium adultum.quia ibi loquitur in substitutione facta filio adulto, quo casu clarum est ꝙ nō potest ualere iure pupillaris.nec facio uim quòd nō in dicta substitutione testator non dederit substitutum in bonis pupilli, sed simpliciter uideatur substituisse in bonis suis, quia dico hoc non impedire quo-

te quominùs possit esse pupillaris per l. si ita. §. qui filio. cum ibi no. per Bar. ff. de bon. pos. secundum tab. & ita propriè loquitur Bar. in d. l. Centurio, dum attingit quæstionem nostrã, & procedit hæc cõclusio etiam si executores dati in testamento essent mortui tempore mortis d. Christophori impuberis, quia tunc succedit episcopus loco eorum secundum Ang. in d. l. Centurio. & Bar. in d. consi. incip. Bar. Russoli, &c. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Matris. quicquid dicat puto iustitiam fuisse pro matre, ꝙ erat hæres filij, & solùm tenebatur ad restitutionem bonorum paternorũ deducta legitima & trebellianica, quia omnes illæ substitutiones erant fideicommissariæ duplici ratione, prima, quia prima substitutio est facta per verbum distributur, quod est merè obliquum. & sic reliquæ factæ per verbum commune cẽsentur obliquæ. Secunda, quia sunt restrictæ ad bona ipsius testatoris ut plenius dixi supra libro 3. consi. 12.

b ¶Non est & bene quicquid dicat Francis. Rip. d. l. Centurio. nu. 196.

c ¶Fauorabilis. supra lib. 6. consi 119. nu. 42. supra lib. 5. consi 17. nu. 12. quod est probabile si pater testatur secundum verisimilem mẽtem filij si is testari posset, & sic honorando matrem. secus si pater non verisimilibus filij, sed proprijs indulgeat affectibus quia tunc proprium tantum non filij negotium agit, nec dicitur fauorabilis sed odiosa substitutio pupillaris, faciunt quæ dixi supra lib. 6. consi. 247. in fine epitomes.

d ¶Directa. Imò in dubio fideicommissaria nisi multa concurrant, vt dixi supra lib. 3. consi. 12. nu. 16.

e Ange. sed vtrunq; dictum est falsum vt per Ias. d. l. precibus. col. 5.

f ¶Vota. Imò vt Ias. d. l. precibus. col. 10.

g ¶Directæ. Imò vt latè dixi supra lib. 3. consi. 12. nu. 11.

SVMMARIVM.

2 *Constitutio Papæ debet publicari nedum in curia, sed etiam in prouincijs.*

3 *Missio in possessionem parte nõn citata, non valet, & quo modo patri consulatur. nu. 4.*

5 *Lex omnes. & l. bene a Zenone. C. de quadr. præscrip. limitantur. nu. 6. 7. 8. & 9.*

10 *Clausula, ex certa scientia, non tollit defectus iuris naturalis.*

11 *Confirmatio generalis non trahitur ad illicita.*

CONSILIVM LII.

In causa & lite inter Nicolaum & Petrum Paulũ de Montemaiore agentes, & Ioannem de Zanettis de Fano se defendentẽ, in qua alias consului pro dictis agentibus, & illi consilio etiam subscripserunt plures celeberrimi doct. Perusini, nunc trãsmissæ sunt nonnullæ dubitationes per clarissimum dñm iudicare debentem, quæ & si ostendant eum subtiliter moueri, ut res melius intelligatur laudabiliter fecisse; tamen meo iudicio illis non obstantibus partes iudicis sunt in pronunciando in fauorem dictorum agentiũ.

1 ¶†Nam non ob. quod per literas apostolicas mandatum fuerit quibuscunq; hominibus terrarum & locorum sub uicariatu Sigismondi Malatestæ consistentium, quatenus intra spacium quinq; mensium a die publicationis dictarum literarũ immediatè currentium deberent se ab omni superioritate &

a obedientia d. Sigimundi [a] subtrahere, cum comminatione ꝙ si parere contempserint Papa eos tanquam inobedientes, bannitos & hostes ecclesiæ in seruitutem redigebat, & eos uoluit posse tanq̃ seruos uenundari, & bonis suis omnibus spoliari a quocunq; quia in consilio rñdi ꝙ non constabat quod d. Iacobus de Burbo author d. Ludouici uel d. Ludouicus fuerint de illis qui intra spatium quinq; mẽsium a die publicationis dictarum literarum contempserint parere pręceptis Romani Pontificis, quia non liquebat de die publicationis, quæ tã de iure q̃ ex forma dictarum literarum requirebatur, & ibi etiã deduxi qualiter dicta publicatio fieri debuerat. nunc autẽ in dictis dubitationibus deducitur quod nõ requirebatur ꝙ in prouincia fieret dicta publicatio literarum ex quo facta fuerat publicatio Romæ in curia, ubi uerisimiliter oĩum hoĩum

b est cõcursus, & allegatur quod Io. And. ita uoluit [b] in data sexti libri. & Pau. de Liaza. in proemio cle. & Ant. de But. in c. 2. de consti. ego de istis authoritatibus mentionẽ feci in d. consilio, & nunc ẽt respondendo addam his quæ in cõsilio deduxi, & dico ꝙ Io. And. in data sexti libri non firmat istud, nã dicit ꝙ in hoc fuerunt opi. quas refert Io. Mona. in c. in generali, de reg. iu. in 6. & dicit Io. And. quod summè in hoc casu necessaria esset declaratio, & aliter nõ decidit. Similiter Paul. de Liaza. in proęmio cle. in pe. col. nihil ad hoc allegat, nisi quia finaliter dicit de hoc notari per Io. An. in data sexti libri. ubi, ut dixi, non decidit. sed Ant. de But. in d. c. 3. tenet ꝙ de iure non sufficiat publicationem factam fuisse in curia, per id q̃d habetur in auth. ut factæ nouæ consti. ubi requiritur ꝙ fiat ẽt publicatio & intimatio in prouincia. est uerum quod Ant. de But. defert consuetudini & hoc nõ negaui nec inficiatus sum in consilio ꝙ ubi constaret in iudicio de cõsuetudine esse q̃d solùm attendatur publicatio facta Romæ, deberet illud seruari Io. de Imo. in d. c. 2. ponderat ibi esse gl. fi. uolentem quod publicatio constitutionem ẽt Papalium debet fieri etiam in qualibet prouincia, ubi seruari debet, sicut in constitutionib. imperialibus, per tex. in d. auth. ut factæ no. consti. & istã opinionem ipse approbat tanquam de iure ueram, quia cum nõ reperiatur in hoc cõtrarium esse statutum de iure canonico, debet stari iure ciuili per id quod legitur & notatur in c. 1. de ope. no. nun. & per no. per gl. in data sexti libri, do. Abb. in d. c. 2. ẽt non approbat dictam opi. ꝙ sufficiat sola publicatio in curia, per id quod habetur in c. 1. de postu. prælat. & in c. q̃d diciris 16. dist. quæ iura secundum eum uidentur concordare cum eo quod habetur de iure ciuili in dicta auth. ut fac. nouę consti. & etiam adducit dictã rationem quod cum non reperiatur contrariũ dispositum de iure canonico stãdum est iuri ciuili, & certè ualde debilis uidetur ratio illa quæ adducebatur pro illa parte. s. ꝙ in cõstitutione Papali sufficeret sola publicatio in curia absq; alia particulari publicatione per prouincias, & secus in constitutione Imperiali, eo quia dicebatur ꝙ Imperator habet huc & illuc discurrere, sed Papa habet pedes non plumeos sed plumbeos, stabilisq; manens dat cuncta moueri, ideo sufficiat sola publicatio in curia. hæc sunt uerba quæ refert Io. And. in data sexti libri. nam cum tractetur de ligando prouinciales lõgè distantes ab urbe, quos iniquum est affici tam graui pęna, nisi a die sciẽtię. l. fi. ff. de decre. ab ordi. fac. l. generali. C. de tab. lib. 10. & d. c. 2. quãuis Papa stabilius resideret in loco suæ residentiæ q̃ Imperator, non per hoc tñ sequitur quod sua constitutio facilius perueniat ad notitiam prouincialium longè distantium q̃ constitutio facta ab Imperatore. facit c. quosdam, & c. quanto, de præsump. & id quod habetur in c. fi. qui matri. accu. pos. unde cum habeamus pro ista parte tex. in d. auth. ut factæ nou. consti. & authoritatẽ gl. in d. c. 2. quæ de iure est magis cõiter approbata a doct. ut patet ex prædictis, non est discedendum ab ea. & præsertim in constitutione pęnali & acerbissima, cũ pęnæ sint in dubio restringendæ. l. si præses. ff. de pę. & in regula in pęnis. Præterea non constat de publicatione facta Romæ, nam licet sint in camera registratæ non sequitur, ergo sunt publicatæ, quia aliter fit publicatio, ut in §. hac igitur, in auth. de mand. prin. ut dixi in consil. ¶Nec ob. ꝙ dicatur esse probatũ per plures testes famã publicam fuisse in prouincia de dicto præcepto seu decreto apostolico, quia ad hoc (meo iudicio) est multipliciter & sufficienter rñsum in consilio, quia dictæ literæ apostolicæ non ligabant nisi ex die publicationis, & ex tunc incipiebat currere tempus dictorũ quinq; mensium, ut in eis cõtinetur,

* unde ante non ligabantur * ẽt scientes, ut l. unica. §. fi. & ibi. no. Sal. C. de cad. tol. Prætereà non est probatũ legitimè ꝙ in locis in quibus erãt dictus do. Iaco. & Ludo fuerit illa publica uox & fama, & quia de hoc dictũ fuit opportunè in consilio; ideo non repeto, per hæc puto esse satisfactum circa pri-

2 mum dubium. † Circa secundum dubium dum dr̃ quod do. Legatus de latere donare potuit d. Ioanni dicta bona ut fecit, eo quia modica fuerunt per no. p doc. maximè per Abb. in c. intellecto, de iureiur. cum suis concordantiis, quia respõdeo ꝙ allegata in contrarium procedunt, qñ donaret de rebus ipse spectantibus ad rempublicam, cuius administratio sibi concessa est, sed de rebus priuati hoc facere nõ potuit. l. si priuatus. ff. qui & a quibus. & l. toties. ff. de pollici. & præcipuè sine causa iusta, ut no. Spe. in ti. de leg. §. nunc ostendendum. uers. i. dictus autem do. Legatus id fecit ex causa iniusta. s. ex causa priuationis factæ contra dictos do. Iacobum & Ludouicum tanquam hostes ecclesiæ, quod quidem facere non potuit

3 eis non citatis, ut in consilio firmiter ostendisse puto. ¶† Nec ad hoc

ad hoc ob.dum dicitur per aduersarios, ꝙ cum potestas Senagalię per nuncium suum posuerit d.Ioannem in tenutam dictorum bonorum debebat dictus ser Nicolaus & Ludouicus appellare, aliàs non datur sibi remedium recuperandę possessionis, per notata per Bar.in l.meminerint.C.unde ui.qm̃ ad istud respōdetur, & ad hoc bene aduertat dñs iudicans, quia Bar.in d.l.meminerint, uult ꝙ si quis ex permissione iudicis ingreditur possessionem fundi non citata parte aduersa quæ citari debuit, incidit in pęnam d.l.meminerint, quia cadit a iure suo si per se sine executore apprehēdat possessionem.sed si per executorem inducatur in possessionem fundi, nō habet locum pœna dictæ l.meminerint.sed deberet aduersario succurri per appellationem, secūdum formam l.ab executione. C.quor.app.non rec.non aūt dicit Bar.ꝙ executio & immissio ualeat qñ etiam si actus sit nullus potest ab eo appellari.l. Carmelia Pia.ff.de iu.pat.l. quædam mulier.ff.fam.erci.& ꝙ non sit necesse appellari & aliis remediis possit prouidere, declarat ipsemet Bart.apertè in l.a diuo Pio.§.in uenditione.ff. de re iud.in uer.† sed quæro quid si facta fuit executio parte non citata &c. ubi quærit quid si facta fuit executio parte nō citata ubi citari debuit, uel aliter est erratum, respondet ꝙ potest appellari quasi excedatur modus. d.l.ab executione, sed si non appelletur, tunc dicit ꝙ si dicta missio in possessionem facta erat in actione personali, non constituit pignus prætoriū, & sic non acquiritur ius immisso, & poterit antequam per iudicem procedatur ad uenditionem dictæ rei reuocari ex officio iudicis adhibita summaria cognitione, ut in d. l. a diuo Pio.§.si super rebus.sed post uenditionem haberet necesse aduersarius se facere actorem in iudicio ordinario & rem uendicare.d.l.a diuo Pio.§.si post aditum.& l.1. C.de præscrip. 30.an.& l.pe.C.si uen.pig.ag.si uerò dicta immissio in possessionem facta esset in actione reali parte non citata, & nō esset appellatum, dicit ꝙ intra annum poterit aduersarius non citatus petere & per officium eiusdem iudicis summariè poterit obtinere in effectu reuocationem, & ꝙ ad executionē non procedatur.si aūt elapsus esset annus potest aduersarius agendo ordinariè rem uendicare non obstante dicta immissione, per l.si quis emptionis.§.sed & si quis.C.de præscri.30.an.ergo in proposito nostro audiri in hoc iudicio ordinario debuerunt dicti agentes. Quod aūt dicta immissio in possessionem facta parte non citata, dicatur nulla, est clarū per l.fi.C.si per uim uel alio modo.& l.si de certa.C.si propter pub.pēsita.& c.licet Christus.de præb.in 6.imò per talem immissionē non priuatur * prior possessor non citatus possessione sua, per d. iura.& no.Inn.in c.qm̃ frequenter, ut lite nō contest.& Bart. in l.2.C.ubi in rem actio.in uersi.quæro utrum sñia lata contra colonum &c.& in l.peregrè.§.quibus.ff. de acquir.pos.& expressius in proposito nostro ponit Pet.de Ancha.in consil. 125.incip. Satis inaduertēter &c. & Io. de Imo.in d. l.a diuo Pio.§.si post aditū. ¶ Circa tertium † in quo dicitur, ꝙ dubiū facit contra dictos agentes, quia cum habeat d.Ioannes titulū donationis a domi.Legato & post sederit etiam per quadriennium & ultra, non uidetur quod ipse possit inquietari, per ea quæ habentur in l.omnes & in l. bene a Zenone. C. de quadrien.præscri.& in §.fi.instit.de usucap. & posito quod dicti agentes ius aliquod haberent in dictis bonis debēt agere contra fiscum intra quadriennium, ut in dictis legibus, quia respondeo primò ꝙ dicta iura cōtra fiscum habent locum qñ fiscus dicta talia bona possidebat, & sic illa per eum possessa tanquam sua alienauit, nam fiscus possidens dicitur quodammodò partem habere in re, quia a possessione causatur dominium.l.1.in prin.ff.de acq.poss.l.traditionibus.C.de pac.me ritò tanquam habens cōionem in re potest totam rem in aliū transferre.l.multùm.C.de com.re.alie.& ita declarat & limitat dicta iura Iac.de Aret. Cy.& Bal.in d.l.multum.& Bal.in l.1.C.de hære.uel acti.uen.& hoc sensit etiam glo.in l.fi.C.si aduer.fiscum.in gl.1. ibi dum dicit secundò uendit ut alienā ob aliquod debitum sibi cuius rei possessionem nunquā habuit &c.iunctis his quæ gl.dixerat in prin. de fisco uendente rem alienam ut suam, quia innuit ꝙ primus casus.s.qñ fiscus uendit ut suam, procedit qñ eam possedit.& ita etiam intelligit Bar.in l.fi.C.si contra ius uel uti.pub.dum alleg.l.fi.C.de quadri.præscri.sed dictas res nūquam possedit fiscus sed do. Iacobus, & Ludouicus usquequò Ioannes apprehēdit possessionem, ut etiam presupponitur esse probatum, ergo non sumus in casu.
6 ¶ Secundò rñdeo quod. † d.l.omnes.& l.bene a Zenone.secundum Pet.Cy.& Bal.in d.l.multum, loquuntur de uenditione facta de re aliena ab imperiali culmine de plenitudine potestatis, quia inferior non potest rem alienā alienare auferendo dominium uero dño.l.si priuatus.ff. qui & a quibus.l.toties.ff.de pollici.& dixi in consi. sed constat quod plenitudo potestatis non est apud Legatum de latere, ut in c. quod trāslationem, de offi.leg.no.in c.fi.de hæreti.in 6.cū si.
7 ¶ Tertiò respondeo † quod dicta iura procedunt qñ fiscus imperialis uēdit seu donat rem aliquam ut suam simpliciter, nā tunc statim emptor uel donatarius est securus, interdum aūt fiscus uendit rem ut suam ex certa causa adiecta, & tunc non est securus. ita singulariter dicit Salic. in l.1.C. de hære. uel acti.uen.per l.nec ullam.§.item si quis a fisco.ff.de peti.hęre. ibi.n.uendidit fiscus ut hæres. unde si non est hæres, potest euinci emptori per illum ad quē pertinet.ut ibi, quod reputat no.Sali.ita est in proposito, Legatus in eodem actu priuat dictos Iac.& Lud. bonis suis & pro priuatis haberi decreuit, & dicta bona uigore dictæ priuationis concedit & donat d. Ioanni, ut ostendunt pręcedentia, quæ dant intellectum ad sequentia.l.si seruus plurium.§.fi.& l.qui filiabus.ff.de leg.j.& per cōsequens cum uideatur concessisse dicta bona pro iure, ipse habet tanquam Legatus in dictis bonis ex causa dictę priuationis, igitur si dicta priuatio non ualuit, ut opportunè deduxi in consilio, sequitur ꝙ d.Ioannes non est ex dicto titulo
8 securus. ¶ Quartò † responderi potest ꝙ ecclesia non recipit nec approbat dictam dispositionem positam in d.l. omnes.& in d.l.bene a Zenone.adeò quod si Imperator alienaret in ecclesiam aliquo titulo rem alienam tanquam esset Imperatoris, ecclesiam non approbat ꝙ ipsa sit secura, imò poterit inquietari ecclesia a uero dño, ut est gl.no. & ibi Archi.12.q.2. quicunq; militum, in uerbo cōsensit. & 16.q.3.in c.placuit. el j.per illum tex.sapit.n.iniquitatem auferre dominium rei suæ priuato, cum sit contra ius naturale & gentium, ut plenè no.in l.fi.C.si contra ius uel uti. publi.& in l.1.ff.de constit. prin.& ideo ecclesia tam duram, grauem & pœnalem dispositionem respectu priuationis dominii contra ius cōe pro se recipere & approbare noluit. & per hoc apparet multipliciter responsum ad no.per Bart.in l.item ueniunt.§.ait senatus.ff. de peti.hære. ubi loquitur in his quæ iure cōi fisco applicantur, nam applicabuntur etiam fisco ecclesiæ Romanæ. Quòd aūt non habeant etiam locum dictæ leges, qñ Imperator rem alicuius ecclesiæ donaret, illud est etiam expeditum, ut not. gl.& doc.in c.2.de reb.eccl.non alie. & Sali.in d.l.bene a Ze
9 none. ¶ † Quintò respondeo ꝙ dicta iura locum habent quando uenditio rei fieret ab Imperatore uel Augusta uel a procuratore specialiter ad illam alienationem constituto, secus aūt si uenditio fieret per generalem procuratorem fisci uel Cæsaris, quia tunc non ualet uenditio talis rei alienæ quādo in generali mandato non uenit.arg.l.creditor.§.Lucius, ff.man.& l.si pater.ff.quæ in frau.cre.hanc limitationem signanter tradidit Bal.in l.j.C.de uen.rerum fisca.cum priuatis.eo.lib.10. igitur in proposito donatio facta a dicto generali Legato non habente specialem cōmissionem alienandi res de quibus nūc est quæstio, non trahitur ad huiusmodi donationem, saltem quantùm ad hoc ut in ea locum habeat dispositio dictorū iurium. ¶ Circa quartum dubium in quo fit dubitatio, an cōfirmatio facta per Romanum Pontificem de his quæ gesta fuerunt per ductum Legatum cōualidet dictam donationē, fuit per dictos dominos cōsulentes & per me (ut arbitror) opportunè responsum pluribus modis in consilio. & non obstat si aduersarii nunc ꝯ responsiones replicant ꝙ quāuis confirmatio sedis apostolicæ non trahatur ad actum in quo fuit defectus citationis, qui est defectus iuris naturalis, cū in casu nostro non requirebatur citatio, eo quia inobedientium bona tanquam hostium occupanti cōceduntur sine citatione, quia respondeo ꝙ negatur dños Iacobum & Ludouicum fuisse de illis inobedientibus & hostibus, de quibus loquuntur primæ literæ apostolicæ, quia non apparet ꝙ ipsi intra quinq; menses a die publicationis dictarum literarum cōtempserint obedire, ut patet per ea quæ dixi supra in 1.die circa publicationem literarum, & priuatio qua dicitur fecisse dictum domi. Legatum fieri non potuit parte non citata, ut in cle. pastoralis,

lis, de re iu.c.1.de cau.pos. cum si.non obstat etiam immissio
facta in possessionem per potestatem Sinigaliæ iunctis nota-
tis per Bart.in d.l.meminerint, quia suprà respondi in secun-
do dubio. ¶Non obstat dum dicitur quod in confirmatione
10 prædicta † est clausula ex certa scientia, quæ tollit defectus iu-
ris naturalis, per l.quidam consulebat. ff.de re iudic.quia re-
spondeo, ꝙ ibi loquitur in defectu inducto a iure ciuili, ut pa
tet in l.cum præter.uer.natura.ff.de iudi.& declarat etiã Bar.
notabiliter in l.si quæramus.ff.de test.& dicit expresse Bal.in
l.bonorum. in 2.q.qui admitti. & in l. Barbarius Philippus,
in 15.col.ff.de offi.præto.& Ant.de But. in repetitione.c.con-
sultationibus, in 12.col.de iure patro.ꝙ contra defectum iu-
ris naturalis non cadit dispensatio allegant not.per Inn.in fi.
in c.sciscitatus de rescri.cum si.item respõdeo ꝙ posito quod
Papa uel Imperator possent ex certa scientia dispensare circa
ea quę sunt iuris naturalis, non auferendo tamen decisionem
iuris naturalis alteri, tamen citationem & defensionem iuris
naturalis tollere nõ possunt per dictam cle.pastoralis. dixi in
consilio.& ibi respondi etiam quod clausula, ex certa sciẽtia,
non trahitur nisi ad ea de quibus præsumitur Papam habere
scientiam, ut ad ea quæ in iure consistunt, ut no.Bal.in l.fi.C.
sententiam rescin. non pos. nec ad hoc obstat ꝙ per aduersa-
rios dicitur ꝙ de ista donatione fit mentio in confirmatione
saltem cum nulla alia donatio appareat, quia respondeo quòd
imò de ista donatione in specie non fit mentio sed in genere,
& præsupponitur etiam mihi in facto ꝙ de pluribus aliis do
nationibus factis a dicto Legato constat, & sic non potest dici
ꝙ habuerit scientiam Pontifex de ista, & sic ꝙ senserit de ista
tanquam de ea informatus.l.Pomponius scribit si frumentũ.
§.fi.ff.de rei uendi.& in l.si quis seruum.§.si inter.ff.de leg.2.
11 † & generalis confirmatio non trahitur ad iniusta, ut inquit
Bar.& Bal.& Ang.in l.1.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.per
id quod habetur in c.1.de iniur.lib.6.& no. Cyn.& Bal.in l.
cum oportet.in prin.C.de bo.quæ libe.& Cyn.in l.ex his.C.
de do.inter.& Bal.in l.1.ff.de consti.prin.& in l.omnes popu
li.6.col.ff. de iusti.& iur.ad hoc tex.in c.1. in prin. in titu.per
quos fiat inuesti.quod autem dicta priuatio & concessio fue-
rit iniusta tanquam facta de re aliena, patet ex supra deductis.
non obstat etiam illa clausula, supplẽtes omnes defectus &c.
quia illa generalis clausula non trahitur ad defectus non spe-
cificatos, nec ad defectus iuris naturalis, ut est citatio & de-
fensio, ut no.Arch. 56.dist.Cenomanense.& Spe.in ti.de leg.
§.nunc ostendendum.uersi.18.cum aliis quæ allegaui in con
silio.& sic dato ꝙ Papa etiam potuisset ex certa scientia in spe
cie tollere defectus iuris naturalis, tamen illa generalitas non
trahitur ad istos defectus. Aliæ responsiones etiam collígun-
tur ex deductis in consiliis quas recensere superuacuum es-
set. Ex his igitur apparet iudicio meo resoluta esse omnia, quę
contra agentes obiiciuntur. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Sigismundi. viri sceleratissimi teste Papa Pio secundo vt refert Iacob. Bergo. supplement.chronic.lib.15. & Raphael Volater.geogra.lib.vj.is autem Malatesta occupabat Ariminum, cui Pontifices inhiabant.

b ¶Voluit.& deci. Tholo.444.vbi Steph.Auf.in addit.contra tenet & melius requiri publicationem in prouincijs idem Pan. Feli. Deci.c. cognoscentes.de consti.

* Ante non ligabantur.]Vide Alex.consil.39.in fi.lib.3.vbi tenet publicum requiri. Nat.

* Non priuatur.] Adde Bal.ad l.ob maritum.col.fi.C.ne vx.pro marito.vbi sequitur Inno.ad d.c.quoniam frequenter. Natta.

c Respondeo. adde Bal.consi.363.lib.j. Roma.sing.737.Marti.Laudẽ. trac.de prin.§.11.Pan.c.quamuis.col.7.de re iudi. Luc.de Pen.l.fi.de loca.prædio.ciui.lib.11.C. Feli.c.quæ in ecclesiarum.col.10.cum seq. de cõst.Ant.Corse.in rep.ver.dispositio. Iacobi.de supra.Geor.trac. feudo.versic.princeps.col.4.Ias.auth.quas actiones.col.j.in fi.de sacrosan.eccle.consi.167.col.j.lib.j.Franci. Balb.trac.præscrip.2.part.
* quintæ partis.prin.q.8. * Vide de his limitationibus latè Feli. ad c. quæ in ecclesiarum.col.14.de const. Nat.

SVMMARIVM.

2 *Testes reprobantes testamentum debent esse omni exceptione maiores.*
3 *Excipiens aliqua, confirmat reliqua.*
5 *Notarius potest recipere pro absente, & si testamentum non potest valere vt testamentũ, valet tamen vt donatio causa mortis, si pars fuit præsens, uel alius pro ea recipiens, per totum.*
6 *Verba impropriantur vt seruiant menti, & actus valeat.nu.7.*
9 *Donatio causa mortis est species vltimæ voluntatis.*
11 *Notarius intelligitur rogatus de clausulis consuetis.*
12 *Testis falsus in vno, repellitur in totum.*
11 *Testis falsus in vno, repellitur in totum.*
13 *Hæreditas locuplex est titulus lucratiuus.*
14 *Fralsum non committitur vbi damnum non infertnr.nu.21.*
15 *Testis vnus excusat a dolo & calumnia.*
16 *Præsumitur error potius quàm dolus.*

CONSILIVM LIII.

In causa & lite inter Lucam de Sutolis suo nomine,
& ut patrem & legitimum administratorẽ
Thomæ & Cæsaris filiorum suorum agentem, & filios ac hæ
redes magistri And.de Victoriis se defendentes, uiso processu
dictæ causæ & oĩbus scripturis mihi transmissis unà cum his
quæ allegata sunt per aduocatum d.Lucæ, quæritur principa
liter an stantibus attestationibus testium productorũ ad im-
pugnationem instrĩ assertæ donationis causa mortis factæ (ut
dicitur) per do.Staxiam filiã d. Lucæ infringatur fides & vir-
tus dicti instrĩ & donationis, an etiam fides dicti instrumenti
infringatur ex eo ꝙ allegauit factas esse nonnullas additiones
per notarium ad protocollum, in quo est originalis scriptura
dicti instrĩ.& omissis non necessariis, vr̃ mihi de iure conclu
dendum, dictum instrm̃ subsistere probare, saltem quò ad do
nationem causa mortis factam per d. Staxiam fratrib.suis, &
1 hoc probatur maximè ex infrascriptis. ¶Nam † instrumento
publico absq; alia corroboratione testium pro eo deponentiũ
datur plena fides, & pro eo prę sumitur nisi aliud probetur.
l.cum precib.C.de proba.l.optimam.C.de contrah.& com-
mit.stip.c.2.de fi.instru unde non puto oportere insistere, an
per testes productos in causa sit approbata notula instrumẽti
seu dictæ donationis, sed uis est in discernendo an sit impro-
bata per testes, adeo ꝙ eius uirtus sit eneruata & extincta.&
2 circa hoc est † attendendum, ꝙ testes qui producuntur ad re
probandũ instrm̃ debent esse idonei & omni exceptione ma-
a iores [a] d.l.optimam, & inst.de inu.stip.§.item uerborũ. & ibi
b no.& debent reddere sufficientem causam [b] dicti sui, etiam si
de ea non essent interrogati.& notabiliter uoluit Iaco.But.in
sua dispu.quã refert & sequitur Bal.in l.presbyteri. C.de epi.
& cle.in ult.col.in ver.quęro utrum tabellio &c.uidendũ est
igitur, an ita sit probatum contra dictum instrumentum per
testes productos contra Iustinum. Et primus testis est Bartho
lomæus, & iste non probat, saltem quò ad infringendum do-
nationis cã mortis factam fratrib. Staxię patet quia in instrõ
prædicto & etiam in nota uulgari extracta in substantia de di
cto instrõ super qua sunt examinati testes, continetur quod
post mortem d.Staxię, & etiam post mortem filii ipsius Staxię
ipsa disposuit, uolit, & reliquit dictis fratrib.suis & notario ꝑ
eis stipulanti & recipienti residuum dictarum suarũ dotium,
& dictus primus testis non dicit ꝙ istud non fuerit ita dispo-
situm per d.Staxiam, imò dicit ꝙ ipsa disposuit quasi ut in di-
cta nota uulgari cõtinetur, & solùm excipit ꝙ non dixit ꝙ re
linqueret Andręam filium suum donatariũ, sed quod dixit ꝙ
reliquebas eum hæredem uniuersalem, & etiam dicit ipsam
adiecisse clausulam codicillarem solum per illa uerba, uoluit
ualere iure testamenti uel codicilli. & sic negat illa alia uerba
notarii, uidelicet, uel iure cuiuslibet alterius ultimæ uolunta-
3 tis. & sic exceptio † facta ab ipso teste de aliquibus ostendit ꝙ
excipiens uoluit & intellexit reliqua contenta in d.nota tanq̃
uera firma manere, in §.ut aũt lex.in auth.de non alie.l.quæsi
tũ.§.deniq;.ff.de fun.instr.leg.l.tribunus.§.fi.ff.de mili. test.
& negari non põt ꝙ dictus testis in dicto suo cõcludenter nõ
dicit ꝙ non fuerit facta illa dispositio pertinens ad fratres Sta
xiæ eo modo quo in instrõ seu in nota uulgari extracta ab in-
strõ continetur, ergo in ea parte non reprobat scripturam, cũ
dictum testis debeat de necessitate concludere, & si est ambi-
guum, interpretatur contra producentem.c.in præsentia, de
proba.l.neq; natales.C.eo.ti.cum si.sed ita est quod dicta uer
ba de qua in instrõ seu in nota uulgari important factam fuis-
se donationem causa mortis per stipulationem dictis fratri-
4 bus mulieris. † nam donatio causa mortis potest fieri causa
mortis

mortis ipsius donantis, & causa mortis alterius.l.nec fratris,
& ibi no. C.de don.cau.mor.& in l.mortis causa capimus,in
prin.ff.eo.titu.ita fuit in proposito.quia mulier causa mortis
suæ, & causa mortis And. filii sui contulit seu donauit fratri-
bus ipsius mulieris,& interuenit stipulatio & præsentia nota-
rii recipientis pro dictis donatariis,ut requiritur in donatio-
ne cau.mor.in qua debet interuenire præsentia donatarii uel
alterius recipientis.l.inter mortis,& ibi Bar.in l.Seia,in prin.
5 ff.de dona.cau.mor. & ideo † dicit Bal.in l.damus.§.1.eod.
ti.ꝙ sufficit ꝙ notarius recipiat pro donatario absente,ut etiã
est de mente Cy.in l.1.C.de dona.cau.mor.facit.l.non aliter.
ff.de adop.l.2.ff.rem pup.sal.fore. & l.1.§.exigere. ff. de ma-
gi.conue.& c.quanquam.de usur.in 6.& olim debebat inter-
uenire stipulatio.hodie autem pactum nudum sufficit secun-
dum no.per gl.& doc.in l.cum pater.§.Mæuio.ff.de leg.2.&
in l.2.C.de iure do.& no. Cy.in d.l.1.C.de dona.cau.mor.&
Bar.in l.1.ff.eo.tit.cum simi.& sic modus ineundi dictam di-
spositionem declarat & indicat qualem voluerit dispositionẽ
facere ipse disponens.l.illud.§.tractari.ff. de iure codi.l. non
codicillum.C.de codicil.& in dubio debet fieri interpretatio
quod disponens videatur elegisse c viam per quam sua dispo-
sitio sustineatur & valeat.l.si miles qui destinauerat.ff.de mi-
li.testa.l.Meuius,in prin.ff.de le.ij.quoties, de rebus dub. &
constat ꝙ verba illa mulieris conferentis in fratres fuerunt
6 apta ad donationẽ causa mortis † dum dixit, dispondit, vult
& relinquit,&c.quę verba sunt apta ad omnem speciem vlti-
mę volũtatis, vt patet in.§.disponat,in aut.de nup.l.3.C.cõ-
munia de lega.l.1.§.fi.ff.de tab.exhib.& per nota.in l.his ver
bis.ff.de hære.insti.cum si.& plus est, quia etiã verba impro-
priantur vt deseruiant intentioni, & actus valeat, & secundũ
subiectam materiam intelligenda sunt verba.l.insulam.ff. de
pręscri.verb.l.si vno.in prin. ff.loca.l.si stipulatus.in prin.ff.
de vsur.l.& puto.in prin.cum glo.ff.fami.erc isc.vnde ad pro
positum † dicit Bal.in l.fin. C. de codi.in vlti. colum.in ver.
extra quæro testator in codicillis &c. quòd si testator* insti-
tuit hæredem coram septem testibus rogatis,& adiecit quod
voluit institutionem valere iure codicillorum & iure cuiusli-
bet vltimę voluntatis, ꝙ valebit iure testamenti,quia secundũ
eum non nocet imperitia testatoris qui testamentum appel-
lauit codicillos,cum intentio sua fuerit habere hæredem . &
omnia sint solemniter acta.arg.no.in l.si librarius.ff.de regu.
iur.& bene probatur etiam in l.testamentum,cum ibi no.per
Bald.& Salic.C.de testa.& not.Bald.in l.Imperator. in 1.col.
ff.de sta.ho.ita etiam dicit Ang.in d.l.fi.in fi.C.de codi.vbi ẽt
pro hoc allegat d.l.si miles qui destinauerat.bene faciunt no.
per Ioan. And.in addit. Specu. in titu. de instrumen. edit.§.
compendiosè.in additione incip.ad intellectum.vbi secutus
Dy.voluit quòd si testator instituit filios hęredes coram sem-
ptem testibus, & dixit velle illam institutionem valere iure
codicillorum, certe si non potest valere iure codicillorum in
quibus non potest dari directò hæreditas.l. 2. C. de codici.
valebit vt testamentum per d.l.non codicillum, cum aliis al-
legatis per Dyn. in disputatione quę incipit. Paterfami.& se-
quuntur moderni vt Pau.de Cast.in l.2.& in l.fi.C.de codic.
& in l.Scæuola, in lectura Bononiensi.ff.ad treb.igitur in pro
posito cum non possit dicta dispositio valere vt testamentũ,
debet intelligi quòd voluerit donare causa mortis, attento ꝙ
fuit facta mentio mortis, vt patet ex scriptura. vnde dicimus
ꝙ si dico, promitto tibi post mortem meam bona mea. videor
tibi donare causa mortis, vt not.gloss.& docto. in l.fin.C.de
pac.& Barto.in l.stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo.
obligat. & not. in l.Seia.ff.de dote pręleg. cum simil. & licèt
institutio hæredis facta fuerit per dictam Staxiam instituentẽ
filium, quę quidem institutio hæredis denotat eam voluisse
8 testari.d.l.non codicillum, tamen dico quod in illa parte in-
stitutio non valuit,quia erat † filiafamiliàs quæ non potuit te
stari,sed bene donare causa mortis cum consensu patris,pro-
ut interuenit.l.senium.C.qui testa.fa. pos. & d.l.tam is.§.1.
vnde cum non potuerit sua dispositio sortiri effectum in illa
parte dispositionis & relicti facti filio,in qua quidem quarte
non interuenit præsentia dicti Andreæ pupilli, nec alterius
pro eo recipientis, non est putandum per hoc dictam Staxiã
voluisse in totum eligere viam testandi per quam omne suũ
iudicium deficeret,vt optimè probat text.in ratione sui in d.
l.si miles qui destinauerat. ubi miles elegit velle testari iure
cõmuni, vt quia rogauit septẽ testes vt suo testamẽto adessẽt
prout in testamentis iure communi cõdendis requirebatur,
tamen inter illos testes repertum est aliquos esse inhabiles,
adeo ꝙ iure communi valere non poterat,certè sustinebitur
vt valeat iure militari, & sic ex priuilegio militum, cui non
est verisimile disponentem voluisse renunciare eo casu, quo
aliter deficeret iudicium suum. Accedit,quia vtile per inutile
viciari non debet, vt est regula iuris.& in proposito patet in
d.l.si miles qui destinauerat.ex his ergo apparet quod iste te-
stis nõ infert necessario dictam dispositionem Staxiæ. quò ad
fratres eius valere non posse in vim donationis causa mortis
& hoc tantò magis procederet stante clausula codicillari, eo
modo quo adiecta reperitur in scripta. scilicet ꝙ volebat illã
suam vltimam voluntatem valere iure testamenti vel codicil
lorum vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis,prout melius
9 posset,† quo casu intelligitur etiã de donatione causa mortis,
quæ est species vltimę volũtatis.l.fi.C.de dona. causa mortis.
& insti.de dona.§ 1.& cum facta sit specialis mentio de testa
mento & codicillis illa sequentia uerba.s.iure cuiuslibet ul-
timæ uoluntatis,non possunt referri nisi ad donationem cau-
sa mortis, ideo perinde est acsi de ea facta esset specialis men-
tio.l.2.ff.de libe.& posth.facit.c.qui ad agendum, de procu.
in 6.ita uoluit Fede.de Senis.consi.298.incip. Quoniam uo-
ritas &c.& Gui. de Cu.in l.1.C.de codi.quem sequi videtur
Bal.in l.eam quam, in quinta uel sexta col. C.de fideicom.&
in l.Labeo, in prin.ff.de pac.& in repetitione l.1.C.de sacro-
san.eccl.in 10. col.in uersi. quintò quæritur &c.& ita etiam,
tenuit Odof.ut refert Bal.instit.quibus non est permissum fa
cere testa.in prin.& Ang.& Pau.de Cast.in l.qui in potestate.
ff.de test.in prin.& Io.de Imo.& Ludo.Ro.in d.l.tam is.§.1.
& hoc quando interuenit præsentia illorum quibus relinque
batur uel præsentia alterius recipientis pro eis,ut fuit in casu
nostro,alias autem procederet opi. Cy.& sequacium in d.l.se
nium.ut declarat Bal.in dictis locis. & ita etiam tenui legen-
do dictam l.senium . ¶Nec ad hoc obstat ꝙ iste testis dicat ꝙ
in clausula codicillari fuit facta solum mentio de testamento
& codicillis. quia dico quod huic testi non creditur, quia
10 † quando unus testis contradicit uni alteri neutri creditur,
quia unus impugnat alterum.ita dicit Io. And.& communi-
ter alii post eum in c.in nostra,de testi. sed prædicto testi ad-
uersatur alius testis.s.Stephanus, qui dicit qđ nulla fuit adie-
cta clausula codicillaris, & ideo neutri dictorum testium cre
detur.& tantò magis, quia quilibet eorum nõ uerisimilia de-
ponit, attento ꝙ dicta clausula codicillaris apposita prout re
peritur in scriptura, est consueta apponi ab ipso notario, ut
dicitur apparere ex protocollis suis,& etiam est consueta ap-
11 poni ab aliis, & de † illa tanquam consueta semper intelli-
gitur rogatus notarius.l.fin. C.de fideius.& ita ibi per illum
tex.no.Bal.& etiam Bal. in l.si quis sub conditione,in fi.ff.de
condit.instit.ubi inquit, quod etiam si nihil dictum fuerat a
partibus,tamen notarius intelligitur rogatus de clausulis cõ-
d suetis. d sic uidemus ꝙ clausulæ consuetæ apponi in literis Pa
pæ semper subintelligantur.c.accepimus, & ibi notant doct.
de æta.& qualita.c.cum M.Ferrariensis, de constitu.facit.l.si
prius.§.1.ff.de aqua plu.arcen.& l.quod si nolit.§.qui assidua,
cum si.ff.de euic.& do.Ioanna testificari uidetur apertè quod
clausula codicillaris fuit ibi expressa, prout continetur in di-
cta nota, quam ipsa dicit esse ueram exceptis aliquibus, inter
quæ non connumerat defectum clausulæ codicillaris . & sic
iste Bartholomæus contradicit pluribus testibus,meritò non
creditur ei, ut no.in d.c.in nostra.non ob.igitur depositio di-
cti Bartholomæi, quia non negat quod ea quæ continentur
etiam in instrumento publico domini Zingini nõ fuerint di-
cta, præterquam illud uerbum donatarium relatum ad filiũ
pupillum ipsius mulieris,& præter illam ultimam partẽ clau
sulæ codicillaris.& ad hoc tendũt uerba ipsius testis,ibi dum
dicit,& nihil aliud dixit quod ipse audiuerit, nec dicere po-
tuisset quid audiuisset. & si diceretur qđ imò intellexit iste
testis quod tempore quo celebrauit Staxia dictam ultimã uo-
luntatem domi.Zinginus notarius de actu ipso rogatus nihil
aliud dixit, quàm illud quod deponit dictus testis, certè ad-
huc minus probaret iste testis,quia contradiceret multis aliis
testibus,qui deponũt plura alia dicta fuisse, ut patet ex depo-

sitione mariti, qui attestatur etiam dictum fuisse, questo è il
nostro primo & ultimo testamento. & plura alia deponit ul-
tra testificatum Bartholomæi. Similiter etiam dicta Ioanna
testis attestatur do. Zinginum alia dixisse, quæ non dicit Bar-
tholomęus. patet dum ipsa videtur affirmare clausulam codi
cillarem fuisse adiectam extēse, prout reperitur scripta in no-
ta. & quod Zinginus dixit quod notaret dictum actum tali-
ter ꝙ valeret. & quod Staxia respondit, io sono contenta. & sic
si dum Bartholomæus deponit quòd nihil aliud dixit Zingi-
nus, nec dicere potuisset quin audiuisset & intellexisset, gene-
raliter sequeretur quòd falsum dixisset iste Bartholomæus &
12 reprobaretur ex dictis depositionibus aliorum. & testis † fal-
e sus in vno repellitur in toto [e] propter periurium. cap. testimo-
nium, de testi. secundum communem opi. doct. vt per doct.
plenè in c. fraternitatis, de hæreti. & Inn. in c. cum in iure, de
offic. deleg. & Archi. 9. dist. si ad sacras. & Spe. in tit. de teste.
§. 1. versi. item quod aliquid de suo. & Old. in cōsi. 36. quod
incipit. Ad primam quęstionem &c. & Bal. & alii post eum in
l. si ex falsis. C. de transac. & Bal. & Ange. in l. 1. §. si quis sim-
pliciter. ff. de verbo. oblig. & Bald. in l. 3. C. de fideicommiss.
lib. & in l. fi. in 3. op. C. de edi. di. Adr. ¶ Plus dico ꝙ etiā quā-
uis dicat iste testis quod tēpore quo celebrata fuit vltima vo-
luntas Staxiæ non fuerit expressum, quod Staxia relinquebat
Andręam hæredem & donatarium suorū bonorum, & quod
illud verbum donatarium fuit tunc omissum, licèt reperiatur
nunc scriptum, tamen per hoc non debet dici Zinginum fal
sum commisisse, quia si Staxia reliquit hęredē suum Andręā
filiū eius, vt omnes dicūt, bene dicitur esse donatarius quan-
14 do hęreditas esset locuplex, quia titulus hæreditatis * locuple
* tis dicitur esse titulus lucratiuus. l. inter stipulātem. §. si rem,
& ibi no. Dy. & Ang. ff. de verbo. obl. l. si hæreditatem. ff. man-
da. etiam si sit hęreditas ascēdentis per not. per glo. & Bart. in
l. si emancipata. C. de iuris & fac. igno. & not. glo. iuncto tex.
& ibi ponderat Io. de Imo. in d. c. si duo. ff. de acquiren. hære-
f dita. pręterquam quò ad effectum [f] specialiter inductum per
l. 1. C. de imponen. lucra. describ. lib. 10. & ideo saltem largè
potest dici donatio sicut legatum & fideicommissum. l. lega-
tum. & l. miles. in prin. ff. de le. ij. quod autem hęreditas dictę
Staxiæ esset lucrosa, patet, quia per aduersarios allegatur de-
ducendam esse legitimam pupilli, quæ tamen legitima dari
non potest nisi prius deducto ęre alieno. l. Papi. §. quarta. ff. de
inoffic. testamen. & sic præsupponitur quod vltra æs alienū
14 supererant bona. Præterea † falsum [g] non committitur vbi
g damnum non infertur alteri. l. damus. C. ad leg. Cor. de fal.
& requiritur quòd notarius habuerit animum nocendi. l. nec
exemplum. eo. tit. & declarat Bal. in rub. C. de fide instrumen.
in 7. col. in versicu. dubitatur tamen hic &c. sed posito quod
etiam addidisset illud verbum donatarium, nihil nocebat nec
aliquid operabatur, eò quia illa donatio non poterat valere ni
si sit facta donatario præsenti vel alteri recipienti pro eo. d. l.
inter mortis, & dixi supra, sed in proposito donatarius non
erat præsens, nec alius pro eo recepit. nec reprehendi debet
notarius quod institutionem hæredis scripserit in vltima vo-
luntate condita a filiafamiliàs, quæ non potest testari & hæ-
redem instituere. d. l. senium. quoniam potuisset esse ꝙ Staxia
inscio notario fuisset emancipata, & sic potuisset testari. Præ
tereà ipsa ita voluit. scilicet hæredem filium instituere. ¶ Simi
liter non potest dici quod commiserit falsum in clausula co-
dicillari, tum quia illa est clausula consueta, de qua intelligit
rogatus, ut dixi, tum etiam quia dicta Ioanna deponit in hoc
pro instrumento, vt dictum est. & præsertim dum dicit, ꝙ Sta
xia dixit notario quod actum notaret taliter quod valeret &
15 falsum non potest esse sine dolo, vt dixi, & vnus † testis excu-
sat a dolo & calumnia, vt voluit no. Spe. in tit. de accu. §. fi. in
fi. & Bald. in l. qui nō probat se. per illum tex. C. de calum. &
doc. in c. 2. de calum. & in c. finem litibus, de dolo & cōtu. &
hæc fuit mens illius Staxię ꝙ bona sua peruenirent in fratres
suos mortuo filio, & ideo notarius curauit satisfacere menti
disponentis, ideo nō potest dici commisisse falsum, vt inquit
Bal. in l. si ex cautione. in 2. col. in versi. modò quæro de duo
bus &c. C. de non nu. pec. vt ēt optimè allegatum est pro par
te eximij aduocati dicti Lucæ. ¶ Et posito etiam quod aliud
uerbum, neq; specificè neq; æquipollenter expressum a Sta-
xia descripsisset notarius in dicto instrumēto, tamen per hoc
16 diceretur falsum, etiā si tractaretur de damno alterius, † imò
scribendo aliter quàm fuerit dictum a Straxia, prçsumeretur
h in dubio per errorem [h] fecisse. l. quoties. §. tantundem. ff. de
hære. insti. & ibi hoc no. Bar. qui hoc reputat singulariter no
tandum. & sequitur Bal. & Io. de Imo. in d. l. quoties, in prin.
nisi secundum eos notarius in præteritum fuisset malè uersa-
tus in officio tabellionatus. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de
re mili. l. iubemus. C. de proba. & in proposito nostro est pro-
batum per plurimos testes de bona fama, uita & moribus di-
cti Zingini, & licèt aliqui inducti sint ad probandum contra
rium, tamen ferè omnes tales qui contrarium deponunt,
ostendunt se esse ipsi Zingino inimicos & maleuolos, ideo
præferuntur alii, & fides eorum debilitatur. c. cum oporteat,
cum ibi plenè notatis de accusa. cum concordantiis ibi allega
tis. Prætereà testes qui in proposito deponunt contra Zingi-
num, non dicunt quod in scripturis commiserit falsum, sed
ꝙ aliquando errauit, & rarissimos puto esse illos qui non in-
17 terdum errent, & etiam (ut uerbo † fertur) tales testes fuerūt
recepti post publicatas attestationes super capitulis directò
contrariis, & parte contradicente, & per cōsequens non pro-
bant, iuxta ea quæ plenè traduntur in c. fraternitatis, & in c.
de testibus, extra de testi. & in cle. testibus. eod. tit. & in auth.
at qui semel. C. de proba. & quod in notario potius præsuma
tur error quàm dolus si est bonæ famæ, ut dixi, & uoluit etiā
Io. And. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. instrumentum in
1. col. & Bal. in l. fi. C. de canone largition. tit. lib. 10. & Lud.
Rom. in l. captatorias. C. de testamen. milit. & ex hoc resultat
18 quod etiam † posito quod dictus donatarius errasset in illo
capitulo institutionis Andreæ pupilli propter illud uerbum
& donatarium &c. tamen per hoc nō inualidatur fides & uir-
tus dicti instrumenti in aliis partibus & capitulis continenti
bus quid diuersum, per no. plenè in d. l. si ex falsis. & per doc.
& in d. c. fraternitatis. ¶ Et per hæc colligitur sufficiēs respon
sio ad omnia dicta aliorum testium, & specialius responden-
do dico quod non ob. illud quod deponit Martinus Matthęi,
quia certè iste concludenter non probat ꝙ non fuerunt dicta
etiam illa quæ continentur in instrumento & nota Zingini,
tum quia clausula codicillaris extense ut suprà tanquam con
sueta, potuit apponi, ut dictum est, & illa sufficit ad sustinen-
dum donationem in persona fratrum, ut probaui. Prætereà
contradicit dicto Bartholomæi & Ioannæ, qui deponunt qđ
notula Zingini continet ueritatem. exceptis nonnullis pau-
cis expensis per dictos testes, & tamen dicta notula continet
plura substantialia, quæ iste Martinus non exprimit, ut quod
notarius receperit cōcessionem & relictum nomine fratrum
Staxiæ, quod est magni momenti, quia alias non posset uale-
re dicta dispositio in uim donationis causa mortis, etiam si
adiecta fuisset clausula codicillaris extense modo quo suprà
ut patet ex no. per Cy. in l. 1. in fi. C. de don. cau mor. & in ter
minis nostris no. Io. de Imo. in l. milus, in prin. & in l. hæredi
bus. ff. de leg. 2. & colligitur ex superius dictis. Prætereà iste
testis deponit potius tanquam iudex quàm tanquam testis,
dum dicit, quod non fuit aliud dictum in substantia, cum ad
eum qui est rusticus & imperitus non pertinet iudicare & di
scernere quid sit de substantia unius actus, ideo non probat.
arg. l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. & §. si uerò absunt. in au-
th. de hæred. & fal. & per no. per doc. in l. sciendū. ff. de uerb.
obli. cum si. ¶ Non ob. etiam illud quod deponit Vicerus To-
nii, quia iste non negat quod nō fuerint expressa illa quę con
tinentur in notula & instrumento, exceptis illis uerbis, An-
dręam donatarium, & illud non habet obstare quo ad disposi
tionem factam circa fratres mulieris de qua quæritur, & cū
interrogatus fuerit de ueritate contentorum in dicta notula,
& neget simpliciter de uno uerbo. s. Andræa donatario, uide-
tur fateri quò ad aliam ueram esse notulam. l. si sine. §. sed ꝙ
Papi. ff. de mino. iuncta gl. in uerbo, remanere. & ibi clarè Bal.
facit. c. nonne, de præsump. & quòd habetur in l. cum prętor.
in princ. ff. de iud. & in l. maritus. C. de procu. ¶ Minus etiam
19 obstat † illud quod deponit Iacob. quia dicit se non recorda
ri, unde per tales testes non inducitur reprobatio instrumen-
ti, ut no. Innoc. & alii in c. cum Ioannes, de fide instru. & no.
doc. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadm. test. ape. & in l. in exer-
cendis. C. de fide instrumen. Pau. de Liaza. in c. tertio loco. de
probatio. ¶ Non obst. etiam id quod dixerat Stephanus, quia
etiam

etiam ipse non improbat notam prædictam, quæ dicitur continere in effectu & æquipollenter donationem causa mortis propter præsentiam notarii recipientis nomine fratrum Staxiæ, vt suprà, probaui circa discussionē primi testis. præterea potuit notarius dictam clausulam codicillarem extense apponere, etiam si aliud dictum non fuerit, cum esset clausula consueta, ut suprà dictum est, quæ quidē clausula facit actum ualere in uim donationis causa mortis. etiam si aliter nō fuisset nominata donatio specificè, ut fuit ostensum. præterea dictū istius non probat, quia contradicit primo testi, ut suprà fuit demonstratum circa primum testē, & uariat ab aliis, quia dicit Staxiam dixisse ꝙ uolebat relinquere pro anima libr. 200. alii dicunt de libr. 100. ¶Non ob. depositio Ioānæ, quia potest responderi, quod eius dicto quatenus sit contra instrumentū, non est standum, quia fuit recepta post publicatas attestationes, quod fieri non potuit ut dixi, suprà. Præterea ipsa dicit quod no. Zingini est uera, præterquàm quod non fuit nominata donatio. & certè hoc non cōcludit quando per alia æquipollentia uerba de quibus in nota, non potuerit esse donatio causa mortis, ut est ostēsum suprà. & pro hoc bene faciūt uerba istius mulieris dicentis, ꝙ Staxia dixit ꝙ notaretur actus ta-
20 liter ꝙ ualeret. † Accedit ad hoc id qđ not. Bald. in l. quoties. C. de hæred. insti. dum dixit ꝙ si testator dicat quod aliquàm rem particularem relinquebat filio intestato, & dixit ꝙ uolebat ualere omni meliori modo, quo posset, uidetur uoluisse quod habeat filius iure institutionis, quia aliter testamentum non ualeret, in §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de ap. cog. ¶Postremò non ob. id quod allegatur ad probationē falsitatis, uidelicet factas esse aliquas additiones circa protocollum, & primò dum dicitur, quod in margine est rubricatū seu intitulatum manu Zingini testamentum Staxiæ, & demū ibi subiungitur de subtiliori litera & de alio attramēto, ut di-
21 citur hoc modo uidelicet, siue donatio causa mortis. † nam ad hoc respondeo, quod cùm illa uerba non sint pars instrumenti, sed scribitur ibi ut facilius inueniatur in libro, non potest dici hoc esse commissum falsum, quia cum non sit de instrumento rubrica, & sic non possit damnum afferre, non cadit ibi falsum, ut d. l. damus. & ꝙ talis rubrica in proposito casu non attendatur nec probet, uoluit no. Bar. in l. admonēdi. ff. de iureiu. in 8. col. in uersic. quæro pone ꝙ in libro notarii defuncti in margine &c. & Bal. in l. si unus. C. de test. cum si. ¶Non obst. ꝙ circa relictum uel donationem dictorum fratrum Staxiæ fuerit facta additio quod nihil quò ad usumfructum quæreretur patri &c. quia similiter respondeo, ꝙ dicta adiectio nihil potuit præiudicare alteri, meritò non cadit in crimen falsi, ut dixi. quod aūt non posset præiudicare alteri,
22 patet, quia dicta † adiectio facta erat in casu quo donatio causa mortis facta fratribus Staxiæ cum consensu patris non ualeret, & certum est ꝙ etiam sine dicta adiectione ualebat, ut no. per gl. & doc. in l. 1. in prin. ff. de auth. tu. & per Io. And. in addi. Spec. in tit. de instrumentorum edic. §. porrò. in additione incip. Petr. de Cormeis &c. & per Bald. in l. bonorum. C. qui admit. ad bo. poss. & est communis opin. insuper quia Staxia dixit notario ꝙ notaret taliter actum ꝙ ualeret, potuit sine crimine falsi hoc facere, ut si actus tutius ualeret iuxta not. in locis, suprà proximè allegatis, & unus testis ad hoc deponens excusat notarium a falso, ut suprà, dixi. ¶Denique in notario bonæ famæ potius præsumuntur prædicta facta esse per errorem quàm falso, posito ꝙ fieri non debuisset, ut est etiam deductum in superioribus per hoc pariter respondetur ad ultimam additionem continentem ꝙ ipse notarius fuit rogatus ut conficeret instrumentum ad sensum sapientis. Ex quibus concludo, ut in principio dixi, dictum instrumētum subsistere, saltem quò ad id quod concernit dispositionem factam in persona fratrum Staxiæ, & illam dispositionem in ea parte ualuisse ut donationem causa mortis, & nullum crimen falsi per dictum notarium fuisse commissum. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶Maiores. Bar. l. 1. §. si quis neget col. fina. quemad. test. ape. Bal. l. in exercendis. de fid. instr. consi. 37. ad fi. lib. 1. Io. Ana. consi. 97. col. 2. & inter consi. Pau. consi. 261. col. 2. lib. 2. Cor. consi. 261. col. 5. lib. 4. Alex. suprà, lib. 4. consil. 43. col. 5. Aymo consi. 56. nu. 3. consi. 75. nu. 34. limita ut procedat quando reprobatur per testes non instrumentarios. Cor. consi. 232. col. 1. lib. 1. Aymo consi. 56. nu. 9.

b ¶Causam. suprà lib. 6. consi. 190. nu. 23.

c ¶Elegisse. Bal. consi. 42. lib. 1. Alcia. de præsum. reg. 3. præsumpt. 35.

* Si testator.] De hac quæstione Alex. latè ad l. non codicillum. C. de testam. Natta.

d ¶Consuetis. suprà libro 2. consil. 27. cum sequen. suprà lib. 3. consil. 89. num. 12.

e ¶Toto. suprà libro 2. consil. 27. nume. 3. consil. 44. numero 7. suprà libro 5 consilio 93. numero 10. consilio 99. numero 21. suprà libro 6. consilio 15.

* Titulus hæred.] Idem Dec. tradit ad l. iuris ignorantia. C. qui admit. Natta.

f ¶Effectum, suprà lib. 6. consi. 144. num. 15.

g ¶Falsum, suprà lib. 6. consil. 145.

h ¶Errorem. Pau. consi. 203. in fi. consi. 264. lib. 2. Imo. consil. 104. Bald. consi. 244. lib. 1. Cu. consi. 135. consi. 142. Deci. l. si librarius. in fi. de rer. iu. c. 1. col. 30. de probat. Cepo. causa. crimi. consil. 21. col. 24. Cur. iunior. l. qui accusare col. fi. C. de eden. limitat Cur. senior. cōsi. 55.* De hac re etiam tradit Alexan. infra hac eadem col & uide etiam supra ead. colum. dum alleg. Bal. ad rubr. C. de fal. instru. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Spurio donari non potest etiam per interpositam personam.*

2 *Fraus fit de persona ad personam, vel de contractu ad contractum.*

4 *Statutum prohibens relinqui uxori, non attenditur ad donationem inter uiuos. nec ad personam uxori coniunctam, nume. 6. 16. 20.*

7 *Statutum prohibens relinqui uxori non extenditur ad donationem quæ morte confirmatur.*

8 *Iuramentum firmat donationem inter coniuges ab initio. n. 13.*

9 *Statuta contra ius nec ex maioritate rationis extenduntur.*

10 *Ratio dubia statuti non ualet ad extensionem.*

11 *Præsumptio una aliam tollit.*

12 *Vxor cui legari non possit an possit relinqui executrix.*

14 *Preceptum fauore eius cui præcipitur factum, habetur pro consilio.*

15 *Præsbyter si dotauerit spuriam suam non potest dos auferri a marito, quia habet causam onerosam.*

17 *Incontinenti fieri non dicitur postquam partes diuerterunt ad alios actus.*

19 *Affinitas sola non sufficit ad probandum fraudem.*

CONSILIVM LIIII.

In casu de quo quæritur, ponderatis narratis in themate uideretur prima cōsideratione dicendū dictos Nicolaum & Ioannem Antonium uolentes auocare aut uendicare bona prædicta donata audiēdos esse, quia sicut
1 prohibetur pater † donare filio spurio, [2] ita prohibetur spu-
2 rius acquirere inter uiuos ab illa media persona quæ inter uiuos acquisiuisset a patre spurii. l. 1. & ibi no. Bar. C. de natu. li. & ita etiam disputando tenuit Iac. de Bel. in dispu. sua quā ponit super d. l. 1. & Bar. in l. si is qui ex bonis. ff. de uul. & pup. & Bal. in l. 3. ff. de test. & in l. quidam cum filium. & ibi et Ange. & Io. de Imo. ff. de hær. insti. bene faciunt no. per Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. in 14. col. in uersi. sed hic subiungitur talis quæstio, pone quod aliquis &c. ubi quærit quid si aliquis habebat filium spurium cui donare non poterat, donauit ecclesiæ, & ecclesia postea donauit spurio, an ualeat? & refert ꝙ Fran. Accur. determinauit ꝙ non, quia secunda donatio præsumitur remuneratio, quæ non potest fieri in persona spurii p l. si uerò non remunerandi. §. inde Papi. ff. ma. & ibi Cyn. in additionibus. tamen Bal. in d. l. eam quā, dicit esse distinguendum, ꝙ aut ecclesia resignauit aut donauit, primo casu neque prima concessio neq; secunda ualuit quia apparet fraus. secūdo casu aut ecclesia est mota intuitu pietatis, & ualet, aut ob remunerationem eius quod fecit pater, & tunc dicit ꝙ Fran. Accur. & Cyn. tenuerunt ꝙ non ualet, sed quod Barto. consuluit quòd imò ualeat. Bald. uerò concordat, quia aut causa remunerationis fuit expressa, & non ualet, aut fuit tacita, & ualet, ut in regula iuris, expressa nocent. & in dubio dicit ꝙ fieri deberet interpretatio ut actus ualeret. l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. oblig. c. abbate, de verborum significa. nisi ex celeritate actuum fraus præsumeretur. argu. l. si uentri.

§.fi.ff.de priui.cre.c.officii.de elec.uel ex immoderata libera-
litate.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.cred.sed in proposito
interuallum modici temporis fuisse uidetur inter donationē
factam per dictum Andriolum dicto Martino, & donationē
factam per Martinum Ioannæ uxori dicti Andrioli,quia fuit
spatium temporis octo dierum,ergo in fraudem legis uiden-
tur hæc celebrata fuisse.facit quod no.Bart.tradit in l.2.C.de
repu.hæ.& Cy.in l.si quis post hac,in 2.q.C.de bo.proscr.&
Barto.in l.post contractum.in uer. 5.præsumitur. ff.de dona.
¶ Ad hoc etiam quod no.Bart.in fin.in 2.col.ff.de his qui.ut
indi.dum dixit ꝙ si testator instituat hæredem aliquem & ro
gat eum ut restituat cui uelit, non poterit hæres eligere spu-
rium testatoris & ei restituere,adeo ꝙ spurius possit retinere.
& no.Ang.& aliî post eum in l. Lucius.§.in testnmento.ff.de
2 leg.1.¶† Accedit etiam quia ille Martinus cui maritus dictæ
Ioannæ donauit erat affinis dictæ Ioannæ,vnde ratio coniun-
ctionis suspicionis præsumptionem inducit.l.data.C.de do-
na.l.pen.in fi.principii.ff.de bo.lib.& no.Bar.in d.l.post con
tractum.in uer.secundus casus &c. bene facit.l. hæres meus.
§.fi.ff.de condit.& demon.cum simi. ¶Ad idem † quod not.
3 Bar.in l.non dubium. C.de leg.in 5.col.ubi dixit ꝙ quando-
que fit fraus de persona ad personam.l.si sponsus, in princ.ff.
de do.inter uirum.l.hac edictali.in prin.C.de secun. nup.&
in auth.de nup.§.optimè.& l. si per impressionem. C. quod
metus causa.& per hoc infert ꝙ si per statutum ille qui est de
magnatib.prohibetur emere possessiones in certo loco,& ipse
facit instrumentum fieri in quodam suo famulo populari ꝙ
non ualebit contractus.Similiter etiam dicit ꝙ fraus fit quan
doq; de contractu ad contractum ut ꝙ prohibitus donare fin
git se uendere, contractus erit nullus duplici ratione.s.frau-
dis.& simulationis.d.l.sponsus.§.errore. facit secūdum eum
id quod no.in l.qui testamentum.ff.de proba.& id quod no.
Dy.in l.codicillis.§.instituto.ff.de leg.2.Ex quo infert ꝙ si sta
tutum prohibet conduci cameram alicuius artificis, non po-
terit emi fructus seu usus cameræ, quia esset fraus de contra-
ctu ad contractum,in quo esset similis ratio prohibendi.cum
doctrina Bal.in d.l.non dubium. trāsit Pet.de Anch.in repe.
c.canonum statuta,de consti.circa octauam chartam,pro hoc
etiam facit. quia stante dicto statuto erat prohibitum per uiā
legati relinquere uxori per se vel per interpositam personam.
l.pupillus.§.pupillus.ff.de aut.tut.d.l.1.& 3.C.de natura.lib.
ergo nec etiam per uiam donationis debuit posse cōcedi,quia
etiam legatum dicitur donatio.l.legatum.la j.ff.de leg. 2. &
insti.de leg.§.1. ¶ Sed præmissis non ob.contrariā sentētiam
de iure probabiliorem arbitror, quia † licet statutum prohi-
4 beat aliquem instituere uxorē hæredem, uel ei de bonis suis
relinquere ultra libras 25. imperialium, intelligitur de reli-
ctis quæ fierent in ultima uoluntate, non autem de concessio
ne inter uiuos,ita est propria significatio illius uerbi relinque
re.l.1.§.fi.& ibi no.ff.de tabu.exhi.& in auth.sed hodie.cum
ibi no.C.qui manumit.non poss. & insti.eo tit.§.fi. in glo.in
uerbo, impleuerit.& in l. iubemus nulli.§.fi. cum gl.in uer-
bo relinquat. C.de sacrosan.eccl.& in c.requisiti.de test.cum
gl.in uerbo nec est. & statutum prædictum correctorium iu-
ris cōmunis corrigens in uno casu non debet extendi ad aliū.
l.præcipimus.C.de app.l.sancimus.C.de test.¶Secundò pro-
5 batur per l.seruum † meum.in prin.ff. de hære.insti.ubi pro-
batur ꝙ ille qui prohibetur a iure capere ex ultima uolūtate,
non prohibetur capere ex contractu inter uiuos.& ad hoc il-
lum tex.ponderat ibi Bal. sic & econtrà prohibitio alienatio-
nis inter uiuos non trahitur ad alienationem factam in ulti-
ma uoluntate.l.ex hoc edicto.§.alienare.ff.de alie.iudi.mut.
causa fac.& in auth.ut sponsali.largi.in prin.cum glo.in uer-
bo,lege Eliasentia.& insti.quib.ex cau.manu.non li.§.fi.cum
6 gl.in uerbo,impleuerit.¶Tertiò quia † statutum prohibet ꝙ
relinquatur uxori, sed in proposito dictus Andriolus nihil
reliquit aut donauit uxori, sed donauit Martino de Albasiis,
quæ persona est extra omnem prohibitionem statuti, & ideo
dictum statutum loquens de uxore,non debet extendi ad aliā
personam quamuis coniunctam ipsius uxoris, ut probatur in
l.si uerò.§.de uiro.ff.sol.ma.l.1.in fi.ff.de cōsti.prin.¶ Quar-
7 to, † quia si maritus donasset uxori constante matrimonio,
quamuis a principio non ualeat,sed confirmetur morte mari
ti prædecedentis,& nō reuocantis, tamen non dicitur relictū

seu legatum, de quo loquitur dictum statutū prohibitiuum,
sed dicitur alia species per se.l.res uxoris.& ibi nota.Bar.post
gl.& l.antepe.cum gl.in uerbo,referatur. & ibi doc.C.de do.
inter uit.l.sequens q.& ibi no.Bart.ff.de leg.2.facit quod no.
in l.filiæ.C.fa.erc.cum si.ergo posito quod d. Andriolus do-
nasset uxori. & nunquam reuocasset antequam decessisset,nō
per hoc posset dici dictam donationem comprehendi suo di
cto statuto, multò minus in casu nostro in quo donatio non
fuit facta uxori sed alteri. & præsertim cum in statutis uerba
debeant propriè accipi.l.1.§.si is qui nauem.ff. de exer.l.3.§.
hæc uerba.& ibi Bart.ff.de neg.ge.l.Labeo.§.contractum.cū
ibi no.per Bar.ff.de uerb.sig.cum si.¶Præterea dicta donatio
8 (ut in themate narratur) fuit † iuramento uallata,ergo nō in-
digebat cōfirmatione per mortem,sed a principio ualuit,per
ea quæ habentur in c.cum cōtingat de iureiu. & firmat.Guil.
de Cu.Alb.in l.sed si possessori.§.itē si iurauero.ff.de iureiur.
& Bar.in l.si quis pro eo.ad finē principii.ff.de fideius.& ibi
etiam Raph.Cu.& Bar.in l.Seius & Augerius. ff.ad leg.fal.&
Fed.de Se.in consi.140.& Io.de Imo.d.Abb.in d.c.cum con
tingat.& Ang.in l.pe.§.mulier.ff.sol.mat.& Bal. in repe.l.1.
ff.de iureiu.in 19.charta magna.in uer.est etiam simile.& ita
consulut Pet.de Anch.in consil.307.incip.Nulli dubium, &
Pau.de Cast.in l.pacta quæ contra. C.de pac.& in suo consil.
99.incip.No.est.& Io.de Imo.in l.si quis inquilinos.§.fin.ff.
de leg.1.& est magis communis opi.& uerior,pro qua pluries
b consului,[b] & tunc longum esset rationes & argumenta refer-
re,ideo breuitatis causa prætermitto.¶Quintò quia in statu-
9 tis † quæ sunt contra ius cōe nedum ex identitate, sed necēt
c ex maioritate [c] rationis fit extensio de uno casu ad alium se-
cundum cōem opi.ut no.in auth.quas actiones.C.de sacro-
san.eccle.& in l.tam is.§.1.ff.de don.cau.mor.per ea quæ ha-
bentur in d.l.præcipimus,in fi.cum si. & plenè tradunt Mo-
derni in l.si uerò.§.de uiro.ff.sol.mat.etiam si statutum corri
geret legem iniquam,ut inquit Ang.in l.Gallus,in princ.ff.de
lib.& post.super gl.in uerbo,meam,per ea quæ ibi no.in glo.
& in proposito ꝙ lex noua corrigens in alienatione uel con-
cessione quæ fieret in ultima uolūtate non extēdatur ex iden-
titate uel maioritate rationis ad concessionem,quæ fieret ali-
ter quam in ultima uoluntate. bene probatur in d.§.fi.cū gl.
in uerbo,impleuerit,inst.quib.ex cau.manu. non po.& in d.
auth.ut spon.larg.in prin.cū gl.quantò magis in casu nostro,
in quo apparet ꝙ sit eadem ratio in prohibēda donatione in-
ter uiuos,quæ est in prohibendo relinquere in ultima uolun-
tate non poterunt moueri statuentes ad prohibēdum potius
relinquere in ultima uoluntate,eò quia testatores mortis co-
gitatione turbati & plerunq; in infirmitate constituti testan-
tur, quo tempore magis agent cura & diligentia uxorū ut ex-
perientia docet efficax rerum magistrā.c.quàm sit.de elec.in
6.tunc facilius seducuntur ab uxoribus quam aliis tempori-
10 bus.uel saltem cum ratio statuti† sit dubia,[d] non potest ex ea
d procedi ad extensionem aliquam, quia non dr̄ tunc ratio sta-
tuti esset necessaria sed magistralis. ita inquit no. Bal.in l.ma-
ximum uitiū.in 4.col.C.de lib.præte.alle.no.in l.1.C.de leg.
& not.etiam Sal.in l.1.in 8.col. C.de noxa.licèt aliqn̄ magis
inducatur suspicio ex alienatione inter uiuos quàm ex aliena
tione in ultima uoluntate,ut in d.§.alienare.illud est qn̄ tex.
non prohibebat relinquere in ultima uoluntate, sed prohibe
bat simpliciter alienari, sed in casu nostro statutum se retulit
ad prohibitionem alienationis in ultima uoluntate,ut osten-
dit uerbum,relinquere, prout dixi supra unde non sine mini-
sterio debet esse illud uerbum telinquere propriè sumptum.
11 l.si qn̄.in prin.de leg.1.c.si Papa.de priui.in 6. ¶† Sextò,quia
e una præsumptio tollit [e] aliam.l.diuus.ff. de in inte.resti.l.cū
de indebito. in prin.ff.de probat. ergo posito ꝙ aliquo modo
dici posset aliquam subesse præsumptionem ꝙ in fraudē statu
ti d.Andriolus donauerit Martino,ut sic per interpositā per-
sonam ipsius Martini donaret uxori dicti Andrioli,tamen at
tento quòd posteà eadem bona per dictum Martinum & di-
ctam dominam Ioannam donata fuerunt dictæ Franciscæ ne-
pti dicti Andrioli ex filia præmortua,cui nepti a principio di-
ctus Andriolus liberè donare potuisset nullo obstante statu-
to,ergo si ex sequentibus ostēditur quæ fuerit mens dispone-
tis in præcedentibus,ut supra dixi,sequitur per ultimā dona-
tionem factam personæ non prohibitæ ꝙ intentio dicti An-
drioli

12 Andrioli non fuit facere fraudem statuto. ¶ † Accedit id quod not Io. And. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. incip. ad istum finem. in ver. secunda quæsto. vbi dixit ꝙ si statutum prohibet relinqui vxori vltra certam quãtitatem, & vir relinquit vxori vltra dictam quãtitatem, & vo
f luit ꝙ per vxorem, f distribueretur tota dicta quantitas pro anima testatoris & quęrebatur an valeret, & concludit ꝙ si soli vxori hoc iniũxit, non valet ne fraus fiat statuto. ar. l. scire. §. 1. ff. de tut. & cur. da. ab his. si verò vxori, & aliis commissa est distributio, valet, quia cessat fraudis suspicio. ar. c. prudentiã, de offi. deleg. & c. 2. de sta. mo. & l. fi. C. de fideicom. ita etiam dicit Albe. de Rosa. in 2. parte statu. q. 114. incip. Item supposito dicto statuto quæritur an maritus &c. sicut ergo præsumptio fraudis purgatur per aliam coniecturam resultantem ex eo ꝙ non vxori tantum sed aliis reliquit onus distribuendi, ita hic per dictam vltimam donationem factam in personam permissam. Item quia sicut in d. q. Ioan. An. in additione immediatè sola vxor non poterat distribuere quando aliis etiam relicta erat illa facultas distribuendi, non dicitur fieri contra statutum, ita hic non debet dici fieri contra statutum, attento ꝙ ex donatione facta per Andriolum non acquirebatur vxori eius, sed pendebat a potestate d. Martini donatarij, an perueniret in vxorem Andrioli vel non. ¶ Septimò, quia nemo in dubio pręsumitur delinquere. l. meritò. ff. pro soc. l. omnimodo. de inoff. test. ¶ Octauò probatur, quia posito ꝙ dictũ statutũ cõprehenderet donationẽ quæ fieret inter viuos, ratio statuti fuisset ne mutuo amore se spolient. l. j. ff. de don. inter virũ & vx. in proposito no. Bald. in l. cunctos populos. C. de sum.
13 Tri. † tamẽ talis prohibitio non militat qñ interuenerit iuramẽtũ prout dicitur interuenisse in dicta donatione q̃ ex iuro validatur, per ea q̃ hñtur in c. q̃uis, de pac. in 6. & in d. c. cũ cõtingat. & est magis cõis & vera cõclusio, vt superius dixi. & licèt Bar. in d. l. si quis pro eo in tertio mẽbro. & in authẽ. sacra puberũ. C. si aduer. vendi. videatur voluisse ꝙ qñ statutũ dirigit p̃ceptũ & prohibitionẽ in personá, tunc iuramẽtũ nõ validet cõtractũ secus si statutũ loquat in rẽ, tñ illa doctrina & distinctio magis cõiter est improbata ab aliis vt per Io. de Lignano. Ant. de Bu. Io. de Imo. & dñm Abbatẽ in d. c. cũ cõtingat. & Bal. in l. iurisgentiũ. §. & gñaliter. ff. de pact. & Sali. & Fulg. in d. auth. sacra. & Raph. Cu. & Pau. de Cas. in d. l. si quis pro
14 eo. & Pau. de Cas. in l. legis virtus. ff. de legi. † quia vbi lex vel statutũ emanat per viã pręcepti fauore personę, cui fit pręce-
a ptũ, tunc transgressio talis præcepti non obligat* ad peccatũ, quia hẽt potius tale præceptũ vim cõsilii. l. cũ pater. §. mãdo. ff. de leg. 2. l. Titio centũ, in prin. ff. de condi. & demõ. no. glo. 2. in c. j. de consti. p̃cepta. n. intelliguntur secundũ naturũ materiæ per id quod legitur & notatur in c. regi. 11. q. 3. igitur in proposito tale statutũ si comprehenderet donationẽ videretur factum ne maritus propter nimiũ amorẽ vxoris seduceret ad se spoliandũ, & sic fauore ipsius mariti. propterea maritus iurando in tali cõtractu non dicitur peccare, quia tale p̃ceptũ hẽt vim consilii vt dictũ est, & iõ si non peccat, cessant rõnes allegatæ per Bar. in d. l. si quis pro eo. in 3. membro. & 5 Bar. etiam adducit. l. 2. in prin. ff. ad Velleia. vbi lex prohibet mulierẽ intercedere pro alio, & tñ si iurat obligatur. c. ex rescri-
15 pto, de iureiur. & per plurimas alias rõnes cõprobatur. vt per doc. in dictis locis. Nono, † quia posito ꝙ dicta donatio esset facta in fraudem statuti, tñ cum dicta bona sint data in dotẽ marito dictæ Franciscę qui dicitur habere ex causa onerosa. l. ex promissione. ff. de acti. & oblig. l. pro oneribus. C. de iur. do. ideo interim durante matrimonio nõ possunt dicta bona sibi auocari. l. fi. §. si a socero. ff. quæ in frau. cre. cum ibi nota. per Bart. vbi per illum tex. dixit multũ notabiliter quod licèt pater nõ possit donare spurio. l. 1. C. de natu. libe. tñ si cótingat ꝙ p̃sbyter maritauerit filiã spuriã & sibi dotẽ constituit, quæ ad maritũ peruenit, quærebatur an illi qui successerunt ab intestato dicto presbytero possent auocare a marito? concludit quod nõ, quia maritus non dicitur habere titulo lucratiuo, sed oneroso, vt in dicto §. si a socero. ita etiã decidit Bar. in l. g. Mæuius. §. duobus. in 3. q. ff. de le. 2. & Bald. in authen. ex complexo. C. de incest. nup. & Ang. in d. §. si a socero. ¶ Et
16 per prædicta apparet non obstare allegata † in contrarium, tamen specialius respõdendo dico ꝙ non obstant ea quę not. per Bar. in d. l. si is qui ex bonis, de vul. & pu. cum concordantiis, quia in casu illo specialiter erat prohibita donatio etiã inter viuos per d. l. 1. C. de naturali, libe. sed in casu nostro statutum non prohibebat donationem, sed prohibebat relinqui quod intelligitur in vltima voluntate, propterea non extenditur ad dictam donationem vt suprà probaui. Et eodem modo non obstant ea quæ nota. per Bald. in dicta l. eam quam. C. de fideicom. quia ibi similiter loquitur quãdo erat expressè prohibita donatio. Præterea alia ratione illa decisio Bald.
17 non facit contra prędicta, quando donatio † facta per Martinum dictæ Ioannæ non dicatur facta celeriter post primam donationem factam per Andriotum dicto Martino, & non videtur quòd propter spatium octo dierum qui interuenerũt inter primam donationem & secundam possit dici celeriter seu incontinenti, quia postquam partes diuerterunt ad alios extraneos actus post primam donationem, non potest dici incontinenti. l. continuus, in princi. ff. de verbo. obli. l. duos. §. fina. ff. de duobus reis. notatur in l. in bonę fidei. C. de pac. & glos. & doct. in l. 3. §. cum igitur, in verbo. incontinenti. ff. de vi & vi arma. cum si. & dicit Ang. & Ioan. de Imol. in l. si cum dotem. §. fin. ff. solu matrimo. ꝙ tolleretur posset illa præsumptio de qua in dicta l. si ventri. §. fin. quando vnus actus esset factus vno die alius vero esset factus die sequenti, sed in casu nostro intercessit spatium octo dierum, igitur non videt quòd
18 simus in casu, per prędicta. ¶ † Non ob. id quod nota. Barto. in d. l. fin. ff. de his quib. vt indig. quia ibi capiebat spurium ex dispositione testatoris, qui erat pater spurij, vt ibi dicit Barto. dum allegat l. vnum ex familia, in princi. ff. de lega. 2. hic nõ. Præterea etiam isto casu militat responsio quam dedi ad nota
19 ta per Barto. in d. l. si is qui ex bonis. ¶ † Non obst. d. l. data, cũ similibus. C. de dona. quia respondeo quòd coniunctio & af-
g finitas per se g non sufficit ad inducendam sufficientem præsumptionem & probationem fraudis, vt fatetur ipsemet Bar. in dicta l. post contractum & vbi alias donatio facta extraneo valeret, valebit etiam si sit facta coniunctę personæ. vnde videmus quòd circa insinuandam donationem non fit differentia inter donationem factam coniunctæ personæ & donationem factam extraneo, licèt insinuatio fuerit inuenta propter fraudes & simulationes vitandas, quæ facilius inter coniunctos fieri consueuerant, ita loquitur præallegata. l. data. C. de dona. & declarat Ioan. de Imol. & Ludo. Ro. in d. l. post contractum. & probatur. in l. si quis post hac. & ibi clarè Bald. in versi. in tex. ibi emancipatos &c. C. de bo. prescri. & si aliter diceremus, hoc nil aliud esset dicere, nisi quòd statutũ prohibens relinquere in vltima voluntate vxori intelligeretur etiam prohibere donari posse inter viuos vxori, quod nõ est de iure verum, vt supra per plura media probaui. ¶ Similiter non obstant not. per Bald. in d. l. non dubium. C. de legi. quia allegata per eum non militant in casu nostro, in quo et si directò maritus donasset uxori valuisset donatio, quæ non est a statuto prohibita, sed Bald. loquitur quando non poterat quis contrahere cum magnate, alienando in eum immobilia, & ipse qui erat de magnatibus fecit fieri per instrumentum in quodam famulo suo. Pręterea loquitur Bal. quãdo apparebat quod persona prohibita fecit fieri per interpositam personã,
20 quod in casu nostro negatur. ¶ † Non obstat ꝙ legatum dicitur donatio, & sic si prohibetur legatũ, ergo & donatio, quia respondeo ꝙ legatum propriè non est donatio, vt patet in l. 1. ff. de dona. & insti. eo. tit. iuxta prin. & ideo alius est titulus de legatis, alius est titu. de donationibus. Pręterea donatio largo sumpto vocabulo est genus comprehendens sub se legatũ, quod dicitur esse species donationis largè sumptæ. insti. de leg. iuxta princ. vnde non sequitur, statutum prohibet speciem vnam donationis fieri inter virum & vxorem, idest prohibet fieri legatum, ergo prohibet omnem speciem donationis in genere sumptæ. l. filiusfamiliàs. versic. sed enim meminisse. ff. de dona. cau. mor. vnde videmus ꝙ filiusfamiliàs non potest legare in testamento vel codicillis. l. senium. C. qui testamen. face. poss. l. qui in potestate. ff. de testa. l. 2. de leg. 1. & tamen potest donare inter viuos vel causa mortis saltem cum consensu patris. d. l. filiusfamil. & l. cum is. §. 1. eodem titulo. Aliæ responsiones ad omnia argumenta etiam colliguntur ex his quæ dixi in sexto, octauo & nono argumentis, scilicet propter præsumptionem resultantem ex eo ꝙ effectus donationis deuenit in personam permissam. Item & propter vir-

tutem

rutem iuramenti. Item ex eo quòd bona peruenerunt ad maritum Franciscæ ex causa dotis & sic ex causa onerosa ex quibus firma manet conclusio contra hęredes Adriotti. Alexan. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶Spurio. supra, lib. 3. consi. 73. infra eo. lib. consi. 88.
b ¶Consului. supra, lib. 8. nu. 5. consi. 157. & lib. 6. consi. 7. nu. 3. 5. consi. 152. num. 6.
c ¶Maioritate. supra, lib. 2. consi. 17. nu. 16. supra lib. 4. consil. 63. nu. 9. licet Deci. consi. 634. in fi. aliter adde. infra eo. cõsi. 171. num. 4.
d ¶Dubia. Deci. consi. 679. fa. Ale. l. si constante col. 3. sol. matr. supra, li. 3. consi. 85. nu. 18. sed vide supra lib. 6. consi. 89. nume. 4.
e ¶Tollit. Pau. consi. 26. lib. 2. Anch. consi. 209. Panor. c. pen. de fal. Ale. supra, lib. 3. consi. 18. col. 1. Ias. l. 1. col. 6. l. si mater §. 1. nu. 5. de vulg. & pup. Hipp. Marsi. l. 1. col. 2. ff. ad leg. Cor. de sica. Deci. consi. 575. infra eo. consi. 88. nome. 9.
f ¶Vxorem. dixi in consu. Parisi. 2. 95. * Quando lex obligat ad mor-
* tale, Feli. latè ad c. nã concupiscentiã. de consti. Nat.
g ¶Per se. Ro. consi. 367. in fi. vide Pau. consi. 193. lib. 2.

EPITOME.

FALSVS testis si deposuit ad condemnationem innocẽtis, punitur pęna talionis, aliàs pęna arbitraria.

CONSILIVM LV.

In causa inquisitionis formatæ contra Ioannem Triberia per curiam magnifici domini potestatis Mutinę visa inquisitione & aliis actis pręcedentibus & sequentibus, visoq; statuto sub rubri. de falsis testibus, prætermissis non necessariis, breuiter sentio quod etiam posito ꝙ d. Io. veniret propter eius depositionẽ & ob eius varietatẽ puniẽdus de falso, iuxta. l. eos. ff. ad leg. Corn. de fal. cum ibi not. & in l. qui falsa. & ibi not. ff. de testi. & in auth. de testi. in. §. si verò quidam. tamen dicta pęna venit iudicantis arbitrio limitanda & declaranda
1 vt infra ostendam. † nam de iure communi verum est quod quandoq; pęna falsi testis est pęna vltimi supplicii, quia punitur tanquam homicida si dolo malo deposuit contra innocentem, vt probat tex. reputatus singularis ad hoc. in l. j. in
* prin.* ff. ad legem Cor. de sica. secundum vnam expositionem ibi dum tex. dicit, quod quis falsum iudicium. exponendo, id est falsum testimonium, iuncta l. 3. §. peruenit. eo. titu. & ita illum tex. vt singularem intelligit Bal. in c. 1. §. iniura. in fi. de pace iu. vbi dixit quòd testis falsus in causa homicidij si dolo malo deposuit cõtra innocentẽ punitur vt homicida, per illũ singularem tex. in l. 1. quã etiã ita intelligit gl. in c. 1. in verbo, iudici. de crimina fal. sic etiã intellexit Bal. in c. 1. in princ. in pen. col. de pace tenen. vbi dixit ꝙ de iure communi falsus testis punitur eadem pęna qua puniretur reus de crimine intentato, super quo deposuit testis cõtra reũ, puta pęna capitis vel furcarum, per dictam l. & ita intelligitur id quod not. gl. 23. q. 5. in c. rex debet. hoc idem vult Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. in 12. col. in versi. hoc interpositis &c. vbi voluit quod testis falsus teneatur pęna talionis, [a] & sic simili
a pęna qua fuisset puniendus reus contra quem deponit, per d. l. 1. & ita etiã voluit Bal. in l. presbyteri. in 2. colu. C. de epis. & cle. glo. tamen 2. q. 3. in summa & in glo. 33. q. 5. in cap. hęc imago, aliàs est in c. sequenti in gl. fi. tenuit contrariũ, quod testis falsum deponens non teneatur pœna talionis, sed extra ordinem arbitrio iudicis puniatur, per. l. nullum. C. de testi. Tamen in proposito nostro dicta pœna talionis sibi locũ vendicare non potest, quia illa habet locum contra illũ qui asserit aliquem esse culpabilem cum non sit. l. 1. iuxta prin. & ibi no. ff. ad Turpil. & in l. fin. C. de accu. & ꝯñt non militant alia superius allegata, quæ tantùm locũ habent, quando testis diceret falsum testimonium ꝯtra aliquem tanquam reũ & culpabilem de delicto, in casu autẽ nostro ꝙ dictus Ioannes sciebat testamentum ad probandam innocentiam rei, nõ autem contra reum, vnde cum simus extra supradictos casus pœna falsi testis est vel pœna extra ordinem, id est arbitrio iudicis imponenda, quando incidẽter iudex testem qui coram se falsum deposuit, punire vellet. vt d. l. nullam. vel si de pęna ordinariè imponenda ageretur, esset imponenda pęna falsi, iuxta d. l. eos. cũ concord. s. allegãtis, quę pęna falsi est deportatio in libero homine in seruo verò est pœna vltimi supplicii. l. 1. in fi. ff. ad l. Corn. de fal. & licèt olim veniret imponẽda pęna confiscationis, tamen illa pęna hodie cessat, vt not. per glo. &
2 doc. in d. l. 1. in fi. ff. ad l. Cor. de fal. ¶Verum † quia pęna deportationis hodie non est in vsu, ideo dicit Io. de Imo. in l. 2. in 2. col. ff. de publ. iud. ꝙ iudex hodie loco pœnę deportationis poterit aliam pęnã pro suo arbitrio imponere per id quod legitur & no. in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his qui not. infa. & in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. cum si. & idẽ vbi de iure communi esset imposita pęna damnationis in metallum vel similes, quæ non sunt in vsu. iuxta no. per glo. in §. pœnę. in verbo, in metallum. inst. quibus mod. ius patr. potesolui. ¶Nec iudex † cuius arbitrio committitur. posset arbitra
3 ri de pœna vltimi supplicii, attento ꝙ de iure communi pro tali crimine in proposito nostro nõ est pœna vltimi supplicii, vt supra dixi. vnde iudex debet arbitrari vt bonus vir. cap. super his. ad glo. in verbo arbitrium. & in verbo, astringendus. de accu. l. si qua pęna. cum glo. & ibi Bar. ff. de ver. sig. & quod non possit arbitrari hoc iure de pęna vltimi supplicii plenè ostendit Ioan. de Imo. in d. l. 2. in 5. col. ff. de pub. iud. & in c. inquisitionis, super glo. 2. in verbo alioquin. de accu. Pro quo bene facit glo. in dicto verbo alioquin. quæ reputatur singularis, dum vult ꝙ quando iudicis arbitrio committitur pœna, non potest imponere pœnam aliàs ordinariam vel maiorem, sed mitiorem, & non est alibi secundum Antonium de Bu. in capitulo de causis, de offi. dele. & ꝙ non possit in dicto casu arbitrari de pœna mortis, not. etiam doc. in c. ex literis, de cõ-
4 sti. & Mod. in rubr. ff. de arbi. Nec etiam † posset arbitrari de pœna perpetui carceris saltem in terris imperii, secundũ Ang. in l. si mulier. §. edictum. ff. de mili. testa. per id quod habetur in l. credibile. C. de pœnis. & ibi per Bald. ¶ Et per prædicta
5 † etiam infertur ꝙ non posset arbitrari iudex de pęna mutilationis membri, sicut non posset de pœna vltimi supplicij, pro adduco quæ no. Guil. de Cun. & Bar. in l. Imperator. la secunda. ff. de statu homi. vbi arguunt de pęna mortis naturalis ad pœnam mutilationis membri, vnde iura quæ dicũt, ꝙ mulier prægnans quæ damnata est ad pœnam vltimi supplicii debet custodiri & seruari, donec partum edidit, vt d. l. Imperator, cum similibus, extenduntur etiam ad mulierẽ damnatam in pœna mutilationis membri, quæ quidem ęquiparatur morti. §. prohibemus, in auth. de colla. & bene faciunt plura quæ traduntur per Bal. maximè in l. reos, in tertia colu. C. de accu. & per Cyn. in l. transigere, in 3. q. & ibi per alios. C. de transac. ¶Nec prædictis obstat statutũ sub rubrica, de falsis testibus, dum disponit ꝙ quęlibet persona quæ falsum testimonium tulerit in causa criminali puniatur ea pœna, qua puniri deberet ille contra quem testificatus est si culpabilis foret, prout latius in dicto statuto continetur. quia respõdeo quod dictũ statutum loquitur in teste deponente contra aliquem ad puniendum, & sic habet conformitatem satis cum dispositione iuris communis, vt patet per ea quę dixi suprà. sed in casu nostro posito quod Io. Albertus falsum deposuisset, nõ est testificatus contra aliquem tanquam culpabilẽ de delicto, sed ecõtrà, & sic iste est casus omissus a statuto, & propterea remanet in dispositione iuris communis. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matrimo. l. si extraneus. ff. de condi. ob causa. l. commodissime. ff. de libe. & posth. & plenè. per Bar. in l. omnes populi in 6. q. principali. ff. de iust. & iure. quæ autem pœna veniat imponẽda de iure communi iam dixi quòd est arbitraria pęna. & qualiter iudex possit seu non possit arbitrari, fuit tactum superius. Alex.

ADDITIONES.

* Lex prima in princ.] Idem per hunc textum Baldus dicit, & ibi Sali. ad l. 2. C. de reb. cred. Et vide Ias. ad l. & si legibus. in fi. C. si contra ius. vel vti. pub. & ad l. si duo patroni. §. fi. in fi. ff. de iureiur. Et vide Gram. voto. 5. vbi cum Alex. hic distinguit, an deponat contra innocentem, vel contra fiscum. Et vide Guid. Pa. quæst. 44. vbi vult, talem testem capite puniri quamuis reus fuerit absolutus. Et quod hic dicitur in teste deponente, habet etiam locum in producente falsos testes, & falsa instrumenta; Bald. ad l. quicumque. circa fi. C. de seru. fug. & de istis vide Felin. latè ad cap. sicut. not. 3. de testi. Natta.
a ¶Talionis. Io. Ana. c. 1. de cri. fal. Fel. in c. sicut, no. 3. de testi. Hippo. Marsi. l. 1. §. præterea, ad legem. Corn. de sica. l. prima. num. 2. de fal.

EPI-

EPITOME.

QVA actione agat cohæres cõtra cohæredem ad pretium rei communis venditæ.

CONSILIVM LVI.

In causa Iacobi Petri Zangoli in qua alias consultus respondi, & omnia sunt determinata, vt fertur vna dubitatione excepta, in qua quęritur, posito qđ ambo hæredes Ioan. Ferri videlicet Piera huius filia, & Iacobus prędictus eius nepos vendiderint vt hæredes Ioannis Ferri de bonis hæreditatis quondã Iacobi ser Antonii, an dictus Iacobus Petri qui ex persona sua immediatè erat hęres pro vna tertia parte dicti Iacobi ser Antonij vt in priore consilio deduxi, exclusus sit ab agendo petitione hęreditatis ad tertiã partem pretii prædicti conuersi, vt dicitur insolidum in vtilitatem hæreditatis dicti Ioannis Ferri aditæ per dictos Iacobũ Petri & dictam Pieram cum beneficio inuentarii? & videbať
1 dicendum eum esse exclusum † eò quia ad hoc vt agi possit per vnum ex cohæredibus petitione hęreditatis ad pretium rei hæreditariæ venditę per alium cohęredem videtur necessarium quod fuerit vendita tanquam propria ipsius vendentis seu proprio nomine, secus si fuit vendita vt communis & communi nomine amborum hæredum per id quod legitur & no. in l. in familię. C. fam. ercis. cum simil. ¶ Tamen contrarium puto esse verius in proposito, quia dicta bona Iacobi ser Antonii alienata per dictos hæredes Ioannis Ferri non sunt alienata tanquam communia nisi ratione communionis, quæ causata erat ex hęreditate Ioannis Ferri delata dictis Pieræ & Iacobo Petri nam Ioannes Ferri in dictis bonis partem habebat, sed quatenus erant communia ex hæreditate dicti Iacobi ser Antonii non sunt alienata vt communia, quia quãdo alienatio fuit facta ab ipsis denominantibus in alienatione se hæredes Ioãnis Ferri, intelligitur facta & limitata sub illo titulo hæreditario. l. fi. ff. de institor. l. cum post. §. 1. ff. de admi. tut. & no. in l. post mortem. ff. quando ex fac. tut. & in l. sciẽdum. §. tutores. ff. qui satisda. cogan. & in l. quacunque ratione. ff. de procur. cum simi. ergo si agitur petitione hæreditatis per dictum Iacobum Petri tanquam immediatè hęredem pro certa parte dicti Iacobi ser Antonii ad pretium contra hæredes dicti Ioannis pro rata pertinente ad eum vt hęredem immediatum dicti Iacobi ser Antonii nihil repugnat quominùs agere
2 possit, cum † de iure ita agi possit petitione hæreditatis cõtra eum ad quem peruenit pretium rei hæreditariæ venditæ, sicut contra eum qui possideret rem hæreditariam non venditam. l. quod si in diem. §. idem Iul. l. item veniunt. §. cæterũ. & l. si & rem & pretium. ff. de perit. hæred. ¶ Nec obstat id qđ habetur in d. l. in familiæ. quia fateor ꝙ si vellet dictus Iacobus Petri agere petitione hæreditatis tanquam hæres Ioannis Ferri possit, quia fuit vendita vt communis ex hęreditate Ioãnis Ferri, vt dixi, & ita procedit. d. l. in familiæ. quia vt dicit Bal. in d. l. in familię. ratio illius. l. est, quia quando venditur res vt communis ratione communis hęreditatis etiam si vendatur per vnum tantùm ex cohæredibus, non conuenitur petitione hæreditatis, quia non gessit se pro hærede plusquam esset in veritate, ideo non tenetur petitione hæreditatis pro parte cohæredis, quem videtur fateri similiter esse hęredem. sed actione negotiorum gestorũ secuta ratihabitione vel alia actione vt ibi. sed in proposito nostro si vendita fuit hæreditas vt communis hęredum Ioannis Ferri, cum in veritate spectaret pro magna parte ad hæreditatem Iacobi ser Antonii nõ potest dici ꝙ vendentes gesserint se pro hęredibus Iacobi ser Antonii pro partibus pro quibus erant eius hæredes attento quod nomine hęreditario dicti Iacobi ser Antonii nulla facta est mentio in alienatione, imò dicta Piera (vt verbo fertur) negauit dictum Iacobum Petri esse hęredem Iacobi ser Antonii, & sic succedit id quod not. gl. & doc. in d. l. in familię. scilicet quod etiam quando venditur res vt communis, tamẽ vendẽs negat se agentem esse cohæredem, potest conueniri petitione
3 hęreditatis. ¶ † Et per hæc patet non obstare quòd dictus Iacobus Petri fuerit etiam vnus de his qui tanquam hęres cum beneficio inuentarii Ioannis Ferri cũ dicta Piera cohærede alienauerit, & sic non debeat posse venire contra factum suum. l. post mortem. ff. de ado. & l. vendicantem. ff. de euic. quia dico quod vendidit vt hæres Ioannis Ferri cum beneficio inuenta
a rii, quo casu non tenetur de euictione [a] dummodò ostendat se fuisse hæredem Ioannis Ferri, vt no. doc. in l. fi. §. & si pręfatam. C. de iure deli. per. l. primam. C. creditorem euic. pigno. non deb. & nihil repugnat quo minùs vt alius scilicet, vt hæres Iacobi ser Antonii possit venire cõtra per notata per Bar. in l. cum vir maximè in vlti. q. ff. de vsuca. bene facit l. si pater familiàs. §. si quis duos, cum ibi not. ff. de ado. vnde videmus
* ꝙ si quis tanquam iudex * tulit sententiam inter duos, postea cum ipsemet iudex esset hęres illius quem cõdemnauerat potest ab illa sua sententia appellari tanquam hæres condemna
* ti, & illam impugnare vt est glo. * no. in l. fi. iuxta princ. ff. de excep. rei vend. ¶ Præterea non est verum ꝙ iste Iacobus Petri petendo dictam partem pretii dicatur venire contra factum suum seu contra venditionem à se factam, imò potius tendit hoc ad approbationem venditionis. l. mater. cum ibi no. C. de rei vend. & in l. eum seruũ. ff. si cer. pet. & tantò magis hæc procederent si dictę alienationes factæ fuerunt non per dictũ Iacobum Petri sed per assertum eius tutorem seu curatorem, cum dicta Piera antequam esset per dictum Iacobum Petri
4 legitimè adita hæreditas dicti Ioannis ad quam aditionẽ † requirebať voluntas dicti Iacobi Petri & administratoris, iuxta l. potuit. C. de iure delib. cum ibi no. & l. si in princ. C. de bo. quę libe. & quod pręcederet scientia tenoris testamenti & delationis hęreditatis. l. si is ad quem. & l. pater. ff. de acquir. hæred. & per consequens si talia non præcesserunt, non potest dici d. Iacobum Petri alinasse nec consequenter eum venire contra factum suum, pręsertim cum respectu personę ipsius Petri actus ille fuisset nullus & quis non impeditur venire contra factum nullum, etiam si sit factum proprium. l. 1. & ibi nota.
5 C. de lib. causa. & no. in d. l. post mortem. cum si. ¶ Insuper † dico quod posito quod dictus Iacobus Petri tempore dictarũ alienationum adiuisset legitimã hęreditatem Ioannis Ferri, & Iacobi ser Antonii, & quod ipse Iacobus Petri vnà cum dicta Piera alienasset tanquam rem communem, adeò & taliter qđ non posset competere petitio hęreditatis, tamen saltem non deberet ei deesse actio negotiorum gestorum, si facto eius gestum est vtiliter negotiũ hæreditatis dicti Ioannis Ferri, iuxta l. 1. & l. 3. in prin. & l. soluẽdo, cum si. ff. de neg. ge. & si in vtilitatem dictę. d. Piere pręsentis, scientis & tacentis conuersũ esset dictum pretium, competeret contra eam actio mandati, vt determinat gl. no. in l. 1. ff. de neg. ge. facit l. qui patitur. & l. si remunerandi. §. si passus. ff. ad mace. vel si dictum pretium apparet peruenisse ad manus dictę d. Pieræ pro rata pertinente ad dictum Iacobũ Petri vt hęredem dicti Iacobi ser Antonij non debet dicto Iacobo Petri deesse remedium introductum ex æquitate posita in l. si me & Titium. ff. si cer. pet. hæc subiunxi, quia instrumenta alienationũ non sunt exibita, sed ex prædictis patere videtur ꝙ quomodocunq; loquantur videtur probabiliter in omnem euentum competere dicto Iacobo remedium agendi.

ADDITIONES.

a ¶ Euictione. dixi in consu. Parisi. S. cl.

* Tanquã iudex.] Vide Feli. late ad c. literas. col. 3. de præsumpt. Nat.

* Vt est glo.] Adde bon. tex. in l. quæsitum. C. de in iusvoc. & in l. Aristo. ff. quæ res pign. oblig. pos. l. tutoré. ff. de his, quibus vt indig. Nat.

SVMMARIVM.

2 *Donatio non iuuat nisi probetur de iure authoris.*
4 *Testis de dominio debet reddere cãm, ẽt non interrogatus. n. 9.*
5 *Bona fides non præsumitur nisi allegetur.*
6 *Testis probans de possessione aquæ vel piscationis, nõ probat dominium.*
7 *Testis ignorans confinia non probat.*
8 *Fama quomodo probanda.*
10 *Vallis quę non est in vsu publico, si irrumpat fundum alterius, non mutatur dominium.*
11 *Locatio vel licentia non probat possessionem citra perceptionẽ fructuum.*
14 *Colonus & domesticus quando in testes admittantur. nu. 15. 16.*
17 *Liber æstimi non probat inter alios.*
18 *Fines non præsumuntur mutati.*

CONSILIVM LVII.

In causa & lite inter Magnificũ & generosum equitem dom. Petrum & fratrem de Marocellis agentem, & nobiles uiros Bartholomæum & fratres quondã Ioculi de Ioculis, uisa scriptura titulo donationis factæ per Illustrissimum Principem Ducem Mutinæ præfatis de Marocellis, & attestationibus 17. testium pro parte eorum receptorum, necnon uisis nonnullis inuestituris & titulis dictorũ de Ioculis, & attestationibus testiũ sexaginta sex examinatorum anno 1466. pro parte dictorum de Ioculis, & depositionibus testium undecim examinatorum pro parte eorundem de Ioculis anno 1469. inter quos sunt septem testes reperti ex illis antiquis testibus prius ad instãtiam eorũ receptis dicto anno 1466. uiso insuper reliquo processu mihi exhibito, uidendũ est, an talia deducta & probata sint pro parte agentium ꝙ ferri debeat condemnatoria uel non? Et omissis non necessariis mihi uidetur de iure cõcludendum ꝙ non, maximè ex infrascriptis. Et præsuppono ꝙ commissio & delegatio Principis ac petitio est super Pascuis de Guardasuola, ut patet in commissione facta per q. Magnificum quondam dominum Ludouicum Cusebam nomine Principis die primo Iunii, quia mãdauit cognosci & terminari de Pascuis de Guardasola inter præfatos de Marocellis prætendentes ea ad se spectare & pertinere uirtute donationis eis factæ per Principem, & prædictos de Ioculis, eo modo, ordine & forma quibus cõmissum fuerat procedi & terminari in causa uertente inter dictos de Marocellis ex parte una, & spectabilem Albertinum de Turchis ex altera, quæ quidem causa commissa fuit iustissimo cõsilio Iustitiæ & spectabili domi. Antonio Landeo iudici 12. sapientium ut accedentes ad locum Pascuorum & bonorũ donatorum præfatis de Marocellis, ubi uiderent audirent, & cognoscerent super & de dicta lite & quæstione. Et cui dicta Pascua res & bona de quibus in dicta donatione spectarẽt & pertinerent iure possessionis, proprietatis uel aliquo iure, receptis testibus & quibuscunq; instrumentis & iuribus pronunciarent & determinarẽt sine strepitu & figura iudicii pura ueritate facti inspecta, & latius ut patet in dicta commissione facta 22. Aprilis, 1465. nec alia petitio specialis producta est in processu mihi exhibito. ¶ Non est † ergo in præsenti causa,
1 quò ad dictos de Ioculis pronunciandum super aliquo q̃ Pascuis Guardasolæ, quia si de alio iudicaretur, esset extra commissionem & delegationem, & consequenter non ualeret ca. cum olim Abbas, de offi. deleg. c. cum dilecta, de rescrip. alia ratione etiam non est de uallibus piscaritiis tractandum, quia illæ sunt exceptæ in donatione facta dictis de Marocellis, uideamus igitur an de potiori iure proprietatis uel possessionis dictorum Pascuorum docuerint agentes, adeò ꝙ condemnatoria ferri debeat? & omnibus consideratis mihi uidetur concludendum ꝙ non. Et incipiendo iure proprietatis Pascuorũ, dico de illo non esse oportunè probatum. Nam de aliquo dominio istorum Pascuorum præfati Illustrissimi Principis donantis non uidetur esse probatum, & consequenter non potest plus iuris habere donatarius q̃ donans habuerit l. si mulier hæreditatem, §. 1. ff. ad Velleia. l. traditio. ff. de acq. rerum do. Nam ad probationem iurium suorum agentes nõ produxerunt aliud quam instrumentum donationis, & dictas atte-
2 stationes & æstimum orerani. per donationem † aũt non releuantur agentes nisi probato iure donationis, cũ donans dicat se donare Pascua spectantia & pertinentia ad ipsum, quæ p ipsum uel Cameram suam tunc tẽporis non tenerentur seu possiderentur, sed per alios occuparentur. l. legaui. ff. de lib. leg. l. sic. §. 1. de le. 1. & ibi no. Dy. & Bar. ubi dicunt p illa iura probari quod si Comes concessit ecclesiæ quicquid iuris ipse habebat in tali loco, nullum titulũ aut usucapiendi conditionẽ
a tribuit illa concessio, nisi [a] probetur de iure cõcedentis. & no. Bar. in l. emptor fundi. ff. pro emp. & Spe. in tit. de loca. §. nũc
3 aliqua, uers. 58. & Old. consi. 164. ¶ † Per attestationes ẽt non est probatum. Nam Andreas de Macerata primus testis deponit ꝙ portus Arquadiæ & S. Apollinarii a maximo tempore cum a quadraginta annis & ultra fuerint Illustrissimorum Principum Estensium, & de præsenti sunt huius Illustrissimi Principis, & ꝙ ualles dictorum portuum sunt partim præfati Principis, & partim aliarum priuatarum personarum, & ꝙ ualles dictorum portuũ protendũt tam pro terreno & fundo q̃ pro aquis usq; ad aggerinos Guardazolę. quia dicti Principes & alii habentes ualles sub dictis portubus fuerunt in cõtinua & pacifica possessione dictarum uallium se extenden-
* tium usq; ad dictos aggerinos tam pro aquis * quàm pro fundo & terreno & se scire, quia fuit affictus dicti Principis & cõductorum uallium conducentium a Camera dicti dñi in dictis locis, & per prædictas ualles piscabatur, quando inundabant usque ad dictos aggerinos & ꝙ per prædicta creditur & pro certo ꝙ quando terrenum remansit discoopertum & liberum ab aquis remanserit in dñio præfati Principis & aliorum habentium ibi ualles, & ꝙ ita est publica locorum uox & fama, prout ipse audiuit a pluribus, & ꝙ ualles aliorum non se extendunt usque ad dictos aggerinos, sed ualles dicti Principis sic, licet ipsemet super tertio capitulo dicat contrarium, s. ꝙ etiam alii præter Principem habebant ualles se extendẽtes usque ad dictos aggeres. ¶ Certè dictũ huius testis & aliorum similiter deponentium non releuat ad probandum dominiũ
4 neque possessionem Pascuorũ, nam † testis ut probet dñium, requiritur quod ẽt non interrogatus reddat rationẽ dicti sui concludentem de dñio, ut no. Inno. in c. cum causam quæ inter. de testi. Spe. in ti. de teste. §. nunc tractandum, uersic. quid ergo si quis petit. & no. doct. in l. 3. C. de testi. & plenè Bart. in tractatu de teste, in 2. col. & Cyn. & Bal. in l. cum res per illũ tex. & in l. proprietatis. C. de probat. cum simil. sed de aliquo titulo causante dñium nõ probat dictus testis, ergo &c. ¶ Nec dicatur quod testes probant ꝙ Princeps seu agentes pro eo tenuerunt pro suis & tanq̃ suis & quadraginta annis, & ultra, & sic dicantur probare de utili dñio acquisito ex præscriptione tanti temporis, iuxta not. per Inno. in d. c. cum causam, & per alios in locis suprà allegatis, quia respondeo qđ illi de Marocellis non sunt illi qui præscripserũt, & si dicatur ꝙ Princeps præscripsit, respondetur quod Princeps non allegat se præscri-
5 psisse, nam etiam si essemus in casu quod præsumeretur † bona fides, quæ requiritur in præscriptione. c. uigilanti, & c. si di-
b ligenti, & ibi plenè no. & in c. fi. de pręscrip. tñ debet allegari [b] l. si adulterium cũ incestu. §. idem Pollioni. ff. de adult. & no. doc. maximè Ang. in l. super longi. C. de præscrip. lõg. temp. & in l. eum qui. §. fi. ff. de publica. & Bal. in c. si quis per triginta. in ti. si de feu. fue. contr. inter do. & agna. & quia pẽdet ab animo in hoc dẽt stari dicto præscribentis, c. si uerò. de sentẽ. exc. c. pastoralis, de excep. no. in c. præsentium. de testi. in auten.
6 quis, & in §. aliæ. insti. de acti. ¶ Tutius ẽt respondetur † ad dictam probationẽ testis prędicti & similiũ ꝙ iste testis deponit de possessione aquæ & usus piscandi, per quem usum non põt dici Principem habuisse possessionem terrenorum. l. si ager. in uerbo nec piscando. ff. quibus mo. ususfru. amit. non enim põt dici ꝙ piscantes per loca illa inundata apprehendant aut teneant possessionem fundi & terreni, quia si eã prius habuisset, eam perderet per talem inundationem. l. 3. §. Labeo. & l. qui uniuersas. §. item quod a mari. ff. de acq. poss. & per consequens non potuit plus pręscribere possidens q̃ possederit. l. sine possessione. ff. de usuca. ¶ Alia ratione non probat dictus testis & similes, quia dicit quod alii ẽt præter principem habẽt habent ualles sub dictis portubus. & super tertio capitulo ẽt dicit ꝙ protendebant usque ad aggerinos Guardazuolæ, licèt postea super interrogatoriis uideatur subiipsi cõtrariari, & sic ei non credendum. l. qui falsa. ff. de test. l. eos. ff. de fal. & posito quod diceret ꝙ ualles aliorum non protendunt usque ad aggerinos, tñ quia non deponit specificè quæ sint illa loca seu ualles particulariter quæ spectant ad Principem, & quæ sunt illa quæ spectant ad alios, non potest negari ullo modo ꝙ ista probatio est incerta & obstat, & per consequens non releuat. l. Item Pomponius scribit si frumentum. §. fin. ff. de rei uen. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tute. & istud ualde infringere uidetur dictã probationem, nec etiam deponit dictus testis & similes quæ sint illa Pascua contenta in donatione facta illis de Marocellis, quæ possidebantur aut occupentur per dictos de Ioculis. Prætereà iste testis & similes non dicit ꝙ continuè per tempus saltem 30. anno. Princeps fuerit in dicta possessione usq; ad dictos aggerinos, patet, quia dicit ꝙ ualles prædictæ protendebant usque ad aggerinos a 20. annis ultra, non autem dicit ꝙ per totum dictum tempus 30. uel 40. ann. Princeps usus fuerit dictis uallibus usq; ad dictos aggerinos. Quinimò dicit

secun-

secundus testis ꝙ iam sunt 40.anni ꝙ ceperunt fieri alluuiones extra aggerinos propter rupturam peloxellæ, & sic interrupta fuisset præscriptio si cepta fuisset.l.naturaliter.cum ibi not.ff. de vsucap. ¶ Et iisdem defectibus laborat Christophorus Matthæi secundus testis & Millanus tertius testis & multo minùs probat Petrus Ioannes de Guarneriis quartus testis, qui ferè nihil dicit, vt ex eius inspectione clarè apparet. ¶ Similiter non obstat illud quod deponit Hercules quintus testis, quia non deponit nisi de vsu piscandi, qui non infert ad casum nostrum. vt dixi.& etiam deponit de modico tempore non sufficiente ad vllam præscriptionem, saltem in eo qui caret titulo, quia deponit de initio possessionis iam sunt 28. anni,& non dicit quanto tempore cõtinuatus fuerit ille vsus, quia dicit ꝙ postea valles ceperũt exsiccari versus aggerinos, & nescit quo tempore.¶Et pariter non obst.id quod deponit Carneualus sextus testis, qui deponit ꝙ valles existentes extra aggerinum Guardazuolæ & inter ipsum aggerinum & aggerem Ponticli sunt valles do.Marchionis & ad ipsum spectãt, tam quò ad terrenũ quàm quo ad aquas, quia vidit iam sunt 60.anni & vltra tempus esse valles aquosas,& nunquàm videbatur terrenum discoopertum, & tunc reputabãtur valles d. Marchionis,ꝙ ita dici audiuit, & audit piscari in dictis vallibus per piscatores Pollicini ad instantiam conductorum vallium illustrissimi domini seu superiorum earum,tamen dicit ꝙ postquàm valles exsiccatæ sunt, terrenum fuit occupatum seu captum a diuersis personis,& sic iste testis de vsu possessionis terreni per Marchionem nõ deponit saltem in aliqua certa parte vel loco,nec de tempore requisito ad vllam præscriptionem.†quinimò dicit se nescire confinia vallium Arquadiæ & de Pontechiæ, ergo non potest dici ꝙ hæc probatio sit certa, quia non constat a qua parte vsq; ad quã protendat locus de quo deponit.l.non solum.§.sed vt probari.& quod ibi no.doc.ff.de ope.no.nun.& in l.cum actũ. cum ibi no. ff. de neg. ge. Præterea super interrogatoriis dicit ꝙ non ad omnia loca dictarum vallium sunt do. Marchionis, sed aliquæ sunt aliarum personarum,& nõ declarat quę sint do. Marchionis, & quæ sint aliarũ personarum, & sic est idem defectus in isto qui est in aliis testibus prædictis.¶Similiter non probat Dorphinus septimus testis,quia ẽt iste non deponit de aliqua possessione terreni dictorũ locorum,& consequenter nec de vlla pręscriptione ipsius terreni,imò dicit se nescire cuius sint terena dictorum locorum,& ꝙ non oẽs valles dictorum locorũ sunt Marchionis,sed aliquæ sunt priuatarum personarũ, per quæ ẽt apparet non obstare,licèt testis deponat esse publicam vocem & famam illud quod ipse deponit &c. ¶ Alia insuper † ratione non releuat illud quod dicit de publica voce & fama, quia testis reddens testimonium super publica voce & fama,nõ probat,simpliciter dicendo ꝙ ita est publica vox & fama,vt inquit Bar.in l.de minore.§.si plurium.ad fi.ff. de qõ. & Inn.in c.cum oporteat,de accu.& Bal.in l.proprietatis C. de prob.& in l.quid ergo.§. quãtum.in lectura antiqua.ff.de his qui no.infa.& Ang.in l.ea quidem.in 4.col. in repetitione.C.de accusa.& ibi refert per no.per Inn.in d.c.cum oporteat.quod testis vt probet publicam vocẽ & famam debet reddere rationem & causam concludentẽ dicti sui,ẽt nõ interrogatus.& ita ẽt tenet Abb.Sicul.in d.c.cum causam.circa 3.vel 4.col.& Lud.de vrbe in l.j.in prin.ff.de ope.no.nun.Nam vt dicit tex.in c.consuluit.el j.de appel.multa dñr notoria quæ non sunt.¶Pro hoc bene facit,† quia in his in quibus laborat ratio intellectus & de facili non discernuntur, testis ẽt nõ interrogatus debet reddere rationem dicti sui concludentẽ ad probandũ quem esse dementẽ vel iracundum vel ebriosum, vt inquit Inn.in d.c.cum causam.& Bar.in d.tracta.de teste, in 2.col.& Bal.in l.solam.C.de testi. & in l.cum hi. §.j. ff.de transf.& in l.furiosum.C.qui testa.fa.pos.& idẽ dicunt si agitur de probando aliquid quod cõsistat in iure, vt super dñio.sed ita est ꝙ cognoscere an sit fama publica legitima, quæ sit inter maiorem partem personarum,iuxta no.in l.3.§. eiusdem. ff.de testi.& traxerit originem a probabili causa, & non a variis vocibus populi.iuxta l.decurionum.C.de pœnis, non de facili percipitur, & intelligere quomodò dicatur esse fama legitima consistit in iure, ergo verum est ꝙ debet reddi concludens ratio dicti per testem,etiam si non sit interrogatus.& notat etiam Abbas in d.c.consuluit. sed dictus testis non deponit per redditionem rationis ꝙ audiuit a maiori parte, & ꝙđ fama habuerit ortum a talibus probabilibus causis, ergo non est probata fama,quæ etiam si probata fuisset, non facit sufficientem probationem,vt no.in d.§.eiusdem.& in d.l. de minore,cum suis concordantiis & non est etiam probabilis causa inducendæ famæ ꝙ dictæ valles fuerunt Marchionis quò ad terrenum, licèt conductores vallium habentes causam a pincipe piscarentur in dictis vallibus, quia, vt dixi, vsus piscandi non infert quò ad terrenum.d.l.si ager.¶Præterea consuetudo est ꝙ quando crescunt aquæ vallium & inũdant terrena aliorum,conductores vallium Marchionis insequuntur aquas quocunque uadant,quantum ad piscandum, vt deponunt testes dictorum de Ioculis, & maximè Petrus Anto. &
10 quidam alij.†nam per hoc nõ acquiritur ius in terreno. pro hoc facit quia etiam de iure communi si valles alicuius crescunt & inundant terrenum alterius, dominus vallium non efficitur dominus illius terreni.l.vicinus.§. lacus. ff. de aqua plu.arcen.imò antiquus dominus retinet dominium, vt ibi. & hoc si valles essent priuatæ, secus si essent publicæ,quia tũc antiquus dominus perderet dominium iure alluuionis. l. lacus.iuncta gl.ff.de acq.rerum domi.& l.littus.ff.de verb. sig. & not.Bart.in d.l. vicinus, & in suo tractatu de alluuione,in ver.delatio verò,in 10.col.& ibi dicit quòd licet vallis seu lacus esset in dominio reipublicæ, & tamen nullus poterat ibi piscari, nisi ille cui respublica commiserat,idem iudicandũ esset prout de lacu seu valle priuatorum.l.sed & Celsus. ff. de contrahen. emptio. sed si essent in vsu publico,adeo ꝙ quilibet per illas transire potest,& cuilibet licet piscari,& tunc dicuntur publicæ & recipiunt incrementum per aluuionem.d. l.lacus.& in l.j.ff. vt in flu. publi. nauiga. li. attento quòd in præsentiarum tractatur de terrenis pascuorum a quibus cessarunt valles,certum est quod etiam posito quod illæ fuissent valles omninò publicæ,& per augmẽtum aquarum fecissent incrementum per alluuionem super dictis terrenis.tamẽ cessantibus aquis dñs vallium non retineret illud dñium terrenorũ.l.adeò.§.insula.cum seq.& ibi no.ff.de acq.rer.do.¶Minus ẽt probat Marcus Antonij octauus testis qui etiam deponit solum de vsu piscandi,& quod audiuit quod sunt d.valles d. Marchionis, sed nescit an protendant vsque ad aggerrinos Guardazollæ,& ꝙ non vidit piscari vsq; ad illos aggerinos ꝙ aliter nescit cuius sit terrenum dictorum locorum. & cõstat ꝙ testimonium de auditu in proposito non releuat.l.testium. cũ ibi no.C.de testi.& in c.tam literis de testi. ¶ Et pari rõne non probat Io.Martini nonus testis,quia deponit solũ de vsu piscandi,& nescit cõfines dictarum vallium Marchionis versus Guardazollam. ¶Nihil ẽt releuat dictũ Turræ q.Thomæ decimi testis, quia dicit ꝙ d. valles fuerunt pro maiori parte Marchionis,& non specificat quæ loca sint Marchionis, & ꝙ sint aliorum & quod nescit an terrenum sit præfati Marchionis vel cuius & non dicit nisi de vsu piscandi. ¶Non ob. ẽt d. Antonij Turolæ,quia deponit de vsu piscandi, & dicit quàm plures esse priuatos habentes valles proprias in dictis locis, & sic non specificat quę sint loca spectantia ad Marchionẽ,& quæ sint illa quæ spectant ad priuatos,& licèt iste testis dicat ꝙ cum licentia dominorum factorum Marchionis pascebat bestias iuxta aggerinos,hoc non habet obstare tum quia locatio vel licentia non probat possessionem,nisi quando ex locatione vel licentia fructus percipitur.ca.inter dilectos,de fide instru.& no.in c.cum venissent.de restitu.spol. & in l.qui vniuersas.§.per colonum.& in l.quanuis.§.j.ff.de acq.poss.Item quia nõ specificat iste testis certum & determinatum locum, in quo depascebat saltem per duos confines seu per duas demonstrationes,ut requiritur,iuxta l.forma,in prin.ff. de cẽsi. & no.in l.demõstratio falsa,in prin.per Bar.ff.de cõd.& dem. & sic probatio ista non põt dici certa & determinata & comprehendens omnia loca pascuorum, de quibus est contẽtio. ¶Non ob.ẽt illud quod dicit de publica voce & fama,quia deficit in probatione eorum quæ requiruntur ad probandã famam,quæ etiam non est sufficiens probatio ut oportunè dixi circa depositionem Dorsiui septimi testis. ¶Non ob. id quod deponit Franciscus Tricola, qui vr̃ dicere plus quàm aliquis alius,quia respõdeo ꝙ sua probatio ẽt videtur dubia, quia deponit quod ẽt inter dictas valles Arquadę & sancti Apollinarij sunt aliquæ valles priuatarũ personarum, & nõ declarat ꝙ illæ

ille sint. & dicit ꝙ Marchio uult pisces illarum uallium quæ
sunt priuatarum personarum soluendo certum pretium,& li-
cèt iste testis dicat se incidisse de ormis dictarum uallium cũ
licentia superiorum dictarum uallium soluendo uallaticum,
tamen non specificat nec declarat in qua parte dictorum loco
rum demonstrando per confines uel alias demonstrationes,
adeò ꝙ appareat de cuius certi loci possessione deponat, vt su-
prà proximè dixi.& licèt dicat etiam ꝙ pater suus cõduxit be-
stias suas ad pascendum in locis prędictis cum licentia castal-
dionum uillę Fossa Dalbini do.Marchionis a fouea Pelloxel-
læ usq; ad illam & in uilla Chrispini in loco uocato la Selua,
ut dici audiuit a patre suo de dicta licentia, tamẽ non probat
pro hoc de possessione Marchionis, quia circa probationem
dictæ licentiæ deponit de auditu ab alio.item illa licentia nõ
tribuit possessionem, vt iam supra, dixi circa depositionẽ Tu-
ræ decimi testis.& in hoc etiam iste testis est singularis & vni
cus,& per consequens non probat.l.iurisiurandi. C. de testi.
c. in omni. de testi.'& clarum est quod non deponit de aliqua
possessione tanti temporis quod sufficit ad præscriptionẽ per
ficiendam.¶ Non ob.etiam id quod deponit Dominicus Tu-
rola decimustertius testis quia iste nihil deponit de terrenis
vel pascuis,sed de solo vsu piscandi pro modico tempore,& ꝙ
aliquę sunt valles in dictis locis quę sunt priuatarum persona
rum, & aliquę sunt domini Marchionis & non declarat quæ
sint illę.¶ Nihil etiã probat Andriolus decimusquartus testis,
quia deponit solum de vsu piscandi.Item dicit quod illa loca
vallium quæ dicuntur esse Marchionis etiam de pręsenti pos-
sidentur per Marchionem,& consequenter non includuntur
in donatione facta per Marchionem dictis de Marocellis,qui
bus non fuit donatum illud quod possidebatur per dominũ
Marchionem.Et eodem modo non obstant depositiones alio
rum trium testium vltimorum Ioannis quondam Ioannis Pe
ritii & Donati , & Matthæi , quia deponũt solum de vsu pis-
candi in valle nũcupata Gradiana, & nesciunt aliter dicere.
cuius sint terrena existentia sub aquis illis, vnde de pascuis ni
hil deponunt,de vsũ piscandi pro Marchione deponunt etiã
aliqui ex testib. illorum de Ioculis. ¶Potest etiam responderi
12 †ad testes illos quatenus aliqui ex eis dicunt aliqnid de pos-
sessione terreni seu pascuorum, prout supra, retuli, ꝙ magis
standum est testibus dictorum de Ioculis, qui contrarium de
ponunt cum sint plures.l. ob.carmen.§.fin. de test.& c.in no-
stra.cũ ibi no.de testi.& no.Iac.But.in l. 1.C.vti pos.& Bart.
in l.si duo.in princ.ff.vti pos.& etiã si testes essent pares, quia
testes illorum de Ioculis deponunt de antiquiori possessione
pascuorum & præferenda est talis probatio.c.licèt causam.de
prob.no.Ia.But.in d.l.vnica.C.vti pos.& Bar.in d.l.si duo,cũ
sim. Quinimò etiam si probationes essent pars esset , ferenda
sententia absolutoria pro dictis de Ioculis, quia fuerunt ipsi
* prius ad iudicium * vocati ad instantiam illorum de Marocel
lis, vt patet in processuum actis factis die primo Iunij.& ita
voluit glo.no.in d c.licet causam.in verbo vti possidetis, quã
ibi in hoc approbant doc.de proba.& no.Cy. in d.l.vnica.in
10.q.C.vti pos. Quod autem testes deponentes de possessio-
ne pascuorum pro parte illorum de Ioculis sint plures, patet
euidenter, quia bene per testes quinquaginta & vltra est pro-
batum de possessione dictorum de Ioculis per actus concer-
nentes possessionem terrenam.Quod autem sit probatum dę
antiquiori possessione terrena,& sic quò ad pascua,patet per
depositionem multorum testium qui fuerunt examinati an-
no 1466.vt est Iacobus Rochatus primus testis, qui deponit
de tempore a quo distabamus tẽpore examinationis suæ per
annos quinquaginta.& idem dicit Ioannes Franzonus secun
dus testis,quia dicit ita vidisse a tempore sui recordatus & ci
tra.& in principio dicit se habere de bono recordatu annos
quinquaginta.Franciscus Maserius tertius vestis qui erat æta
tis annorum 54.dicit quod vidit eos possidere a tẽpore recor
datus sui & citra,& exprimet aliquot actus specificos tẽpore
annorũ 12.citra. ¶Et Thonellus quartus testis ætatis annorũ
53.deponit de possessione a tẽpore sui recordatus & citra, &
specificat aliquos actus a 20.annis & citra.¶Nicolaus de san-
cta Agnete quintus testis deponit de possessione pascuorum.
iam erant tunc anni 13.¶ Antonius Franzonus in prima exa-
minatione deponit de possessione pascuorum a tempore qua
draginta annorum.¶Antonius Iacobi Rochati probat de pos
sessione pascuorũ pro tẽpore annorum vigintiocto,quia dicit
quod a tempore recordatus sui & citra in fine dicit se habere
de bono recordatu annos 28. ¶ Et idem probat Dominicus
Rochatus qui dicit habere de bono recordatu annos trigin-
ta.¶Ioannes quõdam Iacobi Murarii optimus testis deponit
de possessione pascuorum vsq; ad aggerinum porticuli & cõ
finia Arquadiæ, quæ sunt extra aggerinos Guardazuolæ vsq;
ad quoddam canale se extollens vsq; ad foueam Peloxella qđ
canale diuidit iura Guardazolæ a iuribus Arquadiæ, & dicit
ꝙ dicti de Ioculis per se & prædecessores suos ita possederũt
per tempus annorum quinquaginta, quos dicitur habere de
bono recordatu,& quòd dictum canale diuidit villam Huar-
dazuolæ a villa Arquadiæ, vt dicit iste testis. attestatur etiam
dictus Barthol.Rocatus,& Nicolaus Matthæi de Rassis & Io-
an. Francisci Petrachini & Ioan. Nicolai Bataglia & Beneue-
nutus Antonii de Gerardus Bartholomæi & Io.Antonij de
Casaia & Bartholomæus Martinelli de Guardazuola & Pe-
trus quondan Furini de Peloxella.¶Probat etiam Beneuenu-
tus Antonij de possessione pascuorum pro longo tempore,qa
dicit se habere de bono recordatu annos 80.& qđ pro maiori
parte temporis sui recordatus & quasi omni anno vidit eos
de Ioculis possidere pascua existentia intra aggerinum Ponte-
cli & aggerinos Guardazuolæ & iura Arquadiæ. ¶ Et Gerar-
dus quondam Bartholomæi probat de possessione anno.30.
Io.Chiarellus qui est ætatis septuaginta annorum deponit de
possessione quinquaginta annorum. Bonauentura quondam
Hugonis deponit de possessione 40. anno. & tantum dicit se
habere de bono recordatu.Ioannes Gualuani deponit de an-
nis triginta.Ioan.quondam Antonij de Peloxella optimus te
stis deponit etiam de possessione pascuorum pro annis qua-
draginta quinque, quos dicit habere de bono recordatu. Et
idem dicit Blasius quondam Antonij.¶Multi alij sunt testes
inter illos testes examinatos anno 1466.qui deponunt de pau
ciori tempore. ¶Probatur etiam de possessione prædicta ferè
per oẽs testes nouiter examinatos ann. 1469.super 11.et 12.c.
capitulorum dictorum de Ioculis,testes autẽ illorum de Ma-
rocellis non deponunt de actu possessionis terrenæ seu pas-
cuorum exceptis duobus Antonio Turola & Francisco Turo
la,quos tamen supra ostendi non probare.& posito quod ali
quid probarent,non probant de ita antiquo tempore sicut ꝓ
bant testes illorum de Ioculis.Nam An.Turola licèt deponat
13 de tempore quadraginta annorũ quo ad actus piscandi,† ta-
men quò ad actus pascendi non videtur repetere illud tem-
pus.& dato ꝙ intelligeretur repetitum, iuxta not.per Bart.in
l.Labeo.ff.de sup.lega.& Bal.in l.de quibus,in penul. colum.
ff.de legi.& in l.apud antiquos.C.de fur. & Ant. de But.in c.
fi.ad finẽ.de consue.tamen est vnicus & singularis in illo tem
pore quadraginta annorum , quia Francis. Turola non depo
nit de tempore nisi 25. annorum. Inter testes autem illorum
de Ioculis sunt plures qui deponũt de tempore vltra quadra
ginta annos, vt supra, proximè retuli.¶Ea licèt nonnulli ex te
stibus dictorũ de Ioculis dixerint se esse laboratores eorũ, ta-
men multi alij quos supra, nominaui supersunt carentes ex-
ceptione,qui sunt plures quam testes illorum de Marocellis
14 & deponunt etiam de antiquiori tempore.¶Prætereà † dicit
Spe.in tit.de test.§.1.ver.itẽ exponitur ꝙ est domesticus &c.
* qđ colonus* & ascriptitius admittunť de consuetudine ad te-
stificandũ,licet eis minus credať. imò gl.no.in c.in literis, de
testi.quæ est cõiter ibi a doctoribus approbata, vult quod in
colono,& alijs familiaribus distinguať, aut sunt tales quibus
imperari põt.& tunc repellanť a testimonio omninò, alij autẽ
admittunť & eis crediť plus vel minus secundũ qualitatẽ affe
ctionis,& ꝑ consequens vbi esset simplex colonus nõ censitus
nec ascriptius vel similis cõditionis cũ multiplicis sint condi-
tionis coloni, vt plenè no.in rubr.C.de agricol.& cẽsi.lib.11.
15 deberet saltẽ† numerus testiũ*supplere illum defectum poti
* omninò non repelluntur, vt voluit gl.no.& ibi Ia.Butr.in l.2.
§.1.in verbo,numerus. ff. de testi. quã ad hoc vt singularẽ
quiť Nicolaus de Neapoli in l.excusanť,in prin.ff.de excu.tut.
& no.Ia. Bu.in l.palentes.C.de testi.& Io.And.in addi.Spe.
in ti.de no.crimine.§.fama.in additione incipi. allegato &c.
& Io.de Imo.in l.q testamẽto,in prin.ff.de testa. facit qđ not.
Bal.in l.si quis ex argẽtariis,iuxta prin.per illũ tex.ff.de eden.
16 ¶† Accedit cõclusio Sali.in l.qm̃ liberi.C.de testi. vbi firmat
quod

quod colonus partiarius poterit eē testis pro dño ēt super causa proprietatis fundi qñ de parte fructuũ coloni nõ disputatur, per notata per gl. ibi q̃ vult ꝙ socius possit esse testis pro socio qñ quęstio fit de alia parte non pertinen te ad ipsum testificantē. faciunt ēt no. per Cy. & Bal. in l. 2. C. de testi. vnde expresse Ful. in l. pręsenti. §. sanè. C. de his qui ad eccle. confu. dicitur ꝙ illud quod ibi dicitur in colono, debet intelligi de censito, in quo ius habemus. ¶ Ex his ergo apparet qđ per testes illorũ de Marocellis nõ remanet fundata itẽtio sua ꝓ iure proprietatis aut possessionis realiter, qđ dicti de Ioculis cõ
17 demnandi sint. ¶ Nunc dicã, † an per illud ęstimũ Orecani sit probata intentio dictorũ de Marocellis pro ea parte q̃ continetur in dicto ęstimo, & dico ꝙ nõ, quia ęstimũ c non probat dñium neq; possessionē cõtra eos qui scripturę ęstimi non cõsenserunt seu non interfuerunt. l. si pr. & ad hoc illũ tex. not. ibi Bal. C. de act. emp. & l. solẽnibus. & ibi Ia. But. & Bal. C. de rei ven. sed in præiudiciũ eorũ qui consenserunt æstimo sic. l. cura. & ibi Bar. C. de omni agro. deser. lib. 11. l. quo quisq;. & ibi Bar. ff. de acqui. rerũ do. l. censualis. & ibi Bald. C. de don. no. Bar. in l. quidã in suo. in fi. ff. de condi. insti. ¶ Et sic posito ꝙ de aliquo alio titulo dictorum de Ioculis non esset probatum, non videtur quod possint obtinere dicti de Marocellis, qui non probarunt intentionē suam respectu proprietatis vel possessionis imò per dictos de Ioculis est multò melius probatum de possessione vltra quadraginta annos quę esset ad præscriptionē habilior possessio q̃ possessio probata per illos de Marocellis respectu pascuorũ. produxerunt ēt dicti de Ioculis titulum donationis pro aliquibus rebus partim valliuis & partim etiã pratiuis positis in fundo Guardazuolę iuxta valles Arquadiæ seu de Pontechię mediante agerino donatis anno 1460. per Illustrem Marchionem Nicolaũ Estensem Ioculis, aut dictis de Ioculis, q̃ non possunt intelligi inclusa in donatione facta illis de Marocellis, & est probatum ꝙ confines vallium Arquadiæ & Pontechię sunt extra dictos aggerinos Guardazuolæ iuxta aggerinum Pontec. vt infra, proximè dicetur. produxerunt ēt inuestiturã iure feudi factam anno 1449. per Illustrem d. Opizonem ser Aldroandino de Ioculis nominibus quib. in dicto instrumẽto rogato per ser Moysen Benuiterdi de vna sexta parte & dimidia alterius sextę partis totius Guardazuolæ positę iuxta fundũ Peloxellę iuxta fundũ Christini siue illos de Turchis, iuxta padum & iuxta valles Pontechiæ, & Arquadię & si præsupponatur vt pro parte illorum de Ioculis pręsupponitur & affirmatur ꝙ ipsi sint de descendentibus prædictorum qui inuestiti fuerũt pro ea parte quæ erat illius ascendentis a quo descenderunt haberent ius in dictis bonis, & vr̃ esse probatum ꝙ iura villę Guardazuolæ prædictæ excedũt dictos agerinos Guardazuolæ in territorio Ferrariensi versus Peloxellam. & protendunt vsq; ad dictum canale vocatum la Fossa di Bigossi seu aliter nuncupatum, vt deponunt testes quos nominaui supra, dum discussi de probatione facta per Ioannem quondam Iacobi Murlaii. nam licet aliqui testes varient, tamen pro maiori parte in hoc cõueniũt, quod illud canale diuidat valles Arquadię a Guardazuola versus Peloxellam. est ēt probatũ ꝙ valles Pontechiæ non veniũt versus Guardazuolam vltra aggerē Pontec. & ꝙ iura Guardazuolę protendunt vsque ad dictum aggerem Ponte. & quòd ille agger Pontech. diuidit valles Pontech. & valles Arquadię versus Pontech. a iuribus villę Guardazuolæ, ita deponunt ferè oēs testes dictorum de Ioculis. & in prima & in secunda examinatione super primo, secundo, tertio & quarto, quinto sexto, & nono capitulis. & licet aliqui ex textibus illorum de Marocellis dicant ꝙ valles portus Arquadiæ & sancti Apollinarii se extendunt vsq; ad aggerinos Guardazuolę, tñ testes illorum de Ioculis in triplo plures sunt, qui probant illud quod dixi, saltem ratione terreni & pascuorum, & habito respectu ad, ipsum terrenum & pascua. hoc dico quia plures sunt ex testibus illorum de Marocellis qui dicunt ꝙ licet quò ad aquas, valles, portus Arquadię & sancti Apollinarii se extẽdant seu se extendere solebant vsq; ad aggerinos Põte. tñ dicũt se non hoc affirmare quò ad terrenium & est ēt probatum per plurimos testes ex testibus nouiter receptis ꝙ bona de quibus est qō, sunt inclusa in dicta inuestitura facta per dictum Opizonē dictis de Ioculis, ita super 18. & 20. c. deponunt Ioã. Franzonus, Antonius Frazonus, Bartholomæus Rocatus, Frãciscus Maxinus & Ioannes de Paxertis & quemadmodum di-
18 cunt testes dictorum de Ioculis ꝙ confines † dictorum locorum se extendebant per tempora de quibus ipsi deponunt, ita præsumitur ꝙ ēt in præteritum fuerit. l. liberis. §. fi. ff. de libe. causa. not. in l. ex persona. C. de proba. & ibi Bal. circa secundam colum. & Oldr. & Bald. in l. 1. §. si magistratus. ff. de magistra. conue. & mutatio confinium nõ pręsumitur. in l. fi. & ibi Bald. ff. finium regun. ¶ Et corroboratur dicta probatio testiũ per vnum instrumentum antiquum confectum de anno millesimo trecentisimo sexagesimo secundo, die decimo mensis Iunii rogato per Ioannem quondam Iacobi de Marana, ibi dũ dicit, Item octauam partem pro indiuiso omnium vallium cõmunium ipsius & fratrum eius, & illorum de Ioculis positarum ĩ fundo prædicto Guardazuolæ vltra aggerinos. iuxta illos de Turchis, iuxta illos de Põteclo, & iuxta illos de Arquadia & sic apparet, quod fundus Guardazuolæ dicitur etiam esse vltra dictos aggerinos Guardazuolæ, & verbo fertur etiam probari posse quod quędam alia instrumenta antiqua denominãt quasdam terras sub vocabulo fundi Guardazuolę, & tamen terrę illę sunt extra aggerinos, & talia instrumenta probant confines, vt in c. cum causam, de proba. & not. in c. cum olim, in glo. in verbo, instrumentis. de cẽsi. in c. si Papa, de priuileg. in 6. & clarè Bald. & Sali. in l. cum aliquis. C. de iure deli. facit. quod no. Inn. in c. veniens, de ver. sig. Ex quibus concludo partes excellentissimorum ac iustissimorum dominorũ iudicare debentiũ esse in absoluẽdo dictos de Ioculis. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Nisi. sup. lib. 1. consi. 28. nu. 7. sup. lib. 6. cons. 108. col. 1.

* Tam pro aquis.] Quomodo valles possideri possint vbi aquis stagnauerint, atque obtegantur tangit subtiliter Ruin. consil. 45. dub. 1. lib. 4. atq; ibidem habes de lacubus, paludibus & stagnis. Natta.

b ¶ Allegari. sup. lib. 3. consi. 69. nu. 13.

c ¶ Nescire. supra lib. 6. consi. 167. nu. 6.

d ¶ Rationē. supra lib. 4. consi. 25. nu. 9.

* Idem iudicandum.] Idem tradit Petr. Ancha. consi. 298. In territorio. Natta.

* Ad iudicium.] Adde tex. cum gl. in l. in tribus. de iudi. Bal. ad c. cum causam. col. 3. de probat. vbi etiam loquitur in iudicio finium. quod pariter & duplex. Natta.

* Quòd colonus.] Istud de colono tenet etiam expressè Franci. Aret. consi. 13. incipit, Viso diligenter themate. col. 7. & seq. & ponit Alex. hac eadem col. Natta.

* Numerus testium.] Contrà Bal. quia ad c. ad nostram de proba. vult ꝙ plures testes infames infamia facti, nõ probent. Et de pluribus domesticis tradit Petr. Ancha. consi. 146. in causa agitata. Et istud de numero testium non videtur satisfacere Decio in causa graui, vt patet eius consilio 133. viso processu. col. fin. & Fel. etiam illud non firmat ad c. testimonium. col. ij. de test. & vide etiã Deci. ad c. licèt causam. not. 9. extra de prob. Ias. ad l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. & vide Flor. ad d. l. 3. in prin. col 2. ver. aduerte tamen. Et istud dictum de numero, amplectitur Deci. cõsi. 163. col. pen. & procedit, vbi defectus est in persona, non in dicto; secundum Ruin. consil. 150. numero 18. lib. 5. Natta.

e ¶ Aestim. sup. lib. 5. consi. 147. in fi. sup. lib. 6. consil. 77. num. 11. consil. 185. num 6 latè Ias. in l. decem. col. 6. & 7. ff. de ver. obl. Alex. inf. eod. consi. 182. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio literarũ cũ vno teste qui vidit scribi, plenè probat.*
4 *Ius prælationis non transit nisi ad filios illius matrimonij.*
5 *Hypotheca tacita excludit expressam posteriorem etiam fisci.*
6 *Statutum quòd malefidei debitor præscribat, non valet.*

CONSILIVM LVIII.

In causa mota per Paulum Diui mercatorē ex vna, & quosdã assertus creditores quondã Dyonisij de ciua de Mediolano & pręcipuè Leulum vt patrem & legitimum administratorem Io. filię suę, & filię quondam d. Agnetis vxoris quondam dicti Leuli ex altera, viso processu themate mihi exhibitio, sentio partes Domini iudicantis esse in pronunciando fuisse bene iudicatum in fauorem dicti Pauli, & a dicta sententia fuisse malè appellatum per partem aduersam. Quoniam fundata est intentio dicti Pauli ex scriptura libri sui subscripta manu dicti Dyonisij cui ex forma statutorum loci datur plena fides. ¶ Quod autem dicta subscriptio
1 † sit facta manu Dyonisij pręsupponitur mihi esse probatum per vnũ testē, qui deponit se vidisse eũ dictam subscriptionē face-

facere, & per comparationem literarum legitimè factam per
duos tabelliones electos per iudicem. & ad probandam scri-
pturam libri esse manu scribentis sufficere t ēt sola compara-
tio scripturæ, per l.comparationes.C.de fi.instr.& not.Bar.in
l.nuda ratio.in vlt.col.ff.de dona. & sequitur etiam ibi Io.de
Imo.vbi dicunt ꝙ licèt in apodissa quæ datur a parte parti sit
inductum ꝙ sola comparatio non faciat plenam fidem, vt in
a authen.de instr.cau.& fide.§.1.tamē [a] in aliis scripturis priua
tis, vt in scriptura libri & in epistola & aliis nō est correcta di-
spositio dictæ.l.comparationes.volentis ꝙ sola cōparatio ple-
nam fidem faciat. & ita etiam tenet Bart.in l.admonēdi. ff.de
iureiur.& ibi sequuntur Moder.& Ant.de But.& Io. de Imo.
in c.2.de fid.instr.& Bal.in auth.sed nouo iure.C.si cer.pe.&
est de mente Bart.in l.si ita scripsero, & ibi ēt not.Io.de Imol.
ff.de condit.& demon. hoc etiam in casu nostro satis videtur
fuisse de mente statuti seu decreti principis non requirētis te
stes sed solam subscriptionem debitoris, quātò magis ergo in
casu nr̄o debet dici probatū esse sufficienter dictā subscriptio
nem esse de manu dicti Dyonisij, quia vltra comparationem
est probatum per vnum testem qui deponit vidisse eum sub-
scribere. ¶ Præterea posito etiam quod iura volentia ꝙ sola cō
paratio non faciat plenam fidem haberent locum etiam in di
cta scriptura, de qua ad præsens tractatur, tamen adhuc videt̄
ꝙ comparatio iuncta cū dicto teste sufficiat, vt clarè decidit
Sali.in d.l.comparationes.in vlti.col.vbi voluit ꝙ qn̄ apodis-
sa negatur esse manu debitoris, & nullas habet subscriptiones
testium, vel si habet subscriptiones testium & non est facta cō
paratio de ipsis subscriptionibus sed solum de ipsa principali
scriptura, tunc talis comparatio probat tantū semiplenè scri-
pturam negatam fuisse scriptam ab illo, ideo vt plenè probet
alio argumento iuuanda est, vt in auth.& si cōtractus.C.de fi
de instr.& subdit ꝙ bonum argumentum erit ad ipsam iuuā-
★ dā vnus testis * qui deponat super cōfectione scripturæ, quia
faciet semiplenam probationem & ex istis duabus semiplenis
fieret vna plena probatio, iuxta notata in d.l. admonendi. &
sic Sali.in indiuiduo ponit decisionem huius casus & ibi etiā
subdit quod scilicet, talis testis vltra cōparationē haberi non
posset, putat posse recurri ad deferendum iuramentū patri su
per confessione ipsius scripturæ quæ est semiplenè probata se
cundū ea quæ habent in l.in bonę fidei.C.de reb.cre. & licèt
ipse nō alleget, est in proposito casus in §.si tn̄ quisquā. & ibi
no.in auth.de instr.caute.& fide.& sic est aliud remediū sup
plendi probationē, qn̄ non esset perfecta, & ad cautelā pōt pe
ti dicta delatio iuramēti. ¶ Plus etiam voluit Bar.in d.l.admo
nendi.circa 7. col.& Ant.de But.in c.2. de fi.instr.ꝙ licet ho
die regulariter cōparatio scripturæ apodissæ nō faciat nisi se-
2 miplenam probationē, † tn̄ pōt esse tanta fides solius compara
tionis ꝙ iudex poterit adhibere plenā fidē soli comparationi,
vel solis testibus deponentibus scripturā fuisse scriptā ab illo
in eorum præsentia. hoc dicit probari per tex.in.§.si verò ali-
quid tale.in auth.de instr.caute.& fide.vbi patet ꝙ si compara
tio ɔtradiceret dicto testium iudex posset adhibere fidem vel
testibus vel comparationi, quantò magis ergo in casu nostro,
vbi vltra comparationem extat probatio viuæ vocis. ¶ Nunc
vidēdum restat an exceptiones oppositæ cōtra dictum Paulū
habeant obstare? & attingā illas tantū quæ aliquid dubitatio-
3 nis afferre posse viderentur. ¶ † Et primò non ob.dum obiici-
tur, ꝙ decretum vel statutum prædictum non debet seruari
nisi coram officio iudicis gabellarum, quia respondeo ꝙ cum
concernant merita causæ & virtutem probandi debēt seruari
in omni foro, vt no.in specie Cy.in l.receptitia, in quarta.q.&
ibi etiam Bal.C.de cōsti.pecu.per id quod habetur in l.si fun
dus.ff.de euict.& per notata in l.ex ea.ff.de postu, bene faciūt
no.per Cy.& alios in l.1.C. quæ sit lon.consue.& in l.cūctos
populos.C.de sum.Trini.& per doc.in rubri, de consue. cum
suis concord. Præterea licèt circa prędicta fuerit cōmissa po-
testati, tn̄ fuit commissa ei loco domini Vicarii gabellarū dati
pro suspecto, & sic subrogatum sapere debet naturam eius in
cuius locum subrogatur. l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis
cau.c.ecclesia, vt lite pendente. facit id quod notanter voluit
Bal.in l.fi.C.si mancip.ita fue.alie. ¶ Non obstat etiam oppo-
sitio qua dicuntur hypothecata bona debitoris, tamen nō ha
bet nisi tacitam sed dictus Leulus dicto nomine prætendit hy
pothecam expressam vigore instrumenti dotis dictæ quondā

dominæ Agnetis, ergo debet præferri sua expressa hypotheca
etiam posterior tacitæ hypothecæ anteriori fauore dotis.l.as
siduis, C.qui poti.in pig.ha.& licèt tex.in d.l.assiduis, loqua-
tur in tacita hypotheca concessa doti vt priuilegiata, tn̄ illud
priuilegium nō tollitur licèt mulier sibi prouiderit de expres
sa hypotheca. vt est glo.no.& communiter approbata. in l.fi.
C.de pac.conuē. super dote.& not.doc.in c.ex literis.de pig.
quamuis Pet.tenuerit contrarium vt refert Io.de Imo.in d.c.
4 ex literis. Quia † ad hæc respondeo, ꝙ priuilegium concessū
ꝓ dote mulieri vt in hypotheca præferatur anterioribus cre-
b ditoribus non transit mortua muliere, nisi ad filios [b] mulieris
eius hęredes, qui sint nati ex illo matrimonio pro quo data
fuit dos, de cuius exactione tractat̄, secus si essent nati ex alio
matrimonio, vt tenet Cy.in d.l.assiduis.& ibi Barto. in fi.qui
dicit quòd ita communiter tenetur.& ēt Bal.ibi post alios an
tiquos per illum tex.in §.excessus.ibi dū dicit anterioris ma-
trimonij, iuncto verbo paternas, bene facit quod no.glo.in l.
si cum procuratore.ff.de re iud.& in.§.itē si de dote. insti. de
acti.& notat in l.etiam, in prin.ff.solu.matr.circa reprobatio
nem glo. quæ est ibi. Sed dicta Ioanna volens præferri dicto
Paulo non est nata ex matrimonio contracto cum dicto Dio-
nysio cui dos data fuit, sed est nata ex dicto Leulo; ergo non
5 gaudet dicto priuilegio. ¶ † Constat autem ꝙ cessante dicto
priuilegio concesso pro dote mulieri & filiis eius ex eodem
matrimonio, ille qui pretendit hypothecam expressam poste
★ riorem non præfertur * creditori habenti hypothecam taci-
tam anteriorem, etiam si dictus posterior prȩferri volens es-
set fiscus, ita inquit Dy.in regula, qui prior.de regu.iur.in 6.
& Cyn.in l.si fundum. C. qui pot.in pig.d.l. vnica. secundo
responso. C. rem alie. geren. & fuit de mente Barto. in l.si is
qui.ff.de iure fis.in versicu. quæro & reuoco in dubium &c.
licet non ita apertè exprimat sicut Dyn.& Cyn.in locis præ-
allegatis, sed dictus Paulus est anterior tempore, ergo &c. Præ
tereà ex dispositione statuti prędicta apparet statuentem velle
quòd creditores uigore dictorum librorum habeāt hypothe-
★ cam habentem eundem * effectum, quem habet hypotheca
descripta in publicis instrumentis, & sic statutum intelligit de
6 expressa hypotheca apposita in instrumento, † quia hypothe
ca tacita non dicitur apposita in instrumento, quia solum in
instrumento dicitur appositum illud quod oculis corporeis
ibi legi potest.l.1.& ibi notant doc. ff. de his quæ in testa.de-
len.& Bald.in l.legem.C.loca.& Anto.de But.in capitu. trā-
slato. de consti. vel saltem dicitur magis propriè contineri in
instrumento expressa hypotheca, quam tacita, vt de se patet.
& negare non potest quòd statutum prædictum in dicta ęqui
paratione etiā comprehendat expressas hypothecas in instru-
mento contentas, ergo cum hypotheca competens vigore di-
ctorum librorum sit æquiparata hypothecę expressæ compe-
tenti vigore instrumenti, debet esse eiusdem virtutis, cuius est
hypotheca expressa competens ex instrumento. probatur
7 ex magistrali † doctrina Barto. & aliorum in l.1.in princ.ff.
de lega.1.dum allegat.l.princeps.ff.de legi. & l. maximum vi-
tium.C.de li.præte.per quæ iura dicit quòd vbi res vna adæ-
quatur alteri, attribui dicatur rei adæquatæ omne id quod
8 plus est in re ad quam fit adęquatio. Sed ita † est quòd etiam
in dote concluditur quòd mulier habens hypotecam priuile
giatam in dote non vtitur tali priuilegio contra alios credito
res habentes expressam hypothecam secundum opi.glo. ma-
gis cōmuniter approbatam a doctoribus in d.l.assiduis, & di
cit Barto.ibi quòd communis consuetudo ita seruat, & quòd
ab ea in iudicando non est recedendum. l. minimè. & l.si de
interpretatione.ff.de legi. ¶ Et ideo non ob.si diceretur quòd
dictum decretum non disponit quòd habeant creditores vi-
gore librorum hypothecas in præiudicium dotium, quia di-
co quòd eò ipso quòd vult statutum creditores habere hypo-
thecam habentem vim expressæ hypothecę in instrumento
contentę, vt supra deduxi, videtur disponere id quod resultat
in consequentiam, scilicet ꝙ in tali hypotheca prȩferatur do
tibus posterioribus, quibus preferuntur alii creditores haben
tes expressam anteriorem, quia hoc venit in consequentiam.
l.1.§.nō autem.ff.de exer.§.præterea.de offi.dele.cū si. ¶ Ne-
9 est curandum † quòd hypotheca dictæ mulieris fuerit appo-
sita in contractu iurato, quia illud iuramentum appositum
post ius iam acquisitū Dyonisio, non potuit pręiudicare Dyo-
nisio,

c. quamuis. in fi. de pac. in 6. facit quod no. Bart. in l. Titia Seia. §. Imperator, circa medium. ff. de leg. ij. & in l. hac edictali, in fine principij. C. de secun. nup. & facit l. fin. C. de non nu. pecu. ¶ Nec obstat si contra hoc allegaretur id quod voluit in c. cum venderent, de elec. in 6. de qua fortasse cogitauit qui dictam exceptionem opposuit, quia in veritate, nihil facit, ideo non insisto. Non obstat vltimo dum dr, ꝙ dicto Paulo præscriptio quindecim annorum inducta per quoddam allegatum statutum, quia respondeo primo, ꝙ per plures testes est probatum, ꝙ de stylo curiæ est, ꝙ talis exceptio præscriptionis non admittatur. & a stylo non est recedendum.* l. fi. C. de iniur. c. sicut, de re iud. c. ex insinuatione. c. ex literis. de consti. ¶ Præterea † dictum statutum in debitore, qui est in mala fide, non valet, secundum magis com opi. quia nutrit peccatum, per id quod hr in c. fin. de re. iu. in regula, possessor. lib. 6. & firmat Bar. in l. oës populi. ff. de iust. & iu. in 3. q. principali. & Io. And. & Pet. de Anch. in c. de excep. in 6. & Ant. de But. & plenius Io. de Imo. in c. fi. de prascr. & in l. sequ tur. §. si viam. ff. de vsuc. cum suis concord. Præsupponitur etiam mihi, ꝙ alias dictus Paulus petiit in iudicio dictum debitum contra hæreditatem dicti Dionysij, & in executione petiit contra alium tertium possessorem, & sufficiens dictus actus ad interruptionem præscriptionis currere cepisset. vt declarat Barto. in l. ij. §. si rem. ff. pro emp. cum si. verum quia illa acta non vidi, quia non sunt mihi transmissa, non insisto circa hoc vlterius. Ale.

ADDITIONES.

Imo. idem sup. lib. 3. consi. 76. nume. 8. lib. 6. consi. 239. infra consi. 114.

testis.] Istud dicit Sali. sequitur etiam Alex. consi. 239. col. 4. lib. 6. Eadem per omnia voluit Abb. ad c. 1. col. 2. de fi. instr. Nat.

scilicet ipsum priuilegium prælationis, sed hypotheca transit in omnes ad quos actio. Are. Iaso. §. fuerat. insti. de actio. Alex. d. l. in add. ad Bal.

præfertur.] Istud idem videtur etiam esse de mente Bal. ad l. edictali. §. his illud. col. fi. per illum tex. C. de secund. nupt. & tenet hoc idem recentiores in tract. de pign. par. 5. memb. 2. Nat.

eundem.] Tacita hypotheca inducta à statuto, habet eundem effectum, quem expressa. Rom. pulchrè consi. 147. Licèt hæc Natta.

recedendum.] Concordat textus in c. quàm graui. de cri. & in l. ij. C. quemad. test. aper. Natta.

SVMMARIVM.

Literis superioris non creditur in alterius præiudicium. nu. 2.
Sententia non probatur per testes, nisi probetur scriptura perdita.
Fama quomodo probetur.
Iuramentum non est probatio, sed releuatio ab onere probandi.

CONSILIVM LIX.

Literæ superioris quam probationem faciant. Et quando sententia possit per testes probari.

In causa appellationis interpositæ pro parte Benedicti alias Breta de Trausignano, visis verbis laudi lati inter dictum Benedictum ex parte una, & Petrum, quondam Ioannis alias Mozoni & fratres ex altera, & visis as. literis Magnifici domini Thadæi de Manfredis. & attestationibus trium testium receptorum pro parte dicti Petri, & fratrum, mihi vr proculdubio esse concludendū malè fuisse iudicatum per iudicem, qui pronunciauit fuisse legitimè probatum pro parte dictorum Petri & fratrum eis incumbētia iuxta contenta in laudo, quia in veritate non est probatū legitime illud, quod ex forma laudi erat probandum, videlicet dictos Petrum & fratres soluisse & exbursasse præfato Magnifico Thadæo vel alteri pro eo recipienti ducatos 25. auri ad commodum & vtilitatem dicti Benedicti, nam dictæ † as. literæ Magnifici Thadæi in quibus affirmat dictum Petrum sibi dedisse ducatos 25. vigore unius condemnationis factæ propter inobedientiam dicti Benedicti, non probant, etiam si præfatus do. T. cum suo iuramento parte citata posuisset ea, quæ continentur in dictis literis, non probaret l. iurisiurandi. C. de testi. c. in omni. de testi. & bonus text. in c. cum a nobis, cod. titu. vbi text. dicit verbo vnius quantæcunq; fuerit authoritatis non esse credendum, sed dictis suis literis emanatis nullo interueniente iuramento, & partis citatione non est in aliquo credendum, ut in l. 3. §. idem diuus. ff. de test. ibi dum litera dicit, testibus non testimoniis esse credendum. & ibi not. gloss. in uerbo testimoniis. ¶ Nec obstat, quod quandoq; literis magistratuum credatur, iuxta ea, quæ plene notantur in l. si calumnia. C. de episco. & cler. & in cap. post cessionem, de proba. & in l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publi. † quia illa procedunt in officialibus affirmantibus aliquid circa ea, quæ spectant ad officium eis commissum & creditum, vel quando attestarentur de aliqua re leuis præiudicii, puta de moribus alicuius, vel quod esset promotus ad aliquos ordines sacros & similia, prout plenè tradunt docto. maximè in d. c. post cessionem. Sed præfatus dominus Thad. tempore, quo dictas literas scripsit non erat officialis. & per consequens nihil scribit de his, quæ pertinent ad eius officiū nec circa alia leuia de quibus habetur in locis præallegatis, iō non est eis credendum. Præterea dictus dominus Thadæus scribit literas illas circa id quod concernit commodum suū, dum ipse affirmat condemnatum fuisse dictum Benedictum pro inobedientia, nam si verum non esset de dicta condemnatione, teneretur præfatus d. T. restituere dictos 25. ducatos velut indebite receptos, igitur dictis suis literis, aut alii dicto suo non est credendum. l. omnibus. C. de testib. & l. nullus. ff. de test. & not. Bar. in l. deferre, super ver. Item decreuerunt. ff. de iure fisci. & canonistæ in c. insuper. de test. & in d. c. cum a nobis, cum si. Præterea etiam non est probatum dictam scripturam fuisse scriptam manu præfati dom. T. & insuper dici posset per dictam scripturam & confessionem d. T. non probari ad præiudicium tertii solutionem fuisse factam de qua in ea continetur per not. per glo. & Bart. in l. duobus. §. ꝙ reus. in verbo, solutionis. ff. de iureiur. superiores tamen responsiones arbitror tutiores. ¶ Non est etiam probata intentio dictorum Petri, & fratrum, quia non constat de aliqua sententia lata contra dictum Benedictum, saltem legitimè, & per consequens nō potest dici esse probatum quod dicti 25. ducati fuerint soluti ad commodum & vtilitatem dicti Benedicti, put requirebatur ex forma dicti laudi. ¶ Nec potest dici p dictos testes probatam esse sententiam, quia dicti testes non dicunt se interfuisse alicui sententiæ, aut illam vidisse, quinimo † per testes non potest probari sententia, nisi probetur scripturam sententiæ fuisse deperditam [a] l. emancipatione. C. de fide instru. & ibi notant doct. & l. testium. C. de testib. & in cap. cum olim essemus, de priuil. & not. Abba. in c. sicut. in 3. not. de re iud. Præterea ut hr in d. c. sicut, testes ut probent sententiam debent deponere a quo iudice lata fuit, ut ibi etiam notāt docto. sed dicti testes non deponunt perditam fuisse dictam scripturam sententiæ, nec etiam deponunt a quo iudice lata fuerit dicta snia, ergo non probat. Preterea deponunt simpliciter ꝙ audiuerunt dici a multis personis adeo, ꝙ fuit publica vox, & fama in castro Tausignani quod Petrus quondam Ioannis prædictus dedit & soluit præfato Thadæo ducatos 25. auri, pro dicto Benedicto uigore unius condemnationis factæ de dicto Benedicto, eo quia fuit inobediens præfato Thadæo, sed clarum est, qđ fama non est sufficiens probatio, ut l. 3. §. eiusdem. ff. de test. & plene notatur in c. veniens, extra eo. tit. & in l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. & in l. admonendi. ff. de iureiur. Quinimò nec testes prædicti probant famam, quia fama est, qn̄ audiuerunt a maiori parte hominum loci, ut notatur in d. l. 3. §. eiusdem. & ideo dixit Bart. in l. de minore, §. si plurium. in 6. col. in versi. quæro quid si testis. ff. de quæst. qđ cautus debet esse ille, qui habet probare famam, † quia requiritur ꝙ testes sui deponant publicam esse vocem & famam in tali ciuitate de tali re, & interrogati qūo sciunt, dicant ꝙ ita audiuerunt dici à maiori parte populi illius ciuitatis, ergo testes prædicti in proposito non dicuntur reddere cām scientiæ dicti sui, qn̄ dicunt, ꝙ audiuerunt a multis, quia duo, vel tres dicuntur multi. l. j. §. hoc rescriptum. ff. ad Sylla. l. licet Imperator. ff. de leg. j. & insti. de iure perso. §. fi. cum multis si. & licet dicti testes subdant illa verba, s. adeo ꝙ fuit publica vox & fama, talia verba nihil releuant, quia testis non debet esse iudex, vn̄ ipse non habet iudicare, an ex auditu ab illis quos au-

 diuit

diuit resultet publica vox & fama, sed habet testificari & depo
nere de his quæ sunt facti, & percipiuntur sensu corporis. l.
qui testamento. §. si. ff. de testa. & in §. si vero absunt. in auth.
de hære. & falc. & in l. testium. C. de testi. & ratio reddita per
testem debet necessario concludere. c. in præsentia. de proba.
l. neq; natales. C. de probatio. ¶Ex quibus omnibus appare-
ret, nihil esse probatum de intentione dictorum Petri & fra-
trum. ¶Et ad confirmationem prædictorum etiam non omit
to, quod secundum Bal. & Sal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus
5 cred. quando † in aliqua dispositione sit mentio per modum
conditionis de probatione, prout fuit in d. laudo in quo con
demnatur Benedictus sub conditione, si Petrus probauerit,
b tunc[b] non defertur iurm̃ in defectum semiplene probationis
eo quia conditio debet impleri in forma specifica. alleg. l. Lu-
cius. ff. de cond. & dem. facit l. qui hæredi, in prin. eo. ti. iurm̃
autem non est propriè probatio, sed releuatio ab onere pro-
c bandi,[c] l. eum qui. in prin. ff. de iureiu. & est gl. not. in c. si qs.
in verbo, absoluendum. & not. Bald. ibi & in c. sacrm̃. de con-
sue. rec. feu. & in c. j. §. conuenticulam, de pace iura. fir. & in ru
bri. C. de prob. in 3. col. & in l. actor. in j. col. eo. ti. & tanto ma
gis, quia in d. laudo requiritur quod legitimè probetur. quo
casu non intelligitur de probatione per tale iuramentum, vt
est gl. no. in l. cum de indebito. in prin. in verbo, legitimam.
ff. de proba. & ista meo iudicio plusquam sufficiunt ad victo-
riam dicti Benedicti. Alex.

ADDITIONES.

a ¶De perditam. sup lib. ij. consi. 196. nu. 9. Dec. c. quoniam contra fal-
sam. in fi. de proba. And. Tiraq. tract. de retrac. conuen. §. j. gloss. 7. nu.
55. cum seq.

b ¶Tunc idem Ale. l. licet imperator. col. j. de leg. j. latè. Iaso. rep. l. ad-
monendi. col. 96. in fallen. 29. de iureiur. licet istud in istis terminis
falsum puto, prout contrarium tenet Bal. in d. l. admonendi. in fi. &
in l. id quod pauperibus. col. 4. q. 11. & bene dico ergo, aut hæc condi
tio refertur ad probationem debiti ad finem solutionis, vel satisfa-
ctionis debiti, & tunc impletur conditio per hoc iuramentum, sicut
impleretur sufficiens probatio in iudicio contradictorio, vel quan-
do causa non est nimis ardua & aliquid non repugnat, quoniam ver
ba debent intelligi secundum materiam subiectam, & hoc maximè
procedit in huiusmodi sententia arbitri, vel arbitratoris, quia maxi-
mè debet intelligi secundum mentem iuris, vt per Bal. Pau. l. j. C. de
neg. gest. & secundum probationem, quæ bono iudici, vel arbitro
sufficit. aut vero hæc conditio non refertur ad probationem non sa
tisfactionem debiti, sed ad concessionem gratiosam, seu volunta-
riam, si tale quid probatum fuerit, & tunc non suppletur per iura-
mentum, sed propriè debet impleri, & ita loquuntur Bal. Sal. in d. l.
in bonæ fidei. videlicet in eo cum quo Papa dispensauit si probat se
legitimo matrimonio genitum. Hæc est nostra noua, & analytica di-
* stinctio. * Idem Ale. dicit consi. 59. col. peu. lib. ij. de qua re etiam ui
de Fel. & Dec. ad rubr. de prob. Natta.

c ¶Probandi dixi in consue. Paris. §. 30. nu. 21.

EPITOME.

SOCIETAS cum pluribus contracta etiam cũ clausula, & quilibet eorum insolidum, morte unius finitur, sicut & mandatum morte mandantis, etiam sine aliqua notificatione mortis, nisi quantum ad hoc, vt mandatarius vel reliqui socij mortem ignorantes, seruentur indemnes.

CONSILIVM LX.

In causa & lite inter hæredem magnifici comitis Hu
gonis de Rangonibus agentem & spectabi-
lem virum Alexandrum de Tassonibus se defendentem, sum
principaliter requisitus, ut in hac temporis angustia, qua satis
præmor, dicam quid sentio circa vnum, videlicet an per mor-
tem Francisci de Tassonibus, & successiuè tanto magis p mor
tem magnifici Comitis Hugonis fuerit extincta societas con
tracta per instrm̃ celebratum inter prædictos anno 1457. die
primo mensis Septembris, quamuis non apparet, q de morte
Francisci fuerit per dictum Alexandrum aliquid notificatum
1 præfato comiti. †Et breuiter mihi vr̃ concludendum, societa-
tem fuisse ex tpe prædicto finitam, & consequenter dictũ Ale
xandrum ab illo tpe citra non teneri ad lucrum aliquid assi-
gnandum, quia morte unius ex pluribus sociis societas, quo
ad oẽs finitur. l. adeo, in prin. & l. actiones. §. morte. ff. pro soc.
nec requiritur, q notificetur per illum, qui scientiam mortis
habuit alteri ignoranti, vt probatur in d. l. actione. §. item si
alicuius. vbi iurisconsultus solum facit differentiam inter scie
tiam & ignorantiam, quantum ad hoc, ut si. ille qui ignorauit
mortem, gessit aliquid in prosecutione societatis, antequam
sciret, valeat illud quod gestum est, sicut si societas finita non
2 esset, secus si sciuisset, sicut etiam in mandato seruatur, † ut ibi
dicit iurisconsultus, quia si decessit mandans & mandatarius
hoc ignorans aliquid expenderit pro executione mandati, cer
tè quantum ad hoc, vt mandatarius ex iusta ignorantia dam-
num non sentiat, non censetur mandatum morte fuisse reuo-
catum. insti. manda. §. certe. & l. inter causas, in prin. & ibi no.
ff. man. sed quò ad alios effectus mandatum censetur extinctũ
etiam non obstante ignorantia. l. eius qui in prouincia, versi.
quas vero. ff. si cer. pet. & d. §. recte. cum ergo in proposito nõ
tractet hæres dicti comitis de damno vitando, sed de lucro
captando. sumus in regula quod societas sit finita, non habita
ratione scientiæ, vel ignorantiæ. Nec vbi enim reperitur, q so
cius intelligatur assumpsisse mandatum & onus denunciandi
3 consocio vel consociis mortem alicuius ex sociis. ¶†Præterea
etiam de scientia satis probari diceretur si in libris probanti-
bus receptionem pecuniarum factam pro comite fieret men-
tio, vt fertur de hæredibus Frãcisci, ex hoc enim appareret de
scientia mortis Francisci, iuxta l. j. ff. de hær. vel actio. vend. &
l. qui superstiti. de acq. hære. Idem si in scriptura diceretur, q
soluit Ioannes qnondam dicti Francisci, quia dicta verba pro
bant mortem Francisci, ut per Iac. But. in l. cum aliquis. C. de
iure delib. & no. doct. maxime Ioan. de Imo. in c. cum contra.
4 de pign. per illum tex. ¶†Nec prædictis obstat si diceretur, q
in instro prædicto quilibet prędictorum, scilicet tam Alexan.
quam Franciscus est obligatus insolidum, ergo quamuis Fran
ciscus decesserit, tamen remanet insolidum obligatus Alexan
der ad exercendum & negotiandum, quia respondeo, q cum
in negotiatione societatis prædictæ versetur industria. l. idéq;
ff. pro soc. l. inter artifices. ff. de solu. non potest dici in dicto
actu exercitii & negotintionis ipsius societatis dictos Alexan-
drum, & Franciscum potuisse constitui duos reos debendi,
adeo q quilibet sit obligatus insolidum, nisi probaretur pro
parte agentis, q dicti Ale. & Franciscus erant, quo ad hoc pa-
ris industriæ, ut l. nemo est, qui nesciat. & ibi not. ff. de duob.
reis. sed hoc non est probatum, nec deductum, ergo &c. ¶Se-
cundo respondeo quod in dicto instro non dr̃ specificè, q qui
libet insolidum promiserit exercere dictam pecuniam in ar-
te, & cum ea negotiari, imo simpliciter dicitur, q dicti Alexã-
der & Franciscus fideliter & diligenter debeant cum ipsa pe-
cunia negotiari & mercari, quæ verba non important, nisi q
quilibet pro dimidia promiserit l. reos. §. cum in tabulis. ff. de
5 duo. reis. † & licet post speciales narrationes omnium promis
sorum addetur in instrumento clausula generalis in qua dici-
tur q dicti Alexander & Franciscus & quilibet eorum princi
paliter & insolidum promiserit omnia, & singula prædicta fa
cere & adimplere, ac firma, & rata habere, tamen dicta verba
generalia debent intelligi secundum neturam contractus so-
cietatis prædictæ super quo adiiciũtur. l. si stipulatus, in prin.
ff. de vsur. l. damn. infecti quidam. in prin. ff. de dam. infe. l. si
legati serui nomine. ff. de leg. j. vnde inquit Bal. in l. a procura
tore. C. man. q verba generalia apposita in contractu semper
restringuntur ad ea, quæ sunt de natura rerum in contractu
deductarum. allegat notabile verbum Inn. in c. ex literis, de iu
* re patro. de quo dicto * etiam fecit Bal. mentionem in rub. C.
de contrah. emp. in j. q. & Ant. de Bu. in c. sedes. de rescrip. &
per consequens dicta verba generalia debent restringi ut quã
tum est respectu exercitii mercationis & negotiationis intel-
ligatur. quilibet promisisse insolidum exercere, scilicet durã
te societate prædicta, sed ea finita non durat obligatio, quo ad
exercendum, & negotiandum amplius cum pecunia prædi-
cta d. §. morte, cum sequenti. constat autem, q natura societa-
tis est, q morte vnius soluatur societas, quo ad omnes, ut in iu
ribus præallegatis, ergo non intelligitur, q mortuo vno conso-
cius alter intelligatur se obligasse ad exercendum & negotian-
dum, sicut si societas duraret Alex.

ADDITIONES.

* De quo dicto.] De hoc Innocentii dicto facit mentionem, etiam Bald. ad l. fi. C. si cen. vel aliquis. & sequitur etiam Ale. ad l. 3. col. 8. ff. de acq. poss. versi. circa istam quæst. hinc qui donat causa mortis, promittens

promittens non reuocare,reuocat,quia intelligitur,nisi pœniteat secundum naturam donationis causa mortis,Bal.ad l.cum quis. vers. sed pone.ff.de cond.ob causam.Ale.ad l.quæ dotis. col.4. versic. sed hic cadit dubitatio.ff solu.matr. Et promittens non exhibere molestiam vsufructuario,intelligitur , nisi ex cautione de fruẽdo arbitrio boni viri,quæ venit secundum naturam rei,Bal.ad l.j.col. vltima.C. de vsufr.facit ad rem tex.in l.quæro.§. inter locatorem ff. locati. Itẽ verba contractus,quando non sunt præcisa, intelliguntur secundum naturam contractus, vel saltem iuxta naturam , ita ut multum non exuberent ab ea.l.damni versic.& quod in stipulatione.ff. de damn. infect.vbi verba Iac.ab Arena sic habent.Nota verba stipulationis,& contractus intelligi secundum naturam negotij,quod agitur,ut hic, & supra eod.l.damni infecti stipulatio competit.& l.fluminum.§.hęc stipulatio.cum §.sequen.& supra locati.l.si uno.§. sed & si verb.& fa mil erciſc.l.& puto.§.2.ita inquit Bal. consi.434. Pactum inter locatorem.col.2.lib.j. Et maritus promittens restitutionem dotis soluto matrimonio,intelligitur promittere salua nihilominus parte, quam ex statuto lucratur,Ruin.ad l.post dotem.ff.solu. matrimo.quem ibi Alex.sequ.in fin.& consi.133.col.j.lib.5. Similiter hæres promittens solutionem legatorum,intelligitur , salua detractione Falcidiæ promisisse,vt traditum est à Cyno,Baldo,Angelo, & Paulo Castrensi ad l.fina.C.ad l.Falcid. Natta.

SVMMARIVM.

Agenti ex cap. reintegranda.3.q.1. satis est probare se possedisse,& reum occupasse.nu. 5.

Nullitas surgens ex defectu citationis, semper potest opponi. 3

4. *Filia iam nupta non potest petere se dotare.*

CONSILIVM LXI.

In causa & lite inter Michaelem de Lignano agentẽ, & Ioannem Mariam Cerdonem & dominã Mariam eius vxorem & Petrum Segatum , & dominam Iustinam eius vxorem se defendentes,omissis non necessarijs stantibus his,quæ in processu continentur, sentio intrepidè partes clarissimi dñi iudicãtis esse in pronũciando & condemnãdo dictos reos conuentos ad restituendam possessionem illorum viginti sex camporum de quibus in petitione fit mentio quia intentatum est possessorium recuperandæ, [a] & præcipuè remedium introductum per c. reintegranda 3.q.j. possunt ẽt intelligi deducta & intentata alia priuilegiata remedia possessoria de quibus per Bartol. & alios in l. si coloni C.de agri.& cen.lib.11.& in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poss.& not.docto. canonistæ in c.sæpe,& in c.cum ad sedem, de restitu. spoli.& in hoc iudicio sunt deducta & probata extrema habilia, scilicet possessio dicti Michaelis, & quod ciciderit à possessione, & quod illa occupetur per dictos reos conuentos , vt apparet ex attestationibus, quatuor testium iuncta responsione facta per reos conuentos interrogatorio, seu præparatorio per actorem,& dicit † notabiliter Inn. in c.post electionem , ad fin.de conces.præb.& in d.c.sæpe.ꝙ non est necesse, ꝙ aliter probetur de spoliatione possidentis. sed satis est probare actorem possedisse, & postea reum occupare, seu tenere rem petitam, & quamuis non esset necessarium , tamen adhuc ad cautelam & ad iustificandam antiquiorem possessionem suam produxit instrumenta & titulos acquisitionum suarum , vnde condemnandi sunt rei cõuenti ad restitutionem possessionis prædictæ cum fructibus quatuor annorum proximorum, ad rationem stariorum trium cum dimidio pro quolibet campo, vt deponunt dicti testes, præsertim Franciscus & Antonius Thomasij, & rei conuenti in suis exceptionibus factis contra libellum fatentur se recepisse singulo anno staria 77. frumenti.¶Restat respondere ad ea, quæ in contrarium adducuntur per partem aduersam.Et primo non obstat quædam pronunciatia Magnifici quondam potestatis Paduæ, qui pro ascontatione dotium quondam assertæ matris dictarum Iustæ & Mariæ & etiam dotium Francischinæ secundæ vxoris dicti Michaelis pronunciauit, ꝙ dictæ tres mulieres, seu quidam assertus eorum procurator habeat,teneat & possideat certa bona dicti Michaelis,inter quæ dr̃ contineri bona de quibus in petitione dicti Michaelis fit mentio. quia respondeo, † ꝙ dicta pronunciatio nihil valuit ad præiudicium dicti Michaelis, qui nunquam fuit citatus & monitus, aut vocatus in illo iudicio. l.de vnoquoq;.ff.de re iud.l.ea quæ.C. quõ & qñ iud.c. inter quatuor,de maio.& obed.& talis nullitas surgens à defectu citationis nunquam intelligitur exclusa, cum sit defectus iuris naturalis per ea quæ habentur in cle.pastoralis, de re iudi.ita concludit notabiliter Ang.in consi.174.incip.In facto proponitur,quod Baldasar &c. & Pet. de Anch. in consi.102. incip. De iure communi, quæstio nullam continet dubitationẽ &c. vbi concludunt , ꝙ statutum disponens, ꝙ dici non possit de nullitate sententiæ talis iudicis, vel officialis, non impediet, quin possit dici de nullitate surgẽte à defectu citationis, quia aliter esset auferre defensionem, quæ est iuris naturalis, & sic auferri non potest, vt in d.cle.pastoralis. vnde Papa in c.j.de cau.pos. & proprie. dicit se nihil posse contra partem inauditam diffinire, vt ibi inquit litera notabilis. Et ideo posito ꝙ aliqua constitutione cautum esset, ꝙ nihil posset opponi contra sententiam latam à potestate Paduæ, non haberet locum quo ad non citatum, hoc etiam confirmatur per ea, quæ not.dicit Ioan.de Imo.l.fi.ff.a quibus app.non licet. post medium. in ver.aduerte tamen, ꝙ inquantum dixi , ꝙ potest opponi exceptio &c.vbi vult,ꝙ statutum volens quod contra instr̃m non possit opponi exceptio nisi solutionis &c. non habebit locum nisi inter personas inter quas confectum est instr̃m, quia non est verisimile,ꝙ statutũ voluerit præiudicare iuri tertij. allegat in argm̃ id quod habetur in c.super eo,de offi. deleg.& id quod hr̃ in rubro & nigro.C.res inter alios acta. posset etiam comprobari alijs medijs, sed hoc sufficit . ¶Secundo respon-
3 deo quod ex † inspectione dictæ sententiæ non apparet, quod bona de quib.ibi sint illa de quibus in petitione Michaelis fit mentio, nam ad hoc,ut dici posset constari de certitudine , & identitate rerum,oportebat in dicta sententia dictas terras demonstrari per locũ,& duos confines.l.forma in prin.ff de censi.& in l.hac consultissima,& ibi nota.C. qui testam.face.pos. not. Bar.in l.demonstratio falsa, in prin.ff.de cond.& demon. sed in dicta sñiã nulli sunt descripti confines, ergo &c. ¶Non ob.quod mater dictarum Iustinæ & Mariæ dederit d.Michaeli in dotem libras duas mille, quia respondeo primo, qđ hoc non inuenio in processu probatum,nec enim probatur per dictum assertum instr̃m sententiæ, in quo fit mentio enunciatiuæ de dicta asserta dote,quia per tale instr̃m sñiæ hic non probatur,nisi exhibeatur instr̃m dotis, vt in auth.si quis in aliquo C.de eden.Secundo respondeo, ꝙ posito, ꝙ mater dictarum mulierum dedisset aliquid in dotem Michaeli, tamen nõ dedit istas terras.Tertio respondeo & fortius, ꝙ ẽt si istas terras dedisset, vsusfructus debet pertinere ad Michaelem donec viuit l.j.C.de bo.ma.l.cum oportet.in prin.C.de bo. quæ libe. ¶Non ob.ꝙ pater tenetur dotare filiam.l.qui liberos ff.de ritu.nup.& l.fi.C.de dot.promis.quia respondeo primo, ꝙ pro dicta Maria est constituta & data dos eius marito , ut constat publico instr̃o rogato die 7.Ianuarij 1567.per ser Io.And.de
4 Morano notarium & est productũ in iudicio , item nec † dña Iusta potest petere dotem,quia est iam nupta absq; eo, ꝙ promissa fuerit aliqua dos marito,quo casu secundum opi. magis
b cõem non põt peti, ꝙ dos [b] constituatur, vt concludit Guil. de Cu.in l.cum is.§.si mulier.ff.de cond.inde.& Bar.in l. obligamur.ff.de ac.& obl. & Bar. in auth. res quæ.C. cõia de leg. & Ang.in l.nupta.in princ.ff.solu.mat.& Sal.in d.l. qui liberos & in d.auth.res quæ.& dom.Abb.in c.j.de adulte.sicut enim pater non tenetur alere filium,qñ habet aliunde, vnde se alat. l.si quis à liberis.§.sed si filius.ff.de lib. agno. ita in simili licet filia possit petere à patre dotem pro se maritanda, tamen qñ maritata est,cessat rõ & cessare debet officiũ iudicis, quo mediante poterat pater cogi.probatur ẽt per alia iura & rationes de quib.per doctores in locis præall. ¶Item respondeo quod posito,ꝙ illa posset petere à patre, quod sibi constitueret aliquis dotem, tñ non sequitur qđ possit retinere ista bona antequã sit declaratũ quantũ sibi pro dote debeatur , nam dos debet constitui pro numero liberorũ & quantitate patrimonij, & qualitate,seu statu mulieris & mariti.l. filiæ.ff. de lega.3.l. quæro.& l.siue generalis.ff.de iure do. sed ista non sunt deducta,neq; liquidata in processu,quinimo,nec petitum est taxa-
5 ri aliquam dotem.Item rñdeo , ꝙ in isto † iudicio possessorio recuperandæ in quo intentatur dictum remediũ.c.reintegrãda,aut officiũ iudicis,vel simile remedium,non admittuntur istæ exceptiones,l.dolo facis,qa petis qđ restiturus es,aut similes,sed constito,ꝙ actor à possessione cecidit, & ꝙ alius occupat,debet cogi ad restituendũ possessionem, ut no.Inno.ut

præallegato c.post electionem, in fi. & ibi Io. And.& not. etiã Inn.in d.c.sæpe.& ibi Ant.de But. in vlti. col.& est de mente Bar.in d.l.si coloni.& Bal.in l.j. in vlt. col.C. de app. & istud sufficeret pro responsione ad omnia obiecta partis aduersæ. Non obstat etiam si diceretur ꝙ dictus Michael malè vtatur, aut vsus sit substantia sua,& per consequens,ꝙ non debet per-
* mitti, ꝙ pater dissipet * dicta bona in præiudicium dotis matris dictarum Mariæ & Iustæ iuxta ea quæ habentur in l. Imperator.ff.ad Treb.& in l.fi.C.de senten. pas. & quæ not. per Bar.in l.si constante,in prin. in secunda parte principali.ff.solu.mat.cum si.quia respondeo,posito quod istud esset probatum, tamen non est in hoc iudicio legitimè probatum de aliqua dote materna,ut supra dixi.Secundo respõdeo, ꝙ hæc exceptio non debet audiri in hoc possessorio recuperandæ per ea quæ dixi. Tertio respondeo, ꝙ per hoc non debet excludi pater dictarum mulierum a suo vsufructu,vt not. Ioan. And. in addi.Spec.in ti.de do.inter virum.§. fin.in fin.reliqua suppleat excellentia, & sapientia iustissimi domini iudicare debentis. Laus deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Recuperandæ.supra lib.5.consi.91.
b ¶Dos.imo vt dixi.supra libro 4.consi.56.nu.5.
* Quòd pater dissipet.] Pater bona sua dilapidans, cogi potest officio iudicis per filium ad assignandum sibi legitimam,vel saltem tot bona,ex quibus percipere possit alimenta, ita Alex. ad d.l. Imperator, vbi plura circa hoc notabiliter scribit.Et hæres dilapidans, cogitur ante euentum conditionis restituere fideicommissum, emolumentis sibi reseruatis,vt habetur in d.l.Imperator. Natta.

EPITOME.

BARTHOLOMÆVS de Cantellis tres filios Hugolinum, Christophorum & Antonium instituit, & eos si sine masculis decederent, inuicem substituit. post mortem patris filij diuiserunt bona cum clausula quod quilibet possit de parte sibi assignata facere, quicquid voluerit. Postea decessit Antonius relicto Io. Francisco filio suo, nouissimè decessit Hugolinus relicta Maria filia sua, à qua dicti Christophorus & Io. Franciscus agunt ad restitutionem fideicommissi, & petunt fieri compromissum ex statuto Parmensi. Respon. Ale. quod debent repelli, & Maria absolui, quia constat de non iure Io. Francisci,quia ius fideicommissi non transmittitur ante conditionis euentum. constat etiam de non iure vtriusque, quia per dictam diuisionem fideicommissum fuit remissum.

SVMMARIVM.

1 *Compromittere non tenentur qui non fuerunt diu in lite.*
4 *Fideicommissum quando censetur remissum per diuisionem.*
5 *Statutum quod teneantur compromittere,non habet locum,vbi est quæstio iuris.nu.9.*
6 *Instrumentum publicum facit rem manifestam.*
7 *Statuta etiam exorbitantia extenduntur a maiori ratione.*
11 *Exceptio notoria impedit litis ingressum.nu.12.13.15.*
17 *Statutum de compromittendo non ligat minores, nec habet locum in contractu iurato.nu.20.21.22.*

CONSILIVM LXII.

In causa & lite inter Christophorum, & Ioannem Franciscum de Cantellis agentes ad restitutionem asserti fideicommissi contenti in testamento, quondã Bartholomæi patris dicti Christophori, & petentes compromissum superinde fieri, & dominam Mariam filiam & hæredem vniuersalem specta. militis & eximii iuris vtriusq; docto ris dñi Hugolini quondam dicti Bartholomæi de Cantellis se
a defendentem, vertitur [a] principalis dubitatio, an partes dñi iusdicentis sint in compellendo partes ad compromissum, quia res ipsa euidens est, & coram doctissimo agitur, coram quo viua voce opportunè allegatum extitit, tamen summariè in scriptis repetam ea, quæ magis quæstionem ipsam medulliter attingunt. ¶Præsupponitur ergo primo, † ꝙ de iure
1 communi partes ad concordiam vel compromissum per iudi
b cem arctari,[b] nequeunt, vt no. gl. in l.j.§. & post operis.ff. de ope.no.nun.& in l. furti.§.quo iure. & ibi hoc in specie not. Bar.ff.de his qui no.infa.& no. Ioan.de Imo.& Bal.in l. ex stipulatione.C.de sen.& Bar.in l.congruit.ff. de offic. præsid.& pulchrè Bal.in l.æquissimum,in prin.ff.de vsufru.post Barto. ibi,alias est in l.si cuius.§.si inter.ff.de vsufru. & Bald.in l.j.§. quies.ff. de offi. præfec. vrb. nisi partes diu litigassent, ut est tex.no.90.dist.placuit & no.Ant.de But.in c.j.ad fi.de mutu. peti.vbi etiam dicit esse reseruatum Papæ uel principi partes ad compromissum compellere.c.cum inter.el j. & in c. venerabilem.vbi per Io.And.in verbo, fantur. de elect. ¶Secundo præsupponitur ꝙ dñs Io.Franciscus prædictus nullam ipso iure habet agendi facultatem,qm̃ in testamento dicti quondam Bartholomæi instituti & inuicem substituti fuerũt dominus Hugolinus,Christophorus & Ant.ex quo natus est dictus d. Io.Franciscus. vnde licet mortuo Bartholomæo testatore decesserit dñs Hugolinus sine filijs masculis dato, ꝙ faterentur euenisse casum dictæ substitutionis in parte dicti dñi Hugolini, tamen ad dictam substitutionem, non potest admitti fi-
2 lius & hæres dicti Antonii prædefuncti, quia † ius substitutionis fideicommissi, vel alterius cuiuscunq; substitutionis non transmittitur ad hæredem substituti decedentis ante euentũ substitutionis.l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Treb.l. si personam.C.de fideic.l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulg. & pup. l.j.§.sinautem aliquid sub conditione, inducendo, vt ibi per Bar.C.de cadu.tol.ẽt si talis hæres substituti esset de suis hæredib. vt est gl.no.ab omnib.approbata in l.j.C.de hiis,qui añ aper.tab.& probatur in iurib.s̃.alleg.reprobata gl.in l. is cui. ff.de act.& obl.quæ ab omnib.reprehenditur. ¶Nec ob. si dicatur,ꝙ gl.in l.is cui, potest saluari in casu, videlicet quando constaret mentem testatoris fuisse, ꝙ substitutio transiret etiã ad hæredes,vt dixit Bal.in l.j.C.de his qui ante aper. tab.& ꝙ in casu isto sit præsumendum testatorem voluisse etiam sentire,ꝙ ius substitutionis transeat etiam ad filios masculos dicti Antonii pp dispositionem statuti ciuitatis Parmæ disponentis,quod extantibus masculis fœminæ non succedant, quia responsio est aperta, nam licet remaneat exclusus a dicto fideicommisso dñs Io.Franciscus,non pp hoc sequitur, ꝙ dicta hæreditas deuoluatur ad fœminas, puta ad dictam Mariam, sed deuolueretur ad dictum Christophorum superstitem & substitutum, si verum esset, ꝙ casus euenisset substitutionis. ¶Præterea statuta ciuitatis Parmæ excludentia fœminas, loquuntur ab intestato, nos autem loquimur condito testamento, vnde statutum † loquens ab intestato non trahitur ad causam te-
3 stati, vt declarat Bal.in l.quicunq;.C.de seru. fugi.in 3.col. in versi.sed pone statuto cauetur,ꝙ frater ab intestato &c. Bald. in l.repe.l.pater filium.ff. de inoffi. testa. Item non obstat id, quod allegabant in contrarium,videlicet id quod not.Bar. in l.cum filio,cum simi.ff.de leg.j.quia Barto.loquitur in fideicommisso puro,an illud transmittatur ad hæredem fideicommissarij decedentis ante aditam hæreditatem, vel ante restitutam,de quo plenè in l.cogi.§.idem Metianus.& in l. apud Iulianum.§.Antistia.& in l.quidam ita. in princ.cum simi.ff.ad Treb. nos autem loquimur in fideicommisso conditionali.
4 ¶Tertiò præsupponitur † ꝙ per dictam diuisionem de qua cõstat publico documento intelligitur inter dictos fratres remissum [c] esse ius fideicommissi reciproci, & ꝙ absq; eo, qd ingre-
c diamur opiniones de quib.in § duo fratres, res ipsa est decisa ex verbis dicti instr̃i valde prægnantib.& hoc latius deduxi in consilio meo,& consuluerunt ẽt ita plures illustres doctores, refero me igitur breuitatis cã ad scripta in consil. & ultra ibi scripta ẽt aliqua adducam,& inter cætera dico, ꝙ in dicto instr̃o diuisionis continetur,ꝙ quilibet dictorum fratrum diuidẽtium possit de parte sibi assignata facere,quod voluerit &c. sed ita est,ꝙ verbum voluerit, importat liberam voluntatem. l.cum quidam.de leg.ij.l.cum dr̃.§.latius.ff. manda.l. fideicõmissaria videbitur.& in l.filiusfa.ff. de dona. & in l.alio.ff.de ali.& ciba.lega.cum concor.ergo debet intelligi remissum fideicommiss.quia alias sequeretur, ꝙ dicti fratres non possent liberè testari de dictis reb.si alter eorum decederet sine filiis, & illa verba posita in prin. seu in præfatione instrumenti diuisionis,quæ declarat mentem ipsorum agentium.l.fin. cum vulg.ff.de hæred.insti.& quæ ostendunt intentionem ipsorũ eius diuidere dicta bona cõia, seruit & sonat multum ad renunciatio-

nunciationem fideicommissi, quia præsumendum est pp mutuum grauamen, quia quilibet ipsorum appetit liberari, vt clare dicit Ang. in l. qui cum tutoribus. ff. de transac. Item alias sequeretur, ꝙ ista diuisio facta non haberet effectum diuisionis, nec remaneret res libera in gubernatione cuiuslibet, put fuit votum diuidentium, vt colligitur ex dictis verbis positis in prin. instrumenti. Nam eueniente causa prout euenit, videlicet, ꝙ dominus Hugolinus decesserit cum filia, quam præsumitur diligere sicut seipsum. l. isti quidem, quod met. cau. l. scripto, vnde liberi. si non intelligeretur propter diuisionem remissum fideicommissum bona reinciderent in cõionem, quia filia ratione legitimæ partis & Trebellianicæ haberet dimidiam pro indiuiso, & fideicommissarij aliam. c. Rayn. extra de testa. quod esset contra mentem diuidentium inspectis verbis prædictis. ¶ Istis sic præsuppositis dico † ex pluribus liquere non posse dictam Mariam compelli ad compromissum ex forma statuti ciuitatis volentis, ꝙ de omnibus causis inter cõiunctos potestas compellat partes ad compromissum. Primo, quia cum inter partes non vertatur quæstio facti, qm̃ quilibet fatetur testm̃ Bartholomeæi, quilibet fatetur mortem dicti dñi Hugolini, & filiam superextare, resultat ꝙ solum est quæstio iuris, videlicet an per dictam diuisionem intelligatur renunciatum iuri fideicommissi, qui casus est de se clarus, vt probaui. s. plenius in consiliis. Sed ita est, ꝙ vbi vertitur quæstio super passu iuris,[d] maximè in quo nõ versetur probabilis dubitatio, non habet locũ statutum de causis compromittendis, vt l. annale. & ibi hoc no. Bal. C. de fur. not. Pet. Cy. & Bal. in l. cum proponas. C. de re. cre. & Io. de Imo. in l. si sic la picola. ff. de ver. obl. per gl. ibi. Bene facit quod no. Iac. de Are. & Bart. in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. & clarius Bal. in l. qui ex relatione ad fi. C. de leg. & quod no. Bal. in l. j. ff. de trãsac. vbi voluit quod tale statutum non vendicet sibi locũ, vbi per partem post conclusum in causa peteretur tale compromissum fieri, quia post conclusum in cã non est quæstio facti, sed iuris, cum post conclusum in causa non dicatur cognoscere sed cognitum esse & omnia dicentur, tunc esse victoris, ut no. gl. & doc. in c. significauerunt. in verbo liquere. de testi. & istud dictum multum in practica commendat Pau. de Cas. in procæ. C. ¶ † Secundo fortificatur, quia instrm̃ facit rem manifestam.[e] c. cum olim. de verb. sig. l. fi. in verbo manifestum. cũ gl. C. de rebus cred. & declarat Bar. in l. j. in princ. in j. q. ff. de ope. nou. nunc. & maximè stante statuto ciuitatis Parmæ quo cauetur, ꝙ instra habeant executionem paratam &c. ergo super his, quæ decidũtur per dictum instrumentum diuisionis, & sic super fideicommisso remisso non potest fieri cõpromissum de iure & de facto, quia tale compromissum est transactio,[f] vt no. in auth. vt dif. iud. in prin. & in auth. si non contigerit C. de iu. transactio autem non habet locum super re manifesta & clara. l. j. & l. post rem. ff. de transac. & ita in proposito decidunt doc. quod in dicto casu non habeat locum dispositio dicti statuti, ut per eos in præall. l. post rem. & in l. elegan ter, in princ. ff. de condi. indebi. & no. Bar. in j. const. C. & in l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fa. & doc. in c. exposita, vbi bonus tex. de arb. & Ang. in repeti. l. vectigalia. ff. de publ. & expressius Ang. in consi. 218. incip. Visa facti narratione. ¶ Nec obstat si dicatur, ꝙ statutum loquitur in agente, nos autem in excipiente, quia dato, quod ita esset, tamen cui damus actionẽ multo fortius exceptionem. l. j. §. ꝙ autem. ff. de superfi. & in regula, cui damus, lib. 6. ergo statutum tribuens viam executiuam instro, quo ad agendum, multo fortius, quo ad excipiendum, & maximè † ꝙ statuta & iura etiam exorbitantia extenduntur ad casus in quibus est maior ratio, qñ extensio surgit ex illa regula, cui licet id quod est plus licere debet id quod est minus. vt cõiter tenent scribentes quos latè refert Ioan. de Imo. in l. si vero. §. de viro, ff. sol. mat. Item non obstat si dicatur, ꝙ statutũ loquitur quo ad personas nominatas in instro, non quo ad hæredem, quia respondeo, ꝙ statutum primo loquitur generaliter. Secundo respondeo quod etiam dato, qd statutum non haberet locum in hærede, tamen illud esset verum antequam constaret ipsum esse hæredem, sed constitutio quod talis sit hæres illius qui est nominatus ib instrumento eodem modo habet locum via executiua in constituto in psona hæredis, sicut in persona principalis, ita clarè decidit Bal. in l. per diuersas. in 10. q. C. man. & Io. de Imo. post Ang. in l.

postula. in prin. ff. ad Treb. sed ita est, quod constat Mariã Catharinam esse hæredem Hugolini, quia a dictis Christophoro & Io. Francisco ipsa conuenitur, tanquam hæres, ergo dictum
9 statutum vendicat sibi locum in ipsa. ¶ Tertio † quod statutũ de quo supra nunquam locũ habet, vbi opponeretur contra agentem exceptio impediens litis ingressum, vt signanter voluit Bal. in l. fratris. C. de transa. & Rom. in consi. inci. Visis in facto proposito puncto, & statuti copia &c. quæritur per rões de quibus per Bar. in d. l. fun. sed dictis agentib. obstat ex-
10 ceptio transactionis, quia † illa diuisio per quam inducitur remissio fideic. habet vim transactionis, quo ad fideicõmissum, vt est tex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obli. in verbo, quasi transactum &c. transactio autem dr̃ exceptio litis finitæ & impedit litis ingressum. d. l. fratres. & l. j. & ij. ff. de iure-
11 iu. & in c. j. de lit. contest. in 6. Item vbi notoriè † constat de defectu iuris agentis propter exceptionem oppositam semper ta-
g lis exceptio impedit litis ingressum[g] vt est notabilis doctrina Host. & Anto. de Butr. in c. dilecti. de lib. ob. allegant in ar. c. significante, qui matri. accu. po!!. & idem not. Bald. in l. postquam liti. C. de pact. referens ita tenere Ioan. Andr. in c. exceptionis obiectus. de litis contesta. lib. 6. arg. not. in l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bon. lib. & eorum quæ no. Inno. in c. j.
12 de offi. vica. ¶ Plus dixit Bal. † in d. l. postquam liti, ꝙ etiã si opponatur exceptio peremptoria, quæ alias non consueuit impedire litis ingressum, tamen si de dicta exceptione peremptoria constet per narrationem actoris, semper talis exceptio impediet litis ingressum. alleg. l. cum precum. C. de lib. cau. quia seipsum excludit agens. l. si procuratorio. §. sed si alius. ff. qñ
13 ap. sit. ¶ Facit † quod no. Cyn. in auth. sed iam necesse C. de do. ante nup. vbi dicit, ꝙ licet alias contra præsumptionem iuris, & de iure nihil allegari, vel probari possit, ut in iuribus vulgaribus, tamen admittitur probatio resultans ex propria voce illius contra quem allegatur, ut est gl. sing. in corpore vnde sumitur. d. auth. sed iam necesse. & no. Inn. in c. quia pleriq;. de immu. eccl. sed ita est, quod notoriè constat de defectu iuris dictorum agentium pp dictum instrm̃ diuisionis, cui nihil op-
14 ponitur. † acta enim inducunt notorium, vt no. Inn. in c. ex insinuatione, de app. & in c. per tuas. de testibus cum simi. & ẽt ex narratione dicti Ioan. Francisci in petitione rei communis fide commissi constat de defectu iuris sui, quia uocat se esse hæredem Antonii, qui fuit substitutus domino Hugolino. & certum est, ꝙ ius substitutionis non transmittitur ad hęredes vt dixi in prin. ergo manifestè constat de calumnia dictorum agentium, & eis obstare exceptionem litis finitæ, seu impe-
15 dientem litis ingressum, Insuper vbicunque † opponitur exceptio sub hac forma, tibi ipso iure non competit actio si-
h ue facultas agendi, talis exceptio semper impedit litis[h] ingressum, ut l. si pupilli. §. quãquam. & ibi no. Bar. & doc. ff. de neg. gest. & Bar. in l. cum quærebatur. ff. iud. sol. & Guil. de Cu. Iaco. Butr. & Bar. in l. nam & postea, in prin. per ibi notata. ff. de iureiuran. & in l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. sed ita oppositum est dictis agentibus, qđ eis non competit facultas agendi, & iustificat tam per dictum instrumentum diuisionis, & renunciationis fideicommissi q̃ etiam per contrauentionem factam per eos agendo ad restitutionem fideicommissi contra formam dicti instrumenti iurati. per quam contrauentionem ipso iure incidũt in pœnam priuationis omnis iuris uel actionis sibi competentis. l. si quis maior, in uerbo mox. & ibi gl. & doc. C. de transac. & sic ex isto capite etiam constat obstare eis
16 exceptionem impedientem litis ingressum † per quam patet euidens calumnia petentium compromissum propter quam debet audiri contra talem petitionem compromissi ille qui alias nõ posset audiri ex forma iuris uel statuti. nam uidemus ꝙ licet contra tres sententias conformes nihil possit opponi etiam de nullitate. in clemen. 1. de re iudi. tamen fallit ubi ex actis euidenter de nullitate constaret, quia tunc propter calumniam petentis, executionem talium sententiarum admitteretur exceptio ad impediendam executionem. & idẽ uoluit Oldra. in consilio 108. & facit festum Roman. in dicto §. de
17 uiro. in 32. fallen. in princip. ¶ Quartò, † quia tale statutum
i non comprehendit minorem, [i] ut consuluit Barto. in consilio incipien. Quæritur nunquid statutum de compromissis. potissime. per l. minor uigesimiquinti annis filio §. minor. ff. de minor. & maximè quando statutum arctaret ad compro-

 mittendum

mittendum de iure & de facto, prout in casu nostro, quia tūc nunquam potest curator minoris compelli ad tale compromissum, ita dixit Angel. in l. Imperatores. ff. de pact. ex eo, quia arbitrator in quem compromittitur de iure & de facto, habet potestatem auferendi de iure vnius & dandi alteri, ut no. in l. si de meis. §. recepisse. & in l. sed si in seruum. §. si iudex. ff. de arbi. & no. Bar. in §. arbitrorum, & canonistæ in c. quintauallis, de iureiu. sed curator, vel alius administrator nō potest remittere, aut donare, seu concedere potestatem donādi, vt no. in l. Imperatores, & in l. tutoris. ff. de pact. & plenè in l. præses. C. de transac. ergo &c. Præterea, quādo statutum tractaret de auferendo iure quæsito ipsi minori, seu de inferendo sibi damnum, nunquam statutum comprehendit minorē, vt egregiè decidit Bar. in l. fi. in fi. C. in quib. cau. in integ. rest. non est neces. & Ant. de But. in c. constitutus, de resti. in integ. sed per talem potestatem cognoscendi de iure, & de facto, de qua in dicto statuto, tractatur de auferendo iure ipsius minoris, & de inferendo sibi damnum, & isto modo limitant iura, quæ dicunt, q statuta, vel consuetudines ligant minores. Ac-
18 cedit quod † eleganter voluit Guil. de Cu. in l. ingenuum. ff. de sta. hom. & Bar. in quibusdam lecturis in repet. l. consuetudinis. C. quæ sit lon. consue. vbi quærunt, an consuetudo liget minores? & concludunt, q aut consuetudo respicit actū cuius bene capax est minor sicut & maior, vt in matrimonio. c. fin. de iudi. lib. 6. & no. in l. ait prætor. in prin. ff. de mino. & tunc consuetudo comprehendit minorem, alias secus, alleg. in arg. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hon. sed ita est, quod quo ad compromittendum, maximè de iure & de facto non est minor habilis sicut & maior. d. §. minores, cum alijs, quæ
19 allegata sunt suprà. ¶ Quinto, quia † periurus non auditur in iudicio vt no. Spe. in tit. de actore. §. j. in ver. Item q est periurus ni fallor. ¶ Sexto quia pendente dilatione concessa hæredi ad conficiendum inuentarium non potest à legatarijs & fideicommissariis hæres conueniri. l. fi. §. donec. C. de iure delib. etiam dato, q hæres interim ageret, ut ibi no. Bart. Ang. & cōiter doct. & per Bar. in l. fi. C. de fruct. & lit. exp. ¶ Septimo,
20 † quia dictum statutum non comprehendit casum, quando
k petens compromissum veniret contra contractum iuro [k] vallatum, quia statutum non potest disponere super iuro velut super re spirituali, ut clarè firmat Ray. & Bar. in l. omnes populi. in 3. q. principali. ff. de iust. & iu. & quia de iure diuino scriptum est, reddite iuramenta vestra Deo. c. debitores. & cap. nimis. de iure. Idem tenuit Fed. de Sen. in consi. 172. per c. cum contingat. de iureiu. & c. licet eod. ti. lib. 6. & c. 2. de pactis. in 6. iuncta l. non dubium. C. de legib. & l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact. Et licet aliqui teneant, q statutum laicorum possit disponere super iuro, tamen omnes tenent, q vbi statutum non facit mentionem de iuramento, non trahatur ad casum in quo iurm interuenisset, vt firmat Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de senten. prol. §. ut autem. ver. hoc autem. Roma. post Nic. de Mat. & post Ia. de Bel. in disputatione sua in-
21 cip. Lege Perusina cauetur. per regulam † quæ habet, quod semper iurm debet seruari, vbi seruari potest, sine interitu salutis æternæ si iurm non fuit vi dolo, vel metu præstitum. c. si vero. & c. cum contingat, de iureiu. & c. quamuis. de pac. in 6. & idem sequitur Ant. de But. in d. c. cum contingat. de iure iur. Idem tenuit Io. de Imo. in prælleg. c. cum contingat, & inter cætera allegat, q statutum debet interpretari secundum ius cōe. l. ij. C. de noxa. c. cum dilectus, de consue. sed de iure cōi semper potentius operatur actus iuratus, nec subiacet iuri positiuo. d. c. licet mulieres iuncta l. j. §. & cum lex. C. de rei vxo. & l. pactum. C. de colla. iuncto d. c. quamuis. hoc etiā vr̄ velle apertè Bar. in auth. sacramenta. C. si aduer. vend. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. in 3. membro. vbi voluit, q qn̄ statutum non loquitur præcipuè, vel prohibitiuè in personā iurantium, sed dicat, q contractus mulieris, vel minoris non valeat sine consensu propinquorum, tale statutum non trahetur ad casum, quando minor vel mulier, sine illa solennitate contraxissent cum iuramento. sed ita est, q statutum præsens non loquitur præceptiuè, vel prohibitiuè in persona contrahentium cum iuramento, ergo &c. Quinimò, dato etiam q essemus in casu, in quo statutum præceptiuè in persona contrahentium iurantium loqueretur, q non est, tamen adhuc magis cōis opi. est contra Bar. q statutum non comprehendat istum casum, vt no. Ang. Raph. & Pau. de Castr. in d. l. si quis pro eo. & Salic. in d. auth. sacramenta. & Io. de Ligna. Ant. de But. & Io. de Imo. & Abbas in præall. c. cum contingat. in quo non insisto, quia non sumus in illis terminis prædicta fortifi-
22 cantur per notata † per gl. fi. in c. cum non deceat de elec. in 6. quam plurimum commendat Ang. in l. j. §. quæ honorandæ. ff. quarum rerum act. non da. quæ vult, q licet derogetur aliquib. priuilegiis, statutis, vel dispositionibus, nunquam intelligitur derogatum iuratis dispositionibus, nisi de iuramento facta sit mentio. Ad idem optimus tex. in c. constitutus, de rescri. & quod no. Cy. & Sal. in l. fi. C. si contra ius vel uti. publ. in q. quam ponit de eo, qui iurauit non impetrare saluum cōductum a principe, & postea impetrauit non faciens mentio-
l nem de iuro. Postremò [l] hoc præcisè consuluit per plures rationes Pau. de Cast. lib. ij. consi. 13. incip. Visis & consideratis omnibus. Reliqua suppleat summa sapientia domini iusdicentis, cum hic studeo in libris alienis &c. Ale.

ADDITIONES.

a ¶ Vertitur. Alex. supra lib. 2. consi. 37. nu. 29. testatur secundum istud suum consilium fuisse iudicatum Parmæ.
b ¶ Arctari inf. eo. consi. 65. consi. 144. nu. 2.
c ¶ Remissum. sup. li. 3. consi. 60. nu. 3. inf. eo. consi. 110. in fi.
d ¶ Iuris sup. lib. ij. consi. 62. col. ij. Soc. consi. 59. nu. 3. lib. 3.
e ¶ Manifestam. sup. lib. ij. consi. 37. nu. 16. And. Tiraq. in consue. Pict. tit. retra. §. ij. gl. j. nu. xx. cum seq.
f ¶ Transactio. sup. lib. j. consi. xxij nu. 3.
g ¶ Ingressum. c. j. de lit. contesta. in 6. Steph. Auffr. in add. q. thol. q. 67. Ias. l. ait prætor. j. col. ij. l. nam postea quam. §. sed & si quis, col. fin. de iureiur. consi. 166. col. j. lib. j.
h ¶ Litis dummodo statim constet. Matthæ. Affl. deci. Nea. lij.
i ¶ Minorem contrarium tenet sup. lib. 6. consi. fi.
k Iuramento imo per no. sup. lib. j. consi. xxvij. consi. 59.
l ¶ Postremò adde sup. lib. ij. consi. 37. num. 29. vbi testatur Alexan. ita fuisse iudicatum Parmæ.

EPITOME.

IOANNES Gallus dedit Ioanni Fulcherio centum libras, & quoddam pratum pro certo fundo partim arabili, partim vineato & fecit proclama ut collaterales & vicini Fulcherij venirent, si vellent ad retractum, vel prælationem, seu redemptionem dicti fundi, & gabellam soluit, sicut de emptione, vtrum statutum de præsentatione facienda pro rebus venditis alienatis, vel insolutum datis habeat locum in hoc contractu. Respon. Ale. quòd sic.

CONSILIVM LXIII.

Allegationes.

In causa & lite inter Galadellum de Sauorettis de Rauenna agentem & appellatum, & Ioannē Gallum reum conuentum & appellantem. Viso processu, & narratis in themate videtur partes iudicis esse in pronunciando malè appellatum pro parte dicti Ioannnis. & bene fuisse iu-
1 dicatum in fauorem dicti Galadelli. Primo, quia † attento, q statutum sub rubrica de præsentatione facienda (in quo consistit tota uis huius causæ) loquitur non solum in rebus venditis, vel insolutum datis, sed etiam loquitur de rebus alienatis, per quod verbum. s. alienatis, est generale ad omnem actum, per quem dominium transfertur. l. j. C. de fun. do. l. fi. C. de rebus alie. non alienan. & in c. nulli. de rebus eccl. non aliená. & ibi expresse dicitur, q dictum verbum comprehēdit permutationem, de qua quidem permutatione vertitur præsens qó, ergo dictum statutum loquens de præsentatione facienda pro rebus venditis alienatis vel insolutum datis, vr̄ sibi locum vendicare, qn̄ res data esset ex causa permutationis, [a] & licet alias
a
b quando sit mentio de pretio [b] prout fit mentio in dicto statuto, uideatur debere intelligi de venditione strictè sumpta, & non de permutatione. l. fi. C. de prædiis curia. lib. 10. & qd̄ no. Spe. & Io. And. in ti. de empt. & vend. §. nunc dicendum. ei ver. sed pone statutum, tn̄ illud ibi procedit qn̄ facta esset mentio de venditione, quia licet vēditio largo sumpto vocabulo sit nomen gn̄ale aptum comprehendere omnem alienationē. l. statuliber. §. a cæteris. ff. de statuliber. tamen quando iuxta dictum verbum fit mentio de pretio, tunc vendere accipitur stricte

ſtrictè pro contractu venditionis non pro omni alienatione. ita loquitur tex. in d.l.fi.iuncta gl. in verbo, redhibendo.& nota ibi Bar. vel ibi loquitur qñ iſta dictio pretium, non iungebatur, ſimul cum verbo vendere,& cum verbo alienare, ſed in caſu noſtro iungitur cum verbo vendere,& cum verbo alienare, vnde tunc non poteſt dici, ꝙ ſolum importet contractum vēditionis, quia ſequeretur, ꝙ illud verbum alienare, eſſet fruſtra appoſitum, quod non eſt dicendum.l. ſi qñ.in princ.ff.de leg.j.& in c.ſi Papa, de priuil. in 6. ¶Confirmo † per id quod notabiliter decidit Spe.& Io.And.in ti. de loca.§. nūc aliqua. ver.121.& Io.And.& alij poſt eum in cap.potuit, de loca. vbi quæritur, an ſicut non poteſt emphyteuta vendere ius ſuum irrequiſito domino iuxta l.fi.C.de iure emphy.ita etiam non poſſit permutare.& concludunt, ꝙ non [c] poteſt permutare, ſicut nec vendere, quia permutare eſt ſpecies venditionis.l. ſciēdum.§.deinde.verſi.emptorem.ff.de ædil. edic.l.fi.ff.quib.ex cau.in poſſ.ea.& l.ij.C.de rerum permu. Item quia tex.in d.l.fi.C.de iure emphy. vtitur verbo alienare, quamuis in eadem. l.fi.ſit adiecta hæc dictio pretium, vt ibi dum dicit tex. pretia meliorationum.& ibi dum dicit, quantum pretium &c.& iō in propoſito erit exſoluendum dicto Ioanni pretium, i. cōis æſtimatio illius terræ pratiuæ, quam dictus Ioannes Gallus dedit Ioanni Fulcherio & libras centum, quas etiam eidem Ioanni Fulcherio dedit pro acquiſitione illius petiæ terræ aratoriæ & vineatæ, de qua eſt quæſtio, nam iſtud pratum cenſetur pars pretij.l.fundi partem.ff.de contrah. empt.& argu.d. l.ij.C.de rerum permu.cum ſi. ¶†Præterea poſito, ꝙ dictum ſtatutum locum non haberet in vera & pura permutatione, [d] tamen in propoſito caſu vr̄ ſibi locum vendicare, quia dictus contractus fuit factus pro libris centum & pro duabus tornaturis terræ pratiuæ, quæ ſunt modici pretij, vt in themate cōtinetur,& ſic non ſunt dictæ duæ tornaturæ prati ad commoditatem alterius prædij dicti Ioannis Fulcherij permutantis, quia ibi prope nihil aliud habet, vt in puncto dr̄. vnde probabiliter exiſtimari poteſt, aut dictos contrahentes adieciſſe dictam petiam terræ pratiuæ in fraudem dicti ſtatuti, vt emptio videretur permutatio, & ſic eſt fraus de contractu ad contractum.l ſi ſponſus.§.circa.ff.de dona.inter virum & vxo.& no. gl.& doc.in l.contra.ff.de legi.& in l. ab Anaſtaſio, in verbo, coloratam,& ibi Bar.C.mand.& per not.per gl.fi. in c. quanto, de priuil.& per Bal.in l.non dubium, circa ſextam, vel ſeptimam col.de legi.aut ꝙ intentio contrahentis fuerit, quod dictus contractus eſſet contractus venditionis, & hoc declaratur ex his quæ ſubſecuta ſunt, quia fuit facta ſolutio gabellæ per dictum Ioānem Gallum. quæ non erat ſic ſoluenda ſi fuiſſet permutatio, vt narratur in themate. fecit etiam dictus Ioānes Gallus proclamari ſi quis vellet ſe præſentare ſecundum formam dicti ſtatuti & per actus ſubſequens declarantur præcedentia.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de lega.j. Et pro hoc facit, quia in dicto contractu alienationis fuerunt adiecta verba, quæ poſſunt conuenire venditioni, non ſolum permutationi patet dum ibi dr̄, ꝙ Ioannes Fulcherius dedit, tradidit & permutauit.nam verbum tradidit, conuenit magis venditioni, quam permutationi, quia venditor tenetur de natura contractus ad tradendum non ad dandum, ſed permutans tenetur ad dandum, & ſic ad transferendum dominium rei.l. ex empto, in prin.ff.de actio.emp.l.j.ff. de rerum permu. & ibi not. & no.in l.j.C.de rerum permu.Et per hæc†non obſt. not.per doct.in l.Ariſto.in prin.ff.de dona.& in l.j.ff. de rer. permut. & in l.ſi in emptione, in prin.ff. de contrah. empt. & in c. ad quæſtiones, de rer.perm.& in l.j.C.eo.ti. vbi volunt quod attenditur id quod principaliter [e] agitur ad cognoſcendum, an ſit contractus venditionis, vel permutationis. nam ibi loquūtur, qñ ex verbis apparebat ſolum, ꝙ voluerit permutare, ſed hic, tam ex verbis contractus, quam etiam ex ſequentibus apparet etiam de animo venditionis. & cum plus eſſet pretium conſiſtens in pecunia numerata, quam valor prati debet magis iudicari, ꝙ ſit venditio, per dictum.c. ad quæſtiones. & argumento.l.quæritur.ff.de ſtatu ho.& notant doct. in locis ꝓximè allegatis.& Bal.in præludiis feudorum in 7. col. ¶†Inſuper moueor, quia propter dictum proclama continens, ſi qs vellet ſe præſentare &c.ut in themate continetur, dictus Ioannes Gallus dr̄ ſe obligaſſe collateralibus vicinis comparentib. & ſe præſentantibus de reuendendo [f] eis reſtituto ſibi pretio vt notabiliter declarat Bal.in l.licitatio, in prin.ff. de publica. in verſi.quæro aliquis vendit &c. & in l. ſi tempora.C. de fide inſtrumentorum & iure haſtæ fiſ.lib.10. per id quod in ſimili habetur in l. qua ratione.§. fin.ff. de acquirenda rerum domin.& in l.1.ff.furti.aduer.nau.caupo. Et ideo non immerito fuit bis pro hac parte iudicatum ſequendo conſilium peritorum, quorum conſilio cauſa principalis & ſucceſſiue cauſa appellationis commiſſa fuit. aduertatur, quia non videtur legitimè probatum ꝙ Galadellus ſit collateralis uicinus, ſeu proximior vicinus. & ꝙ ita fuerit tempore dicti contractus, vt requirit ſtatutum, licet ſimpliciter fateatur reus, ꝙ Galadellus fuit & eſt vicinus, nam de iure vicinus, dicitur eſſe omnis ille qui non diſtat a loco, quin inde exaudiri poſſit uox hominis, ideo hoc clarius deducitur & probatur. quo ad reliqua etiam res hæc pro actore in puncto iuris in magno periculo verſatur mea ſententia, propter hoc ſcripſi in modum allegationum. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶Permutationis.And.Tiraq.tract.retrac.§.j.gl.ij.

b ¶Pretio.Iaſ.l.filiusf.§.diui.l.j.col.14.& lect.2.col.21. de lega.j.limitat Iaſ.conſi.45.col.j.lib.j.dixi in conſue.Pariſ.§.23.nu.1.

c ¶Quod non, & bene ita tamen vt non incurratur pœna, niſi per realem traditionem domino irrequiſito, vt dixi in conſue.Pariſ.§.13.gl.5.nu.3.§.56.in princ.vide not.ſup.lib.3.conſi.119.nu.6.ſup.lib.5 conſi.17.in fin. * Vide hac de re nota.Decium conſi.140. Natta.

d ¶Permutatione.quod placet ſi non eſſent alia verba ſtatuti, quæ ſupra eo.nu.1.ideo ſuſtinenda eſt concluſio conſilij per rōnē ſequentē.

e ¶Principaliter.Ale.l.ij.in prin.col.vlt.ſi cer.pet.l. Gall.§. inſtituens. col.vlt.de lib.& poſthu.Signo. conſi.48. Corn. conſi.45.lib.4.Andr. Tiraq.in conſu.Picto.tit.retra.§.30.gl.j.nu.8.Alcia.l.ij.in prin.nu.18. de verb.obl.Nos obſeruamus quod pro rata pretij cenſetur venditio & in reſiduo permutatio, vt dixi in conſue. Pariſ.§.13.gl.5.quæſt. 12.§.23.quæſt.15.

f ¶Reuendendo, id eſt de relaxando iure retractatus proximitatis, vel vicinatis ſi ad hoc venirent intra tempus à ſtatuto loci præfixum vt per Bal.Matth.Affl.tracta.protomiſeos.

EPITOME.

QVANDO copula non requirit concurſum omnium.

CONSILIVM LXIIII.

In cauſa & lite inter præſtantem iuriſperitum & cauſidicū dominum Guidonem de Argenta agentem, & Bonifacium & magiſtrum Bonandream de ſaluettis ſe defendentes, viſis actis cauſæ, & quæ pro vnaquaq; parte in iure allegata ſunt, mihi videtur dictas ſententias eſſe confirmandas, ſeu ſaltem reformandas in fauorem dicti Guidonis, & ſic condemnandos eſſe dictos reos conuentos ad frumentum de quo in petitione, vel ad pretium, quod valuit frumentum tempore deſtinatæ ſolutionis, ſeu quanti plurimi valuit à tempore quo lis fuit habita pro conteſtata ſecundum electionem dicti Guidonis prout vltra ius commune diſponit ſtatutum loci ſub rubri. quo tempore æſtimationis frumenti ſoluendi ratio haberi debeat.†Nam de iure communi clarum eſt, ꝙ attenditur 1
* quanti plurimi * valuit a tempore moræ, ſeu litis conteſtatæ, quando antea mora non præceſſit.l.vinum, cum ibi not.ff.ſi certum peta.& l.in hac.§. de tritica. & in caſu noſtro debitores fuerunt in mora per lapſum diei adiectæ in contractu.l. magnam.C.de contrah.& comm.ſtip. & l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de act. & oblig. & etiam lis fuit habita pro conteſtata ex forma ſtatuti vigore contumaciæ reorum, & declarationis factæ per iudices de procedendo ad ulteriora. & ſtatutum etiā diſponit, ꝙ ſi debitor frumenti vltra diem deſtinatæ ſolutionis contumax & in mora fuerit creditore eum iudicialiter cōueniente & debitore negante & cauſam calumnioſe differente, ſit in electione creditoris habere frumentum, vel pretium, quod valuerit tpe deſtinatæ ſolutionis, aut quanti pluris valuit a tpe litis conteſtatæ, vel quaſi conteſtatæ citra. ¶Nec ad hoc ob.ſi diceretur, qđ non concurrunt ea, quæ in ſtatuto requiruntur.ſ. ꝙ debitor negauerit, qa imo confeſſus eſt ſe debere, & obtulit eius procurator in iudicio ſe ſoluturū æſtimationem ſecundū tps factæ traditionis frumenti, quia rn̄deo, ꝙ

debitores fuerint contumaces in soluendo cessando vltra diē
solutioni præfixum,& de illa contumacia in soluendo loqui-
tur statutum.patet,quia etiam si compareat & neget, & sit cō
tumax in comparendo, tamen statutum vult,ꝙ teneatur ad in
2 crementum pretij subsequentis, nam † non solum potest dici
morosus,sed etiam contumax in non soluendo ille, qui cessat
soluere, quando est interpellatus per creditorem, vel per la-
psum dici,iuxta l.si pecuniæ.§.j.cum ibi not. per Bart.ff.vt in
pos.leg.l.fi.§.iussus.ff. de appel.l.ij.C. de li.& eorum lib.con-
currit etiam hic negatio, quia debitor fuit contumax in com-
parendo ad respondendum in iudicio,& contumax hr̄ pro ne
gante,si sibi negatio est deterior.l.de ętate.§.qui tacuit,& no.
l.maximè per Bar.in l.quandiu,l'vltima ff.de acq.hær.& cām
per calumniam distulit, etiam quia fuit debitor contumax in
comparendo, vsq; ad tempus ferendæ sn̄iæ, quamuis pluries
fuerit citatus etiam personaliter, & sic fuerit verus cōtumax.
l.ex consensu.§.fi.ff.de app.& plenè no.in l.fin.ff.de in integ.
rest.& in cle.j.de do.& contu. & postea accusauit iudicem,tā-
quam suspectum absq; eo, quod appareat de vlla iusta cā recu
sationis,nec de vlla iusta cā non comparendi. vnde contra ve-
rum contumacem lex præsumit, & ideo sibi denegat faculta-
tem appellandi.l. & post edictū.§.fi.ff. de iudi.& l. properan-
dum.§.sinautem reus.C.de iud.& etiam quia assertus procu-
rator dicti Bonifacij allegans dictam suspicionem, neq; de il-
la probauit, neq; de mandato suo intra terminum sibi præfi-
xum fidem fecit, & sic de præsumpta calumnia constat con-
tra non probantem l.qui non probasse.C.de calumnia.& ple-
3 nè no.in l.j.iuxta princ.ff ad tertu.¶Præterea † & secundo re-
spondeo, ꝙ non requiritur, ꝙ copulatiuè reus negauerit, &
a causam calumniosè distulerit, quia qn̄ copula [a] ponitur inter
plura quæ non sint respectiuè posita per modum accidentis,
non requirit concursum omnium,sed in unoquoq; per se ve-
rificatur l.j.iuxta.prin.cum ibi not. per Bar.ff.de his qui not.
infa.& l.j.iuxta.prin.ff.ad legem Cor.de sic.& no. per Bar.in
l.si is qui ducenta.§.utrum.ff.de reb. du.& in l.j.in prin.ff.de
iusti.& iure.cum si.unde si lex dicit,ꝙ sit infamis ille, qui de
furto & raptura,& iniuria,& de dolo & fraude damnatus fue
rit,non requiritur,ꝙ omnia ista copulatiuè concurrant, sed sa
tis est,quod alterum prædictorum fecerit d.l.j. & ibi Bart.ff.
de his qui not.infa.cum simi. vnde in proposito dicti statuti,
perinde habetur ac si statutum diceret, ꝙ ratione moræ com-
missæ per debitorem in soluendo teneatur ad quanti plurimi
valuit frumentum a tempore moræ, debitor in iudicio con-
uentus qui negauit,& etiam debitor, qui causam per calum-
niam distulit.& in proposito nostro verum est dicere, ꝙ saltē
debitor causam per calumniam distulit. & quod hæc fuerit
mens statuti probatur etiam per id quod sequitur, dum dicit
a die litis contestatæ,vel quasi contestatæ, nam contestatio re-
sultat ex negatione.l.non nouam.C.de iud.l.2. in princ.C.de
iura.cal.sed quasi contestatio resultat, qn̄ reus non comparet
secundum formam l.ij.C.vbi in rem act. & prout etiam a sta-
4 tuto prouidetur. ¶Fortificatur† iste intellectus ad dictum sta
tutum per id quod notabiliter voluit Bal.in l.j. in princ.ff.de
iust.& iur.& Ant.de Bu.& Io.de Imo.in cle. quia plerisq;. de
elec.ubi dicunt quod cum de natura copulæ sit ampliare, &
extēdere.l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3. ideo si copula potest
intelligi,ꝙ refertur ad plura & diuersa subiecta,non ad vnum
subiectum multipliciter qualificatum,debet ita intelligi & re
ferri.& ideo dicunt,ꝙ si in testamento testator dixit, quod le-
gabat doctoribus & medicis Paduæ, veniunt ad legatum illi,
qui sunt doctores tm̄,& non medici, & ēt illi qui sunt medi-
ci tantum,& non doctores.Pro hoc ēt alleg.l. patronus.§.j.ff.
de leg.3.ideo in proposilo debet intelligi dictum statutum &
dicta copula,ut comprehendat, tam debitorem qui post mo-
ram negauit,quam debitorem, qui post moram cōmissam in
soluendo non negauit,sed litem per calumniam distulit. ¶Ac
5 cedit id quod dicunt† Ant.de Bu.& Io.de Imo.not. in d.cle.
in plerisq;.ꝙ vbi essemus in materia stricta, vel exorbitanti,
tunc copula intelligitur referri ad idem subiectum multipli-
citer qualificatum, vel ad diuersa subiecta secundū ꝙ magis re
stringetur odium,& ampliabitur fauor,nisi aliter de mente ap
pareat.per quod dicunt,ꝙ si imponeretur ex forma statuti pę
na nobilibus & bastardis tale quid procurantibus,intelligitur
de nobilib.& bastardis simul.& sic nobiles tantum, vel bastar
di tantum non comprehenderentur,secus si ageretur de fatto
re.ar.l.cum quidam.ff.de lib.& posth. Sed in proposito si ver
ba dicti statuti referentur ad idem subiectum,s. unius & eius
dem debitoris multipliciter qualificati copulatiuè, & sic ad
debitorem qui negauit, & per calumniam causam distulit,am
pliaretur correctio iuris cōis,quia corrigeretur d.l. vinum,cū
materia & correctio iuris cōis est res odiosa & restringenda.
l.præcipimus.C.de appel.c.cum expediat, de elect.in 6.Item
daretur materia calumniandi, quia si debitor perseueraret
in calumniosa contumacia & subterfugii, tamen nunquā ne-
garet expresse in iudicio,sequeretur quod eo modo possit elu
dere actorem, & cum iactura actoris locupletari, retinendo
frumentum tempore,quo esset magni pretij, & restituendo,
postea pretium uile,prout valebat tempore contractus.sed ini
quum est,quod quis ex sua calumnia & contumacia locuple-
tetur.l.siue hæreditaria.ff. de nego. gest.d.l. properandum.§.
6 primo.l.seruus.ff. quod ui aut clam. ¶Fortificantur † prædi-
cta, qu a quando resultat absurdum, seu intellectus incon-
gruus quòd dictio,& retineat suam propriam naturam, tunc
resoluitur in disiunctiuam, ut no. Bar. in leg. Gallus.§.etiam
si parente.ff.de libe.& posthu.facit l. si is qui ducenta.§. item
si pater.ff.de rebus dub. & quod habetur in l. generaliter. in
prin.C. de institu. & substi. sub condi. fac. sed resultaret ini-
quitas & absurditas quam proximè dixi, si diceremus, quod
propter dictam copulam requireretur,ꝙ copulatiuè concurre-
ret,quod debitor negasset & causam per calumniam distulis-
set,ergo &c.& hanc puto esse veram, iustam & æquam inter-
pretationem dicti statuti, in qua consistit (vt mihi videtur)
omnis difficultas huius causæ, quia reliqua videntur mihi fa
cilia.nam non obst.ꝙ in libello in quo agebatur contra duos
correos insolidum obligatos debuit dici per actorem ꝙ vni-
ca solutione erat contentus, quia si bene inspiciantur verba li
belli in principio istud ibi fuit opportune expressum. Nō ob-
stat ꝙ non debuit continentia causæ diuidi, & sic contra vnū
ex correis iudicari per vnum iudicem,& contra alium correū
debendi & consortem litis per alium iudicem,quia responde
tur, ꝙ imò attento ꝙ vnus ex correis per se recusauit iudices,
alius non, saltem per procuratorem legitimè facientē fidem
de mandato,ideo potuit contra vnum iudicari, & contra aliū
supersederi,vt est tex.in l.non incirco.ff.de iu.& in l. de vno-
quoq;, in prin.& ibi no.ff.de re iud.& saltem hoc procedit in
casu nostro, in quo magister Bonandreas solum suo nomine
iurauit illos iudices habere suspectos. Non obst. ꝙ citatio ad
audiendam intentionem iudicum non fuerit certa & sic va-
lida,quia super hoc non puto esse opus insistere, saltem quia
ad iudicem appellationis spectat reformare sententiam,atten
to quòd in casu nostro si aliquis defectus fuit, non fuit circa
petitionem,sed circa eā quæ concernunt solemnitatem feren
dæ sententiæ. hæc habentur in l.absentem.C.de accus. nota.
per glo.& doct.in l.j.C.quando prouo.non est ne.& in l.si vt
proponis.C.quomodo & quādo iud.& per doc.in l.si expres-
sim,de appella. & in c. dilecto. de appel. Et ex his patet rectè
intuenti esse responsum ad omnia quæ in contrarium allegā-
tur. Laus Deo. Alexan.

ADDITIONES.

* Quanti plurimi.] Dic quòd ut debeatur interesse. Quanti plurimi, sufficit quæcunque interpellatio,etiam extraiudicialis. Ias. ad l.vinum.ff.si cer.pet.in j.euidentiali. ubi attestatur hanc sententiam esse communiter à Doctorib.approbatam.
* In dispositionibus legalibus copula ponitur pro puncto orationis separatæ.Bar. ad l.vt vim.col.3. ff de iusti.& iure. Natta.

a ¶Copula.sup.lib.3.consi.110.nu.14.sup.eo.consi.25.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de compromittendo,est contra ius commune, nec comprehendit causas misti imperij.*
3 *Arbitri dicuntur, quando debent determinare de iure tantum.*
4 *Imperij mixti causæ.*
6 *Arbitramentum dicitur transactio, per quam non declinatur forum.*
7 *Statutum specialius prefertur, & quod dicatur spetialius. nume. 9. 10.*
8 *Potius semper illud est, quod fundatur in iure communi.*

11 Can-

11 *Causæ continentia non debet diuidi, nec exceptio ampliat regulam.num.12.*

CONSILIVM LXV.

Allegationes circa statutum Bononiæ de causis compromittendis.

In causa & lite inter Fantucium ac eius filium agentem, & ser Iacobum de Fantuciis necnõ & Gabronum pro suo interesse citatum se defendentes, vertitur dubium, vtrum inter dictum Fantucium & eius filium, & dictum Gabronum sit faciendum compromissum ad instantiam dicti Gabroni soceri dictorum Fantucij & eius filij, in
1 quo breuiter † concludo ꝙ non. Primò, quia de iure communi constat regulariter quem non posse cogi ad compromittẽdum. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euic. c. cum inter. R. seniorem. de elect. no. glo. & ibi clarius Barto. in l. furti. §. qui iussu. ff. de infam. & Bald. in l. ex stipulatione. per illum tex. C. de senten. & no. doc. in c. 1. ad fi. de mutuis peti. Solũ ergo restat videre, vtrum statutum sub rub. de arbitrio domini potestatis super quæstionibus vertentibus, inter coniunctos disponens ꝙ quotiescunq; lis quæstio seu controuersia, esse diceretur in iudicio inter socerum & generum, teneatur dominus potestas compellere partes ad compromittendum de iure tantum in terminando, & de facto altè & basse in procedendo. Et dico ꝙ non ex infrascriptis. & primo, † quia di-
2 ctum statutum non comprehendit causas mixti imperij, vt probat Bar. in l. non distinguemus. §. de liberali. post glo. ibi ff. de arbi. & no. etiam Bar. in d. l. non distinguemus. §. quæsitum. & per eundem in l. prætor. ff. de tuto. & cur. datis ab his. Bene facit. l. fi. C. vbi & apud quem in integrum rest. & text. in c. pe. de resti. in integ. & hoc ideo quia statutum prædictũ cogit ad compromittendum in arbitros, non dico in arbitratores, vt patet ex statuto vbi denominantur arbitri, quando hoc expeditur per potestatem sine authoritate dominorum, de collegio, & quod statutum intelligatur de compromisso,
3 in arbitros & non in arbitratores, † patet, quia statutum dicit ꝙ habeant potestatem in terminando de iure tantum, ergo sunt arbitri, vt no. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. in ver. quæro quid si est dictum quod possit cognoscere de iure & de facto &c. & Sal. in l. cum antea. C. de arb. & Ant. de But. & Io. de Imo. in c. quintauallis, de iureiur. vbi fortius probant ꝙ etiam si statutum dicere, ꝙ fiat cõpromissum in arbitros & arbitratores & amicabiles compositores, qui habeant procedere de iure & de facto, & terminare de iure tantum, quod isti intelligentur esse arbitri, ex quo habent pronunciare, de iure tantum, vt ibi probant sequendo Franciscum de Albergotis in rep. l. si quis arbitratu. ff. de ver. obl. vbi autem statutum arctaret ad compromittendum in arbitratores, tunc non militaret dicta decisio Bar. posita in d. §. de liberali. vt ibi per eum. Sed ita est ꝙ ista causa est causa mixti imperij, vt probabo, ergo non comprehenditur sub dicto sta-
4 tuto. Quod autem † sit causa mixti imperii, patet, quia causæ mixti imperii esse dicuntur illæ quæ expediuntur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem. l. 1. ff. de iurisdi. omn. iud. & declarat Bar. in l. imperium, eo. titu. & in l. 4. §. duas. ff. de dam. infec. & alii doct. in l. placet. C. de peda. iud. & canonistæ in c. quod sedes. de offi. ord. & in c. in literis. de rap. Sed ista causa quæ mota est principaliter, contra dictum ser Iacobum de Fantucijs notarium vt corrigat errorem instrumenti expeditur officio iudicis ex edicto de edendo, quia notarius non dicitur edidisse instrumentum quando edidit incorrectum. l. veluti. in prin. & l. vbi. ff. de eden. ita not. Bar. in l. 2. ff. de tabu. exhi. in ver. quæro quo iure &c. cum ver. sequen. & Bal. in l. fi. in 9. col. de eden. & no. etiam Bar. in l. admonendi, de iureiu. in ver. quæro quid si in instrumento repetitur &c. & est officium iudicis nobile, quia est principaliter intentatum, & non deseruit alteri actioni, vt no. in l. 4. C. depo. & legitur & nota, in c. fi. de offi. iudi. & plene per Bar. in d. l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. & est intentatum ad priuatam
5 utilitatem ergo est causa mixti imperii. ¶ Secundo † principaliter moueor libellus & petitio dirigitur contra ser Iacobum & illa dicitur principalis persona, & in qua fundatur substãtia iudicii, scilicet illa persona contra quam dirigitur petitio prout est ser Iacobus, vt nota. Bald. in l. adeo, in vltima col. C. quomodo & quando iud. in uer. extra quæro utrum omnes &c. licet ergo pro interesse suo compareat Gabronus, tamen non potest ex sua persona petere compromissum fieri, attento, ꝙ ser Iacobus hoc non posset, istud probatur, in l. uenditor. in prin. & ibi hoc tenent Bald. & Ang. ff. de iudi. & in l. 1. & ibi hoc tenet Bal. & Sal. C. ubi in rem actio. & licet Bar. ibi videatur tenere contrarium, tamen communiter opin. in hoc est contra Bar. quia contra Bart. ut dixi tenent Bald. & Ang. in d. l. uenditor. & Bal. & Sal. in d. l. 1. & Raph. in d. l. procurator ad exhibendum. in prin. ff. rem ratam hab. & ita consuluit Pau. de Ca. in consi. 67. inci. Super eo uero ꝙ quæritur &c. & sic communis opi. est contra Bar. & posito quod opi. Bar. procederet, tamen in casu nostro non vendicat, sibi
6 locum, quia Bar. loquitur † quando compromissum erat faciendum in arbitratorem, quo casu arbitramentum dicitur esse transactio quædam, ut no. in auth. vt diffe. iudi. §. 1. ita propriè loquitur Bar. in l. 1. C. ubi in rem act. & plenius in sua disputatione inci. Consilium Pisanæ ciuitatis. nam tunc dicit Bart. ꝙ per tale compromissum non dicitur declinari, forum iudicis, quia arbitramentum censetur esse quidã contractus transactionis, per quem contractum non dicitur forum declinari secundum quod probare conatur Bar. in dictis locis, sed nos loquimur de compromisso faciẽdo in arbitros, ut probaui supra, per quod compromissum bene dicitur declinari forum iudicis. l. apertissimi. & l. fin. C. de iudi. hoc autem facere non potest tertius comparens pro suo interesse. d. l. uenditor. & d. l. 1. C. ubi in rem act. & dicit expresè Bal. in proposito d. l. 1. C. ubi in rem act. ꝙ in compromisso faciendo in arbitrum non militant rationes Bar. ¶ Præterea decisio Bar. procedit in eo tertio comparente contra quem principalis persona conuenta habitura erat regressum, ut est in uenditore comparente in causa euictionis ad defensionem emptoris, nam tunc uult Bar. quod uenditor possit petere fieri cõpromissum ex sua persona, quia alias diceretur exclusus a suo priuilegio, eo quia si emptor succumberet haberet postea regressum contra uenditorem. & propter hoc uult Barto. quod tunc causa sit compromittenda etiam quo ad emptorem. & ad hoc inducit inter alia tex. in l. fin. ad fin. C. de usuris rei iud. ut plenè per eum in dicta sua disputatione, maximè in nono argumento secundæ partis. Sed in proposito nostro illud cessat, quia quæcunque sententia feratur contra ser Iacobum ser Iacobus nullum est habiturus regressum contra Gabronũ ergo cessat in casu nostro decisio Barto. Tertio principaliter moueor, quia duo extant statuta specialia, unum sub rubrica de arbitrio domini potestatis super causis uertentibus inter coniunctos &c. quod disponit compromissum fieri debere, inter coniunctos, & illud statutum est generale quo ad causas. Aliud est statutum speciale quod disponit specialiter de causa correctionis erroris notariorum, uolens ꝙ causa correctionis erroris commissa a notario debeat tractari corã dño potestate uel eius uicario & domino correctore. Si ergo quæ-
7 ratur † quod statutum tanquam specialius [a] sit præferendum
a & attendendum, tunc dicit multum magistraliter Bar. in extrauaganti ad reprimendum. in uer. non obstantibus. in uers. sed cum hac constitutione sic &c. Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta, de consti. circa octauam chartam in uers. sed hic post eum quæro &c. ꝙ præfertur tanquam magis specia
b le illud statutum, quod maiorem [b] affert utilitatem, & etiam illud per quod magis prouidetur ꝙ causæ cito expediantur, ne lites fiant immortales, & etiam illud per quod faueretur, publicæ utilitati, ut probant ipsi maximè per l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces. iuncta l. properandum. §. fi. C. de iudi. per id quod notatur in l. fin. C. si ad uer. rem iudi. Sed ita est, statutum de correctione erroris notariorum affert maiorem utilitatem quam statutum de compromissis, quia statutum de correctione erroris prouidet, quo ad utilitatem omnium personarum, sed statutum de compromissis prouidet solum coniunctis. Item affert publicam utilitatem, per l. uel negare. ff. quemadm. testa. aperi. Item statutum de correctione erroris magis prouidet expeditioni causæ, quam illud de compromissis, quia per statutum de correctione erroris, cã ista erit determinanda intra mensem, sed per statutum de cõpromissis habebit duos menses, ut est cautum in statuto posito sub rubrica. Item statutum de correctione erroris est ultimum

mum,& dicit Bar.in dicto uerbo,non obstantibus. & Pet.de
de Anch.in d.c.canonum. ꝙ ubi non apparet ꝙ statutum sit
magis speciale seu ꝙ statutum afferat maiorem vtilitatẽ, tũc
vltimum statutum præfertur pro hoc,quia vbi duo sunt sta-
tuta specialia,& non apparet quod eorum sit magis speciale,
tunc præfertur illud statutum per quod non ita derogatur,
iuri communi,vt notat Bald.in l.qui posthumos, per illum
tex.ff.ad Sylla.sed statutum de compromissis in sua principa-
li prouisione derogat iuri communi,quia nemo de iure inui-
tus cogitur compromittere,vt dixi supra statutũ vero de cor-
rectione erroris in sua principali prouisione concordat cum
iure communi,quia etiam de iure communi corrigendus est
error notarii. l.error.C.de test.& plene in l.si librarius,de re
gu. iur. & in l.Imperator,de statu ho.& in c.ex literis, de fid.
instr. pro hoc quod no. Bar. in l.si quis in graui.§. fi. cum l.
seq. & ibi etiam Bal.per illum tex.ff.ad Sylla. vbi dicunt, ꝙ
vbi duo concurrunt, quorum vnum nocet, & aliud prodest,
semper attenditur illud quod est potentius,sed in proposito
nostro duo sunt statuta specialia,quorum vnum nobis ꝓdest
aliud nocet, certè debet præferri illud quod est potentius,
8 † sed semper potentius est illud ꝙ fundatur in iure commu-
ni,quam in iure speciali contra ius commune, quia potẽtius
est ius commune,quam ius speciale contra ius commune, vt
l.eius militis.§. militia missus.ff. de mili. testa. & in quia ve-
ro verisimile.in auth.de non alie.ergo præferendum est di-
ctum statutum de correctione erroris fundatum in iuris cõ-
munis dispositione, statutum vero de compromissis loquẽs,
9 est contra ius commune,vt iam dixi.¶Accedit† etiam prædi-
ctis quod no.Bar.in l.in sacris.C. de proxi. sacrorum scri. li.
12. vbi per illum tex. cum ibi notatis inquit, ꝙ si ex forma
statuti hospitale misericordiæ non poterat cõueniri, nisi sub
iudice sancti Petri, & alio statuto cautum erat, quod iudex
portæ eburneæ solus habeat cognitionem ad decem libras,&
infra,& quærebatur an hospitale portæ eburneæ in causis a
decem libris infra posset conueniri coram iudice portæ ebur
neæ, & dicit ꝙ sic,quia illud statutum disponens ꝙ hospita-
le debeat conueniri coram iudice sancti Petri. debet intelligi
nisi in causis quarum cognitio esset alteri specialiter deman-
data per statutum. ita ergo erit in proposito, quia statutum
disponens ꝙ causæ vertentes inter coniunctos debeãt tracta-
ri coram arbitris,debet intelligi præterquam in causis, quæ
specialiter reperiuntur alteri demandatæ, per statutum, ali-
10 quod,vt est causa erroris notarii. ¶Hoc idem † quantum ad
c propositum nostrum decidit Bald. [c] in l.Titiæ textores.ff.de
leg.1. vbi voluit,ꝙ si deputatus est aliquis iudex in causis pu
pillorum,& alius sit deputatus iudex in causis a decem libris
infra,& contingat tractari de causa pupilli a decem libris in
fra, ꝙ tunc erit iudex ille coram quo præoccupata est iuris-
dictio.sed ita est ꝙ coram vobis domino potestate vel vicario
præoccupata est iurisdictio per citationem.l.si quis postea.ff.
de iudi. c.proposuisti,de fo.comp. ergo iurisdictio dñi pote-
statis prẹferenda est,non autem cognitio arbitrorum,& istud
habet maximam rationem & æquitatem in proposito nostro
scilicet ꝙ correctio erroris notarii tractetur potius corã dño
potestate & correctore, qui de similibus cognitionem & peri
tiam habeant,quam per arbitror,qui vt plurimum sunt taliũ
11 rerum penitus ignari. ¶Fortificatur,† quia non debet cau-
sæ continentia diuidi,vt l.nulli.C. de iudi. l.1.in fi. C. de as-
sertione tollen.sed si diceremus ꝙ inter Gabronum & gene-
ros suos fieret compromissum causa erroris inter eos tracta-
retur coram arbitris,sed cum notario tractaretur coram do-
mino potestate & correctore, & fieret diuisio continentiæ,
eiusdem causæ coram diuersis iudicibus.pro hoc quia vbicũ-
* que [*] causa plurium connexitatem habet, debet coram ijsdẽ
iudicibus tractari l.omnes.C.arbi.tute.l.cogni.§.si plures. ff.
de lib. cau.per quæ iura in proposito nostro plures similes q̃-
stiones decidunt doc.vt per Bal.in c.1.in fi.de contro. feud.
apud pares ter.& Spe. de act.& peti.§. super actionibus. ver.
quid si plures.& in tit. de compe. iud. adi.§. 1.versi. 46.quo
rum dicta breuitatis causa omitto, quia dominus iudicans, p
se videre poterit.si ergo coram eodem iudice tractanda sunt,
ita ratione connexitatis.s.tam respectu persone ser Iacobi no
tarij,quam respectu persone Gabroni,debent tractari coram
potestate coram quo præoccupatio facta est, vt dicunt doct.
in locis supra proximè allegatis.& habetur in d.c. proposui
12 sti.¶Nec prædictis † habet obstare si diceretur ꝙ statututum
loquens de compromissis excepit tres casus in quibus com-
promissum fieri non debet inter coniunctos, ergo illa exce-
ptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quæsitum. §.
denique.ff.de fun.instru.no.in l.in his.ff.de legi.quia ad hoc
respondeo,quod verum est quod exceptio firmat regulam in
casibus non exceptis,tamen non ampliat eam vt extendatur,
ad casus quos primò non comprehendat.l.Lucius.§. pluribus
& ibi no.Bar.ff.de vsufr.leg.no.Bar.& Ang.in l.1. in fi. ff. de
reg.iur.& no. Bal.in d.l.in his & Pet.de Anch.in rub.de reg.
iur.in 6.in 4. q. Sed ita est quod absque illa exceptione sta-
tutum non comprehendebat casum nostrum, vt est probatũ
supra, ergo illa exceptio non ampliat statutum, vt compre-
hendat istum casum.Reliqua suppleat summa prudentia do-
minorum iudicare debentium.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Specialius supra lib. 1.consi. 39.col.2. Dec.consi.382.nu.4.
b ¶Maiorem.Alex.l.Nesennius.in prin.ad leg. fal. l. 1. §. hoc autem.
col.fi.de ope.no.nun.Decius.c.j.col. 5. & ibi Fran.Rip.num. 92. de
rescrip.Deci.in c.in præsentia.col.xxiiij. de prob. Ias. l. si constante.
col. 31. sol.mat. l.Gallus.§.1.in fi. de libe.& posthu. l. Titiæ texto-
res.col.4. de le. 1. l.si rufinus.C.de testa. mili. consi. xij. col. ij.li.3.
consi. clxij.col. fin.lib.4.
c ¶Bal. idem Ale.ibi Sed Ale.Ias.ibi tenent solum iudicem pupillorũ
præferendum,quod est verius.
* Vbicunque.] Adde tex. in l. 1.& ij. ff.de quibus rebus apud eund.
iud. ea.& dicit Bal. ad c.j. in fi.de contro.feud. apud pa. termi. ꝙ
illud tribunal est omnium,quod primò participauit causæ cogni-
tionem.sequitur Fran.Aret.consi. 83. col. 4. Et adde ꝙ actor habẽs
plures actiones contra reum,debet super omnibus impetrare cau-
sam committi vni iudici,non diuersis.c.dispendia.de rescrip. in 6.
vbi Doct.latè de materia.& vide Fran.Areti. notabiliter. consil. 29.
col.antep.vsque ad fi.Tangit aliquid Feli.in c.fi. col. 4. de iudi. latè
Ias. ad d.l.nulli. C. de iudi. Natta.

SVMMARIVM.

5 *Pœna est consueta apponi, & de ea censetur notatrius rogatus.*
6 *Vel circa, dictio hæc inficit probationem testis, de certo tempore.*
7 *Prorogatio non nocet fideiussori.*
12 *Probatio debet de necessitate concludere.*

CONSILIVM LXVI.

In causa & lite inter Christophorum de Marinato-
ribus agentem, & Marcum de Bazaleriis ex
alia. ¶Quò ad primum dubium quo quæritur, an Marcus p
verba instrumenti venditionis videatur promisisse pœnã du-
pli si non adimpleuerit id quod per eum fuit in instrumento
promissum? breuiter respondeo ꝙ sic, moueor principaliter
1 per illa verba instrumenti videlicet sub pœna † dupli dicti p-
tii per dictas partes per se & suos hæredes solemni stipulatio
ne & pacto promissa dicto emptori &c. quæ verba præsuppo
nunt ꝙ duæ personæ, & sic duæ partes superius nominatæ,
promiserunt emptori pœnam, sed in superiori parte instru-
menti præter emptorem non sunt nominatæ aliæ duæ perso
næ,tanquam partes,nisi magister Baptista venditor, & Mar-
cu. prædictus fideiussor,ergo est necesse ꝙ illa verba.s. dictas
2 partes, comprehendant dictum Marcum, † quia pluralis lo-
cutio prædicta duas personas saltem exigit vt probatur, in l.
fi. & ibi no. Bar.ff.ad Treb.& no.per gl.in l.Mæuius. §. cum
qui.el ij.in verbo eandem rem.ff.de le.2.& no.Io.An.in add.
Spe.in tit.de testa.§. in primis.in additione magna. in versic.
quarta quæstio, & facit quod habetur in cap. pluralis locu-
3 tio.de regulis iuris in 6.hoc etiam suadet,† quia cum clausu
la pœnalis sit consueta apponi in omnibus instrumentis no
tarius intelligitur tacitè rogatus de clausulis consuetis,etiam
si aliter non fuerit hoc dictum, vt tex. melior de iure secun-
dum Bald. ibi in l.fi.C.de fideius.facit l.quod si nolit. §.qui
qui assidua. ff.de ædi.edic.& l.si prius. §. rectè placuit. cum
4 ibi nota.per Bar.ff.de aqua plu.arc.præsumitur † enim actus
in dubio celebratus secundum quod consuetum est fieri. l.
excepto

recepto. C.loca.l.domini prædiorum.C. de agri.& censi. li. 10. l.ex ea parte, in prin.cum ibi no.ff.de ver.obl.& in dubio etiam intelligitur obligatio fideiussoria secundum principalem, & dicta in principali obligante intelliguntur in dubio, repetita in fideiussore. l.vt proponitur.ff.de fideiuss.& notabiliter declarat Bar.in l.si ita stipulatus. §. Chrysogonus, in 5.
5 col. ff.de ver.obl. ¶Circa † secundum dubium quo quæritur an Marco prædicto non curante cum effectu liberationem, per eum promissam intra quinquennium, licet videatur fecisse aliquam diligentiam prout in processu contineatur, teneatur ad pœnam dupli, an verò ad interesse, an verò nullo dato interesse debeat liberari? respondeo ꝙ non est probatũ, de debita diligentia, quia testes, super hoc recepti non probant, sed potius probant contrarium.s.ꝙ ser Gratianus requisitus tanquam syndicus pauperum ꝙ faceret dictam liberationem offerebat illam facere dummodo sibi satisfieret, pro indemnitate pauperum. ¶Præterea non probant alia ratione quia dictus Marcus promiserat dicto Christophoro non solũ quod homines societatis hospitalis sancti Petri facerent, dictam liberationem, sed etiam ꝙ se obligarent ad generalem, defensionem dictæ petiæ terræ, sed dicti testes non deponũt ꝙ dictus ser Gratianus fuerit per dictum Marcum requisitus vt facere istam obligationem ad generalem defensionem, ergo super hac parte non est probata diligentia. non est etiam fortasse probatum ꝙ ser Gratianus haberet potestatem prædicta faciendi. Item non probant testes alia ratione, quia primus testis.s.Ludouicus de Nugerijs dicit ꝙ prędicta interpellatio facta per Marcum fuit ann. 1469. siue de anno 1470. vel circa. ponderandum dum dicit vel circa, quia potuit esse ꝙ fuisset facta dicta interpellatio de anno 1471. post trigesimum diem Ianuarii, quo casu fuisset elapsum quinquenniũ,
6 & commissa fuisset pœna. † nam vbicunque per testes est ꝓbandum aliquid factum fuisse intra aliquod tempus, tunc si testes deponens de tempore addit illa verba vel circa, nunq̃ probat, vt est tex.no. in c.fi.de despon. impub. quem ad hoc Ant.de But.ibi in fi.reputat menti tenendum. Secundus verò testis. s. Ioannes Pilipparius non concordat, cum primo in tempore, & sic sunt singulares, & non probant.c. licèt causam de proba.c.bonæ, el j. de elec. dictus ser Gratianus etiam examinatus probat potius culpam dicti Marci, & etiam non deponit ꝙ interpellatio sibi facta fuerit intra dictum quin-
7 quennium. ¶ Super tertio dubio † quo quæritur, an Christophoro prorogante terminum quinquennij principali debitori sit liberatus Marcus? respondeo ꝙ dictus Marcus nõ est liberatus, maximè quia non est probatum ꝙ ante lapsum termini dicti quinquennij, & sic ante commissam pęnam dictus Christophorus, quo ad ea quæ promiserat Marcus vna, cum debitore principali, s.quo ad faciendum fieri dictam liberationem cum obligatione ad generalem defensionem fuerit facta prorogatio ipsi debitori principali. Solum enim in processu inuenio positiones duas, quantum ad propositum, in quarum vna ponit Marcus, quod dictus Christophorus mouit certam litem contra dictum Baptistam occasione de qua patet ex actis. Iaco. de Ferris, & dictus Christophorus respondet ꝙ credit prout in actis. in secunda verò positione continetur ꝙ post prædicta dicti Baptista & Christophorus peruenerunt ad certam compositionem & concordiam, ꝙ dictus Christophorus deberet expectare per totum annum, tunc ꝓsentem, scilicet 1471. ipsum Baptistam super prædictis. & Christophorus dictæ positioni respondit per hæc verba, nõ credit vt ponitur, sed credit, vsque ad festum omnium Sanctorum. vnde est aduertendum ꝙ in dicta positione non dicitur quando fuerit facta dicta concordia. potuit enim fieri dicto ann. 1471. post diem trigesimam Ianuarij, quo casu elapsum erat quinquennĩum, & cõmissa erat pœna contra vtrunque in solidum. Præterea posito ꝙ non fuisset etiam commissa & ꝙ fuisset terminus prorogatus, illa prorogatio non liberat fideiussorem. tex.est not.cum glo.& ibi Ang.in l. si vnus. §.1.ff.de pac.& hoc verum quando fideiussor erat obligatus, purè licet implementum esset collatum in diem & sic dies esset adiecta causa differendæ solutionis, vt est casus noster, secus quando fideiussor esset obligatus ad tempus adiectum cã finiendæ obligationis, vel si fideiussor dicit, ꝙ ꝓ custodia cadicti nolebat obligari, nisi vsque ad quinquenniũ, qa tunc licet prorogetur obligatio cum debitore principali in longius tẽpus, non remanebit vlterius obligatus fideiussor. l.si cum Hermes, C.loca.cum si.& declarat notabiliter Ang.in d.l.si vnus §.1.& canonistæ in c.constitutus, de fideiuss. vbi etiã ad hoc allegant no.per Spe denique non apparet ex dictis positionibus ꝙ dicta concordia fuerit, quo ad dictam obligationem de faciendo liberari dictam rem cum promissione de defen-
8 dendo,&c. ¶Quo ad quartum † dubium quo quæritur, an facta remissione & liberatione pœnarum in genere per dictũ Christophorum, dicto Baptistæ debitori principali sit etiam liberatus Marcus fideiussor a pœna & interesse? & breuiter respondeo in hoc non posse dictum Marcum se fundare. Primò, quia dicta liberatio non potuit probari per testes ex forma statuti sub rubrica de probationibus per testes non faciẽdis. nec dicatur ꝙ extat scriptura notarij, quia dico ꝙ de tali scriptura nõ fuit rogatus notarius a dicto Christophoro, sed solum a dicto Baptista, meritò neque contra dictum Christophorum & minus contra dictum eius fideiussorem probat, vt in auth. de tabel.iuxta prin.& ibi plenè no.& notatur, in c.1.de fid.instr.per doc. Præterea dicta asserta liberatio fuit facta personæ dicti Baptistæ, non autem fuit in rem, igitur nõ transit ad fideiussorem. l.exceptiones quæ personæ. ff. de excep. præsupponitur etiam ꝙ dictæ attestationes fuerunt receptæ inter alias personas & in alia causa, igitur nõ faciunt plenam fidem in ista. l.si de certa. C.si propter pub.pensita. l.authore. C. de euic. l.a sententia, in prin.ff.de app. & ꝙ ibi not. Bar. bene facit l. sæpe.cum ibi no.ff.de re iudic. ¶ Super quin
9 to † dubio quo quæritur, an ex eo ꝙ dictus Baptista vendidit rem de qua fit quæstio cum scientia dicti Christophori possessoris rei prædictæ Marcus sit liberatus? respondeo indubitatum esse, ꝙ non, Primò, quia non apparet probatum ꝙ venditio facta fuerit de scientia dicti Christophori, solum enim apparet quod Christophorus respondendo positionibus dicit, ꝙ neque consensit neque contradixit dictæ venditionis, nam potuit esset ꝙ ignorauit, ideo non contradixit. Præterea posito ꝙ sciuisset & tacuisset, non videtur iuri suo renunciare, vt in istis terminis probatur, in l.Caius, cum gl.fi. ff.de pign.act. facit l.filiusfa. §. inuitus.ff.de procu.cum suis concordantiis. ¶Circa sextum dubium non scribo, quia non est contra Christophorum, sed potius pro eo, videlicet an stipulatio concepta per filiusfamilias, scilicet per ser Christophorum, posset per eundem in præiudicium patris dissolui, etiam remittendo pœnas & prorogando quinquennium. ¶Quò ad se
10 ptimum † dubium quo quæritur, an eo ꝙ Christophorus dixit se non curare quod dicta res liberaretur Marcus sit excusatus à pęna si aliter non curauit dictam liberationem fieri? respondeo in hoc non posse dictum Marcum se fundare. Primò, quia per testes probaret in effectu liberationem, a dicta pœna quod fieri non potest stante dicto statuto. item quia ad hoc probandum sunt producti duo testes, scilicet dicti Ludouicus & Ioannes, qui non probant ex rationibus quas deduxi supra, circa secundum dubium. Præterea dicti testes, non dicunt quod Christophoros diceret quod nolebat dictos homines societatis hospitalis se obligare ad defensionem generalẽ dictæ rei ad quam obligationem fieri faciendam tenebatur dictus Marcus non solùm ad faciendum fieri liberationem, & sic saltem ex isto capite incidit in pęnam. ¶Circa octauum dubium quo quæritur, an prædicta diligentia Marci per testes, probari possit stante statuto de quo supra non oportet super hoc insistere, quia non est probatum de debita & sufficienti diligentia per omnia, vt supra puto sufficienter ostendisse.
11 ¶Quo ad nonum † dubium, quo quæritur, an per reuocationem inhibitionis acceptatam per ser Franciscum procuratorem dicti Christophori videatur renunciatum pœnæ dupli, & non docto de interesse veniat dictus Marcus absoluendus? respondeo quod non, quia in reuocationis inhibitionis dicitur per uicarium episcopi quod ipse consensit quod sine præiudicio hospitalis sancti Petri & bonorum seu iurium, eius procedatur non obstante inhibitione, ac etiam non condemnetur dictus conuentus in sorte & pœnis, sed in altero tantũ, loco interesse præsente & acceptante dicto ser Francisco. vnde ex prima promissione facta per Marcum de faciendo liberari dictam rem cum promissione de defendendo, oriebatur actio ad interesse commissa mora in faciendo, quia in obligationib·

tionib. faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe poſt moram. l. ſtipulationes non diuiduntur. ver. Celſus, de ver. obl. l. ſi quis ab alio. ff. de re iudi. ex ſecunda promiſſione pœnæ facta, per eundem Marcum oriebatur alia actio ad pœnam, & per vnã
* non nouatur * alia l. prædia. ff. de act. emp. l. duo ſocietatẽ. & l. ſi quis a ſocio. cum ibi no. ff. pro ſoc. & declarat plenè Bart. in l. ita ſtipulatus, in prima oppoſitione vltimæ partis. ff. de ver. obli. & in dicta alternatiua remediorum ſeu actionum electio eſt actoris, vt declarat notabiliter Bar. in l. cum proponas, & in l. vbi pactum. in 3. col. C. de tranſac. per l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. cum ſi. licet quando in vnica ſtipulatione ſeu promiſſione promittuntur duo alternatiuè, electio ſit debitoris. l. plerunque. ff. de iure do. & l. vbi autem non apparet. §. qui illud. de ver. obli. ergo eſt in electione dicti Chriſtophori agere, ex qua obligatione vult ſcilicet ad pœnam vel intereſſe, nec fuit neceſſe probare de intereſſe. patet quia videmus ꝙ pœnam in dubio præſumitur adiecta loco, intereſſe, vt notabiliter dicit Io. And. in regula, bona fides, in mercurialibus. ad fin. per l. ſi duo. ver. item ſi duo. ff. ſi quis, cau. & no. Ang. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & ibi Io. de Imol. in 4. col. ff. de ver. obl. & tamen non eſt neceſſe probari de intereſſe vt pœna exigatur. l. fi. ff. de præto. ſtip. Præterea dato, ꝙ dictus ſer Franciſcus procurator videretur remiſiſſe actionem competentem principali ſuo ad pœnam dupli, non valuiſſet talis remiſſio a procuratore facta, niſi habuiſſet ad hoc ſpeciale mandatum, vt no. Bar. in l. fi. ff. quæ in frau. cre. facit l. contra iuris. §. fin. ff. de pac. & l. filiusfa. ff. de dona. rurſus ẽt poſito ꝙ voluiſſet & potuiſſet procurator remittere pœnam prædictam, tamen ex dicto actu remiſſionis nihil eſſet acquiſitum dicto Marco poſtquam ipſe non erat præſens, nec alius qui pro eo receperit. l. fi. ff. de interrog. act. l. certum. §. ſi quis abſente. de confeſſis. l. tale pactum. in prin. vbi no. Bar. in fin. principij. ff. de pac. & glo. in l. idem in duobus. in fi. eo. titul. cum ſim. non enim apparet ꝙ iudex tanquam perſona publica receperit pro dicto Marco abſente prout requirebatur, vt notat Bar. & Ang. in l. poſtquam liti. C. de pact. & in d. §. ſi
12 quis abſente. cum ſi. ¶ Circa decimum † & vltimum dubium quo quęritur, an depoſitio certarum mercantiarum facta per Baptiſtam prædictum penès dictum Chriſtophorum, quæ aſcendunt ad ſummam librarum 300. in dubio intelligatur, eſſe facta pro præſenti contractu alio non docto. reſpondeo, ꝙ non, quia probatio debet de neceſſitate concludere. cap. in præſentia de proba. l. neq; natales. C. de proba. & dictus Chriſtophorus reſpondendo 73. poſitioni dicit iſtas merces fuiſſe depoſitas pro ꝓmiſſionibus quas fecit dictus Chriſtophorus pro dicto Baptiſta, & per conſequens non pro iſto contractu. Præterea dato ꝙ dictus Chriſtophorus in alio iudicio, & inter alias perſonas confeſſus fuerit dictas merces fuiſſe depoſitas, tamen dicta confeſſio alteri abſenti non prodeſt ſaltẽ ad plenam probationem. d. l. fi. ff. de interrog. actio. & d. §. ſi quis abſente. Item dictum depoſitum non eſſet ſufficiens pro tota quantitate. Præterea aliud eſt deponere merces pro cautiõe, aliud eſt ſoluere. tenetur enim ſoluere merces ad duplũ pretii venditionis librarum trecentarum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Prorogatio, ſupra lib. 6. conſi. 80. nu. 7.
* Non nouatur alia.] Nota ꝙ ex ſtipulatione pœnæ non nouatur obligatio ad intereſſe, nec ẽ contra l. prædia. ff. de actio. emptio. hic allegata. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſoluto matrimonio redit ad patrem mulieris, etiam ſi liberi extarent ex matrimonio.*
2 *Conſuetudo licet notoria debet allegari.*

CONSILIVM LXVII.

Circa materiam l. dos a patre. cum ibi not.

In cauſa & lite inter Georgium quõdam Io. de Fõte Illicis agentem ad certum reſiduum dotis, quondam Magdalenæ eius vxoris, & Bartholomæum quondam Federici patrem dictæ quondam Bartholomeæ, in qua cauſa fuit lata ſententia per quam cõdemnatus eſt dictus Bartholomæus ad dandum dictum reſiduum dotis dicto Georgio recipienti nomine filiorum ſuorum & dictæ Magdalenæ & condemnatus eſt etiam dictus Bartholomæus in expenſis & a tali ſententia præſupponitur mihi eſſe appellatum, & appellationem pendere. Sentio partes iudicis ad quem, eſſe in pronunciando bene appellatum pro parte dicti Bartholomęi & malè iudicatum in fauorem dicti Georgii, maximè ex infra ſcriptis. nam tempore quo Georgius prædictus, cępit agere ad dictum reſiduum dotis. mortua erat dicta Magdalena, vt patet ex ſua petitione coram vicario Fontis Illicis, & confeſſus eſt etiam coram iudice delegato in ciuitate Imolæ reſpondendo poſitionibus productis pro parte dicti Bartholomæi,
1 † & ſic ſoluto matrimonio per mortem non competebat amplius actio de dote marito, immo reuerti debebat ad patrem
a mulieris dos. [a] etiam ſi data fuiſſet genero, quamuis etiam liberi extarent ex illo matrimonio ſecundum opinionem, quæ eſt de iure vera. l. dos a patre. & ibi plene no. C. ſol. ma. l. vnica. §. ſilent. C. de rei vxo. actio. & plenè probat Bart. in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. quinta q. vbi hoc ſequuntur communiter doc. & Io. An. in additio. Spe. in tit. de dona. inter virum. §. ſi. circa prin. poſt antiquos quos ibi refert, & ita etiã tenet Cy. in d. l. dos a patre. & Bal. in l. pe. C. de falſa cã adiec. leg. & quãuis ſi appareret quod conſuetudo ſe haberet in contrarium illa ſeruanda eſſet in locis vbi talis conſuetudo vigeret, tamen talis conſuetudo probari deberet, quia eſt quid facti. l. prima C. quæ ſit long. conſue. & plenè no. in l. de quibus. ff. de legi. & quod talis conſuetudo ſit probãda eſt etiã de mente Barto. in d. l. poſt dotem, circa prin. ibi dum dicit prædicta vera niſi probetur conſuetudinem eſſe, &c. & Cyn. in d. l. dos a patre. ſed in ꝓpoſito noſtro nedum ꝙ dicta conſuetudo ſit proba-
2 ta, ſed nec etiam eſt allegata. & conſtat ꝙ † etiã vbi conſuetudo eſſet notoria ſaltem deberet allegari, quia notorium, etiã quãdo releuat ab onere probandi, non releuat ab onere proponendi, vt eſt glo. not. in cle. appellanti, de app. & no. Ioan. And. in c. 2. vt lite. non conteſt. & Bar. in l. 1. in vlt. col. in ver. quæro quid ſi exceptio eſt notoria. &c. ff. de excep. cum ſimi.
3 † & licèt appareret fuiſſe ſeruatum in loco ꝙ mortua filia cũ liberis in matrimonio patre mulieris ſuperſtite dos remanſiſſet apud liberos hæredes mulieris non ꝑ hoc ſequeretur ꝙ eſſet ſufficienter de conſuetudine probatum, quia poſſet contingere hoc, quia vt plurimum de contractu dotis fiunt inſtrumenta in quibus pater qui dotem dedit ſtipulatur dotem reddi filiæ, ſeu ſibi nomine filię, quo caſu verum eſt, quod dos ſoluto matrimonio ꝑ mortem filiæ de iure, non reuertatur ad patrem, ſed remanet apud liberos hæredes filiæ, vt l. poſt dotem ſecundum lect. Dyn. ſupra allegatã. & ibi clarè firmat Bar. in quarta q. & Bal. in l. quoniam nouella, in j. q. C. de in offi. teſt. ſed in caſu noſtro nullum conditum fuit inſtrumentum dotis præterea etiam quando eſſemus in caſu in quo de conſuetudine diceretur dotem remanere debere apud libe-
4 ros, dictæ mulieris, † debet remanere apud eos vt hæredes mulieris, vt no. Bald. in d. l. dos a patre. & in auth. ſed & ſi qs in vlt. col. C. de ſecundis nu. in l. pen. C. de falſa cauſa adie. lega. ſed non eſt deductum nec allegatum ꝙ filii dictæ mulieris ſint hęredes eiuſdem, immo petitio eſt nomine Bartholomęi non autem nomine filiorum vt hæredum dictæ dominæ, ergo nullo modo competit actio intentata. ex quibus concludo pronunciari debere, ut ſupra dixi.

ADDITIO.

a ¶ Dos ſupra li. 1. conſi. 115.

EPITOME.

INHIBITIO facta cauſa non cognita, non impedit peremptionem inſtantiæ vel deſertionem appellationis.

CONSILIVM LXVIII.

In cauſa & lite inter ſpectabilem virum Bartholomæum Mini appellãtem, & dominum de Luſura appellatum, principaliter uertitur in dubium, utrum
1 † ſtãte ꝙ reperiatur per officiales & procuratores fabricæ eccleſiæ

clesiæ sancti Petronij inhibitum fuisse spectabili iuris docto-ri domino Alberto de Turaneis iudici tunc primæ appella-tionis interpositæ pro parte dicti Dominici, instantia causæ appellationis steterit in suspenso donec fuit reuocata inhibi tio, adeo ꝙ non fuerit deserta dicta appellatio per lapsum fa-talium. Prima facie videretur fortasse dicendum ꝙ instantia non currisset per id quod no.d.Abb.in c.pe.de iudi.circa me dium, in ver.sed ego dubito, &c.cum ver.sequenti, vbi cōclu-dit ꝙ si pendēte.q.coram iudice laico excipitur quod instru-mentum est vsurarium, vt articulus ille incidēs remittaturad iudicem ecclesiasticum, per quem fuit facta inhibitio iudici seculari, vt interim non procedat in negotio principali, ꝙ si labitur terminus instantiæ principalis causæ, antequam finia tur, ille articulus incidens, ꝙ iudex poterit finire causam post terminum per id quod habetur in l.si cum ipse. & quod ibi no.Dy.Cy.& Bal.ff.de excu.tut.& per hot.per Cyn.in l.1.in tribus vltimis q.C.qui accusa.non pos.& per Io.An.in addi. Spe. in tit.de iud.deleg.§.restat.versic. quid si in statuto &c. in vltima quæstione. Hoc tamen non obstante sentio procul-dubio in casu nostro contrarium esse verius, †quia dicta asser ta inhibitio [a] non potuit fieri per dictos officiales nisi causa cognita & citato dicto Bartholomæo c.Romana.§.si verò, de app. in 6. & consuluit Fede.de Senis consi. 300. & illud re-fert Ant.de But.in c.debitores.circa pen.vel antepen. col. de iureiu.& hoc sequitur etiam ibi Io.de Imo. ita etiam consu-luit Pet.de Anch.in consi. 234. inci. Casus talis est post præ-ceptum factum, &c.& Io.de Imo.in l.4.§.condemnatum.ff. de re iudi.in pe.vel vlti.col.in versi.an autem episcopus, &c. & Do.de sancto Geminiano, in c.non solum.§.illa.de appella tio.in 6.in tertio notabili, per illum tex.& no.Spe.in titul.de appellatio.§.de offi.versi.sed quæritur.ita etiam est de men-te Ant.de But.in c.tuam, de ord.cog.in 3.vel 4.col.in versic. ex his potest decidi aliud dubium, &c.vbi refert ꝙ Lapus sua alleg.61.ad finem dicebat.ꝙ licet alias in alijs inhibitoriis, exigatur causæ cognitio, & citatio, vt in auth.in medio litis, sacras ius.fie.§.1.& d.c.non solum.& d.c.Roma.tamen fallit in inhibitione quam facit iudex ecclesiasticus iudici seculari ex eo ꝙ in causa mota coram iudice seculari incidit articulus spiritualis, & præiudicialis ad causam principalem, quia tunc quam primum super illo spirituali articulo, & præiudiciali, habitus est recursus ad iudicem ecclesiasticum, statim liquet inhibitionem fieri debere, & non posse per secularem proce-di, & eius iurisdictionem esse suspensam c.lator, qui fil. sint legi.& d.c.tuam.sed Ant.de But.in d.c.tuam, dicit ꝙ etiā quā do articulus incidens esset spiritualis, posset procedere dictū Lapi, ꝙ inhibitio possit fieri parte non citata dummodo corā iudice ipso cui inhibetur prius fuisset per partem oppositum ꝙ non procederet, quia nisi sit oppositum non esset suspensa iurisdictio iudicis secularis ipso iure per id ꝙ habetur in cap. exhibita, de iud.facta vero oppositione possit inhiberi iudici, absq; alia citatione vel causæ cognitione, quia etiam si aduer-sarius citatus esset, nihil posset contradicere, nec de suo præ-iudicio tractaretur, propterea non est citandus. c. pastoralis, §.1.de ap.sed in proposito nostro non sumus in casu in quo aliquis articulus spiritualis incideret, nec fuerat de eo aliquid oppositum coram domino Alberto, ergo non potuit dicta in hibitio fieri, quæ non absque calumnia processit, attento, ꝙ antea officiales prædicti habita fide ꝙ Nicolaus Viani, cuius fuerant istæ petiæ terræ de quibus est quæstio, decesserat cum filijs legitimis, & naturalibus relaxaret dictas petias terræ hę redibus dicti Nicolai, & sic nullam habebant iurisdictionem dicti officiales super hac causa, maximè quæ pendebat inter alias personas adinuicem litigantes cum igitur dicta inhibi-tio fuerit nulla succedit regula iuris, non præstat impedimē

3 tum quod de iure non sortitur effectum, vt in regula, non pręstat.li.6. ¶Confirmantur † prædicta per id quod nota. dicit Bal.in l.contra maiores.in fi.C.de inoffi.test. vbi quærit vtrū si dixi principaliter agendo sententiam esse nullam currat mi hi interim tempus appellandi.& concludit * ꝙ aut probabili ratione dixi sententiam, & non currit tempus appellandi.aut improbabili, & tunc currit, quia temeritas mea non debet mi hi * prodesse.ar.l.negotiorum.ff.de re iud.& dicit ꝙ per sen-tentiam quæ superinde ferretur, apparebit an probabili ratio ne seu temerariè motus fuerit vel non, quia si succumbet, ap-parebit eum non probabiliter motum.l. rem non nouam. in fi.C.de iudi.& hoc etiam volunt domini de Rota sua concl. 98.inci.Item ꝙ fatalia. bene facit quod not. Bar.in l.2.§.non solum.ff.ad Tertullianum.cum si. cum ergo fuerit postea re-uocata dicta inhibitio, apparet ꝙ sine probabili ratione, fuit ad eam inhibitionem processum, prout etiam satis constat ex illa relaxatione bonorum facta per dictos officiales dictis hę redibus Nicolai, seu ex confessione partis aduersæ confiten-tis ꝙ dictus Nicolaus decesserat cum filijs legitimis, vnde cū teneatur appellans summa ope niti ꝙ causa appellationis ter minetur intra sua tempora.l.fi.§.illud.C.de temp.ap.& ꝙ in stiterit dictus Dominicus appellans post dictam inhibitionē coram domino Alberto ꝙ causam terminaret, nec curauerit etiam probare reuocationem inhibitionis, quæ tamen non erat necessaria per superius dicta, ideo negare certè nemo po test, quin appellatio fuerit deserta, & ideo sententia lata in fa-uorem dicti Dominici post finita tempora appellationū fuit nulla, & firma remansit prima sententia in fauorem Bartho-lomæi lata, vt no.glo.in cle.si appellationem, de appel.& do-cto. maximè Anto.de Butr.in c.ex ratione, in pen.q.de appe. & Bal.in auth.ei qui.C.de temp. app.& in cap. sancimus.ad fin. in quo tempore miles, &c. & propterea non expedit nar rare de meritis causæ. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Inhibitio.supra li.4.consi.9.

* Et concludit.] Vide Dec.ad c.ex ratione col.12.de appel.alias col.8. Rui.consi.138.col.3.lib.5. Natta.

* Non debet mihi.] Facit text.in l. si quis solutioni. ff. de vsu.Natta.

CONSILIVM LXIX.

Confirmat consi. præcedens.

In causa & lite inter spectabilem virum Bartholomæum Mini, ex vna, & Dominicum de Lusura ex alia, visis his quæ eleganter deducta sunt ad ostendendum ꝙ causa appellationis primæ non esset deserta tempore, latæ sententiæ, respondeo illa non obstare, præsertim ex infra

a scriptis, & aliis quæ prius in allegationibus deduxi. [a] non.n.

1 obstat †dum per partem aduersam dicitur ꝙ inquantum Anto.de But.in c.tua.de ord.cog.dicit ꝙ inhibitio non valuit, quando fit sine citatione.qui mouetur per iura quæ loquuntur in inhibitione, quam facit iudex appellationis ab interlocutoria iudici a quo, quę non potest fieri sine citarione & causæ cognitione c.Romana.§.si verò.de ap.in 6.& hoc ideo est quia primo constare debet ipsi iudici appellationis quod appellatio deuoluat & ꝙ sit admittenda, vt no.Bald. in l.appellatione.in versi.vnum scias.C.de app.quia respondeo ꝙ Ant. de But.in d.c.tuam loquitur in qualibet inhibitione facta ēt ab alio quā à iudice appellationis ab interlocutoria.& etiam allegat iura quæ loquuntur in alio casu quā in iudice appellationis ab interlocutoria.nam allegat etiam tex. in authē. in medio litis sac. iussio.fie.§. 1.Præterea, qua ratione iudex appellationis ab interlocutoria non debet inhibere sine citatione & cāæ cognitione, vt constet sibi appellationem deuoluere & sic se habere iurisdictionem in cā in qua inhibet eadem ratione alius iudex non debet etiā inhibere sinē causæ cognitione, quia debet prius sibi liquere se habere iurisdictionem, in illa cā, adeo ꝙ possit ligare manus iudici cui inhibet, attento ꝙ vnus iudex non potest regulariter inhibere alii iudici etiā inferiori, nisi sit sibi inferior, in eadem specie iurisdictionis, per l.iudiciū soluitur.ff. de iudi.cum ibi singulariter notatis per Bal.& Ang.& infrà dicā.& quod etiā alius iudex quā appellationis ab interlocutoria non possit inhibere nisi parte citata, tenet etiā Io.de Imo. in l.4.§.condemnatum.de re iudi. & Pet.de Anch.consi.234.inci.Casus talis est post præceptū & Ant.de But.& Io.de Imo.in c.debitores, de iureiur.¶Non

2 obst.† etiā quod attento quod cognitio illarum cārum spectat ad solos officiales sancti Petronii ex forma statuti sui sub rubrica ꝙ dicti officiales sint iudices, &c. debuerunt posse inhibere sine citatione, sicuti quādo cā spiritualis incidit, coram laico, & habitus est recursus ad ecclesiasticum, statim potest inhibere sine citatione, quia iudex ecclesiasticus inhibendo dicitur executor iuris iam declarati, & pars non posset cō

tradicere

tradicere si vellet, igitur citari non debet.arg.c.reprehensibilis.de app. & no.An.de Bu. in d.c.tuam. quia respondeo, ꝙ immò aliud est in casu nostro,quia causa ista vertebatur inter alias personas adinuicem litigãtes.s.inter dictum Bartholomæum agentem possessorio recuperãdæ ad possessionem dictarum duarum petiarum terræ restituendam, vnde si officiales inter duos adinuicem litigãtes non habent iurisdictionẽ sed inter fabricam & alios quoscunq; ei aduersantes sicut ẽt probatur in l. 2.C.si aduer. fiscum. vbi qñ cã vertitur inter duos priuatos,cã spectat ad præsidem prouinciæ,sed quando inter fiscum & priuatum,tunc debet in cã iudicare procurator Cæsaris. & ideo pendente cã inter dictos Bartholomeum & Dominicum non licuit inhiberi per dictos officiales iudici dictæ causæ sed poterat procurator fabricæ suum iudiciũ mouere contra dictum Dominicum,si prætendebat procurator fabricæ ius habere, & per iudicium mouendum per fabricam non erat supersedendum super cã mota inter dictos Bartholomæum & Dominicum vt probatur in l.is à quo. ff. de rei vendi. & in l.pe.ff.de pet.hære.& præsertim cum dictum iudicium possessorium recuperandæ spectaret principaliter, ad dictum Bartholomæum ex persona actoris sui spoliati possessione, & ideo non sumus in casu ꝙ liquidum esset iurisdictionem spectasse ad officiales prædictos in præsenti cã,immo sumus in casu cõtrario.secus autem quãdo articulus spiritualis incidit coram iudice laico.d.c. tuam,& c. si iudex laicus. de senten.excommu.in 6.prætereà si officiales citari fecissent dictum Bartholomæum,ostendisset ꝙ cognitio etiã alia rõne non spectabat ad officiales,eo quia aliàs relaxauerunt illa bona tãquam non pertinentia ad fabricam,eo quia constitit eis dictum Nicolaum, cuius olim dicuntur fuisse ista bona decessisse cum descendentibus, vt de his constat per publica do-
3 cumenta.¶ Non obstat † etiam dum dicitur ꝙ non fuit necessaria citatio in dicta inhibitione, eo quia fuit facta ex officio, & non ad partis petitionem,per no. per Fed.in consi.334.sed in ordine meo est consi.300.quia respondeo primò vt respondet Laurentius de Rodulphis in suo solemni tractatu vsurarum,quod posuit in commento.c.consuluit,de vsu.in q.131. ꝙ illud dictum Feder.loquitur & procedit non in causis priuatis sed in causis publicis vbi animarum periculũ vertetur in quibus ex officio iudex plus potest quam in priuatis,vt nota.per Inn.in c.ad nostram,el ij.de iureiu.sed dicta cã pendẽs coram domino Alberto erat cã priuata & inter priuatos vertebatur,nec in ea agebatur de peccato vt de vsura vel similib. prout loquitur dictum consilium Fed. vbi propriè loquitur
4 quando de vsura agebatur. ¶ †Secundo etiam respondeo, ꝙ illud quod dicitur ꝙ iudex procedens ex officio potest procedere sine cãæ cognitione habet locum quãdo illud spectabat ad officium ipsius iudicis,aliàs autem secus,ita dicit Io. And. in c.2.de restit. in integ.in pen.col.in ver.in glo. non vñ.&c. in fi.alleg.c.ea quæ.de reg.iur. in 6.& sequuntur omnes docto.in d.c.2.vbi etiam hoc voluit Innoc.Sed quo ad cãm possessorij recuperandi quæ vertebatur inter duos priuatos non spectabat ad dictos officiales inhibere iudici appellationum, delegato reuerendissimi Legati, ne procederet & partes ad ipsos officiales remitteret, vt dixi supra per dictam l. 2.C.si aduer.fis.sed debebat moueri facere iudicium, contra dictum Dominicum.d.l.si is a quo.Et ꝙ non spectaret etiam ad eorũ officium,probatur per id quod signanter no.Arch. 11.q. 1.
* de persona. * & Bal.in l.1.C.quomodo & quando iudex in fine primæ co.& Bal.& Ang.in d.l.iudicium soluitur. vbi cõcludũt notabiliter quod ad hoc vt vnus iudex possit alteri inhibere,non sufficit ꝙ inhibens sit maior, sed requiritur, vel
* quod ille cui inhibetur habuerit iurisdictionem * ab inhibẽte,vel quod iudex inhibens sit maior in eadem specie iurisdi-
5 ctionis. nam † secundum eos videmus quod preses prouinciæ qui est maior defensore ciuitatis,non potest inhibere defensori,ne suo fungatur officio.§.in rerum. in aut. de defen. ciuitatum & ideo concludunt ꝙ episcopus non posset inhibere plebano,seu alteri prælato sibi subiecto de cã prius inchoatam coram ipso plebano vel prælato subdito, vt dicit Archi. in d.c.de persona.& Bal.in locis præallegat.nec potestas Florentiæ habens merum & mistum imperium posset inhibere, alteri officiali in ciuitate habenti particularem iurisdictionẽ, puta inter aliquos artifices,sed dictus Albertus non habebat

iurisdictionem a dictis officialibus nec dicti officiales, inter dictos duos priuatos adinuicem de spoliatione litigãtes sunt maiores dicto Alberto in eadem specie iurisdictionis causæ appellationis,per d.l.2.C.si aduer.fis.immo dictus delegatus in dicta cã vice delegantis fungebatur.l.& si prætor.ff.de offi. eius qui vicem alt.ger.repræsentabat personam domini Legati,sequitur ex doctrina communi antedicta ꝙ ad eorum officium non spectabat inhibere,& tantominus quia iam relaxauerãt dicti officiales per publicum instrumentum bona prædicta hæredibus dicti Nicolai,eo quia dictus Nicolaus decesserat cum descendentibus & d. Dominicus respondendo positionibus fatetur ꝙ fabrica sancti Petronij nullum ius habebat in dictis terris & ꝙ d. Nicolaus decesserit cum filijs. ex quibus omnibus etiam apparet inhibitionem fuisse calumniosam,& sic spernendam.l.2.C.de fal.c.1.de off.iud.¶ Non
6 obstat etiam dum † vltimo dicitur quod dictus Dominicus fuit impeditus facto iudicis qui non voluit cognoscere, post inhibitionem,ergo vel ipso iure vel saltem per restitutionem debuit succurri dicto Dominico, quia respondeo quod immò non potest dicere dictus Dominicus quod ipse fuerit impeditus facto iudicis, post inhibitionem, quia ipse Dominicus nunquam institit post tempus inhibitionis ꝙ iudex procederet ad expeditionem causæ,sed ita est ꝙ vbicunque appellãs est impeditus circa prosecutionem causæ appellationis, non excusatur,nisi protestetur, vt no.glo.in c.cupientes.§.ꝙ si per viginti.in verbo proposita de elec.in 6.& per illam glo.dicit ibi Io.de Imo.vt etiam refert & sequitur ibi Dominicus se semel obtinuisse in vna cã appellationis, in qua appellans non potuerat habere copiam iudicis,& permisit sibi labi tempus sine protestatione ꝙ per illam negligentiam in non protestã-
7 do succubuit † quia vbicunque quis est impeditus facere actũ
b in termino sibi statuto non excusatur nisi protestetur, [b] ut ibi per glo.& idem no.glo.in c.1.& in c.plerunque, de rescrip. & Ant.de But.in c.ex ratione,de app.circa medium. in vers. ex his deciditur hoc etiam decidit Bal.in auth.item si appellatione.C.de tempo.appel.ubi dicit ꝙ etiam non sufficit appellanti esse conclusum in cã appellationis, nisi protestetur iudici qđ expediat cãm,& si appellans nõ protestatur, currũt tempora.& talis petitio & protestatio debet fieri nõ semel tãtum,sed cum eadem instãtia cum qua petuntur apostoli, per l.finalem.§.illud.C.de tempo.app.& ita ẽt inquit Sal.in d.§. illud.qui dicit ꝙ hoc communiter tenetur.iste autem Dominicus nullam diligẽtiam fecit post inhibitionem, quomodo ergo potest ipse dicere ꝙ steterit per iudicem, & quomodo potest dicere ꝙ summa ope nixus sit, vt causa appellationis terminaretur vt debebat,& ad hoc non fuit aliquid responsum per dñm aduocatum partis aduersæ. & posito etiam ꝙ stetisset per iudicem,& ꝙ Dominicus fecisset diligẽtiam suã & protestatus esset,cum tamen in veritate nihil fecerit, & dato ꝙ rõne impedimenti procedentis a iudice causæ appellationis debuisset Dñicus restitui in integrum coram iudice appellationis,iuxta notata per glo.& Bar.in d.auth. item si appellatione.cum si. tamen nũquam fuit petita coram ipso iudice restitutio in integrum,ergo appellatio erat deserta tempore sñiæ & per cõsequens sñia diffinitiua lata extra tempus instantiæ fuit ipso iure nulla, vt no.glo.in cle.si appellatione
8 de app. ut plenius dixi in alijs allega. ¶ †Item nõ fuit responsum ad id qđ dixi, uidelicet ꝙ propter reuocationem inhibitionis factam ex defectu iuris apparet ꝙ non probabili rõne fuit inhibitum, & iõ tunc tempora intelliguntur cucurrisse, per no.per Bal.in l.contra maiores.C.de inoffi. testa. ut ple-
9 nius quantum ad hoc dixi in primis allegationibus. ¶ † Prætereà etiam computando tempus a die reuocationis inhibitionis apparet ꝙ appellatio erat deserta.qđ plus est,immo etiam non constat de die quo præsentata fuerit per nuncium inhibitio domino Alberto,nec etiam in reuocatione inhibitionis si bene inspiciatur non exprimitur dies quo nuncius p̃sentauerit inhibitionem,sic nõ potest sumi fundamentum ex dicta inhibitione,& attenditur tempus receptionis inhibitionis.c.super eo.el 2.in fi.de app.cum sim.¶ Et per hoc patet uarijs ex causis quarum quælibet per se sufficeret non esse opus ingredi merita causæ,in quibus etiam dictus Bartholomæus iustitiam fouet,quia ille à quo ipse cessionem, & causam habet,possederat ante Dominicum,& postea cecidit à possessione, &

ne, & per consequens debet integrari per id quod habetur,
3.q.1.reintegranda.& per not.in c.cum ad sedem,& in c.sæ-
pe.de resti.spo.¶Nec obst.†q; sua culpa ceciderit a possessio-
ne realxando vnã ex dictis petiis terræ dictæ fabricæ,quia di-
co quod immo non fuit in culpa, quia errore ductus hoc fe-
cit,putans dictum Nicolaum decessisse sine filiis,vt in instru
mento continetur & probabilem habuit causam erroris, tũ
quia in facto alieno probabilis est ignorantia.l.fi. ff. pro suo,
tum etiam quia vt fatetur pars aduersa respondendo positio-
nibus,vt patet in processu.fol. 37. erat publica vox q; succes
serat dicta fabrica dicto Nicolao, & sic excusari debet, quia
fama inducit iustam credulitatem.l.fi.ff.de hæredi.institu.&
excusat a culpa vt notabiliter traditur per Io.And. in regula,
q; quis mandato.in mercurialib.Et hæc sufficiant.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Deduxi. in consilio præcedenti.

a De persona.]Idem dicit Bald. ad l.1.,q. 13. fi. de offic.consu & ad l. eleganter.§. si quis post.col.pe.ff.de cond. indeb. vbi tractat, de triplici superioritate,& idem Bald. ad c.1.§ ad hæc.de pa. iur. firman. vbi inquit, q; quando Cæsar incipit cognoscere, omnib. alijs, est impositum silentium. Alius autem iudex licèt alio sit maior,non inhibet, nisi sit superior in eadem iurisdictione, vel per viam appellationis. Et in omnibus his locis Bald. semper habet in ore illud dictum Arch. 11.q j. de persona. & de prædictis etiam latè ponit Iaso. consi. 144.dub.1.lib 2. Natta.

a Habuerit iurisd.] Facit,quia Episcopus potest inhibere suo vicario, ne de causa se intromittat, Innoc.ad c. Romana de appellat. in 6. Imola,& Abb.ad c.vt nostrum.de appella. Et specialis inferior,præfertur, superiori generali, vnde iudex non supplet defectum tutoris, nisi vbi non adest, vt de prædictis latè per Deci. consil. 72. colum. 2. Natta.

b ¶Protestetur.in fra eo. con. 200. ad fin.supra lib.2,consi.164. col.4. supra lib.5.consi.114.nu.4. consi.146. nu. 31. sed istud non est generaliter verum, vt per Deci.l.in omnibus causis, de regul. iur. Matthæum Afflict. decisio.Neap. l. & contrarium tenent, Iaso. l. ij. §. quod diximus. si quis cautio. Deci. cap.fin. de appella. consi. 356. Fran. Rip.tract. de peste. fol. 58.

SVMMARIVM.

1 *Positionibus quis tenetur respondere etiam ante litem contestatam.*

2 *Reus potest præuenire actorem vt declaretur se non teneri, numer. 3.*

4 *Exceptiones declinatoriæ videntur prius oppositæ.*

5 *Allegata in subsidium censentur conditionaliter allegari.*

6 *Libelli tot censentur, quod articuli.*

7 *Fructus non luctatur missus ex primo decreto.*

8 *Rubrica declarat legem.*

9 *Dictio aduersatiua inducit repetitionem præcedentium.*

CONSILIVM LXX.

In causa & lite inter Alexandrum quondam Bartho
lomæi de Casariis ex parte vna,& ser Mel-
chionem de Nigris ex alia, contingit dubitari an stante pro-
testatione facta dicto Alexandro pro parte dicti ser Melchio-
nis & oppositionibus factis pro parte dicti Alexandri peten-
tis super eis pronunciari.& latius prout in actis continetur,
& replicatione seu responsione facta pro parte dicti ser Mel
1 chionis contingit dubitari an positionibus productis, † pro
parte dicti ser Melchionis teneatur respondere dictus Alexã
der non obstante q; dicatur pro parte dicti Alexandri q; non,
* eo maximè quia dicit non esse adhuc * lit.contest. & quod di
ctus ser Melchion tenetur suam petitionem in scriptis offer-
re prout parte dicti Alexandri petitum est.dico breuiter mi-
hi videri dictum Alexandrum teneri ad respondendum posi
tionibus.primo,quia in omni causa ex forma statutorum p-
ceditur summariè, simpliciter & de plano,sine strepitu, & fi-
gura iudicii,vt habetur in statuto sub rubrica de inepta actio
ne. cum ergo in talibus causis non requiratur litis contesta-
tio,vt in cle.sæpe.de ver.sig. & in cle.dispendiosam,sequitur
q; etiam positiones quandocunque produci possunt etiam si
concernant merita causæ,vt no.Spe.in tit. depositio.§.4. in
princ. iunctis notatis per Spec.in tit.de teste. §. nunc tractemus.in princ. cum his,quæ ibi notat Io.And. in additio. in-
cipien. adde casus,&c. dum allegat dictam clementin. sæpe.
2 ¶†Confirmo, quia si alicui facta est protestatio,potest ipse cõ
parere,& petere remissionem dictæ protestationis,seu petere
declarari dictam protestationem, non ligare illum cui facta
est, seu illam esse nullam.l.de pupillo §.si is cui. & in §. qui
remissionem.& ibi no. Bar.ff.de ope. no. nunc.& q; hoc lo-
cum habeat in qualibet denunciatione seu protestatione fir-
mat clarè Pau. de Cast.in d.§ si is cui.pro hoc quia possum
adire iudicem & petere declarari talem actum vel contractũ
esse nullum & me non ligare. l. & si is. C. de prædiis mi. &
ibi no.& l.dolo.cum ibi no.in glo.fi.C.de rescin.ven.& clarè
no.Bar.in l.quæ sub conditione §.fi.ff.de condi.inst.cum cõ-
cordantiis. ergo cum pro parte dicti Alexandri dicti fuerit,
in eius comparitione protestationem prædictam esse nullam
& in effectu illam eum non afficere, & petierit super prædi-
ctis sententiari & pronunciari,istud nihil aliud est quam pe
tere in effectu remissionem dictæ protestationis & declarare
eam non valere.¶Præterea dictus Alexãder in dicta sua com-
3 paritione deducit plures exceptiones quas† dicit sibi compe
tere,vt exceptionem præscriptionis.& quasdam alias ibi de-
a ductas. constat autem q; ille qui alias futurus esset reus[a] po-
test se facere actorem comparendo in iudicio, & petendo de
clarari sibi talem exceptionem competere, vt colligitur, ex
duabus glossis no. quas ita intelligunt communiter ibi Bart.
& doc.vna est in l. si contendat. ff. de fideius. & ibi Bar. alia
est in l.Aurelius.§.certum.ff.de lib.leg.& not.clarè Bart. in
l. si finita.§.eleganter.in pen.col.ff.de dam.infe.in ver.an au
tem possit implorare officium iudicis, & c.cum ergo ita fece-
rit Alexander, nam nulla præcedẽte petitione & libello acto-
ris qui nihil sententiari, vel pronunciari petiit, comparuit
reus,& dixit in effectu sibi competere plures exceptiones, &
4 super eis pronunciari petiit,ergo ipse est actor in hoc.¶†Nec
obstat q; in dicta scriptura petierit Alexander offerri libellũ,
super prædictis per dictum ser Melchionem,& sic videtur q;
debebat intelligi primo loco per dictum Alexandrum petitũ
offerri petitionem ab actore.bene facit quod no. Bartol. in
l. quidam consulebant. in vlt.col.ff.de re iud.& Bald. in pri-
ma constitutione codicis. in pe.col.& in l. exceptionem. C.
de proba.& Ang.in auth.de exhib.reis.§.1. & l. non videtur.
ff.de iud. cum sim.vbi dicunt q; si plures opponuntur exce-
ptiones inter quas sunt aliquæ declinatoriæ fori.aliquę non,
censentur primo loco oppositæ declinatoriæ non attento q;
in ipsa scriptura sint vltimo loco descriptæ.Quia respondeo
primo q; istud procedere posset vbi simpliciter factę essent di
ctæ oppositiones: Sed dictus Alexander primò opponit, ali-
quas exceptiones super quibus petit ante omnia pronuncia-
ri.¶Posteà dicit q; inquantum prædicta non obstarent, & p-
supposito sine præiudicio q; fieri deberet restitutio possessio
nis dicto ser Melchioni,non debet fieri restitutio nisi offeren
ti debitum stantibus dictis excep.super quib. prius discuti &
pronunciari expresse petit,& q; conditionaliter, vt supra di-
cit,non debere fieri restitutionem possessionis nisi dentur A-
lexandro libræ mille. Et postea iterum dicit q; si & inquantũ
prædicta non obstarent,quæ secundum eum verè obstant, di
cit dictam requisitionem factam fuisse debitis modo & for-
ma,& propterea protestatur,quod non debeat procedi ad ali
quem actum in præiudicium dicti Alexandri, nisi prius con
stito & declarato sup prædictis de quib.petit sibi in scriptis,
5 offerri.†Apparet ergo quod ista particula in quo petit offerri
petitionem,est facta sub conditione,si & inquantum, alia su-
perius excepta non obstarent super quibus est petitum pronũ
ciari,ergo oportet primò cognosci & pnunciari an illa prius
* opposita obstant, quia ante non est verificata illa sequens* cõ
ditionalis clausula & petitio,sicut dicitur in c.Raynal.de te-
sta.in glo.in verbo, contra ipsam venirent.& glo.in l.non ab
re.C.vnde vi.& in l.qui de inoffi.ff.de inof.testa.& in l.1.ff.
de act.empt.& per id quod dicimus de libello, in quo dico
sententiam nullam,& si qua est appello & dico eam iniquam.
nam vnum remedium intelligitur deductum in defectum al
terius, vt per glo.& doc in l.1.C.quando prouo.& per doc.
in l.si expressim.ff.de appe.& per cano.in c.constitutus.de re
sti.in integ.& sic non potest hoc casu ex ordine intellectus,
censeri primò petitum offerri libellum, quia verba conditio
nalia non patiuntur,& ẽt hoc non patiuntur illa uerba ante

omnia

omnia pronũciari.c. non ſolum, in verbo, ante omnia. de ap
pel.in 6.c.quamuis.ad fi.de elec.id 6.l.ante omnia.ff.de pro
ba.etiam operatur illud verbum prius, in procœmio ſtorum,
§.diſcipuli.ibi dum dicit quod primum eſt, aliud ante ſe ha-
bere non poteſt.¶Præterea Alex.in dicta ſcriptura petit plu-
ra, nam petit declarari proteſtationem & requiſitionem non
valere, & ſibi non obſtare ex cauſis ibi deductis & ſibi compe
tere exceptiones per eum ibi deductas ſuper quibus petit ꝓ-
nunciari, petit etiam libellum offerri, & iſta omnia ſunt di-
6 uerſa, nam tot † cenſentur libelli & petitiones quot ſunt ar-
ticuli ita dicit Spe.in ti.de litis conteſta.§.nunc dicimus. in
princ.& in tit. de petito.& poſſ.§.1.ver.quid ſi epiſcopus.&
Ang.in l.ſcire debemus.in prin. per illum tex.ff.de ver. obli.
& Bal.in l.1.circa vltimam col.C.de fideic.& no. per Bal.in
l.libellorum.§.ſed ſi aliud ff.de accu.& Bal.in l.ordinarij.C.
C.de rei ven.ergo cum ſit ſuper illis articulis & petitionibus
Alexandri continentibus nullitatem & inefficaciam requiſi-
tionis & proteſtationis ſer Melchionis petitum pronunciari
& illi petitioni reſponſum eſt per procuratorem ſer Melchio
nis per talem productionem petitionis, & reſponſionem eſt
facta litis conteſtatio ſuper prædictis, ſcilicet an proteſtatio
prædicta valeat, & vigorem habeat vt ſupra, ſuper illa autem
parte, an teneamur petitionem producere eſt duntaxat, pro-
nunciandum ſi & inquantum prædicta alia prius oppoſita, ꝑ
Alex.non obſtent, & pronunciato, ſuper eis illa non obſtare,
quia ita conditionaliter petitum eſt vt deduxi. Nunc eſt vidē
7 dum † an antedictus Alexander lucratus fuerit fructus, pro
tempore quo pro executione ſententiæ diffinitiuæ latæ in hy
pothecaria fuit in poſſeſſione, ſtante maxime ſtatuto ſub ru-
brica, qualiter procedatur in cauſis ciuilibus reo non com-
parente. in ver. vbi autem hypothecaria, &c. & certè iſte paſ
ſus meo iudicio nullum habet dubium. nam de iure commu
ni conſtat ꝙ immiſſus ex primo decreto in hypothecaria da-
to ꝙ diceretur poſſidere, tamen quia poſſidet vt pignus con-
uentionale, non vt rem ſuam, non lucratur fructus ita in indi
uiduo decidit Sal.in auth. ei qui iurat.C.de bonis authen.in
poſ.in 11.vel 12. col. in verſi. quinto videndum eſt de effe-
ctu eius circa lucrum fructuum. ex qua ratione, & deciſione
infertur, ꝙ ſi lata erat diffinitiua in hypothecaria contra eũ,
& pro executione ſententiæ eſſet facta immiſſio in poſſeſſio-
nem rei hypothecatæ non lucraretur fructus dato quod dice
retur poſſidere. facit l.1.& 2. C.de pig.act. & c.1.& c. con-
queſtus, de vſuris. de iure autem municipali non inuenitur,
in caſu noſtro contrarium, ergo ſumus in iure communi, l.ſi
extraneus.de condi. ob cauſam.l.ſi dotem, in prin.ff.ſol.mat.
Nec obſtat dictum ſtatutum, quia loquitur, quando data eſ-
ſet tenuta ei qui contra contumacem ageret hypothecaria.
hoc enim primo patet ex rubrica quæ dicit qualiter proceda
8 tur reo non comparente. nam † textus declaratur per rubri-
b cam,[b] vt colligitur ex glo.in l.1.C.ne liceat tertio prouo. &
ibi ponderant Bald. in 2.col.& glo. in l.1.C. ne fideiuſ.dot.
dentur.& in l.1.& ibi no.Bar.ff.ſi cer.pet.& vbi textus poteſt
habere duos intellectus, & ſi vnus ſolus intellectus poteſt cō
uenire rubricæ, ille approbandus eſt, ſecundum Io. An.in ti.
de diſput. & allegationibus.§.fi.in fin.allegat not. per glo. in
c.cum monaſterium, de elec. ergo dictus verſiculus vbi autē
hypothecaria, &c. debet intelligi quando procederetur con
tra contumacem ad miſſionem vt loquitur rubrica. & expreſ
sè dictum ſtatutum circa prin. diſponit ꝙ quando procedere
tur contra non contumaces, debeant ſeruari ea quæ prouiſa
ſunt in ſtatuto de vocatis in iure, & quia in eodem ſtatuto,
ſub rubrica qualiter procedatur contra non comparētes erat
prouiſum ꝙ miſſus ex primo decreto lucretur fructus, quan
do agitur actione perſonali ad quantitatem contra contuma-
cem, ideo poſtea ſtatutum volens prouidere perfectè etiam,
quando ageretur hypothecaria vel alia actione, non ad quā-
titatem, ſed ad rem, ſeu ſpeciem contra contumacem diſpo-
6 nit idem in caſu illo. hoc † probatur, quia quando eſt adiecta
in aliqua particula ſtatuti coniunctio aduerſatiua, prout eſt
in dicto ver. vbi autem hypothecaria, &c. tunc ea quæ dicta
ſunt in præcedentibus intelliguntur repetita in ſequentibus.
ita dicit Bald. in l.omnes populi, in 13.col. in verſi. modo ꝗ-
rò vtrum vnum ſtatutum trahatur. allegat in fi. no per gl. in
in §.item lapilli, inſti. de rerum di. vnde decidit ꝙ ſi ſtatutum
primo dicat, ꝙ filia fœmina extantib. maſculis non ſuccedat
ab inteſt. niſi in dote, poſtea ſubdat ſtatutum, facto verò teſtō
non ſuccedat niſi in eo quod voluerit pater. &c. in hac vlti-
ma parte propter illam coniunctionem aduerſatiuam, ſubin-
telligeretur, ſ. extantibus maſculis, ergo cum in ſuperioribus
partibus ſtatutum loquatur, quando contra contumacē da-
ta eſt tenuta, etiam ita intelligitur ſequēs pars ſtatuti propter
illam coniunctionem aduerſatiuam autem. Poſtremò ſtatutū
loquitur in tenuta data, quando agitur hypothecaria actio-
ne, ſed in caſu noſtro lata erat ſententia, & pro eius executio-
ne fuit facta miſſio, quo caſu non dicitur agi hypotecaria, ſed
dicitur agi actione in factum vel actione iudicati.l.actori. C.
de rebus credi. & ibi no. & l.miles.§.iudicati.ff. de re iud. vel
officium iudicis implorari, quo mediante etiam poteſt pro-
cedi ad executionem ſententiæ.l.4.§.ait prætor.ff. de re iud.
l.ſi pignora. ff. de euiction. Cætera ſuppleat præſtantia do-
mini indicantis. Alexander.

ADDITIONES.

* Non eſſe adhuc.] Quod poſitiones non fiant niſi poſt litem conte-
ſtatam, vide Iaſ.ad l.iudices.C.de iudic. Natta.
a ¶Reus. Alexan.l.ſi finita.§.eleganter poſt Barto.ibi de dam.infec.ſu-
pra lib.j.conſi.95.Bar.in l.vnica.ff.de condi. ex l.Roma conſi.99.Ma
ria. Soci. cap. cum ſit generale.num.8.de ſo.compe.Deci.cap. ſiue
autem in fi.de reſcrip.
* Illa ſequens.] Nota ꝙ admittitur in libellis cumulatio ſubordinata,
de quo ponit Alex.ad l.edita col.antep.C.de eden. Natta.
b ¶Rubricam.ſupra eo.conſi.6.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes recepti lite non conteſtata, non probant.*
2 *Locatione ſine perceptione mercedes, non probat dominium, nec poſſeſſionem.*
4 *Teſtis deponens ad exonerationem ſui vel patris ſui, non probat. num. 8.*
5 *Citatio facta non expreſſo loco, coram iudice ordinario, non valet.*
7 *Delegatio iudicis non præſumitur, niſi probetur.*
9 *Poſſeſſio antiquior vincit recentiorem.*
10 *Teſtis deponens ſuper negatiua non coarctata ſuſpectus eſt de falſo.*

CONSILIVM LXXI.

In cauſa & lite inter Nicolaum Rangonem & con-
ſortes ex vna, & Alexandrum, Baptiſtam Ca
a rolum de Taſſonibus & conſortes ex altera, iam alias ſcripſi,[a]
quæ futuræ eſſent dominorum iudicare debentium in meri-
tis cauſæ, poſito ſed non conceſſo ꝙ teſtes Nicolai Rangoni
melius & de antiquiori poſſeſſione probàrent, quàm teſtes il
lorum de Taſſonibus, nunc verò requiſitus ſum ad maiorem
& abundantiorem cautelam dicam an Nicolaus dicatur me
lius probaſſe in poſſeſſorio quam illi de Taſſonibus? & mihi
videtur ꝙ non, Capiamus enim primò teſtes, vt dicitur rece-
ptos coram Iacobo Bagarotto, & iſtos dico non probare. Pri
1 mò quia fuerunt † recepti lite non conteſtata, & ſic nulliter,
in auth. ſed & ſi quis. cum glo.C.de teſt.l.curent. cum glo.ff.
de teſt.& in cap.1. & per totum extra vt lite non conteſtata.
Prętereà capiamus primum teſtem, iſte non probat, nam in-
quantum iſte teſtis deponit de poſſeſſione Iacobi nil facit ad
propoſitum, quia per inſtrumenta producta apparet, quali-
ter Nicolaus, Lanfrancus & Tibias repudiarunt hereditatem
dicti Iacobi, & ſic non poſſunt vti poſſeſſione Iacobi. l. de ac-
ceſſionibus. ff. de diuer.& temp. præſcriptio. l. Pomponius.
§.quæſitum. ff. de acquiren. poſſeſſio. inquantum vero iſte te
ſtis deponit de tempore aſſerte poſſeſſionis Nicolai & Lanfrā
2 chi, dico quod non probat, quia deponit † de ſimplici actu,
locationis abſque ſolutione mercedis, per quam non pro-
batur dominium, neque poſſeſſio cap. inter dilectos, de fi-
de inſtrumen. & no. in l. qui vniuerſas.§.quod per colonum
& in l. quamuis.§.1. ff. de acquiren. poſſeſſio.& in cap. cum
Bertoldus, de re iud. ꝙ in hoc etiam peccat ſecundus teſtis,
& licet deponat iſte ſe audiuiſſe, ab his, quæ conducebant
a Nicolao de Rangonibus quod ei ſoluebant certam quan-
titatem

titatem casei pro mercede, tamen nõ probat, quia deponit de auditu ab ipsis conductoribus,† quod testimoniũ non sufficit. l.testium.cum ibi plenè no.C.de testi. & in c.tã literis, & ibi plenè doc.de testi.& in proposito nostro nò. Arc.22.q.5.hoc videtur. talis enim deponens de auditu non dicitur verus testis.no.gl.in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arc.quam multum notat Ant.de But.in c.quoties in fi.de testi.in eodem peccat tertius testis. & licet iste videatur deponere de solutione mercedis, tamen non probat, † quia deponit ad exonerationẽ suam vel patris sui cõductoris, quo casu testis nõ est idoneus, vt not.Bar.[b] in l.deferre, ver.idẽ decreuerunt. ff.de iure fi.& no.doc.in c.cũ a nobis,de test.& in c.fi.eo.tit.l.6.facit.l.omnibus.C.de test.& l.nullus.iũcta.l.testis idoneus.ff. de testib. Et idem dico de quarto teste, qui similiter deponit ad exonerationẽ patris sui conducentis a dicto Nicolao.& ideo sicut nõ est idoneus testis quãdo deponit ad exonerationem suã, vt dixi, ita nec quando deponit ad exonerationẽ p̃ris.d.l.testis idoneus.ff.de testibus.Omnes alii testes excepto octauo fuerunt producti per personam non legitimam seu mandatum nõ habentem, & non fuerunt legitimè iurati, & sic nõ probant.l.iurisiurandi.C.de test. nam licèt Iacobus Bagarottus † monuerit partes ad videndum iurare testes pro singulis diebus & horis, tñ quia in illa monitione nõ fuit locus expressus, & ille Iacobus Bagarottus non erat iudex ordinarius, nõ valuit illa monitio, vt expresse decidit Bart.in l.si vt proponis la ij.C.quomodo & quando iudex.& Ang.in l.vt perfectus, in pen.colu. C.de annali except.& not. in c.fina.de rescrip.& Specu.in ti. de citatione.§.1.versicu.item quòd citans est delegatus.& præterea laborant testes eodem morbo quo præcedentes. ¶ Non obstat testificatus dicti octaui testis, quia ille nil deponit de actu possessionis Nicolai & Laurentii, sed solùm de possessione domini Iacobi, in qua se fundare nequeũt dicti eius descẽdentes, quia eius hereditatẽ repudiarunt, vt dixi supra. ¶ Nec prędictis obstat quod princeps per rescriptum mandauerit illis testibus qui mortui dicebantur fidem adhiberi, quia respondeo primò quòd mandat fidem adhiberi in eo quod deponunt, sed ita est quod non deponunt nec probant possessionem Nicolai, sed potius locationem, ergo &c. Item respondeo quod rescriptum disponit ꝙ illis testibus qui nõ fuerunt recepti cum illis de Guidonibus credatur inter Rangonos & Guidonos acsi cum eis etiam producti fuissent, hoc est ꝙ euidenter sonant verba rescripti, sed quò ad Tassonos nihil disponitur in rescripto. præterea in supplicatione non fuit narratum ꝙ dicti testes non fuerunt rectè recepti, quod si factum fuisset † non est verisimile principem hoc concessisse, & ordinem iuris subuertere voluisse l.si quando.in prin. ff.de inoffi. testam.no.in cle.pastoralis.de re iudic.& in cle.sæpe.de verb. sign.¶ Accedit etiam quia non constat quod Iacobus Bagarottus fuerit iudex delegatus † & quod delegatio non præsumitur nisi probetur.c.cum in iure, & ibi gl.& Inn.de offi.dele.& doc.in c.quoniam contrà, de probat.nota.Bald.in l. ea quidẽ in 3.col.C.de accusat.¶ Venio ad testes nouiter productos per Rangonos.isti etiam non videntur probare. nam primus nõ probat, quia laborat eodem morbo quo dixi laborare tertiũ & quartum testes receptos coram Iacobo Bagarotto.¶ Secundus verò testis se refert ad aliàs testificata per se, & illa attestatio † ad quam se refert, non est in actis * mihi transmissis, vnde si non fuit producta nil releuat, vt not.Ioan Andr.in additio.Specu.in tit.de senten.prola.§. qualiter. ver. sed pone iudex.& Anto.de Butr.in cap.venerabili, de excep. & in cap.cũ venerabilis, de religio. domi. facit tex. in l.in testamento.la prima ff. de conditio. & demonstr. Et similiter tertius testis se refert ad aliàs testificata, & in actis mihi transmissis non reperitur illa attestatio. Quartus testis non probat quia deponit de conductione sua a dicto Nicolao, & ad commodum proprium testificatur vt exoneret se etiam, ne teneatur illis de Tassonibus pro fructu per eum percepto ex terris prædictis, & sic non probat per rationes adductas supra. Item quia super secunda petia terræ deponit de locatione siue perceptione mercedis, & sic non ꝓbat, vt in d.c.inter dilectos.& dixi supra.¶ Præterea testes illorum de Tassonibus probant † de antiquiori possessione, scilicet.30.& 25.& 22. annorum vt deponit maximè primus, tertius & quintus testis eorum.& possessio antiquior [c] excludit iuniorem tanquam clandestinam. cap.licet causam.de probat.& plenè per Bart.in l.si duo.ff.vti possi.& in l.1.C.vti posi.Non obstat id quod deponit Petrus Peregrini, qui se refert ad aliàs testificata per se, vbi deponit quod vidit illos de Buraldis pasculare in dicto nemore nomine illorum de Rangonibus, a quibus conduxerant dictum nemus prout audiuit ab eis, & sic deponit de conductione ex auditu alieno, & non deponit aliquid quod viderit solui certam mercedem, & sic non probat per allegata suprà.item est suspectus de falso dum deponit † super negatiua nõ coarctata breui tempore, dum dicit ꝙ illi de Tassonibus non potuissent possidere quod ipse testis nesciret, nisi a sex annis citra, vt no.Inno.in cap.cùm ecclesia, per illum tex.de causa possessio.& proprie.& not.Cy.in l.actor.C.de proba.& Barto.in l.1.in prin.ff.si quis ius dicen.non obtempe.& Barto.consi.194.incip.Commune Lucignani.& in l.1.§.hoc interdicto.circa medium.ff.de intinere actuque priu.& clarè Ang.in l.si per aliũ §.docere.ff.ne quis eum qui in ius vocabitur vi exi.& expressè probatum est contrarium per testes illorum de Tassonibus ¶ Eodem modo non probat sextus testis Nicolai, quia se refert ad alium suum testificatum.quem non inuenio productum, & quia satagit probare negatiuam non coarctatam nã deponit ꝙ illi de Tassonibus non potuissent possidere suo credere a.47.annis vel circa.& deponit falsum, nam contrarium probatum est per testes illorum de Tassonibus, in petitorio verò scripsi aliàs, ideo non repetam. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Scripsi supra, lib.3.consi.45.
b ¶Bar supra.eo.consi.14.nu.3.
* Non est in actis.] Facit, quia acta facta in alia instantia inter easdem personas, non faciunt fidem nisi reproducantur. Alex.ad l.2.in fi. cõment.C.de eden.& consi.82.col.fi.lib.primo. Natta.
c ¶Antiquior.supra lib.1.consi.110.lib.1 supra, lib.2.consilio.79. col.1.

SVMMARIVM.

3 *Sententia executiua non expectans aliam, censetur diffinitiua.*
1 *Iudex a quo etiam si detulerit appellationi, potest exequi lapsis fatalibus.*

CONSILIVM LXXII.

In causa & lite inter Gabrielem magistri Geminiani clericum ex parte vna, & do. Bartholomeũ
1 de Panzachijs ex altera. ¶ † Circa primum dubium quo quæritur, an executio facta cõtra Bartholomæum sapiat vim interlocutoriæ vel diffinitiuæ.& possit reuocari? breuiter respondeo ꝙ habet vim diffinitiuæ, cum principale negotium diffiniat, nec aliam super causa principali expectet post se diffinitiuam, per not.per glo.ordinariam in cle.1.in verbo diffinitiua.de sequest.pos.& glo.fina.& ibi doc. in l. qui restituere.ff.de rei vendi.& not.doc.in rubrica extra de re iudica. & per Barto.in l.si cum exceptione.§.hæc autem actio.ff. quod metus causa.& in l.non fatetur.ff.de confessis.in 2. colum.in versi.sed an isto casu poterit reuocari.ibi, dum dicit, nisi datus esset terminus quare non deberet fieri, &c.& not.Ang. & Mod.in l.5.in prin.ff.de verbo.obl.& in l.imperium, cum si. ff.de iuris.om.iu.& ideo cum non expectet post se aliam diffinitiuam in causa principali, non potest reuocari.l.post sententiam.C.de sen.l.iudex postquam.ff.de re iudi.& l.diem.ff.de arbi.& declarat Bart.& alij in l.quod iussit.eo.titu.& canonistæ in cap.cum cessante, de app.cum si.
2 ¶ Circa secundũ † dubium quo queritur, an si esset diffinitiua, debuerit in ea seruari ordo iudiciarius? & dico quòd nõ fuit necesse seruare in tali causa beneficiali ordinem iudiciariũ, qui esset necessarius in causis ordinariis, per id quod habetur in cle.dispẽdiosam, de iudi.iuncta cle.sępe.de ver.sig.pro hoc ẽt bene facit quod notabiliter voluit Inn.in ca.proposuit, de concessio.preben. in glo.magna circa fin.vbi dixit, ꝙ quando constat possessorẽ non habere ius in beneficio, pót ẽt non data diffinitiua fieri præceptum ꝙ dimittat possessionem.& notant doc.in c.fi.de præsum.vbi etiam plenè cõcludunt, ꝙ talis cui per rescriptũ committitur ea forma qua fuit cõmissum in casu nostro per dominum Legatum, non habet seruare ordinem iudiciarium nisi quò ad citandum & ad admittendum legitimas exceptio

nes & probationes, vt etiam no. Io. An. in c. accepimus, de ęta.
& qualita. & in c. dudum, el secundo de ele. cum si. ¶ Quò ad
3 tertium † & quartum dubium in quibus quęritur, an elapso
primo fatali possit dictus Bartolomeus appellans petere secū
dum fatale ex causa, vel iudex a quo possit reassumere iurisdi-
ctionem non obstante quod detulerit appellationi, & attento
ꝙ est appellatum ad curiam dicatur adhuc causa pendere in
curia. Patet responsio ex his quæ notat Inno. in c. ex ratione.
de appellatio. & ibi Ant. de But. Ioan. de Imo. & Abbas in vlti.
q. ibi formata per eos, vbi quærunt, an iudex a quo possit exe
qui post elapsum primi anni sententiā si aliud non fuerit sibi
intimatum de inpedimento appellantis? & concludunt quod
sic. subdunt tamen ꝙ si probaretur postea quod re uera fuis-
set impedimentum. aut impedietur executio, aut iam facta re
tractaretur. & pro hoc tex. iuncta gl. in aut. ei qui. in versi. se-
cundum fatale, de tempo. appel. quam ad hoc allegat Ioan. de
Imo. in d. c. ex ratione, in fi. & dicit hanc opinio. esse veriorē,
quia lapso anno si non apparet de impedimento deserta est
appellatio, & sic perinde est acsi nunquam fuisset appellatū, l.
fi. §. illud. C. de temp. app. iuncta dicta auth. ei qui. & sic non
obstaret delatio iudicis a quo, quia (vt dixi) perinde habe-
tur acsi non esset appellatum, quando non est causa appellatio
nis terminata intra debita tempora, per dictum. §. illud. & cō-
cludunt etiam docto. in d. c. ex ratione, quod iudex a quo qui
vult exequi post annum, non habet necesse citare appellantē,
a si vult exequi in eadem [a] re seu specie super qua iudicauerat,
vt etiam concludunt Domini de Rota sua conclusio. 349. in-
cip. Item si executor. & Bar. in l. a diuo. §. in venditione. ff. de
iudicijs. & in extrauag. ad reprimendum. in ver. executionem
& in l. meminerint. C. vnde vi. & Bald. in l. ordo. C. de execu.
rei iudi. & in l. ab executione. C. quorum appel. & in l. 1. in fi.
C. de iuris & fac. igno. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit.
ff. de pac. & Ang. in l. habere licere. ff. de euictio. & ī repetitio
ne. l. prima. C. de iud. & in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iu-
di. & Ioannes de Imo. in l. ab executore, in prin. ff. de appella-
tioni. & in l. si filio. la secunda. ff. sol. mat. & est magis commu
nis opi. & sic si in casu nostro esset per iudicem a quo exequen
dum in aliquo super quo fuisset per eum declaratum, posset
hoc fieri in eadem re absque alia citatione. Laus Deo.

ADDITIO.

a ¶ Eandem. imò, quia liquere debet iudici iurisdictionem ad se reuer-
sam, seu desertam esse appellationem, quod non potest esse nisi cita-
to appellante. & ita obseruatur.

EPITOME.

IVS patronatus non transit in fideicommissarium
vniuersalem.

CONSILIVM LXXIII.

In causa & lite inter Melchionem ser Dominici de
Starduis agētem, & dominum Christopho-
rum Restanum se defendentem super capellania & altari san
cti Sebastiani Martyris in ecclesia sanctæ Mariæ maioris, visis
actis & scripturis mihi exhibitis breuiter sentio dictum Mel-
chionem non posse obtinere, quia per literas domini Legati
committitur ꝙ si vniuersalis hæreditas Ioannis Berioni de-
uenit ad Mariā & alias mulieres in literis nominatas, & alia
narrata in supplicatione sibi porrecta sint vera, debeat reuerē-
dus decretorum doctor & canonicus dominus Hieronymus
de Grassis erigere dictam capellaniam seu altare in dicta eccle
sia cum assignatione certæ petiæ terræ pro dote relictæ in te-
stamento dicti Ioannis, & iuspatronatus reseruare dictis mu-
lieribus hæredibus supradictis, & ꝙ si dictę mulieres eis præ-
sentabant dictum Melchionem, debeat eum in rectorem di-
ctæ capellaniæ instituere, si eum repererit idoneum, sed ita est
ꝙ dictæ mulieres non sunt hæredes vniuersales dicti Ioannis,
adeò ꝙ in eas transeat vel transiuerit dictum iuspatronatus
& facultas præsentandi; vt probabo, ergo deficit conditio di-
ctæ commissionis. quod autem ita sit, probatur sic dictus testa
tor instituit Iacobum ipsius testatoris nepotem & filium ado-
ptiuum eiusdem testatoris hæredem vniuersalem, & si contin
geret dictum Iacobum nepotem quandocūque decedere si-
ne filiis masculis & superesse ex eo filias fęminas, voluit illas
dotari, & residuum suæ hæreditatis voluit erogari per eius cō
missarios inter filias fœminas legitimas & naturales natas ex
sororibus dicti testatoris arbitrio dictorum commissariorū,
& prout eis videbitur, & postea (vt dr̄) decessit dictus Iacobus
adita hæreditate dicti testatoris, & sic euenit substitutio fidei
cōmissaria cōprehēsa in dicta cōpendiosa substitutione facta
dicto Iacobo, iuxta. l. precibus. C. de impub. & aliis substi. l.
Centurio, ff. de vulg. & pup. & in c. Raynu. de testa. vnde posi
to etiā ꝙ per fideicommissum deuolueretur hæreditas ad di-
ctas mulieres deducta tamen legitima & Trebellianica debi-
ta dicto Iacobo nepoti testatoris ac filio adoptiuo iuxta dictū
c. Ray. & ibi not. & in c. si pater. de testa. in 6 iuncta. l. cum in
1 adoptiuis. C. de adopt. † tamē in dictas mulieres substitutas p
a fideicommissum [a] non transit iuspatronatus ecclesiasticum, vt
notabiliter decidit Bart. in l. quia perinde, alias incipit, quia
restituta, per illum text. ff. ad Trebe. & Bald. in l. cum virum, in
vlt. col. C. de fideicom. & Io. de Imo. in l. si patroni, in prin. ff.
ad Treb. vbi hoc latè prosequitur & dicit ꝙ nō meminit hoc
esse tactum per canonistas, & idem tenet Pau. de Cas. in l. pre
cibus, pręalleg. & in hoc omnes conueniunt, ergo non est pos
sibile reseruare iuspatronatus dictis mulieribus, cum illud eis
nunquā competierit. & si iuspatronatus nō transiuit in dictas
mulieres de quo iure principaliter tractatur, sequitur ꝙ quò
ad id de quo quæritur, non transiuit vniuersalis hæreditas in
dictas mulieres, imò iuspatronatus & iura directa hęreditaria
remanserunt apud dictum Iacobum, & successiuè apud hære-
2 dem Iacobi & extraneum, † quia iuspatronatus ecclesiæ tran
sit ēt ad hæredem extraneum. 16. q. 7. considerandū. & in cle. cū
plures. cum gl. in verbo hæredes. de iurep. no. Io. And. in c. cū
secundū. eo. tit. in antiquis. & constat ꝙ iuspatronatus acqui-
ritur fundatione vel dotatione. 16. q. 7. filiis nepotibus. & ple
nè no. ea. causa & q. in c. pię mentis. & plenè in c. nobis, de iu-
3 repatr. ¶ † Secundò probatur, in substitutum per fideicōmis-
sum non transit hæreditas etiam si euenerit casus substōnis, ni
si sit facta restitutio hæreditatis re vel verbo per hæredē insti-
tutum vel per hæredem hæredis. l. restituta. & l. facta, in prin.
ff. ad Treb. & l. nō iustam, & l. sancimus. C. eo. tit. sed ita est an
tequam facta esset aliqua restitutio fideicōmissi dictis mulie-
ribus. & antequam esset factum compromissum & latum lau-
dum inter dictas mulieres & hęredem dicti Iacubi defuncti
super dicta hęreditate iam fuerat cum authoritate ordinarij
translata dicta capellania cum eius dote ad altare sancti Ale-
xij existentis in dicta ecclesia sanctę Marię maioris, eo quia
dicta ecclesia erat plena & prouisa capellis & altaribus, adeò
quod commodè non erat ibi locus pro dicta, noua capella cō
struenda, cum hoc ꝙ de bonis hęreditatis dicti testatoris pro
uideretur opportunitati dicti altaris sancti Alexij, circa or-
4 namenta dicti altaris, quam † translationem * & immutatio-
* nem facere potuit ex causa prædicta ordinarius, vt probatur
in l. fi. & ibi no. Bar. ff. de ope. pub. & no. doc. in c. fi. de test. &
in terminis nostris determinat Io. de Imo. specificè in l. i. ff. de
condi. insti. in 2. & 3. col. licèt aliàs vbi non subesset dicta cau
sa subrogationis, non potuisset talis immutatio voluntatis te-
statoris fieri, nisi per Romanum pontificem, vt in cle. quia cō-
tingit. de religio. do. & facta dicta subrogatione dictus Chri-
stophorus fuit institutus rector in dicta capellania, vnde cū
in dicta subrogatione interuenerit consensus hęredis dicti Ia-
cobi ad quem pertinere debebat dictum iuspatronatus, sequi
tur ergo ꝙ licèt posteà per laudum latum inter dictas mulie-
res & hæredem dicti Iacobi, fuerit laudatum ꝙ exceptis non-
nullis bonis hæreditatis residuum dictæ hęreditatis spectare
debeat ad dictas mulieres, non potuit per dictum subsequens
laudum immutari illud, quod erat iam statutū circa dictam
capellaniam, & maximè in pręiudicium d. Christophori, cui
ius erat quæsitum. l. si vnus. §. ante omnia, & l. fin. ff. de pact.
¶ Tertiò, quia testator disposuit ꝙ si dictus Iacobus dece-
ret, residuum dictæ hæreditatis erogaretur inter filias dicto-
rum sororum testatoris per eius commissarios prout eis vide-
ret. cum igitur non fuerit facta distributio & erogatio per di-
ctos cōmissarios & secundū eorum arbitriū, non potuerūt trā
sire iura hæreditaria ex substitutione fideicōmissaria in dictas
5 mulieres, quia † ad hoc vt transeant dicta iura, oportet ꝙ re-
stitutio hęreditatis fiat secundū quod testator disposuit, vt est
tex. in

tex.in l.sed & si ante. ff. ad Treb. & l.cum pater.§.a filia,cum ibi not. per Bar.ff. de leg.2. & istud fundamentum etiam per se solum sufficit ad elidendum omnem intentionem agentis, quia si non haberet vniuersam hæreditatē, literæ domini Legati non suffragantur eis,& tunc clarissimè constat ꝙ iuspatronatus non competit eis,sed esse debet apud eū,qui habet dicta iura hæreditatis dicti testatoris, vt not Barto.in d.l.quia perinde,cum aliis suprà allegatis, & sic debet remanere apud hæredem dicti Iacobi,id est apud dictum patronum.nam hęres hæredis primi testatoris est hæres.l.fin.C.de hære.insti.l. pater fam. ff. de vul.& pup. cū si. Ex prædictis etiam apparet fuisse narratum mendacium in supplicatione porrecta domino Legato,in qua narratum fuit dictum Christophorum cōtra ius occupare dictam petiam terræ occasione institutionis de eo indebitè factæ.Postremò cum dictus Melchion sit minor nedum.25.sed etiam 20.annis, non est idoneus, iuxta.c. cum in cunctis.§.inferiora.de elec. ergo non potest ad prędictum beneficium admitti.Cętera suppleat pręstantia domini iudicantis.Alex.

ADDITIONES.

¶Fideicommissum.Alex.d.l.quia perinde.d.l.si patroni & in l.centurio.col.11.de vul.& in l. præcibus & ibi Ias. col.12.deci. col.3.C.de impub.& aliis subst.Ias.in l.si non sortem.§.libertus.col.6.de condi. indeb.l.2.C.de in ius voc.l.pro hære.§. Papinianus.co.fi. de acq.hære.Fran.Ripa.rep.l.Centurio.nu.54.de vul.& pup.Roch.Cur.trac.de iure patro.versi.ipse vel is a quo.nu.20.Bene dic.rep.Ray.ver.si absque li. more. 2.nume.24.limita nisi fideicommissario tota hæreditas restitueretur.

¶Dolo supra,li.1.cons.65.ō.lib.5.consi.164.Fran.Cre. supra,lib.4.cōsil.62.dixi in consu.Parisi.§.6.gl.6.nu.20.Aymo consi 193.nu.9.

¶Verba supra,li.3.consi.56.

Quam translationem.] Vide etiā Bar.ad l.legatum ciuitati. ff.de vsu fr.leg. Natta.

EPITOME.

TVTOR licet analogistes tamen teneatur facere inuentarium,& exhibere librum rationū,aliàs contra eum iuratur in litem.

CONSILIVM LXXIIII.

In causa & lite inter filios & hæredes Antonii Valentini ex parte vna, & Baldasarem de Trispidinis ex alia,viso testamento dicti quondam Antonii & instructione causę,sentio contra dictum Baldasarem tutorem deferendum esse iuramentum in litem dictis hæredibus & iuxta
1 illud debere dictum tutorem condemnari. ¶ † Quia testator non remisit confectionem inuētarij, mò illud fieri mandauit de omnibus rebus hæreditatis suę, & præsupponitur ꝙ tutor non præfectè posuit omnia in inuentario, quia omisit certas vaccas,carettam,& equum, qnę omnia vendiderunt tutores, sed inuentarium fieri debet de omnibus rebus etiam mobilibus.l.tutores.C.de admini.tut.imò si post confectum inuentarium ea inuenerit,debent addi inuentario.l.fi.§.tali.C.de cura.fur.& not.gl.in d.l.tutores.in verbo, instrumentorum.& ibi Bal.& glo. prima in l. tutor qui repertorium. in princ.ff. de admi.tuto.& ideo cum non legitimè & perfectè inuentarium confecerit omittemdo dicta bona 1. uidetur esse in dolo,* & defertur iuramentum in litem contra eum, prędictis quorum fuit tutor.d.l.tutor qui repertorium,in prin.& ideo circa hanc condemnationem non gaudet tutor absolutione relicta in testamento & legato, quo relinquitur sibi omne id in quo condemnaretur,quia cum spreuerit legem sibi datam à testatore in testamento non conficiendo inuentarium, igitur indignus est beneficio ipsius testamenti,quia tale legatum presumitur sibi relictū vt assumat & gerat tutelā, quēadmodū disponit testator.l.Nesennius.§.fi.ff.de excusa.tu facit. l.fi.§. sin autē aliquis.C.de iure delibe.& c.quia frustra.de vsur. Se-
2 cundò † quia si tutor habet librum rationis administrationis tutelæ,& recusat eū exhibere (vt dicitur) cēsetur esse in dolo, adeò ꝙ cōtra eū potest.deferri iuramentū in litē, quod nō deferē nisi cōtra dolosum.l.1.§.officio. cū glos. ff.de tute. & ratio.distra.l.1.C.de in litem iuran.& l.in actionibus ff.de in litē iuran.& liberatio dicto tutori relicta in testamento non extenditur ad ea quę tutorem teneri contingeret ratione doli,quia dolus talis * futurus non potuit a testatore remitti tutori, ne daret materiam delinquendi.l. quidam decedens. & ibi not. ff de admi.tut.& plenè per Bar.in l.ab Aurelio.§.Caius.ff.de li.leg.in versi.sed quid si relinquitur liberatio alicui pro administratione futura. &c. magis tamen me mouet ratio præcedens.& etiam ea quæ infra dicam.¶ Tertiò moueor per id
3 † quod notabiliter consuluit Ange.in consi.75.inci.Viso dicto statuto.& maximè,vbi concludit quod etiam quando testator liberauit tutorem futurum a redditione rationis administrationis,& vltra hoc disposuit in testamento ꝙ si cōtingeret tutorem condemnari occasione dictę tutelę legabat sibi omne id in quo contingeret eum condemnari, tale legatum non porrigitur ad peruenta ad manus talis tutoris,nec ad dolosè facta per id quod habetur in d.l. quidam decedens. & iō subdit in dicto consilio ꝙ si bona immobilia pupilli non subsistente causa alienauit, censetur esse in dolo, etiam si testator generaliter licentiam vendendi ei concessisset, quia debuit vendere causa subsistente, aliàs autem vendendo cum vēdere non possit, dicitur dolo facere & pupillum spoliare, allegat notata per Bar.in l.alio. ff. de aliment. & ciba. lega. & similiter dicit quod si quid ad manus eius peruenit,& nō restituit, dicitur esse in dolo.l. qui restituere. ff. de rei vendi.igitur de omnibus prædictis rationem reddere tenetur, secundū Ang. nō obstante dicto legato,& bene facit d.l.ab aurelio.§.Caius. & quod ibi Bar.& prædicta decisio est multum ad propositū accommodata,quia etiam dicitur ꝙ dictus tutor peccauit, vt suprà circa venditiones bonorum pupilli, & si vendidit rem magni pretii pro modico dicitur fuisse in dolo, vt not.Bar.in d.l.alio, in versicu. quęro an executores vendere possint pro quanto pretio velint,per l.1.C.si vendi.pig. agatur. dicit etiā Bar.in d.l.alio,in ver.q̄ro an ex oībus,&c.ꝙ si sufficiebat, vēdere vnā rē modici p̄tij & vendidit vnā rē magni p̄tij,ēt dr̄ esse ī dolo,per id quod habeē in l. magis puto.§.ne passim, versi. nec ideo, cum ibi not. ff. de reb. eorum. & ideo ratione doli potest deferri iuramentum in litem contra tutorem conuentum actione tutelę,quæ est bonę fidei,d.l.in actionibus, iun-
4 cto.§. actionum. institu. de actio. ¶ † Quartò moueor per ea quę no.Sal.in l.cum necessitatem.C.de fideicom.vbi concludit ꝙ si testator legat futuro tutori liberationem a reddenda ratione, & legat ei quicquid appareret eum debere ex dicta administratione, quod hoc non operatur vbi apparet tutorē dolum commisisse, per d.l.quidam decedens, & per not.per gloss.in l.age. C. de transactio. ne aliàs detur materia delinquendi,contra.l.conuenire.ff.de pa.dota.l.si vnus.§.illud.ff. de pac.& ne tutor fructum suæ malignitatis consequatnr,cōtra.l penultim.C.de leg. & per alias plures rationes quas ponit Sal.in d.l.cum necessitatem.vbi refert se ita cōsuluisse, & ita tenere Pet.& respondet ad l. si quis rationes.ff.de lib.leg. ꝙ ibi loquitur in debito ipsi defuncto ex administratione prę terita, prout intelligit gloss. & Barto. in d.§.Caius.& dicta verba apposita in testamento operantur, vt videatur tutori remissa scrupulosa inquisitio, ita etiam per omnia consuluit Pe. de Anchara.in consilio 118.incipien. Casus talis est pater habens, &c.& Paul. de Castr. libr. 2. consilio 63.incipi.Ad primum quęsitnm respondetur, quòd non obstante dicta liberatione.sed plenius loquuntur Salic.& Petr.de Ancha. in locis prçallegatis.Ex quibus omnibus concludo dictum Baldasarem ratione non confecti inuentarij de omnibus rebus & ratione doli commissi in administratione, ut suprà deduxi, teneri ad reddendm rationem & ad consignanda reliqua, si qua penes eum sunt,& deferendum esse iuramentum in litem dictis hæredibus super quantitate damni subsecuti occasione non confecti inuentarii perfectè de omnibus rebus, & doli commissi in administratione per dictum tutorem. potest tamen iudex taxare vsque ad quantam quantitatem possint dicti heredes iurare, & quam non liceat excedere.l.videamus.
5 §.iurare.ff.de in lit.iura.¶ Circa † secundū dubium quo quæritur, vtrū obstet dictis heredibus exceptio eis opposita. s.qd eis non competit ius agendi contra tutorem prædictum, cō quia Lucretia mater dictorum hæredum, & vxor testatoris fuerit relicta domina, Massaria,usuaria & usufructuaria omnium bonorum, & sic uidetur quòd dictum ius agendi competat Lucretiæ? breuiter respondeo quòd hoc non obstat, quia dicta verba, dominam Massariam, vsufructuariam,&c.

existentibus liberis testatoris non important nisi relictum alimentorum cum illa dominatione seu præeminentia, quam ipsa habebat in vita mariti, vt not. in authen. hoc locum, C. si secundò nup. mul. & per Dy. & Bar. in l. titia cum testamento. §. fi. ff. de lega. 2. & Specu. in tit. qui fil. sint leg. versic. quid si vir. & Io. And. in c. si pater. de test. in 6. in nouella cum suis concordantijs. Alex.

ADDITIONES.

* Videtur esse in dolo.] Et nota q detecta falsitate codicis rationum in vno, in nullo fides adhibetur; Ias. consi. 4. col. pe. lib. 3. per not. per Innoc. ad c. fraternitatis. de hære. Nat.

* Quia dolus talis.] Dolus non intelligitur remissus, sequitur Rui. cõsil. 25. lib. 1. vbi rescriptum prohibens obijci obreptionem, & subreptionem, interpretationem illam accipit, vt de ea intelligatur loqui, quæ procedit ex ignorantia, non ex dolo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex diffinuando non debet aliquid reseruare.*
2 *Sententia potest reformari in fauorem appellati.*
3 *Sententia potest fieri super iure confesso, licèt non sit in ius deductum.*
7 *Interpellatio secunda tollit primam, & purgat moram.*
8 *Consignatio non integra non prodest.*
9 *Conditio non potest impleri pro parte.*

CONSILIVM LXXV.

In causa & lite inter ser Sperandeum ex parte vna, & magistrum Iacobum Rubinũ ex altera, duo sunt principaliter videnda. Primum, vtrum rectè sit pronuntiatum per vltimum iudicem secundæ appellationis inquantum absoluit dictum Iacobum à pensione petita & ab ea parte, in qua per ser Sperandeum petebatur condemnari Iacobũ ad accipiendum inuestituram? ¶ Secundò erit videndum, an iustè pronunciauerit dictus iudex inquantum in effectu pronunciauit, non teneri ser Sperandeum ad faciendum instrumentum venditionis dicto Iacobo? ¶ Et antequam discutiatur
1 primum † dubium, est videndum, vtrum magnifici domini de cõsilio coram quibus præsens causa pendet, possint cognoscere de iniquitate dictæ sententiæ respectu illius capitis, in quo pronunciatum est in fauorem Iacobi respectu pensionis & inuestituræ? & dubium facit, quia quantum ad hoc videntur latæ duæ sententiæ in fauorem Iacobi, vnde ex forma statutorum non videtur vlterius de iniquitate sententiæ posse cognosci: sed hoc non obstante contrarium videtur de iure verius, quia in vltima sententia iudex pronunciando reseruauit dicto Sperandeo ius agendi & petendi pensiones ex persona dominæ Laurentię, & quia (vt infrà dicetur) ius ex persona dictæ Laurentiæ intelligebatur esse deductum in præsenti iudicio, non debebat iudex reseruare, sed condemnare reũ actore probante, aut absoluere reum actore non probante, iuxta. l. de qua re. & l. qui accusare. C. de eden. & ideo dicit Bald. in l. peremptorias, in 4. colum. C. sententiam rescin. quòd iudex tales reseruationes facere non debet nisi ex causa, & ibi enumerat aliquas causas. & not. etiam Bart. in l. 1. C. depositi per illum tex. & in l. fina. C. de compensa. & per Anto. de Butr. in cap. suborta, in fin. de re iudica. & hæc reseruatio non erat facta in prima sententia, vnde inspecta prima sententia Sperandeus non potuisset agere ad pensiones etiam ex persona dominæ Laurentiæ, quia cum fuerit in iudicio deductum etiam ius ex persona Laurentię, vt infrà dicetur, sententia absolutoria generaliter prolata producebat exceptionem rei iudicatę quò ad omnes causas agendi deductas in iudicio. l. de eadem re. & l. & an eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iud. Et per cõsequens secunda sententia non est cõfirmatoria primæ, vnde non sumus in casu statuti. ¶ Fortificatur, quia pars aduersa appellauit a sententia in parte & partibus facientibus contra eam, & non est dubium quod respectu dictæ reseruationis dicta sententia est lata contra partem aduersam. patet, quia inspecta prima sententia non potuisset Sperandeus agere ad pẽsiones ex persona Laurentiæ, cũ ergo pars aduersa appellauerit seu appellasse intelligatur ab illo capitulo, ergo de necessitate videndum est, an dictus iudex debuerit reseruare, an verò simpliciter confirmare primam sententiam, absoluendo indistinctè Iacobum a pensionibus, an verò eum in pensionibus condemnare debuerit, & per consequens super illo articulo à quo appellauit pars aduersa potest Sperandeus adhærere appellationi partis aduersæ, & iudex potest in fauorem partis appellare pronunciare & sententiam reformare, vt est tex. in l. ampliorem, in principio, & ibi no. doc. maximè Bald. C.
2 de app. & in l. fi. C. quando prouo. ¶ † Confirmantur prędicta ex his quæ latè concludunt domini de Rota in conclusione. 358. incip. Item si addo a diffinitiua sententia. & Anto. de Bu. in cap. cum Ioannes, ad fi. de fide instru. vbi per plura volunt q appellatus propter appellationẽ partis aduersæ possit consequi addi sententię in fauorem suum, quod consequi non poterat ex persona sua. l. petendę. C. de temporibus in integrum resti. pe. c. authoritate. de cõcessio. præben. lib. 6. ¶ Hoc pręsupposito dico partes dominorum iudicare debẽtium esse in pronunciando malè iudicatum & bene appellatum respectu pensionem & inuestituræ, & condemnandum esse Iacobum ad pẽsiones soluendas & ad inuestituram accipiendam secundũ formam iuris communis & etiam statutorum, iuxta. l. fin. ad fi. C. de iure emphyteu. hoc autem esse verum, probatur, quia Baucius author Iacobi tenebat istam rem ad vsum a Sperandeo vel ab authoribus suis, vt confitetur reus conuentus respondendo positionibus actoris, & etiã in comparitione quã fecit dictus Iacobus, quando comparuit corã iudice causa faciendi depositum, ergo cum habeat causam ab alio vsurario Sperãdei tenetur recipere inuestiturã, & per cõsequens soluere pensiones vt disponit statutum, & ẽt in exceptionibus suis fatetur Iacobus q recognoscebat ista re iure vsus à Sperãdeo, & q soluit pensiones vsq; ad annum 1452. & ẽt fatetur hoc respõdẽdo duodecimæ positioni. ¶ Nec obstat ad hoc si diceret q Sperandeus egit ex persona Antonii de Montolino, & tamquam ipse Antonius dederit Nicolao de Sperandeis patris dicti Sperandei pro dote vxoris dicti Sperãdei rem vsualem de qua vertitur quæstio, & reperitur q antequam Antonius dederit rem prędicto Nicolao eã prius alienauerat in Laurentiã sororem dicti ser Antonij, de qua Laurentia non est facta mentio in libello, quia rñdetur pluribus modis. & primò, quod ipsius reus conuentus confessus est (vt dixi) q Baucius author ipsius Iacobi tenebat dictã rem ad vsum à Sperandeo, vt dixi s.
3 & sic cõfitetur intentionem agentis, & dato † ẽt q non esset deductum aliquod ius, tamẽ si aduersarius cõfitetur illud ius, illa confessio prodest acsi deductum esset, ita dicit Ang. in l. vulgaris, in prin. ff. de fur. allegat notata per Inno. in c. qualiter & quando, de accusat. facit quod no. Bart. in l. confessus. ff. de custo. reo. & Specu. in tit. de actio. & peti. §. qualiter. versi.
4 quid si lis. ¶ Secundò respondeo † q in libello narratur q dictus Nicolaus pater Sperandei habuit causam a dicto Antonio, prout apparet in tali instrumento ad quod se refert, & prout probabitur, ita in effectu continetur in libello, & in dicto instrumento apparet q nedum dictus Antonius, sed etiã dicta Laurentia eius soror & quilibet eorum insolidum dederunt dictam rem in dotem Nicolao prædicto, cùm ergo illa verba prout apparent in instrõ, & prout probabitur, sint qualificatiua narratorum in libello. l. edita, & ibi not. doct. C. de eden. cum concondantiis, omnia quę sunt probata per dictũ instrumentum vel aliter videntur deducta in dicto libello. sufficit enim expressum esse in libello vel habitam esse relationẽ ad aliud. l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. & l. institutio talis. ff. de condi. insti. pro hoc etiam facit quia libellus debet latissimè interpretari in fauorem libellantis. l. si quis intentio
5 ne. ff. de iudi. no. Inn. in c. examinata, de iudi. ¶ Tertiò † respõdeo q si in causa principali deduco me habere titulũ ab vno, possum in causa appellationis obtinere probando habere titulum ab alio, vt no. Bald. in l. per hanc in 6. colum. C. de temp. appel. & quia illud si bene recolo, est fundamentum domini Vgolini, non dubito q per ipsum erit sufficienter tactum, idõ circa illud vlterius non scribo. ¶ Circa secundum principale an iudex iustè iudicauerit pronunciando ser Sperandeum nõ teneri ad faciendum instrm venditionis? & dico q sic, quia dictus Iacobus non soluit dicto Sperandeo quantitatem librarum 128. solid. 8. dena. 4. prout tenetur ex forma concessio
6 nis factæ dicto Baucio, a quo causam habet. nec ad hoc † obstat si dicatur q Iacobus interpellauit dictum Sperandeum, vt sibi faceret instrumẽtũ vẽditionis, & obtulit & deposuit de mandato

mandato iudicis dictam quantitatem ergo adimpleuisse dicitur.l.acceptam.C.de vsuris. & l.si soluturus.ff. de sol.& si depositarius cessit foro, periculum spectare debet ad dictũ Sperandeum, vt habetur in dictis iuribus, quia ad hoc pluribus modis respondeo. & primò ꝙ ad hoc vt dicta interpellatio releuaret, tenebatur dictus Iacobus exhibere Sperandeo instrumentum concessionis factę Baucio, & instrumentum acquisitionis ipsius Iacobi ex quorum inspectione constaret ipsi Sperando eum teneri pro dicta quantitate vendere dictam rem respectu directi dñii eidẽ Iacobo.l. si quis inficiatus.ff.depos. & ibi no. Bar.in cle.cãm,de ele.& l.qui in alterius,cũ ibi no.p Bar.de regu.iur. & sunt conclusiones communes vndiq; . sed istud seruatum non fuit, ergo &c.¶ Secundò respondeo † ꝙ dictus Iacobus primò fecit dictam interpellationem & depositum iudicialiter, postea fecit eandem interpellationem & depositionem extraiudicialiter, per quam secundam videtur recessum à prima, & ab omni mora pręcedenti commissa per Sperandeum, vt est glo.no.& ibi not. Bart. in l.Aemilius Largianus.ff.de minor.sed ita est ꝙ post secundum interpellationem extraiudicialem non fuit factum depositum authoritate iudicis depositarium eligentis, ergo illud depositum nõ releuat, vt d.l.acceptam.& l.si reus paratus.ff.de procur. ¶ † Tertiò respondetur quòd non fuit factum depositum integrum, quia non deposuit omnes accessiones prout requiritur, vt notat glo.in l.2.C.de vsuris. per tex.ibi allegatum. nam non deposuit omnem pensionem debitam.iam enim inceperat tempus secundi semestris pro quo soluenda erat tunc pensio, cũ tunc finita intelligeretur esse locatio vsurario appropriante, & sic tunc debebatur pensio, vt no.in l. eidem.C.loc.& plenè in l.si communis seruus Meuii & castrensis peculij.§.fi.per Bart.ff.de sti.ser.ac etiam non deposuit partem gabellæ soluẽdam pro parte Sperandei pro dicta venditione ad quã gabellã soluendã integram tenebatur dictus Baucius & successiuè dictus Iacobus habens causam ab eo, vt expresse prouisum est in instrumẽto concessionis factæ Baucio circa finem instrumẽti, quæ pars gabellæ dicebatur esse pars pretii.l.fundi partem. ff.de contrahen.empt. ¶ Quartò respondetur, ꝙ nõ tenebatur Sperandeus facere sibi instrumentum venditionis, quia nõ est verum dicere ꝙ Iacobus habuerit titulum ad hærede vniuersali Baucii, nam Baucius decessit tribus relictis filiis Iuliano, Ioanne & Christophoro. Ioannes autem hæreditatem patris repudiauit, postea Iulianus asserens se scire Ioannem fratrem suum repudiasse hæreditatem patris pro dimidia, adiuit hæreditatem patris pro dimidia cum beneficio inuentarii, & reliqua dimidia spectabat ad dictum Christophorũ. deinde decessit Iulianus, cuius hęreditatem Ioannes, adiuit, & eam adire non potuit nisi pro dimidia, qa ꝓ alia dimidia deferebatur Christophoro de iure, vt est vulgatũ.& sic Ioannes q védidit Iacobo, non est hæres nisi pro vna quarta parte Baucii, vñ cũ solueret dictã quãtitatẽ librarũ 128.solidorũ 8.& dena.4. non sit in obligatione, sed in condõne, quia non est obligatus Baucius & habens cãm ab eo soluere, sed eo soluente tenebatur dña Laurentia & habens cãm ab ea facere sibi instrumentum venditionis, ergo cum non possit Baucius adimplere dictam conditionem soluendi nisi pro parte pro qua habet cau
9 sam ab hæredibus Baucii, tale † impedimentum conditionis
a pro parte fieri non potest, nec releuat,[a] quia est indiuiduum.l. cui fundus.ff.de condi.& demon. & plenè no. Cy.in l.si plures.C.de condi.insert.imò attento ꝙ petebatur fieri venditione in totum. dato ꝙ Iacobus potuisset petere eam pro parte ꝓ qua Ioannes erat hæres Baucii, tamen non fuit in mora Sperãdeus si pro parte non fecit ex quo pro tota petebatur, vt not. Bar.in l.qui solidũ, in prin.ff.de lega.2. insuper dicitur quod acquisitio facta per Iacobum ab hærede vsuarii non requisito proprietario seu directo domino non tenuit tam de iure cõmuni.l.fi.C.de iure emphy. & c. potuit, de loca.quàm etiam ex forma statutorum. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Releuat.vide Aymo.consi.106.vbi decidit, quod si is qui vendidetat fundum pro trecentum quinquaginta sub pacto de retrouendẽdo intra certum tempus, deposuerit trecentumginta tantum, si emptor ea accipiat, censetur renunciare resolutioni pacti de retrouendendo, quæ inducebatur ex lapsu temporis, ita quod licèt ex interuallo restituerit eam summam depositario, tamen cogi potest etiam post tempus reuendere, toto & residuo pretio oblato. Sed ego dico ꝙ si illa receptio partis erat facta intra terminum redimendi (vt ipse innuit) malè cõsuluit, quia censetur emptor partem recipere sub spe ꝙ persoluetur intra terminum, nec propter hoc renuntiat pęnę resolutionis facultatis redimendi.l.5.§.fi.de ver.ob. etiam si non restituat ante terminum lapsum si verò receperat partem pretij post terminum, casus erat de indubitato, nec opus erat argumentis.

SVMMARIVM.

3 *Locatores duo intelliguntur quilibet pro parte sua locare.*
5 *Emphyteusis non potest transferri in ecclesiam.*
6 *Emphyteuta vendendo non cadit in commissum, nisi tradat.*
7 *Successor singularis potest referre quæstionem dominij.*
8 *Iuuare quis se non potest ex confessione impugnata.*
9 *Ignorantia excusat emphyteutam, & probatur iuramento. numero 12.*
10 *Peritorum consilio credens excusatur à pœna & impensis.*

CONSILIVM LXXVI.

In causa & lite inter Moniales sancti Gulielmi agentes, & Robertum de Robertis se defendẽtẽ, nec non inter dominam Bonauenturam hæredem Polãtonii de Ciuidale, & dominæ Blancifloræ matris dicti Polãtonij cõparentem ad defensam dicti Roberti habentis causam a dicto Polantonio. Dico ex pluribus partes domini iudicantis esse debere in absoluendo dictum Robertum. & antequàm veniã
1 ad merita causæ dico ꝙ † processus etiã nullus, quia caret litis contestatione, quæ est de substantialibus iudicii, iuxta plenè no.in l.prolatam.C.de sent.& not.2.q.1.in primis. nec obstat si dicatur ꝙ per oppositionem exceptionũ inducitur litis contestatio, quia respondeo, ꝙ per oppositionem exceptionis declinatoriæ certum est ꝙ non inducitur litis contestatio, vt no. gl.& omnes.in l.1.C.de litis cõtes. sed in exceptionibus reus opposuit exceptiones declinatorias ergo nõ potest videri lis contestata, & licet in eadem scriptura exceptionum reus cõditionaliter opponat & alleget exceptiones peremptorias, tamẽ conditionalis rñsio nõ inducit litis contestationem, vt singulariter no.Bal.in l.si qdẽ.in vl.col.C.de excep.vbi ad hoc sub-
2 tiliter ponderat gl.ibi.† ꝑterea rñdeo & secundo ꝙ ẽt per oppositionẽ exceptionis peremptoriæ nõ inducitur litis cõtesta
a tio,[a] vt est casus in c.2.de litis cõtes.in 6.maximè qñ opponũtur ex interuallo post productũ libellũ, secundũ Bart.& alios in l.1.C.de litis conte.& Ant.de Bu.in c.1.de lit.cõte. prout fuit in casu nostro, quia post menses & mẽses a die productionis libelli fuit producta scriptura exceptionũ peremptoriarũ, quæ ẽt fuit producta parte aduersa absente, quo casu nõ inducitur litis cõtestatio, vt firmant doc.in d.l.1. C. de litis cõtes. dr̃ enim cõtestatio.i.simul attestatio, vt d.l.1. fortificatur hoc ꝑcepto iudicis qui mandauit litem contestari. Modò me cõuerto ad merita causæ circa q̃ pręsuppono, ꝙ solus dictus Polãtonius fuit inuestitus ab illo syndico monasterij sancti Gui
3 lielmi.secundò est ponderandũ † ꝙ locatio facta Roberto nõ fuit facta per Polantonium solũ, imò fuit facta in eodẽ instrõ per Polantonium & dominam Blanciflorã, quo casu quilibet vr̃ locare pro dimidia.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duob.reis & per consequens Polantonius non videtur locasse nisi dimidiam rei ad ipsum pertinentis, vnde dato ꝙ illa locatio facta in Robertum esset alienatio, de quo hic nõ expedit disputare, cùm abundè tactum sit in consiliis Roberti, tñ non fuit alienatio nisi pro dimidia, ergo pro alia dimidia remansit in bonis & hæreditate Polantonii, qui decessit intestatus sine liberis superstite Bonauentura matertera sua, quæ tanquam proximior eius hæreditatem adiuit, vt constat publico instrumento aditionis. & de matre dicti Polantonii & dictæ Blanciflorę, ac etiam quòd Bonauentura esset matertera dicti Polantonii constant omnia hæc ex responsionibus partis aduersæ factis positionibus d.Bonauenturę, ergo vigore bullæ apostolicæ negari nõ põt quin dicta dimidia debeatur dictæ dñę Bonauenturæ vt hęredi dicti Polantonii.¶ Nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ Polantonius fuerit professus in raligione sancti Francisci, quia negatur hoc esse probatũ, imò contrariũ appa
4 ret ex instrumento producto in actis. Pręterea, qñ quis † profitetur religionem fratrum Minorum, bona eius deuoluũtur aduenientes ab intestato, secundũ opi.Io. An.& magis cõmunẽ

in c.in præsentia, de probat.item ad hoc non obstat si dicatur
ꝙ Polantonius donauit dictis fratribus minoribus dictam rē,
quia respondeo primò ꝙ res donata per Polantonium est di-
uersa ab illa de qua est quæstio.item posito ꝙ ita esset, qđ non
affirmo,quia in actis non inuenio istud instrumentum dona-
5 tionis, tamen † talis donatio non valuit facta ecclesiæ [b] quæ
b est de personis prohibitis,vt in c.potuit, de loca.cum ibi not.
& not.Spec.in titu.de loca.§.nunc aliqua. versicu.116.& est
expressè ita cautum in dicta bulla.nec potest dici quod per ta
lem donationem nullam ceciderit a iure suo, quia hoc non
est iure cautum,imò contrarium, quia ita demum per aliena-
tionem cadit emphyteuta à iure suo quando alienatio fuit ef
ficax, & talis quod ex ea potuerit ius acquiri. vnde videmus
6 † ꝙ si emphyteuta irrequisita ecclesia vendidit, si tamen non
c tradidit,[c] nō incidit in cōmissum,quia ex sola venditione * nō
* transfert ius sine traditione,ita per plura concludit Spe.in d.
§.nunc aliqua.versic.95.& Ioan.An.& do.An.in d.c. potuit.
& Bald.in c.1.§.aut si libellario.in pen. colum.in tit.qui.mo.
feu.amit.& in c.imperialem.in prin.in secunda col.de proh.
feudi ali.per Fede.& in l.1.§.deniq; in tit.quę fue.prima cau
sa benefi. amit.& sic pro dicta dimidia est inuestienda dicta
Bonauentura quæ a die scientiæ & aditæ hæreditatis inconti
nenti obtulit se paratam recipere inuestituram & facere om-
nia ad quæ de iure tenetur.¶ Secundò principaliter circa ma-
teriam causæ dico ꝙ moniales non possunt in aliquo obtine-
re contra Robertum.ad quod probandum præsuppono quod
in locatione facta Roberto per Polantonium non apparet qđ
Robertus conduxerit istam rem tanquā de iure dicti monaste
rii,quia de isto monasterio non fit mentio in illo instrumēto.
7 vnde dico † ꝙ licèt Polantonius qui habebat causam ab eccle
sia,non potuisset ecclesiæ referre quæstionem dominii, iuxta.
l.si quis conductionis.C.loca.& l. commodare, cum l.seq.&
ibi no.ff.commo.& plenè in l. si alienam.ff.so.mat.tamē Ro-
bertus qui pro parte est singularis successor dicti Polantonii
bene potest referre quæstionem dominii, maximè cū ipse ha-
beat titulum onerosum,vt latè probat Bar.in l.rem alienā, in
secūda & 3.col.ff.de pigno.actio.& Cyn.& Bar.in l.cùm res.
8 C.si aliena res pig. cum concordantiis. ¶ Nec apparet † quod
vnquā Robertus nomine suo proprio soluendo aliquid reco
gnouerit istam rē a monasterio. & licèt dicatur quod in qua-
dam supplicatione producta coram consilio Robertus cōfes-
sus fuerit rem istam esse dicti monasterii, tamen respōdeo qđ
in dicta supplicatione hoc nō affirmat Robertus.patet ibi dū
dicit,vt dicitur,secundò respondeo quod pars aduersa uega-
uit ꝯtenta in illa supplicatione esse vera, vnde non possunt se
fundare ex eo qđ impugnarūt.l.Pap.§. meminisse.ff.de inoff.
testa.& in c.ex eo.de re.iu.in 6.& in proposito not.Spe.in tit.
de posito.§.8.versi.1.& Bart.in l.non vtique. ff. de excep. &
in l.post legatum.in prin.in 4.col.ff.de his qui.vt indig.imò
constat & fortius,quod ista res nō est dicti monasterii, sed est
Iacobi Arotis, qui eam iure proprio emit, vt constat publico
instrumento producto in actis, cuius Iacobi bona etiam sunt
hypothecata dictæ dominæ Bonauenturę tanquàm hæredi
dominæ Blanciflora,cui fuerunt hypothecata omnia bona di
cti Iacobi pro libris 400.quas ipse ei dedit in dotem, vt con-
stat in instrumēto producto in actis. & sic apparet rem aliter
se habere & nō esse monasterii,ergo monasteriū nō potest ob
tinere contra Rubertum referrentē quęstionē dominii.¶ Ter-
tiò principaliter adducitur,quia dictus Robertus si & in quā
tum ille contractus locationis sibi factę fuerit alienatio, & in
quantum dicta res in totum vel in partem spectet iure directi
dominii ad dictū monasterium, asseruit & iurauit nō habuis-
9 se de hoc scientiam. † & ignorantia probatur per iuramentū.
c.pastoralis,de exce.c. si verò. de sent. excō. quinimò pſumet
in facto alieno.l.fi.ff.pro suo. c. ab excōmunicato, de rescri.
vnde debet restitui ratione ignorantię ex clausula gn̄ali, si qua
mihi iusta causa, vt no. glo.& doc.in l.2. C. de iure emp.& l.
cū filius. §.in hac & in l.ad diē.ff.de ver.ob.& Spe.in d.§.nūc
aliqua ver.18.& Io.An.in c.cū quis in ius.de re.iu.i 6.in mer-
curalib. ¶ Nec ad hoc obstat illa supplicatio de qua dixi s̄.qa
est rn̄sum.¶ Nec etiam obstant illæ partitæ solutionū, quia nō
soluit nomine suo Robertus, sed nomine & mādato alterius.
10 Item rn̄deo, ꝙ posito ꝙ per productionē † dicti libriculi vide
retur Robertus fateri cōtenta in eo esse vera, vt no.in l.1.§.edi
tiones,de edē.& no.Inn.in c.cum olim,de censi.& Bar.in d.l.
post legatū, in prin.tamen non potest hoc fundamentū fieri
nisi a tpe productionis dicti libri,sed ita est ꝙ a tempore pdu
ctionis d. libri antequā transiret annus & mensis petita est in-
uestitura,quia eodem an.s.1359.mense Octobris fuit petita
inuestitura ,vt constat in actis.Item non apparet ꝙ dictæ par
titæ loquantur de eadē re de qua inuestitus erat Polantonius,
nā Polātonius fuerat inuestitus de terreno sine domo, sed par
titę faciunt mentionē de domo & horto,quā conducebat Ro
bertus nullis appositis confinibus,& sic scriptura nō est certa
11 pp defectum confiniū.l.forma, in prin.ff.de cēsi. ¶ † Quartò,
quia quis excusat' si credidit peritis in iure.l. in bonorū.& ibi
no.Bar.ff.depo.ergo Robertus excusari debuit si credidit cōsi
liis peritorū. Et in pposito dicit Pe.de An.in cle.ne Romani,
in prin.de ele.ꝙ habēs pro se opinionē doctoris excusare a pę
na cōdēnationis expensarū,quæ est pęna legalis,qa a tali pęna
legali qs excusat' ppter iustā causam.l. qui solidū.§.ēt.ff.de le
ga.2.no.gl.& doc.in l.ex ꝯsensu.§.fi.ff.de ap.& no.gl.fi.i l.ab
executore.C.quorū ap.nō reci.& Io.An.in c.1.in fi.de elec.in
6.& Bal.in l.2.ad fi.C.de epi.audien.ergo.si opi. doc. dr̄ esse
iusta cā,adeòquod excusat a condemnatione expensarū a qua
excusatur ille qui habet iustam causam, vt d.l.qui solutū.§.ēt.
d ita debet excusare ab ista pęna [d] legali a qua excusatur quis pp
iustam causam, vt notant gl.& doc. in locis proximè allegatis.
& notat Io.An.in c.1.de postula.prælato.lib.6.vbi etiam vult
quod opinio doctorum excuset.& alibi dicit Bal. quod dictū
nobilis viri inducit iustissimam credulitatē, secundū Bal.in l.
indicia.C.de rei vēd.alle.no.per gl.in l.Titio fundus.ff. de cō
di.& dem.& no.Io. An.& do.Ant.in c.cura,de iu.patr. & nō
pōt negari quin plures sint doctores qui sequuntur hoc,sci-
licet quod dicta locatio non sit alienatio, vt voluit Bal.in l.vo
luntas.C.de fideic.& Ang.in cōsi.184.inci. Ex serie & forma
dictorum instrumētorum. Quintò,quia probatū est p plures
testes quod in ciuitate Ferrariæ seruatū & practicatum & in
terpretatū est per facientes similes cōtractus & per notarios
& ciues Ferrarienses qđ dicta locatio nō intelligat' esse aliena-
12 tio,ergo verba † contrahentiū.s.Roberti & Polantonii debēt
intelligi & interpretari secundū cōmunem & vulgarem intel
lectum.c.ex literis,de spōsal.& l.librorum.§.quod tamē Cas-
sius. de leg. 3. Pro hoc facit quia vulgaris hominum opinio
inducit iustissimum errorem.l.cum quidam.§. quod dicitur.
ff.de acqui.hæred.& no.Barto.in l.Celsus, in secūda col.ff.de
vsuca.ergo dato quod per ipsam locationē nō posset fieri prę
iudicium ecclesiæ quin deberetur capisoldum sicut de aliena
tione,tamē saltem debet excusari talis conductor a pœna pri-
uationis si non petiit inuestituram post quam iusto seu iustis-
e simo errore motus fuit ad opinandum [e] quod non teneretur
eam petere, & in veritate seruare contrarium,esset valde cru-
dele & iniquum. Ex istis infertur conclusio,quod aut absolui
debet reus ab obseruatione iudicii ppter nullitatem pcessus
& litis cōtestationis, iuxta.c.examinata. de iud.& l.1.§.1.ff.si
mensor fal.mo. dix. & omnes probationes tāquam factæ lite
nō contestata non valent,extra vt lite nō cōtes.per totū. vel de
bet absolui Robertus diffinitiuè ex plurib. capitibus supradi-
ctis,quorum quodlibet de per se est sufficiens. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Contestatio Intelligendum quandiu reus non concludit contra li
bellum.sed est incertum an opponatur ad processum,an ad merita
causæ,alias secus.& sentit Panor.ca.1.col.10.de lite contest.
b ¶ Ecclesiæ.dixi in consue.Par.§.12.nu.57.
c ¶ Tradidit.dixi in consue.Par.§.13.gl.5.nu.2. idem in feu.sup.lib.1.
consi.30.nu.14.& in vtroque latè And.Tira.in consue.Pic.ti.retrac.
§.1.gl 2.nu.43.cum seq.
* Quia ex sola venditione.] Idem tenet Alex.consi.173.col.1.lib.2.Ias.
ad l.fi.col.19.q.extra gl.C.de iure emphy.vbi limitat,nisi in instru-
mento intercessisset constitutum, quia tunc res alienata caderet in
commissum. Natta.
d ¶ Pœna.sup.lib.5.consi.66.
e ¶ Opinandum.vnde communis error excusat oblationes vasalli stri
cto iure imperfectas,& eximit eū à commisso fructuum , vt dixi in
consue.Pari.§.52.gl.1.

EPITOME.

TESTATOR legauit Luciæ trecentos ducatos
pro dote quando nuberet, ita vt si quod vitium ad-
mitteret

mitteret,esset in discretione executorum testamenti,
vel maioris partis eorum.Morruo testatore, Lucia im
pudicè se gessit cum quodam Martino, quem etiam
occultè Lucia in domum hæredis introduxit,tandem
matrimonium contraxit cum dicto Martino, & petit
legatum.Respon.Alexan.hæredem absoluendum, &
quod Lucia solum petere potest,vt dicti executores se
cundũ suã conscientiã, declarẽt quid & q̃tũ ei debeat.

CONSILIVM LXXVII.

In causa & lite inter Luciam vxorem magistri Ioan-
nis Martini de Leonico agentem,& Ioannẽ
Petrum de Laude se defendentem, partes iudicis esse videntẽ
omninò in absoluendo d.Ioannem Petrum,nã ipse agit actio
ne ex testamento ɔtra dictum Ioan.Petrum hęredem ser An-
tonii de Laude mercatoris, ex eo ꝙ d. Antonius testator reli-
quit in testamento d.Lucię ducatos ducentos in pecuniis, &
ducatos centum in panniis pro dote quando nuberet, tamẽ in
d.testamento iuxta dictum legatũ disposuit testator per hæc
verba videlicet, [a] & se nullo mancamento occorresse de ditte
due donzelle(che Dio non lo voglia)lasso in la discritione de
la maior parte de mei comissarii è recomandole a tutti per lo
amor de Dio però sono figliole di anima & per bon rispetto,
non voglio alcuno suo parente ne padre ne madre se impazzi
del suo maritare,ne possa toccare niente de la sopraditta dot-
tè è tutto per bona casone.constat autẽ quod dicta Lucia post
dictum testamentum & mortuo dicto testatore filocapta fuit
cum dicto Ioanne Martini, & sibi amore venereo afficiebatur,
& ab eo enxenia & literas recepit more taliter se amantium.
hoc deponunt plures testes producti pro parte Ioannis Petri,
vt presbyter Ioannes, magister Modestus,& Bona ac Rada &
Maria & Samaritana & Catharina,& quod plus est probatur
quod dicta Lucia introduxit in domum de nocte Ioannem
Martinum vt deponunt dictus presbyter & Bartolinus &
Rada ac Sumaritana & plures alii testes, vt Iacobus, Frãciscus
& Ioannes de Mediolano. fortius etiam deponit d. Rada ꝙ
audiuit dictam Luciam in lecto stantem & loquentem cum
dicto Ioanne Martino de nocte,& posteà fuit inuentus latere
1 in studio, vt deponit Rada & Samaritana.modo † sic mulier
quæ * mentem corruptam habet etiam si corpore fuerit inta-
cta,non dicitur castè & honestè viuere,imò adultera dicitur,
vt probatur 32.q.5.nec solo.& in c.seq. vbi taliter scriptum
est,videlicet, nec solo tacto & affectu, sed aspectu quo appeti-
tur,& appetit concupiscentia fęminarum. nec dicatis vos ha-
bere animos pudicos si habeatis oculos impudicos, q̃a impu
dicus oculus impudici corporis est nuncius. & cum se inuicẽ
sibi etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nunciãt im
pudica.& secundum concupiscentiam carnis alterutro dele-
ctantur ardore, & in tactis ab immunda violatione corpori-
bus fugit castitas ipsa de moribus.& in c.sequenti dicitur,qui
viderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mechatus est.
quia enim Gręco vocabulo adulter mechus dicitur, cum nõ
aliena cõiux,sed mulier videri prohibetur,aperte veritas ostẽ
dit ꝙ etiam solo visu (cũ turpiter vel inupta conspicitur)adul
terium perpetratur &c. Præterea si quid impudicitiæ causa
factum vel tẽtatum est,pęnam saltem deportationis meretur,
etiam si delictum non fuerit consumatum & perfectum.l.1.
2 in prin.& in fi.& ibi no.ff.de extraordi.crimini.¶ Accedit† ẽt
id quod no.Bal.in c.1.in prin.in 6.vel 7. col. in titu.quibus
mod.feud.ami.vbi dixit,quod tantum est dicere, talis iacuit
cum tali muliere,quantum est dicere,adulterauit eam,allegat
gl.primã in l.Cassij Caij. ff.de fideic.lib.sed iste Ioannes Mar-
tinus fuit cũ dicta Lucia existente in lecto, ergo satis dici põt
3 eam corruptam.ex his ergo euidenter liquet Lucia commisis-
se defectum & vitium,eamq; † dehonestasse domum hęredis
qui personam testatoris representat, in auth. de iureiu.a mo-
rien.pręsti.in prin. fuit etiam Lucia particeps iniuriæ illatæ
hęredi testatoris, nam Ioannes Martinus ingrediendo noctis
tempore domum Zampetri ad actum illicitum dicitur iniu-
riam intulisse Zampetro.l.vulgaris.§.qui furti. ff. de fur.& l.
qui domum.ff.de iniuriis & præstans opẽ delicto,vt fecit Lu
cia, punitur vnà cum illo qui principaliter deliquit.l. is qui
opẽ.& l.in furti. §.ope.ff.de fur.l.1.C.de raptu virg.l.1.C.de
his qui latro.& per consequens sumus in casu in quo testator
comisit discritioni commissariorum testamenti. vnde ad per
sonas & arbitrium ipsorum executorum recurrendum est. l.
1.cum ibi plenè notatis.ff.de leg.2.& potuit testator propter
demeritum Lucię legatariæ sibi adimere legatum.l.vnica.C.
de his quæ pęnæ no.l.paterfamiliàs testamento. ff. de hæred.
institu. ¶ Non insisto circa conditionem & qualitatem perso-
nę mariti dictę Luciæ,quia illud erat considerandum per exe
cutores testamẽti ad quod ex dispositione testatoris pertinet
moderare dictum legatum secundum eorum conscientiam.
Nec etiam insisto circa testes receptos pro parte dictę Luciæ,
quia nihil dicunt propter ꝙ eneruentur aut elidantur prædi-
ctæ probationes. ¶ Non obstat etiam si diceretur quòd Rada
& Samaritana testes Zampetri habitant in domo dicti Zam-
4 petri vt eius seruientes,quia respondeo,† ꝙ ad probandum ea
b quę secretè [b] aguntur in domo, admittuntur ad testificandũ
illi qui sunt de domo.l.consensu.C.de repu.c.veniens, el ij.
de testi.& ad probundũ ea quæ clam & occultè fieri cõsueue
runt,lex est contenta probationibus quę fiunt per cõiecturas,
& quę haberi verisimiliter possunt.l.non omnes.§.a barbaris.
ff.de re mili.no.gl.& docto.in c.1.in verbo,authores.de testi.
in 6.not.Barto.in l.si quis ex argentariis.§.pe.ff.de eden.& in
l.in illa stipulatione.ad fi.ff.de ver.obl.& Hostien.& Io. And.
in c.fi.quod met.causa.& Fede.de Senis consi.119.inci. Nulli
dubium.& Spe.in tit.de fur.versi.pen.& Bart.in l.si quando.
C.vnde vi.& in l.de pupillo.§ si quis ipsi prætori.in 8.q.ff.de
ope.no.nun.& in l.continuus.§. cum ita. ff. de verb.ob.& in
l.non ignoro.C.de fru.& lit.expen.& Bal.in auth.quas actio
nes,ad fi.C.de sacrosan.eccl.& in l.si quis in hoc genus.C.de
epis.& cle.& in l.3.C.de episc.au.cum si.facit.l.filium diffi-
nimus.ff.de his qui sũt sui vel ali.iur.& l.si vicinis.C.de nup.
Et sic concludo dictum Zampetrum esse de iure absoluendũ
a petitis, & dictam Luciam debere petere vt dicti executores
compellantur declarare secundum eorum consciẽtiam quid
& quantum ei debeatur secundum formam dicti testamenti,
& victum victori in expensis,&c. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Videlicet,verba hæc Italica sic expone, & aliquod vitium accidat
de dictis duabus puellis (quod Deus auertat) relinquo discritioni
maioris partis executorum meorum,quibus omnibus easdem per ti
morem Dei commendo,quia sunt animi filiæ,& ex bono & perpen
so iudicio,nolo aliquos parentum earum , nec patrem nec matrem
sese impedire de eis maritandis,nec posse aliquid tangere de supra
dicta dote,totumq; id ob bonam causam.

* Mulier,quæ.] Quæ dicatur honestè viuere tradit Alex.ad l mulier.
§.cum proponeretur.ff.ad Treb.& idem cõsuluit.Bal.cons.20. Quia
dicta domina.li.4. Nat.

b ¶ Secretè,supra eo.consi.37.in fi.

CONSILIVM LXXVIII.

In causa & lite inter comitẽ Azonẽ ciuem Fauentię
tanquam patrem & legitimum administra-
torem dominę Isabettę & Polisenę suarum filiarum agẽtem,
& Rodulfum de Montecatone ac Dominicum quondam Mi
nii & hęredes Cilamellę se defendentes, viso processu dictę
causę ex pluribus concludo nullam sequi posse sententiam ni
si absolutoriam, quod ostendo ex plurib. Et primò quia vna
ex dictis assertis filiabus dicti comitis, scilicet Polisena ante
hanc litem inchoatã erat ingressa monasterium, vt narratur
1 in libello,† cuius libelli verba fidem faciunt ɔ producentem.
l.cum precum.C.de lib. causa.& l 2.C. de insti. & substi.sub
condi.fac. & p ingressum monasterii liberata est filia a patria
potestate, vt no.per gl.& doc.l.si ex cã.§.Pap.ff.de min.& no.
in ca.indecorum,de ęta.& quali. & sic pater desiit esse legiti-
mus administrator,quia pater ita demum est legitimus admi
nistrator filij, si filiũ habeat in patria potestate, ergo respectu
Polisenę dictũ iudicium est nullũ . ¶ Itẽ alia rõne ex persona
Polisenę non potest obtinere dictus agẽs,quia per ingressum
monasterii quicquid habet monachus transit in monasteriũ,
vt in auth.ingressi.& in auth.si qua mulier.C.de sacrosan.ec.
ergo si quod ius competebat dictę Polisenæ,illud fuit acquisi
tum monasterio, vt in proposito nostro notant doc. maximè
2 d.Ab.in c.in præsentia,de prob.¶ Nec obstat † ꝙ dicta Polise-
na cũ consensu dominæ Iacobæ superioris dicti monasterii,&

 etiam

etiam cum cōsensu aliarum. monacharum dicti loci donaue-
rit iura sibi competentia pro dicto legato dictæ Isabetæ suæ
sororis,quia respondeo,ꝙ dicta donatio fieri non potuit sine
solennitatibus requisitis in alienatione rei ecclesiasticæ, vt c.
tua,de his quæ fiunt a præla.sine consen.c.& c. nulli. cum gl.
de rebus eccl.non alie.& 12.q.2. sine exceptione. oportebat
enim inter cætera ꝙ primò fieret tractatus inter ipsas mulie-
res monasterii, vt in d.c.tua,& no.in c.1.de reb.eccle.nō alie.
in 6.& Spec.in tit.de loc.§.sequitur.vers.& scias.facit ad præ
dicta.l.magis puto.§.fundus.ff.de rebus eorum.Item non re
perio probatum ꝙ dicta Polisena & Isabeta sint filiæ dicti co-
mitis,ergo non comprehenduntur in dicto legato.Item & po
sito ꝙ esset probatum ꝙ essent filiæ suæ,tamen non potest age
re ex persona dictæ Polisenæ rationibus suprà dictis.Nec ob
stat si dicaur ꝙ saltē debet posse agere nomine Elisabetæ quia
respondeo ꝙ legatum pro quo agitur,fuit relictum maiori fi
liæ dicti comitis , & nō est probatū ꝙ ista Elisabeta sit maior
filia.Præterea dictum legatum fuit relictum filiæ maiori cum
nuberet,vel cum monasterium ingrederetur,ergo ad dictum
legatum non est nata actio nisi cum appareat ꝙ maior filia sit
ingressa monasterium,aut ꝙ nupserit.l.sancimus.C.de nupt.
l.hæc cōditio filiæ.& l.legata sub conditione. ff. de condi. &
dem.sed non constat plenè probatum esse de ingressu religio-
3 nis,nec de matrimonio,ergo &c.nec ad hoc † obstat ꝙ in illo
instrumento donationis facto per Polisenam,notarius enun-
ciatiuè asserat illam Polisenam esse de continentibus tertii or
dinis sancti Francisci,quia illa verba notarii quo ad alias per-
sonas fidem non faciunt,vt no.Inno.& doc.in c.quoniam cō-
tra de proba.& in c.cum in iure,de off.de leg.& probatur per
in quod habetur in auth.si quis in aliquo.C.de eden. & not.
doc.maximè Bal.in l.cū aliquis.C.de iure.deli.& Iac. de But.
in l.optimam.C.de contrahen.& com. stipul.& Bald.in rub.
C.de fide instru.in 7.col.cum si.Item dictum instrumentum
donationis non dicit ꝙ dicta Polysena sit religiosa seu religio
nem ingressa , sed solum dicit ꝙ ipsa est de ordine cōtinentiū
tertii ordinis S.Francisci.& certè mulier quæ est de tali ordi-
* ne non dicitur * ingressa religionem , vel monasterium , vt in
terminis dicit Bar.in l.commodissimè.ff.de libe. & posthu.&
in l.semper.§.si.ff. de iure immunita.& notant doc.in cle. cū
ex eo. per illū tex.de sent.exc.& doc. in c.2. de for. compe.&
glo.in cle.1.de religio.domi.& Bal.in l.placet.C.de sacrosan.
eccl.& Ang.consi. 218. inci. Visa facti narratione &c.ergo cū
legatum pro quo agitur, fuerit relictum maiori filiæ comitis
Azonis cum ipsa ingrederetur religionem, vel cum ipsa nube
ret,& Polysena nondum est ingressa religionem,nec nupsit,er
go nomine suo agi nō potest,nec etiam agi potest nomine do-
mine Elisabetæ,quia non constat ꝙ ipsa sit filia maior,dato ꝙ
constet ꝙ nupserit,quòd tamen non constat.& pro certo hoc
solum fundamentum per se est sufficiens pro victoria reorū.
4 ¶Vltra prædicta † ꝙ non possit dictus comes obtinere, patet,
quia agit hypothecaria,& necesse est ꝙ probetur ꝙ dominiū,
vel quasi istorum bonorum spectauerit ad dictam dominam
Antoniam,vt plene probat Bar.in l.rem alienam.ff.de pig.ac.
& Cy.in l.cum res.C. si res alie pig.data sit.sed non est proba
tum de dominio dictę dominæ Antoniæ, ergo non potest ob-
tinere in hypothecaria.nec obstat si dicatur ꝙ in positionibus
actoris est deductum, ꝙ Antonia tenuit dicta bona iusto titu
lo,& pronunciatum est,licet multum rigorose contra reos po
sitiones haberi pro confessatis, quia respōdeo ꝙ nō sequitur,
Antonia tenuit ista bona iusto titulo, ergo fuit domina,quia
potuit tenere titulo est conducto,vel ex causa pignoris,aut si-
mili & sic tenuisset iusto titulo,& tamen non fuisset domina.
Deniq; etiam non potest obtinere dictus comes stante exce-
ptione præscriptionis opposita per dictos reos, qui possede-
runt titulo emptionis,& bona fide per annos 19. & de titulo
constat per instrumentum, ex quo præsumitur bona fides.l.
pe.C.de euic.& de possessione constat quia actor in suis posi-
tionibus fatetur ꝙ dominus Gregorius vēditor possedit dictā
rem post mortem Antonię vsque in tempus venditionis,ergo
5 cum in instrumento venditionis Gregorius † constituerit se
possidisse re nomine emptorum,transtulit in eos possessionē.
l.quod meo.in prin.ff.de acq.pos.c.cū venissent, de resti.spo.
Bar.in l.interdum.in prin.ff. qui acq. pos.& qui semel posse-
dit,& hodie allegat se possidere,presumitur continuato tēpo
re possedisse,iuxta no.plenè in l.siue possidetis,cum suis con-
cordantiis. C.de proba. ¶ Vltimò non potest obtinere dictus
* comes, quia requirebatur * ꝙ in agēdo interuenerit cōsensus
filiarum, quarum nomine agit, & alias agere non potest.l.si.
ff.vbi autem.C.de bonis quæ libe.not.I non.in c.accedens,de
procura.cum si.Ex quibus concluditur pronunciandum esse
absolutoriè in fauorem dictorum reorum,& condemnari de
bet actor in expensis iuxta.l. properandum.§.sinautem alteru
tra.C.de iudic.

ADDITIONES.

* Non dicitur.] Nunquid mulieri de tali ordine pater teneatur con-
stituere dotem,sicut ingredienti monasterium, vide no. Bal. in trac.
do.1.q.prin.col.2.& seq. Natta.

* Quia requirebatur.] Vide Bal.Pau.Cast.& alios ad l.1.C.de bo.ma
ter.vbi videntur aliter sentire. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post desertam appellationem est nulla.*
2 *Annus secundus non datur appellanti, nisi probet de impedi-
mento.*
3 *Actus factus alia die vel hora citationis est nullus.*
4 *Sententia contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam,
non valet.*
5 *Regula transfert onus probandi in aduersarium.*
6 *Appellatio incerta non valet, nisi intra decem dies declare-
tur.nume. 8.*
9 *Nullitas procedens ex defectu iurisdictionis nunquam cense-
tur excludi.*

CONSILIVM LXXIX.

In causa & lite inter Hieronymum de Orabonis ap-
pellantem , & de nullitate sententiæ dicen-
tem,& Carolum de Marsiliis appellatum, visis & ponderatis
his quæ in themate narrantur mihi proculdubio videtur ri-
te & rectè fuisse pro parte dicti Hieronymi dictum de nullita
te dictæ sententię vltimò latę per Antonium de Brixis præser
1 tim ex infrascriptis.Et primò † præsuppono ꝙ causa appella-
tionis debet per appellantem prosequi & terminari intra an-
num a die interpositæ appellationis, & si intra dictum annū
cessante legitimo impedimento non fuerit termiuata , rema-
net causa appellationis deserta , & prima sententia transit in
rem iudicatam,vt in cle.sicut appellationem,& in cle.si appel
lationem,de appellat.& in l. fina. §. illud. & in authentic. ei
qui.C.de temp.appel. adeò ꝙ si post annum ferretur sentētia
a pro appellante,talis sententia esset nulla,[a] vt concluditur per
gl.& doc.in dicta cle.si appellationem.in verbo appellatus.&
per Bal.in auth.ei qui,suprà allegata .& in c.si.in tit.quo tem
pore miles.in vsi.feu.& expressius per Host.Io.And. Ant. de
But.& Io.de Imo.in c.ex ratione, de appel. vbi quærunt an si
elapso primo vel secundo fatali in caus appellationis feratur
sententia pro appellante,teneat?& per plures rationes conclu
dunt quod non sed dicta sententia lata per Antonium Brixiū
fuit lata post annum elapsum a die interpositæ appellationis,
& sic post finitum primum fatale,vt in d.auth.ei qui,& in di
cta cle.sicut appellationē,& in d.c.ex ratione , ergo est nulla.
2 ¶Nec obstat † si diceretur ꝙ propter impedimentum infirmi
tatis Caroli lex ipso iure concedit secundum fatale seu secun
dum annum,in authen.de his qui ingred. ad app. §.1.& no.
glo.doc.in d. c.ex ratione.quia respondeo.ꝙ hęc allegatio nō
suffragatur in proposito,quia de impedimento non est proba
tum & attento ꝙ causa appellationis fuit tractata in ciuitate
Bononiæ,& quod non allegabatur impedimentum de lōgin-
quo,oportebat de tali impedimento plenè constare quantum
ad effectum concedēdi secundum fatale, vt declarat Io. And.
in add.Spec.in tit.de appe.in secunda parte.§.nunc breuiter,
in additione incipiente,aduerte &c.& doc.in d.c.ex ratione.
& probatur in l.si.§.illud. in ver. euidentissimis probatio-
bus.C.de temp.app.& plene not. Ioan. de Imol. post alios in
l.quęsitum.ff.de re iudi.Præterea, vt quidam tenuerunt dato
ꝙ lex ipso iure indulgeat secundum fatale propter impedimē
tum, tamen requirebatur declaratio iudicis super hoc , per id
quod habetur in c.cum secundum. de hęret. in 6. tamen hęc
vltima

vltima disputatio non est necessaria postquam nihil probatū
est de impedimento. ¶Nec obstat etiam si diceretur ꝙ d. An-
tonius Brixius concessit d.Carolo dilationem 15.dierū pro-
pter infirmitatem ser Francisci de Ghisileriis loco secūdi fata
lis,& deinde etiam concessit aliam dilationem duorum men
sium d. Carolo propter eius infirmitatem loco secundi fata-
lis, quia respondeo dictas dilationes seu concessiones fuisse
nullas, quia † prima dilatio seu concessio fuit facta non ea
die & hora pro qua citatus fuerat d. Hieronymus seu ser Ba-
ptista eius procurator, sed inde ad tres dies, meritò fuit nul-
la.l.a procedente. C.de dila.& no.Spe.Io.And.in tit.de dila.
§.nunc uideamus uersi.sed pone ecce.& Ange.in l.fi.ff.de fe-
riis.& clarius Ant.de But.in c.licèt causam.circa tertiam uel
quartam col.de probat.Quòd autem si iudex citauit pro ho-
die ad actum expediendum, & inde ad tres dies postea expe-
diat,non ualeat,est clarum,ut no. Bar.in l.si uitem.§.si is qui
per illū tex.ff.quod ui aut clam. & in l.aut qui aliter.in prin.
eo.tit.& no.doc.in c.cum dilecti,de dolo & contuma.& in c.
2.de iudi. cum similibus, & sic patet ꝙ nulla dictarum dila-
tionum ualuit, & sufficeret ꝙ una earum fuisset nulla, quia
constaret quod sententia omninò esset lata extra fatale,etiam
si una tantum non ualuisset,& ideo cum præcedens sententia
lata in fauorem Hieronymi fuerit confirmata per desertionē
dictæ appellationis agitatæ coram d. Antonio Brixio, & per
consequens in rem iudicatam transiuerat acsi per Carolum
nunquam fuisset appellatum.d.l.fi.§.illud. sequitur ꝙ iudex
præsens causæ nullitatis uel appellationis interpositę per Hie
ronymum a sententia d. Antonii non debet confirmare aut
reformare dictam sententiam latam per Antonium, eo quia
4 iniustè ageret, postquam sententia lata in fauorem Hierony-
mi transiuerat in rem iudicatā & sententia lata † contra aliā
sententiam quæ in rem iudicatam transiuerat,regulariter nō
ualet.c.inter monasterium,cum ibi no.de re iud.l.1.C.quan
do prouo.non est neces.l.post sententiam.C.de senten.& in-
terlo.omn.iud.& licet nondum elapso biennio a die interpo
sitæ appellationis non dicatur liquidò constare appellationē
esse desertam, quia potuerunt subesse impedimenta legitima
de quibus posset constare per appellantem, & ideo non sit tu
tum exequi sententiam primam non citato prius appellante,
ut possit ostendere de impedimento,& sic de pendētia appel-
lationis, iuxta notata per doc.in c.in præsentia, de renun.cū
cum si. tamen quando appellans nō docet de impedimento,
aduersarius haberet fundatam intentionē suam ex regula quę
habet,quod appellans habet annum. & ex causa impedimen
5 ti biennium. d.c. ex ratione. † & sufficit ꝙ quis habeat regu-
b lam b pro se, ut sic transferatur in aduersarium onus proban
di exceptionem a regula.l. ab ea parte.ff. de probat.l.2. & ibi
no.Bar.si quis in ius uocat.non ierit.& no. Inn.in c.2.de di-
la. de nullitate etiam dictarum dilationum ultra superius di-
cta etiam apparet, quia nunquam dictæ dilationes fuerūt in-
timatæ d.Hieronymo seu eius procuratori, nec productæ in
actis,saltem eo præsente uel citato,ut requiritur.l.2.C.ubi in
rem actio.l.iudicès.C.de fide instrum.cum si.quia de eis fuit
rogatus alius diuersus notarius,qui nihil aliud scripsit in di-
cta causa, quod fieri non potuit.l.1.& 2.& ibi Bal.& Ange.C.
de spon.no Bar.in l.cum sententiam.C.de senten.& Iac.But.
in l.1.ff.de offi.consulis.& Bal.in l.fi. C.quo.& quan. iud.&
in l.testamenta.C.de testam. ¶Prætereà etiam dico ꝙ nedum
annus,sed etiam biennium est lapsum a die interpositæ appel
lationis per dictum Carolum antequam per iudicem appel-
lationis competentem fecerit causam terminari, quia die pri
mo mensis Decembris proximè præterito fuit lapsum bien-
nium, quo casu clarū est ꝙ est deserta appellatio Caroli. nec
obstat si diceretur ꝙ ante biennium fuit terminata per Anto
nium Brixium,quia respondeo, ꝙ Antonius Brixius qui erat
persona priuata, non erat nec esse poterat iudex dictæ causæ
6 appellationis, quia per d.Carolum fuit appellatum ad Papā
† & ad omnem alium,ad quem melius de iure appellare lice
ret, & sic appellauit copulatiuè ad Papam, & ad quemlibet
alium ad quem sibi appellare licebat, & constabat ꝙ poterat
appellare do. Legatum Bononiæ qui delegauerat causam do.
Ioanni Ant. de Boronibus.a cuius sententia cōfirmatoria al-
terius primæ sententiæ in fauorem Gieronymi latæ Carolus
appellauerat.c.1.de offi.dele.l.1.in prin.ff.quis & a quo app.
& cum intra decem dies datos ad appellandum non declara-
uerit Carolus coram quo intēderet pro se qui dictam appel-
lationem, s.coram Papa uel coram legato prædicto dicta ap-
c pellatio c ratione incertitudinis pro nō facta fuit secundum
communem opi.ut no.Io. An.post Spe.in tit.de app.§.nunc
tractemus.super uer.sed pone aliquos.& Ange.& Io.de Imo.
in l.1.§.si quis in appellatione.ff.de ap.facit ꝙ not.gl.& doc.
7 in c.si is cui.de offi.dele.in 6.cum si. saltem: cū simus† in cau
sa spectante ad forum ecclesiasticum,in qua debet ius canoni
cum seruari.c.dilecti.& c.clerici.de iudi.& de iure cano.po-
test non solum ad proximum immediatum superiorē appel-
lari sed etiam ad mediatum. saltem quando appellatur ad Pa
pam.2.q.6.ad Romanam.c.si duobus. de ap.& plenè legitur
& no.in c.dilecti filii prior.eo.tit.uel etiam posito ꝙ dicta ap
pellatio ualuisset ad hunc effectum ut corā Papa prosequi po
tuerit,ut fuit opi.quorundā quos refert Spe. in d.§.nunc tra-
ctemus.uersi.sed pone aliquis. tamen adhuc uerum est dice-
re ꝙ neq; intra annum neq; intra biennium fuit prosecuta &
introducta coram Papa. & sic coram iudice competēte.iuxta
auth.sed lis.C.de temp.ap. & in c.ex insinuatione,de ap.iun
cto. d.c. ex ratione, & licet ad supplicationem d.Hieronymi
appellati dominus Legatus Bononiæ commiserit causam ap-
pellationis dicti Caroli dicto Antonio Brixio tamen eam nō
commisisset, nec se intromisisset si in supplicatione fuisset si-
bi narratum ꝙ dictus Carolus appellauerat ad Papam, & ad
quemlibet alium iudicem ad quem melius appellare liceret.
nec committere potuisset se intromittēdo de his quæ specta-
bant ad iurisdictionem superioris.c.ex insinuatione,de app.
saltem attento ꝙ intra decem dies datos ad appellandum &
iandiu tunc elapsos, Carolus appellans non declarauerat co-
ram quo prosequi intenderet dictam suam appellationem,ut
dixi suprà.dictus autem Hieronymus in dicta supplicatione
porrecta dom.Legato non narrauit quod Carolus appellasset
ad Papam uel ad quem melius &c.quia ignorabat quomodo
appellasset,quia solum intellexerat eum appellasse,& erat in-
certus ad quem appellasset. & ideo cū Hieronymus uidit co-
ram d. Antonio Brixio produci appellationē sub forma præ-
dicta,non curauit ulterius prosequi causam coram ipso Anto
nio,cuius iurisdictionem etiam prorogare non ualuisset,quia
erat priuatus.l.priuatorum.C.de iuris.om.iudi.& delegatio
facta sibi per Legatum non ualuerat,maximè cum non fuerit
Legato narratum quod appellatum esset ad Papam in modo
supradicto. ¶Ex quibus apparet ꝙ dicta appellatio interposi
ta per d.Carolum fuit & est deserta,tamen quia sententia la-
ta super dicta causa appellationis fuit lata post lapsum anni,
& concessio dictarum dilationum non releuauit, tum etiam
quia est lapsum biennium antequam fuerit terminata dicta
causa appellationis per iudicem competentem, quo casu ne-
8 mo negat eam esse desertā.Insuper fuit deserta,† quia Caro-
lus appellās ad Papam & sedem apostolicam & ad quemlibet
alium iudicem, ad quem melius appellare liceret,dicitur in-
utiliter & frustrà appellasse,cum non declarauerit intra tem-
pus decem dierum donatorum ad appellandum coram quo
intenderet prosequi dictam appellationem,ut requirebatur.
Et per consequens apparet ꝙ sententia lata per Ioannem An-
tonium de Boronibus in fauorē Hieronymi à qua fuerat ap-
pellatum per d. Carolum transiuerat in rem iudicatam & in
consequentiam sententia d.Antonii fuerat nulla, ut no.gl.&
doc.in d.cle.si appellationem. & clarius doc.in d.c.ex ratio-
ne.& sic Hieronymus bene dixit de nullitate dictæ sententiæ
de qua nullitate euidentissimè cōstat ex alio capite,quia fuit
lata ab incompetenti iudice,quia concessio sibi facta non ua-
luit uigore rescripti surreptitii,& quia dom.Legatus non po-
tuit sibi committere dictam causam appellationis, nec eam
commisisset, sibi ueritas ad plenū narrata fuisset, vt suprà de-
duxi,nec debet iudex præsentis causæ dictam sententiam An
tonii Brixii confirmare aut reformare,quia iniquè ageret,at-
tento quod sententia Ioannis Antonii de Boronibus lata in
9 fauorem Hieronymi transiuit in rem iudicatam.† Item quia
sententia nulla fuit ex defectu iurisdictionis & incompeten
d tiæ,qui defectus nunquam d intelligitur exclusus & reiectus
vt inquit gl.reputata singularis in cle.1.de sequest.pos.quę est
magis communiter approbatā,& ideo meo iudicio intrepidè
ex prædictis infertur partes iudicis esse in pronunciādo fuisse

& esse

& esse bene dictum de nullitate dictæ sententiæ domini Antonii per dictum Hieronymum & dictam sententiam latam per dominum Ioannem Antonium de Boronibus in rem iudicatam transiuisse, & uictum uictori in expensis condemnandum. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Nulla. supra lib. 4. consi. 59. nu. 7.
b ¶Regulam. Dec. l. certum. si cert. pet. Ias. l. 2. col. 6. si quis in ius uoc. non ierit. Cur. senior. consi. 10. cum se. And. Tiraq. in consue. Picto. ti. retrac. §. j. gl. 9. nu. 19.
c ¶Appellatio supra lib. 2. consi. 164. supra lib. 6. consi. 12.
d ¶Nunquam. supra lib. 2. consi. 77. nu. 8. cum se. supra lib. 5. consi. 111.

EPITOME.

LICET minor non possit restitui contra substantiam matrimonij etiam inequalis si de eo constat, tamen si non constat per suam confessionem potest cōtra eum etiam nō probato errore restitui, & similiter aduersus sententiam & eius approbationem & appellationis desertionem, & confessio non potest diuidi, sed in totum acceptari vel sperni.

CONSILIVM LXXX.

In causa & lite inter Bondi filiū Baptistæ de la Fontana de Monte uirtute ex parte una, & Dorotheam quondam Syluestri de Buregnano, uisis actis mihi exhibitis videtur dictum Bondi iustitiam fouere, præsertim ex infrascriptis. Et primo præsuppono unū quod in facto mihi affirmatur esse probatum, uidelicet dictum Bondi esse minorem annis 25. saltem tempore sententiæ latæ contra eū per dominum uicarium episcopi Mutinensis. Secundò præsuppo
1 no aliud in iure † ꝙ quando minor læditur ex sententia matrimoniali, etiam citra remedium appellationis potest restitui in integrum. c. ex literis, de resti. in integrum, nam quāuis minor in causis spiritualibus habeatur pro maiore dummodò sit adultus. c. si. de iud. lib. 6. c. ex parte. & ibi no. de restitu. spol. tamen non sequitur, ꝙ ubi læditur, nō debeat restitui in integrum ut est gl. no. in l. 1. C. si de momen. posse. fue. appel. in gl. fi. in uer. nec ob. ꝙ admittitur in hac causa ut maior &c. & secundum Bal. ibi in fine, non est alia gl. melior in iure. & licèt non concedatur minori restitutio in integrum aduersus substantiam matrimonii quando constat per probationes te-
a stium uerè eum contraxisse matrimonium, etiam [a] si diceret se iuuenem & contraxisse matrimonium cum muliere uetula edentata, ut inquit Spe. in tit. de restit. in integ. in 2. parte in §. qualiter. in uersic. quid si quis contrahat matrimonium. &
2 no. doc. in d. c. ex parte. † tamen ubi constat solum ex confessione ipsius minoris de matrimonio, ut in casu nostro, tūc potest peti restitutio in integrum aduersus huiusmodi cōfessionem, quando ex actu propriæ confessionis læditur, si aliter de
b matrimonio non constat, quamuis [b] non probetur confessionem esse erroneam, ut probatur in c. 2. cum glo. 2. de restit. in integ. lib. 6. & l. certum. §. pe. uersi. minorem. ff. de confessis. &
* ibi not. Ange. qui per hoc * dicit quod si minor confitetur se deliquisse, & aliter non apparet ꝙ sit uerum uel falsum, debet restitui in integrum aduersus suam confessionem, & tamen si per testes probaretur de delicto, clarum est ꝙ non restitueretur in integrum aduersus delictum. l. 1. C. si aduer. delic. & l. si ex causa. §. nunc uidendum. ff. de mino. & dicit Ang. esse bene notandum & quotidianum, quod autem sit læsus ex dicta confessione patet, quia si ei staretur, cogeretur dictus Bondi
3 nubere mulieri satis dispari, † ut ipsa confitetur in actis, bonum autem & aptum matrimonium est in nubendo pari, ut inquit Host. summa de testi. §. 1. uersic. ubi autem. facit quod habetur in c. super eo, el ij. de testi. quamuis (ut dixi) si aliter quam per suam confessionem probaretur matrimonium, fateter eum non esse restituendum propter hoc aduersus ipsam substantiam matrimonii unde in casu nostro non petitur restitutio aduersus contractum matrimonii, sed aduersus confessionem suam, & sententiam inde sequutam, & eius approbationem tacitam uel expressim factam in minori ætate. bene facit. l. ait prætor. in princ. ff. de mino. & l. 1. C. si aduer. rem iudi. Et sic etiam uellet d. Bondi quod dicta sententia per uiā appellationis rescinderetur, dato quod non appellasset intra decem dies, & sententia lata pro matrimonio inter personas inter quas non erat prohibitum contrahere matrimonium possit transire in rem iudicatam, iuxta plenè notata in c. lator & in c. consanguinei, de re iu. & in d. c. ex literis, tamen etiam
4 potest restitui in integrum † de iure d. Bondi ad tempora appellandi, & saltem quando apparet quod sibi expediebat appellare, dicitur læsus si non appellauit, & debet restitui ad appellandum, ut declarat Bar. in l. fin. in ult. col. C. in quib. cau. in integ. resti. non est ne. per l. si minor. §. minores. & ibi not. de minor. 20. annis omiss. ff. de mino. & not. doc. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & hoc tantò magis procedit quando minor erat reus in iudicio, in quo fuit lata sententia contra eum, sicut in casu nostro, ut declarat Ful. & Pau. de Ca. in d. l. fi. quod autem expediret dicto minori appellare, patet ex iam dictis, quia dicta sententia ueniebat retractanda, attento ꝙ non erat de matrimonio probatum nisi per confessionē minoris contra quam debebat dari restitutio in integrum, ut probaui suprà stante disparitate prædicta inter d. Bondi & dictam mulierem. ¶Ex quibus apparet concedendam esse restitutionem tam ad appellandum si petatur aut petitum sit, quā etiam aduersus dictam coufessionem uel confessiones, & aduersus approbationem sententiæ. si autem non peteretur restitutio ad appellandum, posset coram iudice peti restitutio in integrum aduersus sententiam & eius approbationē propter læsionem prædictam, & omninò etiam aduersus dictam
5 confessionem, ut superius ostendisse puto. ¶Posset † etiam dici ꝙ per confessionem factam in principali causa per d. Bondi non sit fundata intentio dictæ mulieris, quia Bondi confitetur quod cum esset ipse filo captus in d. Dorothea & esset solus cum ea, & uellet eam carnaliter cognoscere, & illa recusaret, promisit ipsi Dorotheæ eam accipere in uxorem, si ipsa sibi consentiret, & quod post istam promissionē d. Dorothea annuit, & quod ipse tunc eam carnaliter cognouit, non tamē animo accipiendi illam in uxorem, sed animo adimplēdi uotum suum. & quāmuis quando post sponsalia de futuro subsequitur copula carnalis transeant sponsalia in matrimonium de præsenti; quia uidetur per copulam superuenire cōsensus de præsenti. c. ueniens, el ij. & c. 2. qui. sponſ. tamen ubi de tali copula non constat nisi per confessionem uiri, qui sub una & eadem conceptione uerborum seu in eadem oratione confitetur copulam esse subsequutam, non tamen animo accipiēdi
c eam in uxorem, talis confessio non potest separari, [c] sed aut in totum acceptari, aut in totum sperni, ut not. per gl. & doc. in l. si quidem. C. de excep. & no. Cy. & doc. in l. 2. C. de don. ante nup. & in l. 1. C. de confessis. & no. doc. in c. 1. de confessis. in 6. & in c. bonæ. el ij. de postula. præla. & per Spe. in ti. de positio. §. fi. uer. pe. & per Bar. in l. Aurel. §. idem quæsiit. ff. de lib. lega. Constat aūt ꝙ licet interueniant uerba desponsationis & copula, si tamen defuit consensus contrahendi matrimonii non inducitur matrimonium, ut est casus in c. tua nos,
6 de sponsa. ¶†Et per proxime dicta etiam infero, non obstare ꝙ in dicta confessione etiam Bondi confiteatur se post prædicta alia uice desponsasse d. Dorotheam præsentem & cōsentientem, & annulo subarrasse & cum illa matrimonium per uerba de præsenti contraxisse, sed per metum; quia cum confiteatur se per metum prædicta fecisse, non pōt diuidi dicta oratio propter connexitatem. l. etiam. §. 1. ff. de mino. & not. in locis proximè allegatis. & dicta uerba, s. sed propter metū, referuntur ad oīa supradicta, s. ad actum desponsandi, subarrandi, & contrahendi matrimonium. l. doli, in princ. cum ibi not. per Bart. ff. de seruo cor. bene facit. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & id quod habetur in c. inquisitioni, & in c. 2. requiris, de app. matrimonium autem metu contractum non tenet. c. cum locum, & c. sequenti, & c. consultationi, de sponsa. & sua
7 † confessio debet interpretari secundum ipsius cōfitentis in-
d tentionem, [d] si circa eam aliquod dubium uersaretur l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. l. inter stipulantē, §. j. ff. de uerb. obli. nec obstat etiam ꝙ in eadem confessione dicat ꝙ cessato metu ipse concubuit cum illa in lecto per quinq; horas uel circa, tentādo illam carnaliter cognoscere, sed illam renitentem non cognouit pro tunc, quia respondeo quod si præcedens

dens desponsatio fuit facta per metum, & sic non ualuit, sequitur quod solus nixus uiri ut carnaliter illam mulierē cognosceret, non fuit sufficiens ad inducendum matrimoniū de præsenti.c.fi.de spon.nec ad hoc obstat etiam id quod habetur in c.ad id, eod.tit.quia est casus ualde diuersus.& cum non appareat quod habuerit d.Bondi commoditatem libere inde aufugiendi, non uidetur ratificasse matrimonium antea contractum per metum, ut no.doct.in d.c.ad id. Hæc pauca scripsi submittens correctioni & suppletioni prēstātissimi domini iudicare debentis mihi maioris & patris obseruandi.

ADDITIONES.

a ¶Etiam limitat Soc.consi.28 lib.1.Dec.consi.112.

b ¶Quamuis, quia hic agitur de grauissimo præiudicio & irreparabili, alias autem & quando confessio esset uerisimilis saltem semiplene probandum esset de errore, ut dixi supra lib.5.consil.55.in fi.supra lib.6.consi.172.ad fi.

Qui per hoc.] Istud dictum Angeli in suis terminis sequitur Alex. consi.116.lib.3. Nat.

c ¶Separari supra lib.j.consi.87.supra lib.6.consi.171.nu.15.Pau.cōs.296.in fi.lib.j.dixi.in consue.Paris.§.5.nu.16.& latius in §.78.

d ¶Intentione.supra lib.6.consi.171.nu.14.

SVMMARIVM.

1 *Titulum docens non auditur ad reuocandam missionem in possessionem, nisi etiam probet quòd tunc possidebat.*

2 *Ex possessione præsenti non præsumitur in præteritum.*

3 *Prior in titulo præsumitur in dubio prior in possessione.*

4 *Iudex appellationis uel nullitatis, potest de nouo confirmare pactum, si hoc factum sit.*

5 *Mentio si fiat de confine, intelligitur de proximo et immediato.*

CONSILIVM LXXXI.

In causa & lite inter Gasparem Fabrum de Bagnacauallo ex parte una, & Hugonem magnum ex altera, uiso processu dictæ causæ discutiēdum est, quæ sint partes iudicum, qui intellecta pura facti ueritate habent referre illustrissimo principi domino Duci Ferrariæ, an d.Gaspari iusta competat quærimonia super narratis in supplicatione sua, & in hoc puto pro intelligentia dicendorum præsupponendum ꝙ primò fuit inuestitus Ioannes Paulini anno 1452.per generalem commissarium principis habentē mandatum ad dictam inuestituram, quam fecit eidem Ioanni de Bebulcis cētum quinquaginta terræ syluosæ uulgariter dicte el uagale positæ in territorio Bagnacaualli iuxta uiam Abomagis & fossatum Munii & Melantonii & alios suos cōfines ut continetur in instrumento inde confecto & producto in causa. Secundo loco fuit anno 1456. inuestitus Michael Nerii a generali locum tenente principis de tornaturis quinquaginta terræ syluosę in territorio Bagnacaualli in fundo Masetiæ iuxta ab uno capite Mauritium Nighetum, ab alio capite iuxta iura illustrissimi principis, & ab uno latere iuxta Ioan. Paulini & ab alio iura præfati principis, ut constat in instrumento producto in actis. & in locum d. Michaelis successit d.Gaspar, qui fuit inuestitus ann.1456.de dictis quinquaginta tornaturis positis in dicta ualle Masariæ iuxta Mauritium de Nighetis mediante uia publica communis ab uno, & aliā uiam communis ab alio, & iuxta Christophorum Crulamiū qui successerat.in locum d.Ioan.Paulini, quantum est pro tornaturis cētum terræ quas emit d.Christophorus anno 1458. a dicto Io. Paulini in fundo Vagalis, siue aliter diceretur ille fundus iuxta Michaelem Nerii a latere inferiore & uiam de Bonagis a latere Masariæ & dictum Io. uenditorem a latere superiori, ut continetur in effectu in instrumentis productis apud acta, dictus uero Hugo Magnus successit in residuo dictarum terrarum prius concessarum dicto Ioā. Paulini, quia uigore tituli acquisiti a filiabus d.Ioan.Paulini.defuncti fuit inuestitus anno 1469.a massārio generali ex cōmissione principis qui eum inuestiuit de Bebulcis centum terræ in loco dicto el Vagale, iuxta uiam Abonagis, fossatum Munii, Melantonii & alios confines, ut constat ex publicis documentis productis in causa, & successiue examinatis testibus super iure dicti Hugonis Magni massarius scripsit literas domino Capitaneo Bagnacaualli ꝙ inducat Hugonem in tenutam bebulcarum centum terræ in territorio Bagnacaualli in fundo Vagalis iuxta fossatum Munii, uiam de Bonagis, & alios confines. & capitaneus ita induxit; & etiam uigore comissionis sibi ab eodem massārio factæ mandauit Gaspari prædicto ꝙ non turbaret dictum Hugonem in dictis terris positis in fundo Va-
1 galis iuxta uiam Abonagis & uiam de la clara. Modo † stat si non dicimus non esse probatum pro parte dicti Gasparis ꝙ tempore quo inductus fuit Hugo Magnus in tenutam dictarum bebulcarum centum terræ in loco dicto el Vagale iuxta uiam Abonagis & fossatum Munii d. Gaspar possideret eandem rem uel partem, in cuius possessionem fuit inductus d. Hug. seu ꝙ eiusdem rei Gaspar dominium haberet, & tunc expeditum est ꝙ d.Gaspar nullam habuit iustam causam appellationis uel querelæ, quia sua non intererat, igitur audiri non debet.l.1.ff.de app.recip.c.cum inter.R.seniorem.de elec.facit.l.fin. C. si per uim uel alio modo & c.licet episcopus. de
2 præben.in 6.nec sufficeret † quod Gaspar haberet solum titulum dictæ rei, si non probatur ꝙ habuisset possessionem seu traditionem per quam dominium uel quasi fuisset translatū,
* aliàs autem * non auditur petens reuocari tenutam, ut singulariter decidit Iaco.But.& Bal.in l.manifestissimi, in prin.C. de fur. Et non uidetur esse probatum per d.Gasparem ꝙ tempore quo factum fuit præceptum per dictum massārium & inductio Hugonis in tenutam per capitaneum Bagnacaualli ex commissione massārii Gaspar teneret aut haberet aliquam petiam terræ, quo ad dominium uel possessionem intra confines supra nominatos expressos in inuestitura facta d. Hugoni, & in commissione facta per massarium dicto capitaneo. nec obst.illud quod ponit Bartholinus Rusticus, & Thomus Beltramus, Mauritius Righetus, Sanctes Bardolus, ser Dominicus de Sortolis & Bernardus de Mengatiis dum dicunt ꝙ petia terræ quam tenet & possidet dictus Gaspar, & de qua est quæstio, est in fundo Massāriæ iuxta Mauritium mediante uia & hæredes Ioan.Paulini & iura principis.quia respōdeo, ꝙ testes prædicti non deponunt ꝙ ante, uidelicet tempore quo fuit inductus Hug. in tenutam, Gas. possideret dictam terram de qua est quæstio. unde licet Gaspar hodie possideret seu tempore quo testes prædicti fuerunt examinati, ergo ante possedit, scilicet tempore præcepti facti per massarium & inductionis in tenutam non ualet consequentia; quia ex statu
3 præsenti † non præsumitur in præteritum, quando præsens status habet contra se ueritatem alicuius præcedentis status, ut no.Old.& Bal.in l.1.§.si magistratus.ff.de magist.conuen. & Bal.& Sal.in l.ex psona.C.de proba.& Bal.in l.si qui adulterii.C.de adul per illū tex. & in l.non ignorabit.C.ad exhiben.per id quod habetur in l.4.ff.de proba.cum fi.& constat quod præsens status habebat contra se ueritatem alicuius pręcedentis status, quia constat quod Gaspar saltem quando fuit in infantia, & antequam haberet tutorem, non potuit dictam rem possidere.iuxta.l.j.§.adipiscimur.& l.quamuis.§.infans. ff.de acq.poss.& non uidetur per aliquos testes legitimè probatum quod tempore dicti præcepti seu tempore quo Hugo fuit inductus in tenutam Gaspar prędictus possideret rem de qua in præcepto massārii. ¶Plus uidetur quod etiam si probatum esset quod Gaspar possederit tempore præcepti rem de qua in præcepto.& in tenuta fit mentio, tamē adhuc uidetur quod referendum sit per dominos iudices dictum Gasparem non habere iustam causam querelę, saltem si terræ in quarum possessionem fuit inductus dictus Hugo cōputatis terris uenditis per dictum Ioannem Paulini dicto Christophoro Ciuilatio non excedunt summam bubulcarum centum quinquaginta, & sic quatenùs non excedunt dictam quantitatem bubulcarum cētum quinquaginta computatis terris emptis per dictum Christophorum, non habet iustam causam querelæ præfatus Gaspar.patet, quia primo fuit facta concessio a principe dicto Ioanni Paulini de bubulcis centum quinquaginta, quàm esset facta concessio a principe dicto Michaeli Nerii, & successiue dicto Gaspari de tornaturis quinquaginta, & prius apprehendit possessionem d. Ioannes Paulini quàm dicti Michael Nerii & Gaspar, & per consequens potior debet esse conditio d.Ioannis Paulini, & consequenter dicti Hugo-
4 nis habentis causam ab eo.l.quoties.C.de rei.uen.l.siue autē.
* §. si duobus. ff. de pub. † & ita etiam * in dubio præsumitur

prius

a prius traditam fuisse rem habenti priorem [a] titulum, ut sin-
gulariter dicit Iaco. de Aret. & Cy. in d. l. quoties. & Bal. in l.
post sententiam. C. de sen. & interl. om. iu. & in c. si facta. in-
fra tit. si de feu. fue. controuer. inter dom. & agna. & in dispu.
sua incip. Accusatus de ui turbatiua, in ult. char. & Ang. in d.
l. siue autem. §. si duobus. Et hoc procedit, attento quod pro
parte d. Hugonis Magni est probatum quod dicta petia terræ
quam tenet Gaspar est in Vagali; ut deponunt testes Hugonis
Magni, maximè testes recepti ex commissione dicti massarii,
& etiam alii testes recepti in hoc iudicio per iudices huius
causæ, & præsertim Guido Farina & Dominicus ser Iudæus
& magister Antonius Barbetta. & deponunt etiam testes Hu-
gonis quod terra quam tenet Gaspar, est iuxta uiam Abona-
gis, ut attestatur d. Guido Farina & Guido de Seraglio, & sic
habet demonstrationes comprehésas in inuestitura Hugonis,
& posito quod dictus massarius debuisset citare d. Gasparem
tempore quo commisit tenutam d. Hugoni de re quæ possi-
5 deretur per Gasparem; tamen iudex † appellationis uel nul-
* litatis aut alius loco eius subrogatus potest confirmare * di-
ctam tenutam si constat sibi ꝙ de nouo danda esset, & sic ꝙ il-
le cui tenuta data est iustitiam foueat. l. absentem. C. de accus.
l. 1. iuxta prin. cum gl. ff. quæ senten. sine app. rescin. no. Inno.
in c. cum contingat, de offic. deleg. & Bar. in l. si ut proponis.
la j. C. quo. & quan. iudex. & in l. 1. C. quando prouo. non est
neces. & in l. si expressim, & ibi per alios. ff. de app. & Ant. de
But. in c. dilecto. de appel. Ex quibus concluditur ꝙ d. Gaspar
effectualiter non habet iustam causam querelæ, saltem quate-
nus dictæ terræ in quarum possessionem immissus est dictus
Hugo computatis dictis terris emptis per d. Christophorũ,
non excedunt summam bebulcarum centum quinquaginta
terræ, ut suprà deductum est. ¶ Quod etiam ultra prædicta
confirmari potest, quia dic. Gaspar in supplicatione porrecta
per eum principi, qua mediante obtinuit suam inuestituram,
narrabit ꝙ Michael fuerat inuestitus de quinquaginta torna-
turis terræ in feudo Masariæ iuxta Morutium Nighetum me
diante uia, ut patet in instrumento suæ inuestituræ, & in hoc
obrepsit principi & narrauit falsum, quia Michael fuit inue-
stitus de quinquaginta tornaturis in fundo Masarię iuxta Mo
rutium Nighetum absq; eo ꝙ in sua inuestitura diceretur me
diante uia, ut patet in instrumento inuestituræ Michael. &
ideo intelligebatur ꝙ Mich. esset inuestitus de quinquaginta
tornaturis quæ essent immediatè iuxta Morutium Nighetũ,
id est absque medio uiæ; quia quando fit mentio de confine,
6 † intelligitur de primo proximo & immediato. l. eum qui Ca
lendis. ff. de uerb. oblig. l. boue. §. hoc sermone. & l. proximus.
ff. de uerb. signi. l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & legi. & præterea
Gaspar ex dicta sua inuestitura non potest se fundare in eo ꝙ
dicit quòd terræ suæ non debent esse immediatè iuxta Moru
tium, & sua inuestitura impetrata per obreptionem sibi non
suffragatur. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius uocan. c. su-
per literis. de rescrip. cum si. Alexan.

ADDITIONES.

* Aliàs autem.] No. ꝙ petens reuocari tenuta, non auditur tanquam sua non intersit ex solo titulo, nisi fuerit prius tradita possessio; ita Bal. ad d. l. manifestissimè versi. aduerte col. 2.

* Et ita etiam.] Idem Alex. tradit ad l. j. C. de edic. diui Adria.

a Priorem. supra lib. j. consi. 92. nu. 12.

* Potest confirmare.] Tenuta nulla peti potest ut confirmetur; Ang. & ibi Alex. ad l. si finita. in prin. ff. de dam. infec.

SVMMARIVM.

1 *Concessio incipiens a mensura non excedit mensuram, secus si in cipiat a corpore.*

2 *Emphyteuta non cadit à iure suo, nisi domino volente, & decla rante. num. 3.*

5 *Verba, vel circa, intelliguntur arbitrio iudicis.*

CONSILIVM LXXXII.

In causa & lite inter nobiles uiros do. Vguxionem
& fratres filios quondam generosi equitis
do. Francisci Forzatæ agentis, & ser Ioannem de Clusia se de-
1 fendentem, uiso processu præsuppono † esse de iure uerum ꝙ
concessio liuelli facta per procuratorem do. Francisci prædi-
cti præfato Ioanni de dicta possessione & petiis terræ cũ con-
finibus descriptis in instrumento dicitur complecti oẽs cam-
pos qui sunt intra confines, quia non incepit concedens ex-
primere conceptum suæ mentis per nomina designantia men
suram seu numerum camporum, sed a noĩbus designantibus
a certam speciem uel corpus, [a] ideo dato ꝙ postea subiecerit nu
merum mensuræ id vr̃ esse adiectum causa demonstrationis,
quæ licet sit falsa, non uitiat nec facit quin confines attendan
tur, & totum ueniat quod est intra illos, ita concludit Old. in
consi. 196. incip. In concessione cuiusdam, per l. si uenditor.
in prin. ff. de act. emp. & per no. in l. pen. §. ult. eo. tit. & arg. l.
si seruus legatus. §. qui quinq;. ff. de leg. 1. & l. his uerbis. §. pa
ter. de leg. 3. & ita etiam concludit Io. And. in addi. Spe. in tit.
de emp. & uend. §. sciendum. in fi. & Pau. de Liaza. in cõmen.
c. si uenditor. in pe. col. de emp. & uendi. & Bal. in rubr. C. de
contrah. emp. in 22. q. & Saly. in l. 2. eo. tit. & Pet. de Anch. &
Io. de Imo. in c. per tuas, de dona. & Pau. de Cast. in l. si seruũ.
§. si modus. ff. de act. emp. ¶ Hoc præsupposito fundata est in-
tentio ser Ioannis; quia posito ꝙ maior numerus comprehen
deretur intra dictos confines, adeò ꝙ excederet campos 32.
uel 34. tamen quia nihil tenet ultra confines ut etiam agen-
tes in libello fatentur, non possunt per hoc aliquid petere.
¶ Nec ob. ꝙ licentia non fuerit concessa per Abbatẽ S. Cypria
ni nisi pro 32. campis uel circa in una possessione & una clau-
sura & pro duobus aliis cãpis uel circa, in duobus clausuris;
quia respondeo ꝙ procurator do. Francisci concedens, si uo-
luisset se restringere ad numerum camporũ, & non ultra con-
cedere, incepisset conceptum suæ mentis exprimere per no-
mina designantia numerum, ut fecit do. Abbas; quo casu at-
tenderetur numerus, ut d. c. per tuas, & d. §. si modus. & l. si
quis testamento, in prin. ff. de leg. 1. & notant doct. in locis su-
pra proximè allegatis. Sed dictus procurator incepit conce-
ptum mentis suæ exprimere per nomina denotantia speciem
uel corpus, cum adiectione confinium, per quę demonstratur
ꝙ principaliter, corpus existens intra confines concedere uo-
luit, non autem principaliter numerum, ut iam dictum est.
¶ Et dicta concessio facta per dictum procuratorem do. Fran-
cisci qui tenebat etiam iure liuelli dictas res & alias plures a
dicto monasterio S. Cypriani, ualet etiam si concessum esset
2 † ultra contenta in dicta licentia uel absq; ulla licentia, dum-
modò non appareat d. Abbatem per hoc uelle dictam aliena-
tionem esse nullam, & bona ipsa ad suum monasterium uelle
reuocare. per id quod habetur in auth. de non alie. §. scire. in
uerbo uolentib. & in l. 2. C. de iure emphy. in uer. si dominus
noluerit. & ꝙ ibi Bart. ubi dicit ꝙ opponens quod non inter-
uenit consensus domini seu ecclesiæ. opponit de iure tertii ꝙ
non est ipso iure exclusiuum iuris alterius, sed solum ipsa ec-
clesia nolente, ideo non debet audiri. & no. gl. in l. 2. ff. si ager
uectigal. uel emphy. pet. & Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iu. & no.
Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uersi. 47. & Ang. in §. si ue
ro. in auth. de non alienan. & Bald. in l. solennibus. C. de rei
3 uendi. Et illud ꝙ dicitur † in dictis locis quod liuellarius seu
emphyteuta nõ cadit ipso iure a iure suo si non soluit canonẽ
intra bienniũ, uel trienniũ nisi dominus directi dominii de-
b clarauerit se uelle [b] illum esse priuatum, habet etiam locum
in emphyteuta alienante sine consensu domini, quia isti duo
casus a pari ponuntur in ca. potuit, de loca. hoc in terminis
uult Sal. in l. fi. in pe. col. C. de iure emphyt. unde dicit Bal. in
l. fi. C. de reuocan. dona. in fi. ꝙ ubicunq; dicimus quod utile
dominium ipso iure reuertitur ad dominum, intelligatur si
dominus uelit & petat, alleg. no. in d. l. 2. ff. si ager uectiga. uel
emphy. pe. ¶ Non ob. si dicatur ꝙ procurator Francisci habẽs
generale mandatum, non uidetur habere in mandatis facere
id quod dominus in specie non fuisset concessurus. l. obliga-
tioue generali. ff. de pig. l. j. C. quæ res pigno. & quod no. glo.
in l. 1. in uerbo, non aliter. ff. de officio eius cui manda. est iu-
risdi. quia respondetur primò ꝙ dictus procurator cum ha-
buerit mandatum ad liuellandum dicitur habuisse mandatũ
speciale. l. filiussa. & ibi no. Bar. in ult. col. ff. de dona. & Bar.
in l. illud. ff. de mino. & Io. And. in c. qui ad agẽdum, de pro
cura. in 6. & Bal. Ang. & Sal. in l. 1. C. etiam per procura. cau
sam in integ. resti. agi posse. cum suis concordantiis, & sic nõ
sumus in mandato generali sed in speciali. ¶ Secundò respon
deo ꝙ si nos uellemus dicere ꝙ dicta concessio non ualuerit
ratione

ratione defectus mandati, eo quia non intelligatur habuiſſe
mandatum ad liuellandum ſaltem ultra triginta quatuor cā-
4 pos uel circa: dico † quod cum non conſtet qui ſint illi cam-
pi in ſpecie qui magis uideantur includi in cōceſſione & qui
uideantur excludi quod tum ratione incertitudinis, tum etiā
quia recipiens ſeu conductor non fuiſſet recepturus unam pe
tiam terræ pro parte tantum, & ſic de ſingulis petiis terræ,
merito ſi plus datum eſt q̃ dari debuerit, deberet id totum ui
tiari. ita probatur in l. ſi non ſortē. §. ſi centū. ff. de cond. inde.
& ita ſingulariter declarat Bar. & Bald. in l. certi condictio. §.
quoniam. ff. ſi cer. pet. ergo eſt impoſſibile actorem obtinere,
5 qui petit reſcindi pro parte tantum. ¶ Inſuper aduertatur † ꝙ
in licentia ſunt adiecta illa uerba uel circa, quæ intelliguntur
arbitrio iudicis: ut no. per doc. poſt glo. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi
quis cau. ar. l. 1. de iure delibe. & clare no. Ang. in conſil. 124.
incip. Viſis petitione & reſponſione, unde iudex debet arbitra
ri quod etiam dato quòd res eſſet ut in libello dicitur; tamen
iſtud fuiſſet conceſſurus etiam abbas ſi petitum fuiſſet, quia
abſque eius præiudicio hoc fiebat, ut ex inſpectione licentiæ
patet, unde pro conceſſo haberi debet; ut per gl. in l. tale pa-
ctum. §. fi. in gl. fi. ad ff. de pac. cum ſi. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Corpus. ſupra lib. 2. conſi. 120. col. fi. ſupra lib. 4. conſi. 7.
b ¶ Velle. ſupra lib. 6. conſi. 27. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis non tranſit ad extraneos, niſi hoc ſolenniter actū ſit. num. 2.*
4 *Hæredes veteres emphyteutæ non poſſunt petere præferri re non integra. nu. 5.*
6 *Mandatum ſequens reuocat primum ſine notificatione. nu. 7.*
8 *Mandati reuocatio in iudicialibus debet notificari.*
9 *Emphyteuſi finita tenetur dominus ſoluere melioramenta vel pati auferri.*

CONSILIVM LXXXIII.

In cauſa & lite inter Antonium quondam Bartho-
lomęi de Benadomatis appellantem, & prępoſitum Conſortii presbyterorum portæſtenii ciuitatis Bo-
noniæ nomine dicti Conſortii appellatum. Viſo proceſſu &
hiæ quæ copioſe & eleganter in iure deducta ſunt per aduo-
catos utriuſq; partis, ſentio proculdubio bene fuiſſe iudica-
tum in fauorem dicti Conſortii, & malè appellatum pro par
te dicti Antonii, quia cum d. Antonius non eſſet de deſcen-
dentibus hæredibus Iacobi Maſolini, aut Laurentii quondā
Florentii d. Iacobi Maſolini, non poteſt d. Antonius præten-
dere ad eum tranſiuiſſe utile dominium dictarum rerum em
phyteuticarum ex perſona dictorum Iacobi uel Laurentii,
poſito quòd de locatione in emphyteuſim facta dictis Iacobo
1 Laurentio probaretur, quia † huiuſmodi emphyteuſis non
tranſit ad alios quàm ad deſcendentes hęredes, ſecundum ue
ras & communes concluſiones, per id quod habetur in §. em
phyteuſim. in auth. de non alie. & no. glo. reputata ſingularis
in l. etiam, & ibi ſequitur hoc Bar. ff. ſol. mat. & Spec. in tit. de
loca. §. nunc aliqua. uerſic. 119. Bart. in l. ſi tibi decem. §. ſi pa-
ctus. ff. de pact. & in l. patroni. in princ. ff. ad treb. & l. Gallus.
§. quidam rectè. ff. de libe. & poſth. & in l. quod dicitur. ff. de
uerb. obli. & Io. And. in c. in præſentia. de probat. & in addit.
Spe. ſuper d. uerſi. 113. & Bal. in auth. defuncto. C. ad tertul. in
princi. ubi ita intelligunt id quod habetur in §. licentiam. in
auth. de aliena. & emph. ſ. quod poſſit fieri conceſſio in perpe
tuum, ſ. quò ad deſcendentes. & iſtam opinionem etiam quan
tum ad caſum noſtrum ſequitur etiam Bald. in l. alterutrum.
C. de fideicom. in l. 2. C. de ſuis & legiti. & in l. aſſiduis, in ſi.
C. qui potio. in pig. hab. & in l. uſufructu. ff. ſolu. matri. & in
fin. in 6. oppo. C. de hæredi. inſtituen. & dicit Ioan. de Imo. in
l. ex facto proponebatur. ff. de hæredi. inſtituen. quòd iſta eſt
communis opin. & ideo in iudicando non eſt ab ea receden-
dum, ut traditur in locis uulgaribus. & licet nonnulli teneāt
quòd poſſit tranſire ad extraneos hæredes, attento quòd po-
teſt res eccleſiaſtica pleno iure alienari interueuientibus cau-
ſis legitimis & ſolennitate debita, ut 12. quæſt. 2. in c. ſine ex-
ceptione. & in c. ſecundo, de rebus eccle. non alienan. in 6. er-
go etiam debet poſſe quo ad vtile dominium alienari & trāſ-
ferri. ar. c. cui licet de reg. iur. in 6. tamen hoc propoſito non
2 habet obſtare, † quia illud poſſet procedere quando [a] talis cō-
a ceſſio eſſet facta per habentem poteſtatem talem alienatio-
nem faciendi, & actum fuiſſet ꝙ tranſiret in quoſcunque hæ
redes extraneos, & interueniſſent cauſæ & ſolennitates neceſ-
ſariæ in plena alienatione, alias fieri non potuiſſet, in c. nulli,
de rebus eccl. non alienan. & declarat Io. de Imo. in d. l. quod
dicitur. & ita ſaluat notata per Bar. in auth. perpetua, cum ſi.
C. de ſacroſan. eccl. ſed non apparet prædicta interueniſſe, igi
tur &c. & per hoc apparet ꝙ vltra verbum hęredibus, adiectū
fuerit etiam verbum & ſucceſſoribus, in dicta inueſtitura an-
tiqua, tamen non poterat transferri in alium extraneum niſi
ſeruata ſolennitate requiſita in plena alienatione, vt ex prædi
ctis patet. & expreſſe no. Io. de Imo. in d. l. quod dicitur. in pę
3 nul. col. iunctis notatis per eum ibi in 15. col. nam † verbum
hæredibus, intelligitur de his qui ſuccedunt de iure ciuili, &
verbum ſucceſſoribus, intelligitur de his qui ſuccedunt iure
prętorio. l. ſtipulatio iſta, in prin. cum gl. ff. de verborum obl.
4 ¶ Nec dicatur quod poſito † ꝙ dicta emphyteuſis virtute anti
quæ inueſtituræ non tranſiret ad dictum Antonium, tamen
b debuit potius [b] inueſtiri quam alius, per dictum Conſortium
per ea quæ habentur in l. j. §. permittitur, cum ibi no. per Bar.
poſt gl. ff. de aqua quotid. & æſti. & in l. 1. ff. de priu. le. cred.
per Bar. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo. oblig. cum ſim. quia
poſito quod illa deciſio eſſet vera, quam tamen plurimi im-
pugnant, tamen illa non procedit quando res deſiit eſſe inte
c gra, [c] vt quia res iam ſit in alium diſtracta, prout in propoſito
noſtro. ita conſuluit Ludouicus Romanus in conſi. 70. incip.
Viſis themate & q. s. poſitis &c. ar. c. j. de natu. feu. & c. quan-
uis. de reſcript. in 6. & bene faciunt notata per gl. & Bar. in l.
Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthum. Dicit etiam
Romanus in dicto conſilio ꝙ dicta deciſio Bart. de qua in d.
§. permittitur, non procedit in conceſſione in emphyteuſim
facta ab eccleſia per id quod ſignanter voluit Hoſtien. & Ioā.
Andr. in c. continebatur. de his quæ fiunt a pręla. inquantum
ſingulariter volunt quod diſpoſitio poſita in l. quoties. C. de
rei vendit. non habeat locum niſi in contractibus laicorum,
d non autem clericorum vel eccleſiæ, [d] quia in illis potius ius
habebit ille qui primo habet titulum, quamuis non habuerit
primo traditionem quàm ille qui ſecundo habuit titulum &
prius traditionem, & hoc etiam voluit Ioan. de Imo. in c. pen.
de poſtula. præla. quia ſecundum eum deciſio Bar. in dicto §.
permittitur. cum ſim. fundatur in d. §. permittitur. & in aliis
iuribus allegatis per Bar. & non probatur aliquo iure canoni
co, & lex ciuilis non eſt ſeruanda ad præiudicium eccleſiarū,
niſi ſit a canone approbata. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.
& nota. Archidia. 10. diſtinctio. in c. 1. & Ioan. And. in c. fi. de
ſolu. & alij docto. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſti. ¶ Præ
terea dictus Antonius in præſenti cauſa proteſtatus eſt Con-
ſortio ſi volunt emere ab eo ſuum vtile dominium pro certa
quantitate, quam dicit ſe ab aliis inuenire, debeant eam ſibi
dare pro ſuo utili dominio, & ſic præſupponit ſe habere utile
dominium & eſſe inueſtitum ex inueſtitura ſibi facta, ut dici-
tur per Dominicum ut ſyndicum d. Conſortii, non autē pro-
teſtatur Conſortio quod debeat eum inueſtire, iuxta not. per
Bart. in d. §. permittitur. nec etiam appellauit ab actu conceſ-
ſionis factæ Io. de Malchiauellis per eccleſiā, ut requirit Bart.
in d. §. permittitur. & ſic non ſumus in caſu tradito per Bart.
ibi. fuit etiam aliter reſponſum notabiliter in allegationibus
aduocati Conſortii. ¶ Vnde principaliter videndum ſupereſt,
an inueſtitura & conceſſio d. Antonio facta per d. Dominicū
& tanquā ſyndicum Conſortii præferatur alienationi prius
factæ per ſyndicos eiuſdem Conſortii d. Ioanni de Malchia-
uellis, & in hoc concludo præferendam eſſe alienationem fa
6 ctam Ioanni de Malchiauellis, quia † mandatum generale qđ
habebat Dominicus ad locandum & reuocandum fuit reuo-
catum per ſubſequens mandatum factum eidē Dominico, &
do. Antonio, & do. Ioanni de Rotis præſentibus & acceptan-
tibus ad uendendum, & ad locandum ad aſſictum & francan
dum dicto Ioan. de Malchiauellis bona de quibus eſt quæ-
ſtio. l. ſi quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procura. c. non iniu
ſtè. eod. titu. uel poſito etiam ꝙ non eſſet reuocatum primum
mandatum

mandatum per secundum; tamen cum secundi procuratores fuerint prius executi secundum mandatum, quàm Dominicus fuerit executus primum mandatum, sequitur qd potior fuerit conditio ipsorũ syndicorũ præoccupantiũ.& puenientiũ.l.plurib. ff. de procur. & d. c.non iniustè & c. si duo, de procur. in 6.& per hoc patet nihil ad rem facere id quod contra Consortium allegatur pro parte d. Antonii dicentis ꝙ ad hoc ut induceretur reuocatio mandati d.Dominici requirebatur ꝙ publicè notificaretur talis reuocatio mandati uniuersaliter d.Dominico, per l.sed si pupillus.§.proscribere.ff. de institor.& per no.per Inno.in c. ex parte decani. & ibi Io. de Imo.de rescriptis, quia dico ꝙ etiam si non fuisset reuocatum primum mãdatum Dominici, satis est ꝙ ipsemet Dominicus & socii uigore secundi mandati prius executi sunt id quod in secundo mandato speciali continebatur, quàm fuerit facta executio eius quod uigore primi mandati generalis executus est d.Dominicus per prædicta.& bene facit id quod
7 notat Ioan.And.in d.c.continebatur.†¶Præterea respondeo ꝙ illud quod dicitur oportere reuocationem mandati uniuersalis publicè notificari,& non sufficere ꝙ notificetur procuratori; hoc procedit quando quis esset præpositus alicui negotiationi certi & determinati loci ubi debebat negotiatio illa exerceri: nam tunc potest in loco illo publicè notificari de reuocatione.sed ubi non est certus & determinatus locus, & similiter non est certa persona quæ ex tali reuocatione læ-
e di possit,[e] tunc non requiritur illa publica notificatio reuocationis mandati, ita determinat Bart.& Bal.in l.unica.C.de satisd.per id quod habetur in l. si dictum.§.penu.& fin.ff.de euic.& idem dicit Bald.in l.si procuratorem.in ulti.col.ff.de procu.& Io.And. & alii communiter post eum in d.c.ex parte decani.de rescrip.& Cyn.in l.mandatum.C.mand.& dicit Ioan.de Imo.in d.c.ex parte decani.ꝙ quamuis posset dici ꝙ deberet publicè intimari reuocatio per d.§.proscribere, tamẽ secundum eum communiter tenetur opi contraria a qua (ut constat) non est in iudiciando recedendum.& dico dictã communem opin.etiam in puncto iuris meo iudicio esse ueram: quia d.§.proscribere, loquitur quando quis erat præpositus ad negotiationem exercendam in certo & determinato loco,
11 remaneret penitus exclusa dicta domina, & † postquam Bartholomeus est ille, qui habet titulum, quamuis etiam uxor secum habitet, ipsa non dicitur possidere, sed iure familiaritatis tenere, l.qui iure familiaritatis.ff.de acq. pos. & l. & habet.§. hostes, & ibi Bart. de preca. & l.si mulieri.& quod ibi not.ff. quib.mod.vsusfru. amit. & declarat Ang. in l.assiduis.C. qui potio.in pig. habe. & Bal. in l. ob maritorum.C. ne uxor pro mari. & sic mulier ex transitu ad secunda vota non remanet

12 impunita. & posito † ꝙ dici posset eam aliquod commodum sentire ex persona secundi viri, tamen hoc non est absurdum, ꝙ illud quod ex persona mea consequi nō possum, consequar ex persona alterius facientis actum nomine suo, non meo, saltem quando ex hoc non resultat idem effectus, sicut si p me consequerer, prout in casu nostro.l. Aristo. & ibi not.ff.quæ res pig.oblig.pos.l.non putauit.§.si exhæredatus.ff. de contra tab.l.quæsitum.ff.de in ius voc. Ale.

ADDITIONES.

a ¶ Consului.sup.lib.6.consi.213.
b Odium.Vide sup.lib.6.consi.189.nu.9.
* Non tenetur.] Intellige ad loca remota, ut per Fel.ad c. proposuisti.col.4.de proba.
* Extra territorium.] Vide Ale. consi.84. circa fi. lib 3. & facit de denunciatione quod Bar.scribit ad l.si ancillam.in fi.ff.pro suo. vbi dicit fieri oportere, quando aliquis existit in eodem territorio, vbi facile fieri potest. Natta.
* In c.coram.] Facit ad idem tex.in c.j.de sede vacan.in 6. ubi collatio beneficij, quæ fieri debet cum consi.Episcopi, potest fieri eo agēte in remotis.Vide Dec.no.ad l.cum filiusfa.col.2.ff.si cer.pe. Nat.
c ¶ Redeundi.Bar.Lucas de Pe.d.l.ij Bal.consi.503.lib.j.consi.311. consi.313.lib.4.Maria.Soci.c.fi.col.7.de fo.comp.Car.Flor. in superscri. decreta.ver.Gregorius.col.3.nu.5.consi.35.limitat Fel.c. dilectus.2. col.11.de rescr.Ias.consi.77.col.fi.lib.3.Ruger.de Mota rep.§. si quis tutelam.in l.hæres absens.nu.87.cum seq.de iud.
d ¶ Neganti.sup.lib.2.consi.37.nu.13.Cor. consi 89 lib.3. And. Tiraq. tracta.retra.§.32.nu.95.adde infr.eod.consi.123. nu. 2. * Vide Dec.ad c.quoniam contra.nu.19.de prob.Ias.ad l.nec is.ff de acq. hære. vbi limitat in teste deponente in facto proprio. Nat.

EPITOME.

SI duo notarij sint rogati insolidum, quilibet eorum, sine altero potest publicum instrumentum inde conficere.

CONSILIVM XCII.

Videretur prima consideratione dicendum super narratis in themate dictum instrumentum authenticatum per vnum tantum ex dictis duobus tabel

1 lionibus de contractu rogatis fidē non facere, quia † necessa

* ria * videbatur saltem subscriptio alterius tabellionis pariter de eodem contractu rogati, per id quod habetur in l. si quis ex argentariis, iuxta princ.ff.de eden.vbi si plures erant argentarii, qui librum argentariæ conficerent, & peratur editio libri rationum argentariæ per aliquem, cuius ratio ibi descripta sit, debent omnes editionem, id est copiam libri facere, aut editioni factæ ab uno eorum debent alij se subscribere. vnde ex illo tex.colligit ibi Bal.& Ang.quod si plures sunt notarij rogati de eodem instrumento, non est necesse quod quilibet per se scribat totum instrumentum, sed sufficit qd unus

2 scribat, & alius se subscribat. ¶ Pro hoc facit † etiam id quod habetur.in c.quoniam contra, de proba. & quod ibi no. Host & Ioan. And. & alij post eos. nam ibi in text. dicitur qd duo viri adhibentur ad acta iudicij scribenda. & quærunt ibi pro sati doct.vt ponit ibi Ioan.And.super verbo, conscribant, an sufficiat alterum ex ipsis duobus scribere: & dicūt quod non, sicut,

sicut quando plures arbitri sunt electi, non sufficit vnum ex
eis pronunciare, allegant l. non cogendum. §. item si in plures.
ff. de arbi. sed voluerunt allegare. l. non distinguemus. §. cum
in plures. ff. de arbi. dicunt tamen quod sufficeret, si unus scri
bat, & alter subscribat, & attestetur coram eo sic actum fuisse.
c. cum ab uno. de re iud. lib. 6. & ita etiam tenet Ant. de But.
in d. c. qm̄ contra. circa 4. col. in ver. quæro an sufficiat, & ēt
do. Abb. in prin. pe. chartæ. in versi. quæro an isti duo viri. &
3 Bal. & Sal. in l. iurisiurandi, de test. ¶ Pro hoc etiam † facit id ꝙ
no. Ant. de Bu. in c. inter dilectos, de fide instr. in antep. col. in
ver. quæro an quis possit scribere iustrumenta &c. vbi dicit se
putare, ꝙ si duo notarii sunt rogati de eodem contractu satis
sit, ꝙ vnus scribat, & postea ambo se subscribant, & dicit, quod
ita seruatur Bononiæ, & pro hoc allegat not. per glo. in §. nos
autem. in auth. de tabel. in verbo, per se. ¶ Sed præmissis non
obstantibus contrarium, puto esse de iure verius, in casu de
4 quo quæritur, nam præsupponitur ꝙ † ambo notarii prædicti
fuerunt insolidum de dicto contractu rogati, quo fit ut unius
solius scriptura habens sua essentialia, fidem publicam faciat
absq; eo, ꝙ alterius subscriptio interuenerit, quia non est du-
bium ꝙ vnus solus notarius publicus scripturam publicam,
& authenticam efficere potest de eo, de quo a partibus roga-
tus extitit, ut in d. c. qm̄ contra, & in c. 2. de fide instru. & in
auth. de tabel. §. pen. partes etiam hoc voluerunt, ꝙ vnius so-
lius scriptura sufficeret, quia cuilibet insolidum attributa est
a potestas a partibus rogando eos insolidum, [a] & sic in actu præ
dicto concurrit voluntas partium & potestas. Quod autem
istud sit verum, probatur per l. Pedius, alias incipit, parui. §.
fi. cum l. sequenti. ff. de arb. & per d. l. non distinguemus. §. cū
in plures. ff. de arb. vbi quando plures sunt electi arbitri, quā-
uis vnus solus non possit pronunciare, tamen fallit nisi actum
sit quod quilibet possit, & paria sunt dicere, quilibet, & dice-
re insolidum, ut l. si pluribus. in prin. cum gl. ff. de leg. 2. & iō
apparet, quod Io. And. & alii doc. in d. c. quoniam contra. dū
decidunt, non sufficere unum scribere ex illis duob. electis ad
acta causæ scribenda, sicut non potest pronunciare ex plurib.
arbitris, per dictum §. cum in plures, intelligunt secundum
quod declaratur in text. allegato per eos, scilicet nisi sit data
potestas insolidum. Nam fuit intentio partium, ꝙ vnus solus
possit sine alio, sed ideo adhibuerunt, duos, quia contingere
posset, ꝙ si unum tantum adhibuissent, illius notarii copia for
tasse haberi non posset, vel quod negligentia aut casu fortuito
rogationes eius deperderentur, ideo cautius agere uolentes
5 adhibuerunt duos insolidum. ¶ Confirmantur † prædicta, qa
notarii censentur iudices inter ipsas partes, quæ eos adiuerūt,
vnde appellantur iudices chartularii, vt no. glo. & doc. in l. j.
ff. de iud. & in l. rem non nouam. C. de iudi. & in l. fi. C. vbi &
apud quem in inte. resti. est necess. & ꝙ de tabellionibus iudi
cetur ut de iudicibus, no. Ioan. An. post Nicolaum de Matarel
lis. in addi. Spec. in tit. de instr. edit. §. instrumentum. in addit.
incip. in gloss. &c. sed quando plures iudices delegantur in
causa una aut delegantur simpliciter, tunc solus non potest
per se iudicare, quia non habent exercitium iurisdictionis in-
solidum. ut l. duo ex tribus. ff. de re iudi. & in cap. causam ma
trimonii. de offi. deleg. sed si delegantur cum clausula, quod
quilibet insolidum possit, tunc quia exercitinm iurisdictio-
nis competit insolidum, potest vnus solus sine alio. c. cum plu
res. cum glo. in verbo consimili. de offi. deleg. in 6. & legitur
& nota. in c. prudentiam, in princ. eod. titu. in antiquis. si au-
tem tabelliones æquiparentur iudicibus ordinariis, tunc ex-
peditum esset quod indistinctè quilibet intelligeretur hr̄e iu
risd ctionem & exercirium insolidum. l. j. ff. de offi. consul. &
traditur plenè per Bar. in repe. l. j. §. si plures. ff. de exer. ¶ Com
6 probantur prædicta † per id quod habetur in l. pluribus, cum
gl. ff. de procu. & in c. si duo. in prin. eo. tit. lib. 6. vbi si duo si-
mul constituuntur procuratores, distinguitur, aut adiecta est
hæc dictio insolidum, aut non. primo casu unus solus potest
mandatum exequi sine alio, secundo vero casu non potest. sed
in casu nostro fuit adiecta dictio insolidum. ergo unus potuit
omnia sine reliquo perficere. Ex quibus patet responsio ad al-
legata in contrarium, quia procederent quando non fuissent
rogati insolidum, sed simpliciter, ut ex iam dictis patet. Ex
quibus concludo dictum instr̄m plenam fidem facere & ex-
tensionem mereri dicta exceptione non obstante. Alex.

ADDITIONES.

* Necessaria.] Idem tenet Ale. consi. 124. col. 2. eod. li. Et uide de istis etiam Dec. consi. 36. col. 2. & plene Guid. Pa. quæstio. 121. & Alexand. cons. seq. Natta.

a ¶ Insolidum. alias secus inf. eo. consi. 124. nu. 4.

CONSILIVM XCIII.

Confirmatio præcedentis.

Repetitus in causa Mutinensi super qua alias con-
sului. videlicet vtrum unus ex duobus
notariis rogatis insolidum potuisset instr̄m in publicam for-
mam redigere & ei fidem esse adhibendam absq; subscriptio-
ne alterius notarii, visis dubitationibus circa id mihi trans-
missis. non discedo a prima conclusione, imo in ea firmus resi
deo per ea, quæ in priore consilio dixi, & etiam per infra dicē-
da. ¶ Nam non obstat dum dicitur quod officium & potestas
1 † tabellionis etiam qn̄ competit plurib. quamuis non sit ex-
pressum, ꝙ quilibet possit expedire insolidum, debet intelligi
quod possit insolidum, quia est officium publicum. l. generali
C. de tabu. lib. 10. l. non aliter. ff. de adop. sicut dicimus in plu
ribus iudicib. ordinariis. l. j. ff. de offic. consul. l. Imperator. ff.
ad munic. & plenè traditur per Bar. in l. j. §. si plures. in repe.
ff. de exer. sicut etiam videmus in pluribus tutorib. l. fin. C. de
auth. præstan. l. j. C. si vnus ex plu. tuto. & tamen uidemus, ꝙ
qn̄ plures iudices etiam ordinarii insimul aditi sunt a partib.
& insimul processerunt, debent omnes simul iudicare, nec
vnus solus per se posset. l. Pompon. alias incipit, si vni. ff. de re
iud. & declarat Spe. in ti. de sen. prola. §. sequitur. vers. quid si
sunt duo. & Bal. in d. l. fi. & in d. l j. in prin. ff. de offic. consul.
cum si. & similiter plures tutores & argentarii qui gesserunt,
& administrarunt, qn̄ edunt librum rationum, debent omnes
edere aut editioni factæ ab vno eorum se subscribere. l. si quis
ex arg. iuxta prin. ff. de eden. & sic non vr̄ posse dici, ꝙ ibi non
haberent officium insolidum, quia ad hæc respondeo, quod
quantum ad propositum non est differentia inter plures arbi
tros & plures iudices ordinarios, vel delegatos, quia etiam qn̄
essemus in casu, in quo vnus ordinarius per se posset iudicare,
si fuisset per se insolidum aditus, vel etiam vnus ex pluribus
delegatis potuisset solus procedere, vt quia fuissent dati cum
clausula, ꝙ omnes vel duo, vel vnus exequerentur, iuxta text.
in c. cum plures. de offi. dele. in 6. & fuisset vnus solus aditus
2 per partes, † tamen videmus ꝙ in dictis casibus si partes sim-
pliciter adiuerunt plures ex dictis iudicibus ordinariis, vel
delegatis, qui simul processerunt, nō habebunt hoc casu exer-
citium iurisdictionis insolidum, & non poterit vnus solus iu-
dicare, sed omnes illi, qui processerunt debent adesse in iudi-
cando. d. l. Pompon. & d. c. cum plures. quia partes simpliciter
procedendo coram eis, simul & adeundo simpliciter eos, si-
mul, videntur velle, ꝙ omnes simul iudicent, ut in dictis iuri-
3 bus. Istud idem † seruatur in arbitris, quia si plures sunt assum-
pti arbitri cum clausula, ꝙ quilibet insolidum possit expedi-
re, quamuis si vnus solus procedat & iudicet, valeat id quod
gestum est propter illam clausulam. s. quod quilibet possit in
solidum, ut l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbi. tn̄
si hoc casu coram ipsis pluribus arbitris, simul processum est,
seu arbitri ipsi omnes simul ceperunt cognoscere, non pote-
rit vnus solus iudicare, sed omnes, ita notabiliter vult Bart. in
l. sed si ita. ff. de arb. ubi ita limitat illum tex. & d. l. non distin
guemus. §. cum in plures, quæ duo iura concordat, & moue-
tur ipse. per d. l. Pompo. quæ loquitur in ordinariis, ut ibi no-
ex hoc ergo euidenter apparet, ꝙ quantum ad propositum no-
strum non est differentia inter ordinarios delegatos vel arbi-
tros, & tamen nos videmus, ꝙ Ioan. And. & alii docto. cōiter
maximè in c. qm̄ contra. de prob. volunt idem esse in plurib.
notariis. quod est in pluribus arbitris. per d. §. cum in pluri-
bus, vt retuli in priore consilio. & constat, ꝙ in arbitris pluri
bus assumptis cum clausula illa. s. ꝙ quilibet vestrum, seu inso
lidum possit, verum est dicere unum solum ex pluribus posse
totum perficere. d. l. sed si ita. & d. §. cum in plures. ergo cum
dicti notarii fuerint rogati insolidum, potuit unus solus scri-
bere, & perficere. ¶ Nec ob. si diceretur, ꝙ ex quo ambo, simul
fuerunt rogati, videtur quod unus solus non possit, sicut non
potest

potest vnus solus ex pluribus arbitris insolidum assumptis,
quando simul ceperunt cognoscere. & sicut etiam non potest
vnus ex pluribus ordinariis, vel delegatis cum dicta clausula
assumptis, quando simul ceperunt cognoscere, vt dictum est,
quia respondeo, quod in casu nostro non potest dici, ꝙ dicti
notarii fuerint à dictis partib. adhibiti simul & non insolidũ,
quia imo fuerunt adhibiti insolidum, vt patet ex verbis rogi-
4 tus notarii, dum dicit insolidum. & licèt † sit adiecta alia di-
ctio, scilicet vna, quæ denotare videtur vnitatem, seu simuli-
tatem. l. fi. C. de impu. & aliis subst. l. Lucius. §. quisquis. & l. si
plurib. in princ. ff. de leg. 2. tamen propter dictionem insoli-
dum, quæ etiam adiecta fuit, apparet datam fuisse duplicem
potestatem notariis. s. faciendi simul, & etiam faciendi per se
insolidum, & sic potuit notarius eligere uelle authenticare in
strumentum simul cum alio notario vel per se solum & sic in
solidum. probatur in simili. in l. recusare. §. Titius cum ibi no.
per Bar. ff. ad Treb. vbi si testator * dixit. substituo Titium filio
meo impuberi pupillariter, vulgariter & per fideicommissum
& contingat filium decedere in pupillari ætate, intelligitur da
da electio substituto veniendi per fideicommissum, vel ex di-
recta pupillari, prout maluerit, vt etiam plenè declarat Bar. ff.
de vulg. & pup. in l. Centurio. in vers. Quartò principaliter
quæro &c. Et ideo illud quod dr̃ in d. l. si pluribus, in fi. prin.
non habet locum qñ esset adiecta, quilibet dictio, vel insoli-
dum, vt ibi in prin. cum gl. & hoc modo partes non videntur
se statim corrigere, sed ampliare. cum igitur appareat mẽtem
partium fuisse, quod quilibet notarius posset per se insolidũ
facere non possumus a mente partium recedere cum notarius
5 † potestatem suam habeat regulare secundum quod a partib.
rogatus est, vt in auth. de tabel. §. nos autem. & quod ibi not.
& notatur in l. si ex pretio. C. si cer. pe. sicut arbitri habent re
gulare suam potestatem, quemadmodum in compromisso eis
demandatur a partib. d. l. non distinguemus. §. de officio. & c.
cum dilectus. de arb. & ideo si partes valentes litigare, coram
vno tantum ex plurib. iudicib. ordinariis, vel delegatis cum
clausula supradicta, litigarunt coram duobus, modo simplici
ter coram eis simul, tanquam coram vno corpore, sed eo acto
ꝙ litigabant coram quolibet eorum insolidum, & sic non si-
mul, posset vnus ex eius tantum iudicare, & sententia valeret,
per quam sententiam causa perimeretur, per rationem. d. §. cũ
in plures. & quia hæc fuit voluntas partium a quibus pende-
bat adire quem ex dictis iudicib. vellent, & causam terminari
6 facere per quem vellent ex dictis iudicib. qui de causa cogno-
uisset. d. l. j. ff. de offi. consul. & d. c. cum plures. ¶ Et hoc † com
probatur per id quod notabiliter voluit Ang. & Io. de Imo. &
Pau. de Cast. in d. l. Pompon. vbi limitando id quod habetur
in d. c. cum plures. dicunt quod si plures fuerunt iudices da-
ti cum dicta clausula, quod vos vel alter vestrum in causa pro
cedat, est locus præoccupationi. & vno iudice præoccupante,
& incipiente cognoscere. alter se intromittere non potest, nisi
primus qui præoccupauit fuerit impeditus, ut dicit tex. in d.
c. cum plures. tamen hoc fallit secundum eos, nisi de partium
voluntate alter procederet, quia tunc virtute prorogationis
iurisdictionis posset etiam alius iudex, quam primus procede
re, quamuis primus non esset impeditus. allegant notata in d.
c. prudentiam. ita igitur in proposito, quamuis illi duo nota-
rij fuerunt a partibus una rogati, tamen quia apparet pp di-
ctionem insolidum, quod voluerunt vnum solum posse per
7 se actum, seu scripturã perficere, debet posse vnus solus virtute
dicti consensus partium hoc posse. ¶ Per prædicta † etiam pa-
tet non ob. d. l. si quis ex argentariis, quia ibi omnes tutores si
mul administrarunt, & ideo est idem, quod in iudicib. vt di-
ctum est. Preterea ibi non habebant illi tutores limitatam po
testatem à partib. sicuti in casu nostro recipiunt tabelliones
qualificatam potestatem a partibus, & sicuti recipiunt arbitri
& ideo in casu nostro tabelliones habent non solum a lege po
testatem insolidum, sicuti dictum est. s̃. in iudicib. per d. l. j. ff.
de offi. consue. sed etiam habuerunt a partibus expresè limita
tum exercitium iurisdictionis, sed ꝙ quilibet insolidum exer
8 ceret, & ideo aliquid debet operari hæc limitatio data a parti
bus vltra illam quæ data erat a lege, sicut † dicimus quod qñ
cum prohibitione alienationis inducta a lege concurrit etiá
prohibitio partium paciscentium, quod res non possit aliena-
ri, operabitur plus a quam sola prohibitio legalis, vt singulari-
ter no. Bal. in c. j. §. præterea. de capitulis Corradi. in ver. quæ-
ro si est appositum pactum &c. vbi dicit, quod si per pactum
fuit expresse actum quod feudum non possit alienari, non po
terit vasallo infeudari, licèt alias de iure cõi posset infeudari,
quamuis etiam ius cõe prohiberet alienationem, vt pactum
aliquid operetur. allegat in simili no. per gl. in l. 4. §. quæsitũ.
si quis cau. & id quod no. doct. in l. j. §. denunciatio. ff. de ope.
no. nun. & idem bene facit id quod no. doc. maximè Ioan. de
Imo. in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. in 2. col. per l. 2. C. de vsu-
ca. pro emp. cum si. ista autem limitata potestas scribendi inso
lidum, modo fuerat a partibus data dictis tutorib. seu argenta
riis in casu. d. l. si quis ex argentariis. ¶ Præterea si aliter dicere
mus, sequeretur quod si in casu nostro contrahentes expresse
rogassent, notarius insolidum exprimẽdo, ꝙ vnus solus ex eis
posset sine subscriptione alterius perficere, ꝙ tamen non face-
ret fidem scriptura vnius tantum, quod esset derisorium dice
re postquam notarii sumunt potestatem a partib. vt habetur.
in d. §. nos autem. & si aduersarij fateantur, ꝙ vbi illa verba
fuissent exp̄ssa, potuisset vnus notarius solus perficere, etiam
oportet, ꝙ fateantur hoc fieri posse in casu nostro, quia æqui-
pollenter hoc fuit expressum per dictam dictionem, insolidũ
vt patet in d. §. cum in plures. ¶ Nec dicatur, ꝙ fuerunt adhi-
biti duo notarii propter suspicionem vnius tantum, quia re-
sponsio patet ex dictione insolidum, quam non adiecissent.
Et prædicta procedunt siue tractetur de materia pœnali, siue
9 de alia, † & attento quod ista pœna non fuit adiecta dationi
pecuniæ, sed aliarum rerum, & etiam facto est exigibilis cum
contrauenerit. l. Lucius. ff. de actio. emp. l. 4. §. fi. ff. si quis cau.
& plenè no. doct. in l. stipulatio ista. §. alteri. cum suis vulgatis
concordantiis. ff. de verb. obl. Ale.

ADDITIONES.

* Vbi si testator.] Plures tenent, quod substitutus admittatur ex illa substitutione. cuius casus contigit, vt per Ale. ad d. §. Titius. vbi ipse tamen tenet opi. Bar. Natta.

a ¶ Plus. Cepol. causa ciui. consi. 45. col. 11. nu. 28. Ale. l. quidam ita. §. fi. col. j. ad treb. Gui. Pa. consi. 102. Cur. senior consi. 66. nu. 17. Ias. l. filiusfa. §. diui. col. 5. nu. 34. col. 2. de leg. j. consi. 227. col. ij. lib. ij. Dec. l. j. C. qui admi. c. pastor. col. 5. de exce. c. personas. in prin. de app. consi. 349. col. j. cons. 503. col. 3. Fran. Rip. l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. obl.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium non datur pro actione personali, nisi sit iuncta iuri reali.*
3 *Testes singulares non iunguntur.*
5 *Enunciatiua non probat inter alios etiam in antiquis. nu. 6. 8.*
9 *Antiquum dicitur quod excedit certum annos.*

CONSILIVM XCIIII.

Repetitus in causa appellationis, vtrum præallega
ta procedant stante, ꝙ in appellationis
causa actor per duos alios testes conatus est probare, ꝙ dictus
Checus confessus est præsente Pe. de Bologninis se ab eodem
Petro conducere dictas petias terræ ad affictum & ad tempus
29. ann. in perpetuum ad renouandum pro libris 29. vel circa
a & vno pari caponum. Nam vt superius a dictum & ostensum
est ex duplici capite talis probatio testium non iuuat, tum qa
statutum vetat per testes probari in causis excedentibus sum-
mam centum librarum, tum etiam quia contractus emphy-
teuticus non potest per testes probari, vt s̃. dixi. Nec obst. si
pars aduersa diceret, ꝙ non agitur de probando contractum
emphyteuticum, sed de probando quasi possessionem iuris p-
cipiendi dictum affictum ratione cuius, quasi possessionis di-
cti Io. de Laude debeat sibi ad affictum condemnari dicta do-
mina Mina. Quia cum reuerentia, si pars aduersa hoc diceret
minus congruè loqueretur, qm̃ in casu nostro obligatio, qua
(vt dr̃) tenebatur dictus Checus, & successiuè eius hæredes,
1 erat obligatio personalis † quæ oritur ex contractu locationis
vnde pro dicta obligatione personali nullum est proditum a
iure remedium possessorium, quia non dr̃ possidere, nec qua-
si possideri. l. fi. ff. quorum bonorum. vnde dubitauit ibi Bar.
* pone aliquis tenetur mihi dare quolibet anno * vnum par ca-
ponum, an si postea cessauit in solutione. mihi competat reme
b dium possessorium, & determinat, ꝙ non b per illum text. nisi
ego

ego vltra obligationem personalem haberem in persona dicti
obligati ius aliquod reale. vt quia esset meus ascriptitius, vel
esset meus vassallus, quia tunc bene dicor in tali iure hře quasi
possessionem, & contra eũ est mihi proditũ remediũ possesso-
riũ, & ita loquitur tex. in c. querelam. de ele. & idem tenet Iac.
de Are. Cy. & Bal. in l. si certis annis. C. de pac. & Bald. in l. iu-
* bemus. in prin. de sac. san. eccl. Cy. & Bal. in l. 2.* C. de serui. &
aqua. & Bal. in l. j. C. per quas perso. no. acqui. Io. And. & ca-
no. in c. peruenit. de censi. ¶Ex quibus infertur, ꝙ frustra tra-
ctatur de ꝓbatione quasi possessionis iuris percipiẽdi affictũ
ad hoc, vt ex illa quasi possessione probata possit condemnari
dicta do. Mina ad affictũ. Nulla ergo actio competere potest
dicto Io. nisi personalis condictio ex l. j. C. de iure emph. q̃m
vt ibi dixit Bar. & doc. ex contractu emphyteutico non oritur
2 alia actio, nisi condictio ex illa leg. ¶Præterea † si lex prouidit,
ꝙ contractus emphyteuticus debeat probari per instrm, & sic
c prohibet [c] probationem per testes vt dixi supra vr̃ prohibere
posse probari per testes, quasi possessionem iuris percipiendi
affictum emphyteuticum, & omnia per quæ in effectu perue-
nitur ad probationẽ iuris emphyteutici. l. omnino. ff. de spon.
& C. de natu. lib. l. legem. cum si. alias. n. delusor a fuisset legis
prouisio, quod non est dicendum. l. cum prætor. ff. de iudic.
Præterea ẽt dicti duo vltimi testes snnt singulares, vt patet ex
loco tpe & contestib. de quibus quilibet ipsorũ attestatur, &
per consequens fidem non faciunt. c. cum dilectus. de ele. c. li
3 cet eãm. de prob. ¶Et licèt alibi† sit longa qõ, an & q̃n vna ꝓ
batio imperfecta possit iungi cum alia probatione impfecta,
adeo ꝙ vna perfecta probatio resultet, de quo plenè in c. fi. de
succes. ab intest. & in c. j. de app. & in c. veniens. de test. & per
legistas in variis locis, tñ omnes fatentur, ꝙ vbi plures testes
sunt singulares, nunquã probatio imperfecta facta per unum
iungitur alteri probationi imperfectæ factæ per alium, per ꝓ
dictam, vt notanter declarat post alios do. Abb. in c. antep. de
prob. in 4. col. Productũ est ẽt per partem aduersam instrm lo
cationis factæ per Robertũ de Saliceto prefato Checo, & licet
forte posset esse verum, ꝙ hæredes Chechi essent obligati hæ-
redibus d. Roberti locatoris, tñ non põt dici, ꝙ sint obligati
d. Ioanni de Laude, quia non est probatũ, ꝙ ipse sit uniuersa-
lis, nec singularis successor. d. Roberti in iure locationis præ-
dictæ. Solum. n. productum est, quoddam assertum instrm, in
quo quædam do. Thiara asserens se matrem & tutricem Fran-
cisci pupilli filii & hæredis quondam d. Iacobi & hæredis Vr
bani & Andreæ quondam dicti Roberti &c. vendidit & tran-
stulit dicta iura & petias terrarũ in Ioannẽ de Bologninis &c.
Nam per hoc non est probatum, ꝙ dictus Ioãnes de Laude sit
singularis successor Roberti in dicto iure locationis. Primo
4 †quia cum dictus contractus factus fuerit super reb. immo-
bilib. pupilli necessaria erat tutricis authoritas & decretum iu
dicis &c. tam de iure cõi, q̃ ex forma statutorum. l. lex quæ tu
tores, de adm. tut. l. j. de reb. eo. cum vulg. sed non est probatũ,
ꝙ illa mulier fuerit mater & tutrix dicti pupilli, & sic quòd
assumpserit tutelam seruatis solennitatib. de quib. in authen.
mat. & auiæ. C. q̃n mulier tutę. off. fun. potest. ergo dictus con
5 tractus fuit nullus. attento ꝙ † dicta verba enunciatiuè prola-
tã in instrõ prædicto inter alias personas fidem non faciunt,
licèt inter easdem sic. l. magnam. C. de contrah. & commi. sti.
& plenè no. in l. ex hac scriptura. ff. de don. in l. ex his. C. de te
sta. mil. & in l. j. C. de fal. cã adiec. leg. & cano. plenè in d. c. fin.
de suc. ab intest. & attento ꝙ ista erat solennitas extrinseca, q̃
non præsumitur, nisi probetur. l. quæcunq;. §. fi. ff. de publ. in
l. sciendum. cum materia. ff. de ver. obl. & in proposito decla-
rat pulchrè Spe. in ti. de prob. §. fi. ver. sed pone iudex. ubi di-
xit, pone ꝙ in snĩa reperitur, ꝙ iudex dixit, condemno Titiũ
tutorem Sempronii, qui satisdedit, & inuentarium confecit.
vtrũ per hoc probetur, ꝙ erat tutor? determinat no. quod nõ.
quia est solennitas extrinseca, vt dixi. ¶Oportebat ẽt de necessi
tate probare, ꝙ dictus pupillus fuisset nepos & hæres in effe-
ctu dicti Roberti probando, ꝙ alii filii dicti Roberti de quib.
in dicto instrõ fit mentio, decessserint tunc temporis, adeo ꝙ
hæreditas Roberti esset consolidata in personam dicti pupil-
li mediantib. additionibus factis re uel verbo, secundum ea,
quæ hñr in l. pro hærede. & in l. gerit. de acq. hær. quæ mini-
6 mè sunt probata neç deducta. ¶Nec obst. † si diceretur qd ista
præsumuntur ratione antiquitatis, quia respondeo, quod cũ
reuerentia hoc non reperitur iure cautum, quo ad materiam
nostram, immo contrariũ expsse uoluit Bald. in l. ij. C. de legi.
hær. vbi dicit, qd licet alias scientia, & patientia alicuius cum
diuturnitate tpis faciat p̃sumi interuenisse a principio cõsen-
sum ipsius patientis, vt l. si filius C de peti. hære. & ibi ẽt hoc
no. Bal. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hær. & not. Bart. &
scribentes in l. j. C. qui admi. tñ vbi nõ interueniret dicta sciẽ
tia & patientia dictus cõsensus pro solennitate reqsitus nõ p̃-
sumeret ex diuturnitate tpis. alle. l. non hoc. C. vñ legi. Itẽ secũ
7 dũ † aliquos in sententia de antiquo lata p̃sumitur solennitas
actorum secundum opi. Host. in c. cum inter. de re iudi. & in
c. in præsentia, de renun. & legistæ no. in l. emancipatione. C.
de fi. instr. & plenè no. doct. in c. quoniam contra. de prob. &
in c. cum in iure. de offic. dele. nã posito ꝙ illa opi. sit vera, a
qua tamen plures recedunt, quando sententia fuit lata contra
absentem, attamen nihil facit ad materiam nostram, quia pre
dicta procedunt inter easdem personas inter quas est lata sen
tentia, sed quò ad alias personas non. c. quanuis, & c. cum su-
per, de re iud. l. 2. C. quibus res indi. non noc. Præterea nõ mi-
randum si illud procedit in sententia, cùm pro sententia tran
sacta in rem iudicatam semper præsumantur. c. bonę. de elec.
c. cùm inter. & c. sicut. de re iud. l. Herennius. §. Caia. de euic.
& quia semper pro iudice præsumitur. d. c. in præsentia. & l.
2. C. de offic. ciuil. iud. nos autem loquimur in contractu cele
8 brato inter alias personas, non autẽ in sententia lata inter ea-
sdem personas. Item illud quod dicimus† enunciatiuè prola-
ta in instrumentis antiquis præsumuntur, vt no. doc. in c. cũ
olim, in gl. j. de censi. illud procedit in his in quibus nõ requi
ritur plena probatio, sed sufficit probatio per adminicula &
per famam, vt in probatione confinium vt in c. cùm causam,
de proba. ita dixit gl. in c. si Papa, in uerbo probata, de priuil.
in 6. & expressius notat do. Ant. in c. fi. de success. ab intest. itẽ
vt singulariter dicit Bal. & Sal. in l. pen. C. de iure deliberan.
instrumenta antiqua inducunt probationem cõfinium & eo-
rũ quæ enunciantur in instrumentis, si talia instrumenta sunt
plura, quia tunc probant communem hominum opinionem
quæ sufficit in antiquis factis, vt in d. l. si arbiter. & no. doc. in
d. c. veniens. sed vnum tantum instrumentum antiquum non
sufficit, secundum eos, quia non probat communem opi. ho-
9 minũ. Præterea frustra† tractamus de præsumptione resultan
te ex antiquitate, quia nos non sumus in antiquis, quia in hac
materia antiqua dicuntur illa quæ excedunt legitimum tem-
d pus vitæ hominis, hoc est centum [d] annorum, vt no. Inn. rectè
intuenti in c. veniens, de ver. sig. & expresse Io. de Imo. & do.
Abb. in c. veniẽs. de testi. per l. an vsusfructus. ff. de vsufr. & l.
si arbiter. ff. de prob. cum si. licèt instrumentum vẽditionis est
factum 52. annis citra, ergo &c. alia etiã circa istam presum-
ptionẽ antiquitatis dixi. s. in antiquis allegationibus, quæ nõ
repeto. Præterea dictum instrm nullam fidẽ facit, quia vt con
stat in actis, pro dicta venditione non fuit soluta gabella, ergo
stante forma statutorum dictum instrumentum est ipso iure
nullum. Ex quibus patet non esse probatum per dictum agẽ-
tem ea quæ sibi incumbebant, & per conseqnens actore non
probante reus debet absolui vulgatis iuribus. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Superius. in prima instantia. sup. lib. 5. consi. 50.

* Quolibet anno.] Istud procedit iure ciuili, non canonico. per c. que
relam. de elec. secundum Affli. Deci. 395. Rom. consi. 3 14. dub. 3. vbi
dicit vnicam solutionem sufficere Are. tangit Insti. de interdic. in
prin. col. pe. & seq. Nat.

b ¶Quod non. Bal. in c. querelam. col 3. de elec. in addi. Spe. ti. de resti.
spo. c. j. quid sit inuesti. col. ij. in vsi. feu. Ang. l. regulariter. de peti. hæ-
re. Pau. l. j. C. de fideic. Feli. c. conquestus. in fi. de for. compe. Sed con-
trarium cum canonistis tenet Bal. in rub. de cau. poss. & propr. col. j.
In fin. An. Are. insti. de interd. in fi. prin. Io. Fa. insti. de actio. §. præiu-
diciales. col. 13. insti. pe interdi in fi. prin. vbi dicit ita obseruari quod
verum est. debet tamen hoc casu probari de iure vel titulo, ut dixi
in consue. Paris. §. 64.

1* Bal. in l. 2.] Bal. ibi hoc tradit col. 7 q. 18. ver. sciendum. & ad l. j. cir-
ca prin. C. de fideic. & ad c. j. §. sciendum, versi. quærit domi. Fed. de
feu. cogn. Natta.

c ¶Prohibet. imo ut dixi in consue. Par. tit. ij. in fi. rub.

d ¶Centum. latè ut dixi in consu. Pari. §. 5. nu. 63.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum accusati de crimine læsæ maiestatis ualet.*

3 *Restitutio principis interpretatur ut sit plena.* 4 *Alia,*

4 *Alia, dictio, iniuncta cum verbo quouis, non restringitur ad similia.*
5 *Relatio quando fit ad omnia. nu. 6.*
7 *Verba, quoquo modo vel quibuscunque hæredibus, non restringuntur ad descendentes etiam in feudis.*
8 *Rescriptum Papæ de certa summa filiæ, vt nubat danda, super bonis patris sententiam mortis & publicationis passi non valet si iam erat nupta.*
10 *Licentia testandi validat testamentum iam factum.*
11 *Et, dictio, quando facit conditionem.*

CONSILIVM XCV.

Requisitus super dispensatione bonorum quondam Marci de Zangaris, de quib. vertitur controuersia inter filiam dicti quondam Marci ex vna parte, & quosdam agnatos dicti Marci scriptos hæredes in testamento eiusdem Marci, eo quia alias pro dictis hæredibus consului, a & tunc quædam afferuntur in medium pro parte dictæ filiæ pro qua eleganter & copiose allegatum est, & plus fortasse elaboratum quam vt arbitror oporteret. sentio idem quod prius respondi. nec refragari videntur allegata in contrarium, quia potius si bene inspiciatur, fatetur dñs consulens dictos hæredes scriptos esse in casu nostro præferendos. nam præsupponitur per cōsultorem partis aduersæ, ꝙ dictus Marcus fuerit damnatus per sententiam, tanquam commiserit crimen læsæ maiestatis, & quod pp hoc testm̄ Marci non teneat, & ꝙ vigore literarum apostolicarum non sit reconualidatum testm̄. & hoc est potissimum fundamentum suum, quo cessante non vr̄ inficiari quod dicti hæredes scripti preferantur. Sed 1 ita est† vt in facto præsupponitur, ꝙ dictus Marcus non fuit damnatus b per sententiam, & ideo posito etiam quod fuisset inculpatus de crimine læsæ maiestatis, tamen testm̄ valeret & defunctus hæredem habere potest. §. per contrarium. in verbo desinere. & ibi no. insti. de hær. quæ ab intest. l. si quis filio exhæredato. §. pe. ver. nec eorum. ff. de iniust. testa. & l. donationes. §. fi. ff. de do. no. Bar. & alii scribentes in l. qui a latronibus. §. fi. ff. de test. & ibi sensit gl. fi. & hoc solum fundamentu sufficeret iunctis his quæ in priori consilio dixi. ¶ Sed fortius 2 † dico quod etiam si testamentum fuisset irritum, præsupponendo quod Marcus condemnatus fuisset, iuxta l. eius qui §. 1. & ij. ff. de testa. & legitur & no. in d. l. qui a latronibus. in fi. & in l. si quis filio. §. hi autem. tamen adhuc videtur Romanū Pontificem voluisse, ꝙ bona hæredibus scriptis in testamento Marci restituantur, & perinde haberi acsi, nec damnatus, nec culpatus fuisset Marcus. quod quidem facere potuisse summum Pontificem fatetur præfatus consultor. & rectè, quia intentio Papæ fuit, quod etiam damnati propter dictam conspirationem habeant hæredes, vt patet ibi dum dicit, eorum quouis modo hæredibus. & non potest prouideri, ꝙ defuncti prędicti habeant hæredes, nisi intelligatur esse facta restitutio ad versus sententiam, propter quam condemnati impediebantur habere hæredem. l. fi. in fi & auth. ibi posita. C. de bo. dam. & l. quisquis. C. ad legem Iul. maie. & qui vult consequens, videtur velle antecedens necessarium ad illud. l. illud. ff. de acqui. hær. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. & præsertim cum Papa intellexerit dictam concessionem esse redintegrationem, & sic restitutionem in pristinum statum, vt ostē 3 dit † verbum integrandi, positum in literis. & in dubio fieri debet interpretatio, ꝙ sit plena restitutio. l. j. §. si quis vltro. & ibi Bar. ff. de quæstio. & no. Bar. in l. fi. in pe. q. C. de sen. pa. & pro hoc patet non obstante si dicatur, ꝙ intelligatur facta restitutio, vt habeat hæredes ab intestato tantum, quia dico, ꝙ si hoc esset verum, non esset plena restitutio, prout in dubio debet interpretari. Præterea esset violare illa verba. s. quouis modo hæredibus. quæ verba sunt latissima & tendentia ad comprehendendum omnes hæredes. l. hæredis. ff. de verb. sig. l. in 4 annalibus. C. de leg. facit † quod voluit gl. no. in cle. j. in ver. quouis. de re iud. ponderata ut ponderatur ibi per Io. de Imo. qui ex illa gl. iuncto tex. colligit, ꝙ licet dictio alia, intelligatur importare similia & non maiora expressis, nec dissimilia, vt no. in l. fugitiui, per gl. & doc. C. de ser. fug. tamen fallit, c scilicet cum dictione alia, iungatur dictio quæuis, nec ulla rō subest quare non ita debeant intelligi literæ apostolicæ, vt fiat restitutio, vt Marcus habeat dictos suos agnatos sibi hæredes ex testamento, sicut habeat hęredem ab intestato, attento ꝙ cā testati fauorabilior & potior est, quam causa intestati. l. antequam. C. commu. de succes. l. quandiu. ff. de acq. hær. & in au- 5 then. hoc amplius. C. de fideicom. ¶ † Nec est bona responsio etiam illa qua dicitur, ꝙ intelliguntur literæ apostolicæ de hæredibus illorum qui non fuerunt suspensi, quia dico, quod dum in literis fit mentio de hęredibus fit absolutè mentio de hæredibus defunctorum damnatorum, vel non damnatorū, exceptis duntaxat illis, qui homicidium commiserant. quæ exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quęsitum. §. deniq;. ff. de fun. instru. & in auth. de non alie. §. vt autem. ꝙ dicta dictio hæredibus, debeat ad vtrunq; referri probatur in l. doli, in prin. cum ibi not. per Bart. ff. de seruo cor. & not. Bar. in l. Centurio ff. de vulg. & pup. in ver. quid si dixit, volo ꝙ bona mea vendantur, & pretium eorum detur pauperibus per fideicommissarios &c. bene facit l. mulieri & Titio. & qđ 8 ibi Bar. ff. de condit. & demon. & in l. si legatarius. § fi. ff. de lega. 3. & dato ꝙ illa verba. s. eorum quouis modo hæredibus, referantur ad proxima, tamen comprehendunt hæredes d. Marci, qui fuit de inculpatis & vita functis, de quib. proximè erat habita mentio nec dicatur, ꝙ in princ. erat facta prouisio de suspensis, idcirco sequens prouisio & dispositio non debeat referri ad eos de quib. iam erat prouisum. l. sed si per prætorem §. deinde. ff. quib. ex cau. ma. & l. j. §. eum. ff. de postul. quia respondeo, hoc non esse verum, eo quia Papa ibi in principio, dum facit mentionem de suspensis. non dicit, ꝙ velit prouidere suspensis, seu aliter defunctis, sed parentibus & consanguineis suspensorum, postea subiungit verba, quę concernunt ꝓuisionem quam facit ipsis culpatis, damnatis & non damnatis, viuentibus vel defunctis, & eorum quouis modo hæredib. Præterea in principio non erat facta prouisio de quouis modo hæredibus, igitur quamuis ista verba. s. quouis modo hæredibus, referantur etiam ad hęredes suspensorum. non resultat contrarietas aliqua, & sic non obstat id quod hr̄ in d. l. sed 6 si per prætorem. ¶ Non obst. † etiam id quod legitur & notatur in l. si idem cum eodem. in fi. ff. de iurisd. om. iud. & quod no. gl. in c. cum singula. in verbo, prioritatibus. & ibi Dominicus de præb. in 6. q. dico ꝙ ibi clausula, vel qualitas non refer d tur d ad omnia præcedentia, qn̄ resultaret contrarietas, seu correctio, vt declarat Bar. in l. talis scriptura. de lega. j. & Dominicus in d. c. cum singu. sed ista cessant in proposito nostro. vnde cum omnia illa verba in quibus fit mentio de suspensis. & in quib. fit mentio de aliis culpatis & damnatis, & non dānatis, sint sub eadem determinatione, & rogantur ab illo verbo indulgendi, sequitur ꝙ id quod est ibi appositum, refertur ad casus prænominatos, ut not. Bar. in l. 4. §. eritq; differentia. ff. vi. bo. rap. & Ant. de Bu. & Io. de Imo. in cle. j. de sup. neg. præ. Quinimò, vt dixi, principium literarum apostolicarum prouidet parentibus & consanguineis suspensorum, & non dicit ꝙ prouideat suspensis, verba vero sequentia sonant, quod prouidet inculpatis damnatis, vel non damnatis, viuentibus vel vita functis, seu eorum quouis modo hæredib. quæ verba sunt apta etiam ad suspensos, cum vita functi sint, & ad eorum hæredes. & sic etiam si ad proxima fieret relatio, satis esset, nec resultat absurdum, licèt excludatur filia & includantur filij, & transuersales agnati scripti in testamento, quia ut dixi, testator eos vocauerat ad hæreditatem relictis certis bonis filii, & causa testati fauorabilior est. l. vel negare. ff. quemadmodum test. ape. & d. l. antequam. nec dicatur, ꝙ in istis damnatis crimine læsæ maiestatis, quasi vxor eorum censeatur funesta, prę feratur testm̄ legis dispositioni testatoris, quia dico, ꝙ in talibus damnatis, ita de iure cōi cessabat testm̄ legis, quo ad succedentes ab intestato, sicut testm̄ testatoris. d. l. fin. in fin. C. de 7 bo. dam. ¶ Nec ob. † ꝙ dicta verba quouis modo hęredib. intelligantur de descendentibus, in quibus cadit indulgentia & restitutio. d. l. quisquis, iuncta l. pro hærede. §. si quid tn̄. & qđ ibi Bar. cum si. ff. de acq. hære. quia respondeo, ꝙ verba nō patiuntur hanc restrictionem. maximè per illa verba. s. quouis modo. bene facit vltra superius dicta id; quod no. Bar. in l. j. in 34. q. ff. de rerum diuisio. vbi dixit ꝙ licet verbum, hæredibus, in materia feudorum accipiatur pro descendentib. c. j. §. j. de aliena. feu. tn̄ fallit si esset dictum pro quibuscunq; hæredib. c quia tunc veniunt ēt extranei. c arg. c. primi. de feu. non hab. propriam natu. feu. & bene faciunt not. per Bal. in c. imperialem, in

lem,in prin.in pen.col. de prohi. feu. alie.per Fede.Præterea
hæc restitutio, & indulgentia non est apta, conuenire scriptis
hæredibus quibuscunque, sicut est apta conuenire consangui
neis,de quorum restitutione & indulgentia etiam fit mentio
in dictis literis, ita probatur.d.l.quisquis, attento maximè,ꝙ
hæredes scripti in testamento Marci erunt de sanguine, seu
agnatione sua, intelligatur ergo dicta restitutio quantū ad eos
quo ad bona & ius succedendi, prout successuri fuissent si ca-
sus dictæ inculpationis non contigisset.¶Absurdissima etiam
est alia responsio dum dr̄, ꝙ illa verba, scilicet quouis modo
hæredibus eorum,intelligatur de hæredibus filiorum illorū,
qui suspensi fuerant de quibus, in princ.quia hoc esset facere
relationem ad remota,& non ad proximiora, contra id,quod
hr̄ in c.cum dilecti,de don.& in c.2. requiris. de app. cum si.
& per hæc sunt effectualiter resoluta omnia fundamenta par
8 tis aduersæ circa primum dubium. ¶Circa secundum†dubiū
dum consuluit, ꝙ dicta filia Marci non poterat se fundare in
secundis literis apostolicis pro illis centum florenis cum iam
nupta esset.allegatur in contrarium id quod hr̄ in l. si iam fa-
cta.& l.si ita legatum.ff.de condi.& demon.& l. si ita scriptū
§.si pater filiæ.de leg.2.& quod no.Bal. in l.fi.C. de sent.quæ
sine cer. quanti. attento, ꝙ Papa ignorabat eam esse nuptam,
sed respondeo & dico,ꝙ exclusio dictæ filiæ probatur per ea,
quæ deduxi in consi.j. quibus non est responsum . ¶Non ob.
s.allegata, quia loquuntur quando aliquid relictum est lega-
tario sub aliqua conditione, quæ si reperitur impleta tempo-
re testamenti ignorante testatore debetur legatum,nec miran
dum,quia ibi nulla culpa subreptionis, vel obreptionis com-
mittitur per legatarium, ideo non efficitur indignus legato,
sed nos loquimur in impetratione facta, seu quæ præsumitur
facta ad postulationem supplicantis, quo casu literæ saltem
gratiosæ vitiantur siue subreptio, vel obreptio fuerit causa in-
ductiua & finalis ipsius gratiæ,siue impulsiua,adeo ꝙ etiam si
concedens cessante subreptione fuisset concessurus, sed non
ita de facili,seu leui vitiatur concessio.c.postulasti, de rescrip.
& ita fuit in casu nostro,vt probatur in priore consilio, legata
vero non præsumuntur facta ad postulationem legatarii, sed
propter eius merita.l.nec adiectio.ff. pro socio . ¶Non obst.
9 †id quod no.gl.in cle.cum ei quem.in verbo,notitia. de con-
ces.præb.vbi si Papa concedit beneficium primo vacaturum,
comprehenditur etiam illud quod tunc vacabat, quia respon
deo quod ratio ibi est, quia etiam illud quod vacabat tempo-
re datæ,verum est dicere,ꝙ vacabit,per id quod hr̄ in l.verbū
erit.& l.verbum oportebit.ff. de ver. sig. ita declaratur per gl.
præallegatam.sed non est verum dicere, quod ista quæ nupta
est tempore datæ, nubet in futurum , quia poterit esse, quod
nunquam amplius nubet,& sic verba literarū Papę non erunt
verificata in ea,quæ nupta erat tpe datæ. Præterea in casu illo
non cessat causa finalis,vel impulsiua mentis concedentis,nec
ibi fuit aliquod vitium subreptionis, vel obreptionis suppli-
10 cantis,hic sic, vt dixi in consilio.¶Non ob. quod Papa†conce
dit alicui inhabili potestatem testādi,puta Cardinali, vel epō
de bonis acquisitis ab ecclesia,& tpe concessionis iam fecerat
testm̄,quod illud iam factum ex huiusmodi indulto cōfirma-
tur,vt no.Pau de Cast.in l.hæc conditio filiæ meæ.§.si sic.cū
l.seq.ff.de condi.& dem. quia respondeo quod tunc indistin-
ctè cōfirmatur testm̄ siue Papa sciuerit, siue ignorauerit testm̄
fuisse factum secundum Pau.de Ca.in d.§.si sic. eo quia secun
dum eum licèt tpe datæ literarum factum esset testm̄, tn̄ non
habebat vires testatore viuente, sed eas recepit in morte.c. cū
Marthæ.de cele.mis.& sic censetur tpe mortis fieri,cum tunc
vires assumat, ideo verba futuri tpis propter hoc ad iam fa-
ctum testm̄ videntur trahi ex quo pendebat a voluntate testa-
toris illud reuocare,vel firmum facere,arg.l. talis scriptura.in
fi.cum l.seq.ff.de leg.j.& pro hoc etiam all. d.l. si quis filio.§.
irritum.ver.qua rōne.sed actus contractu matrimonii erat p-
fectus & consummatus, nec pendebat a potestate mulieris dis
soluere,igitur obiectum nihil cōe habet cum casu nostro. Præ
terea in casu nostro cessat cā non solum impulsiua , sed finalis
ipsius concessionis,vt probatur in consilio . secus in casu alle-
gato in cōtrarium. ¶Non obst.etiam id quod hr̄ in l. creditor
§. si inter.ff. manda, quia ibi post dispositionem fuit impleta
cā,licèt cum minori quantitate, quam esset illa quæ data fuit
propter causam implendam, nec ibi vlla interuenit subreptio
vel obreptio,hic autem non fuit post impetrationem literarū
impleta causa,& interuenit vitium subreptionis, vel obreptio
nis.¶Non onst.insuper quod dicta filia , quamuis esset nupta
tempore impetrationis, tamen potest & debet percipere pecu
nias , dummodo caueat de implendo modum cum primum
poterit.i.cum nubere poterit,quia respondeo quod illa verba
adiecta in dictis literis ibi dum dr̄, vt honestè tali subsiduo
nubere valeat &c.facerent conditionem & non modum, quia
11 vbicunq; † per dictionem vt adiicitur aliquid, quod pendet
ex virib.fortunæ,facit conditionem & non modum , ita not.
Bar.in l.quibus diebus.§.Termilius.in 2.q.ff. de condi.& de-
mon.sed stante qnod dicta filia erat nupta tpe literarum pen-
det a viribus fortunæ, seu a casu , quod ipsa amplius nubere
possit,aut.n.prædecedet maritus,& ipsa nubere possit,& alias
non . Præterea illud non potest hr̄e locum pp dictum vitium
subreptionis, vel obreptionis, pp quod impetrans carere de-
bet impetratis, vt dixi plenius in primo consilio . Ex quibus
concludo nullo modo obstare allegata in contrarium ad quæ
puto patere per superius dicta sigillatim esse responsum . Ale.

ADDITIONES.

a ¶Consului.inf.eo.consi.161.
b ¶Damnatus.quod autem valeat testamentum indebitè & insolenter damnati & decollati tempore belli,Cor.consi.278.lib.4.
c ¶Fallit.Cæpol.causa.crimi.consi.18.consi.4.
d ¶Refertur.sup.lib.j.consi.48.
e ¶Extranei.sup.lib.j.consi.30.

EPITOME.

IN legato vsusfructus omnium bonorum veniunt nomina & debitor soluens tali legatario, liberatur ab hærede. & conditio in vno legato non censetur repetita in alio,siue in eodem testamento, siue in codicillis.

CONSILIVM XCVI.

Sentio dictum soluentem vsufructuario esse liberatū,
& ideo ad instantiam hæredis proprietarii non
esse vlterius exequendum dictum præceptum contra dictum
1 debitorem,qui vsufructuario soluit. Nam†in legato vsusfru-
ctus omnium bonorum veniunt nomina debitorum.l. uxori
la vltima.ff.de vsufr.leg.iuncta l.qui filium.ff.de leg.3. & pro
* batur in l.j.C.de vsufr.Et quando in legato * venit nomen de-
bitoris,transit utilis actio contra debitorem in legatarium,si-
ne cessione,vt l.ex legato nominis.C.de leg. & specificè quod
transeat dicta actio vtilis , sine cessione in legatarium vsusfru-
ctus omnium bonorum , & eandem actionem exercere possit
contra debitores præstita proprietario cautione de vtendo &
fruendo arbitrio boni viri, secundum quod de iure tenetur,
consuluit Pet.de Ancha. in consi.3. incip. Non est dubiū &c.
per id quod leg. & no. in d.l. ex legato , & per id quod habet
in l.vxori.la prima.non uiolando tex.ff. de vsus. leg. & in l. si
homo.ff.de vsuca.& dicit ꝙ facta præstatione dictæ cautionis
de utendo & fruendo &c. satis apparet de patientia hæredis,
quæ pro traditione habetur , ut in l.3. in princ.& §.dare.ff.de
vsufr.& dominium talis iuris vsufructus iuxta l. qui usumfru
ctum.ff.si vsusfr.pe.transit in legatarium,sicut ius, seu domi-
nium iuris aliarum seruitutum.l.si patrem.§.j.ff.quemadmo.
2 serui.amit.& vsusfructus appellatur†pars dominii , in qua re
linquitur usufructus.l.4.ff. de usufr. & l. qui usumfructum .
cum ibi not.ff. de uerb. obl. sicut ergo quando legatur totum
ius nominis debitoris transit pleno iure utilis actio sine ces-
* sione.d.l.ex legato quia ut dicit* Cyn. in d.l. ex leg. illud le-
gare nomen debitoris,idem est quod cedere, ita etiam esse de
bet si legatur nomen debitoris non pleno iure . sed quo ad
usumfructum debet trāsire,sine alia cessione dicta utilis actio
quo ad effectum consequendi usumfructum. ar. l.quæ de to-
3 ta.ff.de rei ven. ¶Nec prædictis ob.†quo ad casum nostrum si
diceretur quod hæres apud quem sunt directæ actiones præ
uenit faciendo fieri præceptum dicto debitori , quod sibi sol-
ueret,& ideo si nunc concurrunt hæredes habentes directas,
& illi qui habent utiles , uirtute legati debeat præferri hæres
habens directas,per id quod habetur in l.si delegatio,cum gl.
in uerbo

in verbo, denunciauerit. C. de noua. quia respondeo. quod imo quando ante factam exactionem concurrunt habens vtilem & habens directam, præfertur habens vtiles, ita probatur in d.l. si delegatio, & ibi hoc tenet Pet. Cy. Bar. & Sali. & ita ẽt no. hoc l. nomen. C. quæ res pig. ob. pos. ¶ Præterea alia gloss. expresse. in d.l. si delegatio. in verbo, eo modo, & etiam tex. ibi in verbo exigere, vult ꝙ habens directam solum per exactionem excludat habentem vtilem actionem, qui primo non esset litem contestatus contra debitorem, aut debitori non denunciasset ne solueret habenti directas, aut partem debiti non recepisset, sed ita est, ꝙ hærens habens directas nondum exegit, ergo non potest excludere habentem vtiles actiones. & hoc etiam clarè tenet Sal. in d.l. si delegatio. & idem dicit ibi Fulg. dicens quod per hæc infertur, ꝙ etiam si post sententiam latam in fauorem habentis directam actionem veniat habens vtilem, impediet habentem directam, dummodo ipse habens directam nondum exegerit. pro quo facit secundum eum l. procurator in rem suam. ff. de procu. ibi dum litera dicit, vel pecuniam suscipiendum &c. & dicit hoc esse singulare. ¶ Item respondeo† quod quando * quis habet vtiles ex vltima voluntate, semper præfertur habenti directas, & ideo tunc non habet locum dispositio dictæ l. si delegatio. C. de noua. ita singulariter dicit Bal. in d.l. si pecuniam, per illum tex. ff. de lega. j. & secundum eum debitor habet semper exceptionem contra habentem directas actiones si vtiles ex dispositione vltimę voluntatis sunt translatæ in alium, vt ibi patet. quod dicit Bald. esse no. dignum, videtur enim testator velle quod debitor soluendo legatario sit liberatus, & ideo debitor semper potest se tueri exceptione doli aduersus hæredem habentem directas. & cum Bal. in d.l. si pecunia. transit ibi Pau. de Cast. & idem videtur velle Bal. in d.l. ex legato, in versi modo reuoco in dubium. & ita etiam est de mente Ang. in d.l. ex legato. ergo cũ dictus vsusfructus fuerit relictus in vltima voluntate, sequitur ꝙ præfertur habens vtiles. Nec etiã habent prædictis obstare, si diceretur quod dicta mulier, cui relictus fuit vsusfructus transiuit ad secunda vota, & maritus in testamento dixit, ꝙ relinquebat vxori vsumfructum donec vitam vidualem seruaret, quia† respondeo, ꝙ maritus in testamento est verum qđ reliquit dictæ mulieri vsumfructum omnium bonorum existentium in Plumbino & in Lombardia, donec ipsam uitam vidualem seruaret. & prohibuit eam vendere, alienare, vel pignorare, aut alium contractum facere, sed postea ampliauit in codicillis relictũ, quia reliquit eam dominam & vsufructuariam omnium bonorum suorum, & dedit ei potestatem vendendi & alienandi, & pretium pro anima sua, & suorum in pauperes conuertendi, prout ei videretur & placeret. nec adiecit conditionem illam, scilicet donec in viduitate persisteret, nec etiam limitatè restrinxit legatum illud ad bona existentia in Plumbino & in Lombardia, vnde conditio apposita in legato relicto in testamento, non intelligitur repetita in alio legato facto in codicillis, quia etiam quando in eodem testamẽto facta sunt eidem duo legata in diuersis orationib. conditio adiecta in primo legato, non intelligitur repetita in sequenti, vt traditur per Bar. in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. instruc. leg. & in l. in repetendis. ff. de leg. 3. maximè per l. qui fundum. ff. de contrah. emp. & facit l. si tibi certam. ff. de adi. leg. Alex.

ADDITIONES.

Et quando in legato.] Quid si testator habens actionem ad fundũ, leget fundum, an opus sit cessione ab hærede, & an ille teneatur cedere, est quæstio, quam ponunt Bal & Sal. ad d.l. ex legato & ibi tangit Alex. Et quod vsufructuarius omnium bonorum exigere possit debitores tanquam procurator in rem suam latè deducit Dec. consi. 418. dub. 3. Natta.

Quia ut dicit.] Adde aliam rationem, quia sicut in legatarium rei corporalis recta via transfertur dominium. l. à Titio. ff. de fur. l. Pap. ff. de serui. ita etiam legato nomini debitoris transfertur utilis actio sine cessione, quia tantum operatur cessio in iuribus incorporalib. quantum traditio in rebus corporalibus. l. fi. C. quando fis. vel priua. l. fi. ff. de dona. Natta.

Quod quando.] Idem tenet Ale. ad d.l. ex legato. C. de leg.

SVMMARIVM.

Dedit, tradidit, verba hæc non probant traditionem.

Confessio dotis receptæ post lapsa tempora exceptionis, non numeratæ dotis, probat.

3 *Confessio tutricis non nocet pupillæ.*

4 *Instrumentum publicum probandum est si negetur. nu. 6.*

5 *Tabellio hodie non præsumitur retro fuisse.*

7 *Mala fides impedit præscriptionem etiam personalem actionis.*

CONSILIVM XCVII.

Viso processu causæ vertentis, coram spectabili viro Lu
do. Strozza potestate Massæ Lombardorum inter
dominam Ioanninam de Lugo agentem & dominam Marga-
ritam vxorem Masij de Puzolo se defendentem, puto partes
dicti domini potestatis esse in pronunciando & condemnan-
do d. Margaritam ad dandum & numerandum dictæ Ioanni-
næ libras 69. Bon. prout in petitione dictæ Ioanninæ conti-
netur, & in absoluendo dictam Margaritam ab omnib. aliis
contentis in petitione dictæ Ioanninæ. & in absoluendo vtrã-
que partem ab expensis, quia vtraque pars est victrix & victa.
& hoc rationibus & causis maximè infrascriptis. ¶ Non ideo
debet absolui domina Margarita a casali, & tribus tornaturis
terræ petitis, quia non probatur illas vnquam fuisse traditas
dicto Ioanni, quondam Iaco. nec ipsarum possessionem fuisse
vnquam apprehensam per dictum Ioannem, & per consequẽs
non potest ex contractis dotis restituendæ petere Ioannina il-
lud quod Margarita mater eiusdem Ioanninæ non dedit di-
cto Ioanni. in l. j. & per totum titulum. C. de dote cau. nõ nu
1 me. ¶ † Nec obstat, quod in instrumento dotis dicatur, quod
Margarita dedit & tradidit dicto Ioanni dictum casale & di-
ctas tres tornaturas terræ &c. quia respondeo, quod illa ver-
ba non probant traditionem rerum, nisi quando in conspe-
ctu ipsarum rerum esset factum instrumentum, in quo appa-
ret prolata fuisse illa verba, dedit & tradidit l. prædia. & ibi
no. Iac. de Are. Bar. & alii. ff. de acquir. poss. & no. omnes in l.
2. C. eo. & Spec. in titu. de emp. & ven. §. sciendum. ver. si vero
res &c. cum ver. seq. & Ant. de Bur. in c. cum venissent, de re-
stitu. spo. & in rep. c. fin. in quarta charta. de cau. pos. & sic pa-
tet quod dicta Margarita hæres dicti Ioan. non potest conue-
niri pro dictis terris actione personali de dote, seu ex stipula-
tu, iuxta l. j. in prin. C. de rei vxo. actio. & in §. fuerat instit. de
act. bene faciunt not. per gl. in l. Iulianus. §. ex vendito, in ver-
bo, præcario sit ff. de act. emp. quod no. Cyn. in l. j. in fi. C. qñ
lice. ab emp. disce. & ibi Bal. in 2. q. & Bal. in l. s. C. pro dona-
to. & in l. 2. C. de vsur. & Ang. in l. ab emptione. in 4. col. ff. de
pac. ¶ Nec de actione reali, puta rei vendicatione, vel publicia
na tractandum est, quia non sunt probata extrema necessaria
scilicet dominium, vel quasi ex parte agentis, & possessio ex
parte conuenti. l. in rem. in prin. ff. de rei uen. l. j. ff. de public.
& l. j. C. de alie. iu. mutan. causa fac. & c. examinata, de iud. nec
etiam ad talem actionem adaptatur libellus, si uerba eius dili-
2 genter inspiciantur. ¶ † Quantum autem ad dictas quantitates
pecuniarum, scilicet libras 34. in una summa, & libras 35. in
alia summa, dico probatam esse intentionem agentis ex instrõ
a dotali, in quo apparet de confessione receptæ dotis, & lapsa *
sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis,
iuxta l. fi. cum auth. ibi posita. C. de dote cauta non nume. &
Margarita respondendo interrogatoriis confessa est se hære-
dem dicti Ioan. qui dotem recipit, & per productionem testa
menti Marg. matris Ioanninæ, & per responsiones factas per
dictam Marg. positionibus Ioanninæ apparet manifestè quod
Ioannina est hæres vniuersalis dictæ suæ matris, & sic omnia
necessaria, sunt probata. ¶ Non ob. quoddam assertum instru-
mentũ productũ pro parte dictæ Marg. quod uĩ apparere, ꝙ
anno 1414. post mortem Margaritæ matris dicti Ioanninæ do.
Catherina auia paterna dictæ Ioanninæ, & tanquam tutrix ip
sius asseruit sibi satisfactum esse de dictis quantitatibus pecu
niarum a dicto Ioanne & propterea dicta Catharina generali
ter absoluit dictum Io. a contentis in dicto instrõ dotis, quia
3 respondeo primo† ꝙ illa confessio dictæ Catharinæ confiten-
b tis recepisse dictas pecunias dotales, non potuit nocere [b] di-
ctæ Ioanninæ pupillæ, quo minus agere possit cõtra hæredes
dicti Io. nisi aliter de uera restitutione dotis appareat, ut not.
Bar. in l. Lucius. §. tutelæ. ff. de admi. tuto. per l. certum. §. sed
an ipsos. & ibi per Bar. ff. de confessis. & no. Cyn. & alii. in l. j.
C. de confessis. & no. Bal. in l. in contractibus. §. j. C. de nõ nu-
4 me. pecu. ¶ Secundo potest responderi, † ꝙ est negatũ ex par-
te dictæ Ioanninæ, ꝙ illud assertum instrumentum sit instru-

mentum

mentum authenticum & scriptum manu publici tabellionis,
& non præsumitur esse scriptum manu publici tabellionis,ni
si probetur quãquam in fine instri dicatur, ego talis publicus
imperiali authoritate notarius &c. vt no. Inn. & alij in c.j. de
fide instru.& Spe.in ti.de instr.edi.§.restat.in ver.illud autem
notandum est, ꝙ licèt &c.& Cy. in l. comparationes, in 6.q.
C.de fide instru.Bal.in l.j.§.j.in prin.ff.de eden.cum concor
dantiis.¶Nec ad hoc obstat si dicatur,ꝙ in instro dotis produ
cto pro parte dictæ Ioanninæ continetur, ꝙ ser Marchionus,
quondam ser Ia.erat notarius,& ille ser Marchionus fuit ille,
qui fuit rogatus de dicto instro absolutionis factæ per dictam
Catharinam.& ille qui producit instrm, vr̃ fateri ea quæ in eo
continentur esse vera, vt no.Inn. in c.cum olim, de censibus.
& Bar.in l.post legatum,in prin.ff.de his quib. vt indig. bene
facit l.j.§.edere.ff.de eden.& l.2.C.de insti.& subst. sub cond.
fac.ergo Ioannina producendo instrm dotale in quo narratur
dictum ser Marchionum fuisse notarium, vr̃ fateri ipsum fuis
se notarium.quia ad hoc respondeo dupliciter.& primo in di
cto instro dotali bene continetur, ꝙ ser Marchionus erat no-
tarius anno 1430. quæstio autem nostra est vtrum dictus ser
Marchionus esset notarius 1414. quando celebratum fuit in
5 strumentum illius absolutionis, vnde † qui se fundat ex tpe,
oportet ꝙ articulatè & limitatè probet de tempore.l. cũ actũ.
ff.de neg.gest.l.matrem.C.de proba.no.in cle.fi.de resc.& per
Barto.& alios in l. non solum.§. sed vt probari.ff.de ope.nou.
nun.& in talibus ex præsenti non præsum tur in præteritum,
& sic non sequitur aliquis est hodie tabellio, ergo fuit heri,
vel ante heri,vt magistraliter declarat Bald.in l. ex persona.in
2.col.C.de proba.& Oldr.& Bald.in l.j.§.si magistratus.ff.de
magist.conue.& Bal.in l.si qui adulterii.C.de adult. ¶Secun-
6 do respondeo,ꝙ non est† probatum, ꝙ illud instrm esset scri-
ptum,vel subscriptũ manu dicti ser Marchionis, & sic, quod
illa sit de litera ser Marchionis, ꝓut de iure requirebatur, qñ
negatur instrumentum esse publica manu confectum, ut in
auth.de instr.caute.& fide.§.si vero moriantur, cum sequen-
tibus,& ibi no.Iac.de Bel. & no.gl.in auth.& si contractus.in
verbo soli,in fi.C.de fide instru.& not.Bar. in l.j.§.si quis ne-
get,circa primam col.ff.quemad.test.ape. & Bald.in auth.sed
nouo iure,in 3.col.C.si cer.pe.Potest insuper respõderi ad di-
ctum instrm absolutionis, ꝙ dicta Catharina non assumpse-
rat tutelam dictæ Ioanninæ, prout de iure requirebatur,nam
requirebatur inter cætera, ꝙ tutrix renunciaret secundis nu-
ptiis,& beneficio velleiani, iuxta id quod habetur in authen:
matri & auiæ.C.quando mulier tutelæ officio.& alia plura re
quirebantur,de quibus per Bar.& alios ibi, & in l. si quis sub
7 conditione.ff.de testa. tute.¶Postremò†non obstat si dicatur,
ꝙ obstat agenti exceptio præscriptionis longissimi temporis,
scilicet 30.vel 40.annorum,quia ad hoc respondeo. primò ꝙ
Io. qui dotem recepit, non potuit incipere præscribere, quia
erat in mala fide.c.fi.de præscri.& in c.possessor,de reg.iur.in
sexto. nam secundum veram & communem opinionem, se-
c cundum quam persæpe consului [c] existens in mala fide non
præscribit longissimo tempore, etiam quo ad excludendum
actionẽ personalem, vt ꝓbatur in d.c.fi.in verbo, ut nulla &c.
& hoc ibi tenet gl.Inn.& Host.& gl.in d.c. possessor. & Ang.
in l.sequitur.§.si uiam.ff.de vsucap.& in l.j.C. de præscri.30.
anno.& in repetitione.l.j.C.de iud.& Bal.in l.j.C.de serui.&
aqua.& in auth.ad hæc.C.de vsu.& Ant.de Bu. Io. de Imo.&
dom.Abb.in d.c.fi. vbi referunt quo ad terminos nostros istã
esse communem opi. per plures rationes quas breuitatis cau-
sa omitto, postquam a communi opinione in iudicando di-
scedendum non est.idem etiam tenuit Bal.in l.quibus diebus
§. damus.ff. de condi.& demon. cum quo ibi transit Ioan. de
Imo.qui etiam refert ita disputando tenuisse Iac. Bu. & etiam
Bal.in sua disputatione incip.Statuto cauetur, quod fœnera-
tor.idem etiam tenuit Ioan.de Imo.& Ludo. Roma. in d.§.si
viam. & dicit ibi Ioan. de Imo. se ita consuluisse. idem tenet
do.Car.in c.vigilanti.de præscr.& Pet. de Anch.in consi.5.in
cip.Viso themate.quicquid dixerit Bar.in d.§.si viam.& in l.
fin.ff.quemadmodum ser. amit. & in l. hæc autem iura.ff. de
seruit.vrba. prædi.l. ait prætor.§.planè.ff. quibus ex cau.ma.
Sed ex processu non apparet quod a tempore mortis dicti Io.
sit decursum tempus 30.vel 40.annorum ante inchoatam li-
tem & post adultam ætatem dictæ Io.quia præscriptio 30,vel
40.annorum non currit pupillis l.sicut C.de præscr.30. anno
rum quinimò etiam si appareret esse decursum, tam longissi-
mum tempus post mortem dicti Ioan. tamen adhuc non vr̃,
8 quod hæres dicti Ioan.s.Margarita posset tueri, † quia hæres
tenetur exonerare conscientiam defuncti,ut no. in c.fi. de se-
pultu.& in c.in literis.de rapto. & ideo concludunt Anto.de
Bu.Ioan.de Imo.& do Abb.in c.si diligenti. de præscr.& Io.
de Imo.in c.fi,de præscr.& Paul.de Ca.in l.2.& in l.sequitur.
§.hæres.ff.de vsucap.& Lud.Rom.in l.Pompon.§. cum quis.
ff.de acquir.posses.& in d.§.si uiam.& sentit Ioan. And.in tit.
de præscr.§.fi.super ver.quid si debitor. quod hæres vniuersa
lis illius, qui fuit in mala fide non potest cum effectu se tueri
præscriptione.¶Nec ad hoc obstat si dicatur, quod Ioan. fuit
in bona fide propter dictum instrumentum absolutionis fa-
ctæ per Catharinam,quia respondetur. Primo quod illud nõ
est instrumentum,& fidem non facit, ut iam dictum est. ¶Se-
cundò respondetur,ꝙ scire debuit dictus Ioan. ꝙ dicta Catha
rina etiam posito, ꝙ fuisset tutrix solenniter constituta, non
potuit per suam confessionem de recepto liberare dictum Io.
in præiudicium Ioanninæ,ut no.Bar.in d.§.tutelæ, & dictum
est.s̃.& si aliter putauit dictus Io.fuisset in errore iuris, qui nõ
præsumitur nisi probetur,ut tradit Bar.in l.sed si lege.§.scire.
9 ff.de peti.hære.& dato ꝙ probaretur,†tamen non iuuat iuris
error in præscriptionibus.l.nunquam.in prin.& l. si fur.§.j.
ff.de vsucap.& no.gl.in c.Apostolicæ.de dona.& Archi.10.q.
3.quia cognouimus.& Pau.de Liazar.& Ioan.de Lig. in cle.j.
de reb.eccle.non alie.& domi. Abb.modernus. in c. si diligen
ti,de præscr. quod vltimum, tamen non pono pro constanti
in præscriptione longissimi temporis, quia in hoc doctores
sunt varii.Item respondetur, ꝙ non fuit in bona fide Ioan. qa
sibi non constabat ex aliqua vera,vel apparenti causa, quod di
cta Catharina esset designata tutrix, & assumpsisset tutelam di
ctæ Ioanninæ,vnde non potuit causari bona fides ex dicta ab-
solutione, postquam non suberat aliqua iusta causa credendi
ipsam assumpsisse tutelam,ut l.fin.cum gl. & ibi not.Barto.ff.
pro empt.& plenè no. in l.Celsus.ff. de vsucap. & hoc in spe-
cie decidit Bal.in l.j.in 1.col.C.de rebus alie. non alienan. Ex
quibus breuiter concludo partes iudicantis esse in pronun-
ciando eo modo, quo dixi suprà. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Lapsa sup.lib.3.consi.90.nu.5.
b ¶Nocere imo.ut dixi sup.lib.3.consi.37.nu.2.consi.90.nu.3.
c ¶Consului.sup.lib.4.consi.99.

EPITOME.

HYPOTHECA fuit intentata contra unum ex
filijs & hæredibus,qui se obtulit iudicio, tanquam so-
lus possessor,& succubuit.alij cohæredes se opponunt
executioni sententiæ, certum est, ꝙ non habet execu-
tionem contra eos.Sed dubitatur, an contra eos sit in
terrupta præscriptio. Videtur ꝙ sic. Primo,quia actor
non uidetur negligens ex quo egit contra eum, qui se
offerebat, tanquam solus possessor. Secundo ratione
communionis hæredum eandem rem cõiter pro indi
uiso possidentium.Tertio propter unitatem actionis,
& tituli acquisiti actori contra eorum patrem defun-
ctum.Respon. Alex. non esse interruptam contra eos.

CONSILIVM XCVIII.

Super eo de quo queritur,scilicet an dicta interruptio
præscriptionis facta contra vnum conuentum,
hypothecaria actione & se in iudicio offerentem tanquam in
solidum possidere,nocet aliis cohæredibus nunc conuentis
hypothecaria,& tunc ac etiam nunc possidentibus pro indi-
uiso cum dicto cohærede suo, si nunc exceptionem præscri-
ptionis opponant.Omissis superfluis mihi videtur de iure cõ
a cludendum quod non. [a] moueor † quia interruptio ciuilis,
1 vt est illa quæ fit per iudicium,non operatur vltra personã, ĩ
quam facta est.gl.est quã ibi ad hoc no.Cy.& Ang.in l. 1. in
verbo, viginti annis.C.de præscr.long.temp.& in l. intra quã
tuor,in verbo,denunciat.ff.de diuer. & temporalib. præscri.
& no.Cy.in l.fi.in vlti.q.de annali excep.& ibi Ray.& Salic.
dum

dum quærunt, an interruptio præscriptionis facta in actione personali contra principalem noceat contra fideiussorem, vel contra tertium possessorem, qui conueniretur hypothecaria? & concludunt quod non, quia secundum eos interruptio ciuilis non egreditur personam, licèt secus in naturali. allegãt. l. naturaliter. ff. de vsuca. allegant etiam glo. singularem & cõmuniter approbatam in l. cum quis. §. si quis pro reo, in verbo, præteriit. ff. de solut. vbi tenet, quod interruptio facta contra principalem, non noceat fideiussori, vt etiam tenet Cy. in l. fin. C. de duob. reis, & Ange. in l. si seruum. §. nũc videamus. de verbo. oblig. & in l. Græcè. §. etiam. ff. de pig. & in l. naturaliter. ff. de vsuca. & Bald. in l. tam mandatori. C. de non num. pec. & probatur in d. §. si quis pro reo, & secundum communem intellectum reperitur quod hoc fallit in duobus correis quia interruptio contra vnum nocet etiam alteri, vt d. l. fi. C. de duob. reb. nam ambo eadem specie obligationis tenentur. plus videmus quod etiam interruptio † præscriptionis facta contra vnum ex pluribus contutoribus non nocet alteri, vt est tex. non violando eum in l. si pupillus, in fi. ff. de admi. tut. & hoc firmat ibi Bar. licèt ipsemet Bar. aliter dixerit in d. §. si quis pro reo. sed verior videtur opin. quam ipse tenet in d. l. si pupillus, quia est tex. ibi. vel posito quod teneremus opinionem quam ipse tenet in d. §. si quis pro reo. hoc ideo est, quia æquiparantur pluribus correis debendi nam quilibet æquæ principaliter tenetur insolidum, nisi opponant de beneficio diuisionis in casibus in quibus eis competit. l. ex pluribus, & ibi glo. & l. si plures, in prin. & ibi no. ff. de admi. tut. & l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & ratio. distra. sed qñ plures vnam & eandem rem possident pro indiuiso obligatam actori, nulla contra possidentes pòt dici quod competat obligatio, quãuis conueniri possint hypothecaria tanq̃ possidentes, quia hypothecaria est actio realis. l. eos. C. qui pot. in pig. l. pignoris. ff. de pign. & sic nullam præsupponit obligationem competere contra reum possidentem. institu. de acti. §. 1. nisi inter reũ & actorem præcessisset contractus causans personalem actionem, quæ in casu nostro non competebat contra reum possidentem, nec actio realis mero iure competebat contra quẽlibet insolidum sicut contra plures contutores vel correos, sed pro parte, nec isti cohæredes tenentur aut conueniuntur hypothecaria ex eo quia sint cohæredes, sed solum ex eo quia detinent vel possident rem hypothecatam, & sic suo nomine tenentur, non hæreditario, hæc enim est natura actionis in rem. l. de eo. §. fin. ff. ad exiben. declarat Bart. in l. 2. §. fin. circa vlt. col. ff. de præto. stipu. & sic sumus in regula quæ habet, ꝙ interruptio ciuilis non operatur contra aliam personam quã
3 contra quam est. ¶ Nec curandum est † ꝙ ille qui fuit primò conuentus obtulit se in iudicio tãquàm insolidũ possideret, quia dolus illius non debet nocere alteri. l. sancimus, cũ vulgaribus. C. de pœnis. nec actor debuit esse nimis credulus. l. 1. post prin. cum concord. ibi alleg. in gl. ff. de eo per quem fac. erit. & si ex falsa aut dolosa asseueratione illius actor iacturã sentit, poterit contra illum vel actione de dolo vel alio remedio sibi consulere tradito in l. is qui se obtulit. ff. de rei vend. nec etiam ob. quod possideãt pro indiuiso, & sic quilibet possideat in quolibet cespite, quia respondeo, quod licèt ita sit, tamen non per hoc est quin quilibet dicatur per se habere partem quæ iuris intellectu percipitur, licet oculo corporali nõ discernatur l. Mæuius. §. duobus. ff. de lega. 2. vnde ad partem fundi pro indiuiso agi potest actione reali, vt l. Pomponius, alias incipit, si quis. ff. de rei vendi. ¶ Nec etiam est in proposito curandum quod eadem actione hypothecaria tenerentur, attento quod quilibet tenetur tantùm pro parte sua pro qua possidet, & sic ex sua occupatione vel possessione particulari, & vnus non tenetur pro alio, alias sequeretur qd si duo sint mihi obligati ex mutuo vel ex alio contractu in decem vel in alia re, & non sint correi debendi, & sit quilibet sic obligatus in quinque seu in dimidia, quod diligentia qua vsus sum cõtra vnum mouendo contra eum eum iudicium, & interrumpendo præscriptionem noceret alteri cõtra quem nulla vsus sum diligentia in parte sua, attento quod eadem specie actionis tenebantur, quod nemo diceret, nec iure cautum reperit, & est cõtra primum fundamentum, suprà factum. ¶ Nec ob.
4 ꝙ † iste actor non videtur fuisse negligens postquàm egit, qa respondeo, ꝙ imò fuit negligens, quia, vt inquit Barto. in suo consilio incip. Missus in possessionem, imputandum est illi qui diligenter non inuestigauit possessorem, & propterea nõ sufficit fieri citationem generalem per proclama, quò ad hoc vt fiat præiudicium possessori, sed semper debet specialiter citari possessor, nec excusabitur ille qui citationem generalem fecit, si dicat ꝙ ignorabat quis possideret, secundum Bar. notabiliter in dicto consilio, allegat id quod habetur in d. l. nemini nerint. C. vnde vi. & idem in effectu vult Bald. in l. fin. in 4. q. C. de edic. diui. Adr. & Pet. de Anch. & Domi. de Sancto Geminiano in c. fi. in fi. de elec. in 6. & hanc puto esse veritatem saluo saniori iudicio. Alexan.

ADDITIO.

a ¶ Quod non. limito nisi subornauerint illum qui succubuit. vt solus se offerret & iudicium experiretur, vel si probentur fraudis participes, quia tunc etiam si factum ignorabant, puto eos fuisse in mala fide, saltem respectu litis etiam in fraudem tituli de litigiosis. & sic puto interruptam etiam longi temporis præscriptionem, vt nouè dixi in consue. Pari. §. 66.

SVMMARIVM.

2 *Dotis fauore acquiritur ius etiam absenti, & ex tacito pacto numero 3.*

7 *Confirmatio generalis vel relatio non trahitur ad ea, quæ vitiarent,*

8 *Item, dictio repetit eandem qualitatem si hoc congruit, aliàs secus.*

9 *Aduersatiua dictio eandem qualitatem repetit.*

10 *Legatum non compensatur cum dote.*

CONSILIVM XCIX.

AN confessio incidenter facta p socerum de dote recepta in instrumento celebrato cũ quodã suorũ negotiorũ gestore probet plenè in fauorẽ mulieris absentis. Et de certa cõfirmatione legati inutilis qñ per eam validetur legatum, & an qualitas adiecta in præcedenti dispositione intelligatur repetita in sequenti dispositione facta in eodem testamento.

Super primo dubio quo quæritur, an per dictũ instrumentũ finis & liberationis ac confessionis factę inter d. Bartholomæum antiquum & Antoniũ eius filium, acẽt per dictum instrumentum diuisionis factæ inter Christophorum & fratres filios & hæredes dicti Bartholomæi fundatur intentio dictæ Catharinæ pro quantitate ducatorum cõtentorum in dicto instrumento liberationis, & videretur prima consideratione dicendum quod non, † quia confessio &
1 assertio facta in dicto instrumento liberationis, non fuit facta cum Catharina. nec ea præsente, & consequenter non debet sufficere saltem quò ad plenam probationem. l. fi. ff. de interroga. actio. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis. l capite quinto, cum ibi no. ff. de adul. & no. in ca. ex parte. de confes. & in proposito videtur velle Bar. in l. admonendi. ff iureiu. in ver. item quæro quid si instrumentũ publicũ non est factũ inter easdẽ &c. & in ver. his pmissis quæro vtrũ duæ &c. & Cy. in l. antiquæ in 3. q. C. ad Velleia. & in l. desideriũ. C. depo. & Bal in l. mater, in 7. col. in versi. sed hic quæro quid in tali casu &c. C. de rei vendi. facit quod no. Spec. in tit. de loca. §. nũc
2 aliqua. versi. 52. cum seq. ¶ Tñ † istis non obstantibus contra-
a rium puto de iure verius, qa fauore dotis a acquiritur ius mulieri etiam absenti, & secũ tacitè intelligitur esse actũ ac si ipsa præsens fuisset. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. l. ex morte. C. de pac. conuen. l. fi. in princ. C. de iu. do. hoc præcisè voluit in terminis Bar. consi. 123. incip. Factum sic se hẽt Titius & Seius. vbi concludit, ꝙ si Titius & Seius deuenerunt ad instrumentũ diuisionis certarũ rerũ cũ certis pactis, & inter certa ꝙ d. Titius habere debeat talẽ petiã terræ pro restitutione dotiũ Bertæ vxoris dicti Titii pro pretio quinquaginta florenorũ. Item fuit confessus d. Titius habuisse & recepisse a Seio prædicto centũ florenos auri pro restitutione dictæ dotis suę vxoris, & pro cõplemento ipsius dotis de qbus fecit eidẽ Seio finẽ & quietationẽ p dictũ instrumentũ, poterit dicta mulier petere & plenè probare dictã dotẽ posito ꝙ alias probationes de dote data non habeat. & vltra prædicta alleg. quia verba

* enunciatiua * pro dote & eius fauore inducunt plenam pro-
* bationem.* alleg.l. 2.cum ibi no.C.de do.promis.& cum pdi
cta decisione transit etiam consulendo Pau. de Ca.in cõsi.82.
3 inci.Iuus de Belays &c.¶ Confirmo, quia † quando agens ali-
quid concernens fauorem mulieris in dote voluerit acquire
re mulieri procedens ex tacita dispositione, non requiritur p-
sentia illius cui de dicta tacita dispositione venit acquirendũ
licèt in expressa requireretur.l.2.& l.si creditores, & vtrobiq;
not.Bart.& alii post eum. C.de pac.vnde in tacita donatione
non requiritur præsentia illius cui ex tali donatione acquiri-
tur.l.3.§.fi.cum l.seq.& ad hoc illum tex.ibi ponderat Bal. ff.
de neg.gest.& Bal.in auth.si quas ruinas,in pe.col.de Sacros.
Eccl.& tamen in donatione expressa requiritur præsentia do
natarii,aut nuncius vel Epistola, vt not.in l.nec ambigi.C.de
dona.in l.illud.C.de Sacros.Eccl.& Bar.in l.absenti,in prin.
cum si.ff.de dona.sic etiam est in pacto expresso, nam requi-
ritur præsentia,vel nuntius aut epistola.l.1.& 2. ff.de pac.tñ
fallit in tacito pacto, d.l.2.& ibi Cyn.& alii.& l.si creditores.
præall.& l.item quæritur. §. qui impleto. ff.loca.& l.solutũ.
§.solutum.ff. de pig.act.& no.gloss.in l.si præcedente. §.1.in
verbo consensisset.ff.manda. Iac.But.& Bal.in l.postq̃ liti. C.
de pac.¶ Corroborari etiam videtur instrumentum illud per
illud aliud instrumentum diuisionis, quantumcunq; illud cõ
tineat quantitatem incertam, per id quod no.Bar.in l.admo-
nendi.ff.de iureiu.in 11.col.in versi.quæro quid si testis defi
cit in dicto &c.& illud sequitur Ant.de But.in c.fi.de iureiu.
tamen principaliter facio fundamentum in dicto instrumen
4 to liberationis etiam per se solo. ¶ Non obstant † allegata in
contrarium, quia procedunt regulariter, sed vbi agitur de fa-
uore dotis quò ad personam mulieris aliud est, vt patet ex p-
dictis.nec contrarium dicit Bal.in d.l.mater, in 7.col. quan-
do agitur de fauore dotis.nam dum Bal.ibi allegat.l.fi. ff. de
interro.acti. vult q contra mulierem & ad præiudiciũ & ex-
clusionem dotis maritus non poterit se fundare ex cõfessione
facta per mulierem in actu celebrato inter ipsam mulierẽ &
extraneum, scilicet emptorem fundi dotalis absente marito,
itaq; ibi allegabatur confessio per absentem ad præiudicium
mulieris & dotis, non verò econtra, & per hæc superuacuum
est discutere de quarta debita mulieri soluto matrimonio cõ
5 tracto sine dote.¶ Circa secundam † principalem dubitationẽ
qua quæritur, an Catharina excludatur a dicto vsufructu pos
sessionis sibi legato in testamento mariti & in testamẽto eius
filii,& solùm sibi debeantur alimenta iuxta formam testamẽ-
ti mariti sui, attento q Bartholomæus filius dictæ Catharinę
decessit ante eam? dubium facit, quia Christophorus eius ma
ritus videtur voluisse q decedente Bartholomæo ante dictã
Catharinam non habeat amplius legatum vsusfructus, sed ali
menta.item quia statutum inualidat legatum relictum a testa
tore vxori vltra centum libras nisi pro alimẽtis relinquatur.
& licèt Bartholomæus postea etiam sibi relinquat vsumfru-
ctum possessionis.tamen dicit q relinquit sibi secundum for-
mam & tenorem testamenti & vltimæ voluntatis dicti Chri-
stophori patris sui, & sic illud quod continetur in testamen-
to Christophori ad quod fit relatio, censetur esse scriptum in
testamento ipsius Bartholomęi.l. si ita scripserit.& qd ibi no.
Bar. ff.de condit.& demonst.l.asse toto. ff. de hære.insti.l.ait
prætor.§.1. ff.de iudi.sed in testamento Christophori conti-
nebatur quod decedente Bartholomæo ante matrẽ amplius
non duraret legatum vsusfructus, sed deberentur alimenta,
& potuit testator post certum tempus quo durauit legatum
velle illud esse ademptum, & redire ad hæredem etiã si talis
ademptio non fiat in pœnam vel odium legatarii.l.fi.C.de le-
ga.& plenè not.in l.nemo potest. ff.de leg.1. & q voluerit di-
ctus Christophorus q non haberet nisi legatum alimentorũ
& non vsumfructum, eo casu quo Bartholomæus prædecede
ret, patet ex illa aduersatiua dum testator dixit, saluo q si con
tingeret Bartholomæum filium suum præmori &c. quia na-
tura illius aduersatiuæ est q vno casu existente non habeat
locum dispositio facta in alio.l.si ita scriptum, in princ. & ibi
no.Bar. ff. de lib.& posthu.& no.Bart.in l.in repetendis.in fi.
de legat. 3. ¶ Tamen istis non obstantibus puto ex testamen-
to Bartholomæi filii dominam Catharinam se optimè posse
tueri, quia statutum non impugnat legatum relictum a filio
matri. & quamuis propter prohibitionem statuti legatum re
lictum per Christophorũ de particulari vsufructu fundi non
deberetur, tamen potuit ex persona Bartholomæi in quo ces-
sabat prohibitio confirmari & validari. l. legata inutiliter. ff.
6 de leg.1.cum ibi no.¶ Nec ob.quod † in legato relicto p Bar-
tholomæum fuerint adiecta illa generalia verba, scilicet secũ
dum formam & tenorem testamenti & vltimæ voluntatis di
cti quondam do.Christophori, quia illa verba generalia non
referuntur ad illam clausulam in qua disponit Christopho-
rus, q si prius decederet Bartholomæus quàm Catharina, tũc
habeat alimenta tantum, & priuetur vsufructu, quia si ad illã
clausulam referretur legatum vsusfructus dicti fundi relictũ
per Bartholomæum Catharinæ pro toto tempore vitæ suæ
7 redderetur nullum & inutile.& † in generali confirmatione
non intelligitur repetitum illud quod redderet dispositionẽ
confirmationis nullam & inanem, vt no.Bar.in d.l.legata in-
utiliter. per id quod ibi no.gloss.2. dum glo.vult quod licèt
legatum primò relictum non valuisset propter vitium inepti
tudinis verborum, si postea fuerit confirmatum valebit, & in
confirmatione illa non intelligitur repetitum illud vitiũ per
quod cõfirmatio infringeretur, vt si in primo legato dictum
fuisset, Titio ex monacha nato relinquo, quo casu non valet,
iuxta l.turpia.in prin. ff. de leg. 1.confirmatio facta postea de
illo legato valebit, & illa confirmatio non trahatur ad illa ver
ba ex monacha nato, cum per eam vitiaretur cõfirmatio.l.ser
uo alieno.§.si ab impubere.ff.de leg.1.l.fin. ff.de manu.testa.
l.Titia.§.1.ff.de ver.obl.Sed si dispositio facta per dictũ Bar-
tholomæum generaliter referetur ad illam clausulam testa-
menti Christophori volentem quod prędecedente Barth. ma
ter eius non haberet amplius vsumfructum, redderetur dispo
sitio dicti Bartholomæi omninò inutilis. ¶ Confirmo per id
8 † quod no. Bart.in l.in repetendis.ff.de lega.3.in versic.item
aduerte, quia vbicunque &c.vbi dixit q licèt per dictionem
b item, [b] vel similem fiat repetitio præcedentium qualitatum
vel conditionum ad sequentia, vt in d.l.in repetendis, & l.1.
in prin.ff.de publi.tamen illud est verum si repetitio cõgrue
re potest, alias secus, per l.cum pater.§.cum imperfecta. ff.de
leg. 2.vt patet in q. & exemplo posito per eum in d. l.in repe-
tendis. & eundem in consilio inci. Testator reliquit vxori ha
bitationem domus &c.& Bald.in l.fin.in fi.C.de indi.vidui.
sed dicta repetitio vel relatio nõ potest congruere illi clausu-
læ priuationis vsusfructus in casu quo prædecederet Bartho-
lomæus, vt est ostensum, ergo ad illam non debet referri. pro
hoc etiam facit, quia testator videtur velle quod legatum ab
eo sit efficax & vtile, & ita interpretandum est testatorem sen-
sisse. l.Mæuius, in prin.ff.de leg. 2. ¶ Plus dico & puto esse ve-
rum de iure & ex mente testantis, quod illa clausula apposita
in testamento Christophori, dum ibi dicitur, saluo quod si
contingeret dictum Bartholomæum mori antequàm moria-
tur Catharina &c. importat quod eo casu quo Catharina ha-
bitasset cum aliquo ex generis suis contra prohibitionem te-
statoris, & sic incurrisset priuationem vsusfructus, tamẽ si in
tali casu contingeret q Bartholomæus decederet ante eam vo
luit q hæredes Bartholomæi tenerentur ad alimẽta. Sed vbi
dicta domina non incurrisset dictam pœnam priuationis ha-
bitando cum aliquo ex generis suis contra prohibitionem te-
statoris, dico isto casu non voluisse Christophorum q quam-
uis Bartholomęus prædecederet, priuetur Catharina vsufru-
9 ctu, quod probo per illa verba, saluo q † si contingeret &c.
de quorum verborum natura est importare repetitionẽ qua-
litatis proximè præcedentis, vt inquit Bald.in l. omnes popu
li.ff.de iusti.& iu.in 13.colum.in versic. modò quæro vtrum
vnum statutum trahatur ad aliud &c. vbi dixit quòd vnũ ca-
put statuti trahitur ad aliud propter coniunctiones aduersati
uas, quia in aduersatiua videtur repetita qualitas præceden-
tium, allegat no.instit.de rerum diui.§.item lapilli.in glo. vn
de infert quòd si statutum dicat, quòd existentibus masculis
fœmina non succedat ab intestato nisi in dote, facto verò te
stamento non succedat nisi quatenus testator ei duxerit re-
linquendum, certè intelligetur facto testamento, scilicet &
existentibus masculis, propter illam coniunctionem aduer-
satiuam verò, scilicet dum statutum dicit, condito verò te-
stamento &cæt & sic illa præcedens qualitas existentium ma
sculorum dum in statuto dicebatur extantibus masculis filia
non succedat ab intestato, intelligitur repetita in sequẽti par-
te, quæ

te, quæ loquitur condito testamento, quia de natura coniunctionis est repetitionem inducere l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instruc. & ita dicit esse tenendum, licèt quidam consuluerint contrarium, & malè secundum eum. ita dico in proposito ꝙ illa verba, saluo ꝙ si &c. inducunt repetitionem illius præcedentis qualitatis, scilicet quando Catharina habitasset cũ aliquo ex generis contra prohibitionem testatoris, ꝓpter quod incurrisset priuationem vsusfructus, cum ergo Catharina nõ contrauenerit dispositioni testatoris adeò quod per illam cõtrauentionem incurrerit pœnam priuationis, dico ꝙ non sumus in casu quo debeat carere vsufructu, & hanc fuisse mentem Christophori etiam apparet, quia si grauauit Bartholomæum filium suum viuentem onere legati vsusfructus multò magis existimandum est voluisse grauare filios & hæredes Bartholomæi, quos non tantum dilexit sicut Bartholomæum quem primo loco hæredem vniuersalem instituit. probatur in l. Publius. §. 1. ff. de condi. & demonst. & per id quod not. Barto. in fin. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & po-
10 sthum. ¶ Circa vltimum † dubium, an Catharina petere possit dotem & legatum vsusfructus ex testamento filii sui, & dico quod sic, quia legatum non compensatur cum dicta dote c l. 1. §. sciendum. C. de rei vxo. act. l. creditorem. ff. de le. 2. nec obstat statutum sub rubrica, quid & quantum legare possint mariti vxoribus. & sub rubrica de alimentis præstandis mulieribus, quia non loquuntur in casu nostro quando ex testamento filii petitur legatum vsusfructus certi fundi, qui legati non potuit per maritum ex dispositione primi statuti, vt ex inspectione dictorum statutorũ euidenter patet, ideo superuacuũ arbitratus sum lõgiora super hoc verba facere. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Dotis. supra lib. 6. consi. 190 nu. 28.

a Quia verba enunciatiua.] Idem dicit Alex. post Ro. ad l. 1. ff. sol. matrim. & Ias. ad l. ex his. C. de test. mili. vbi ponit fallentias & sequitur Pau. Cast. consi. 92. Quod præfata lib. 2. ubi alleg. consi. Bar.

a Plenam probationem.] Idem scribit Dec. consi. 35. vbi in patre dotante mouetur, quia ad dotandum tenetur, & quantitas constituitur eius arbitrio. & declaratio voluntatis facta cum vno præiudicat quo ad omnes. Tamen Bal. ad rub. C. de dot. promis. tenet ꝙ ex nuda publicatione nõ possit agi ad dotẽ, sed Cy. & Sal. ibi contra. Natta.

b ¶ Item. dixi in consu. Pari. §. 37. glo. 1.

c ¶ Dote. sed bene compensaretur cum donatione propter nuptias, quam nos doerium vocamus. vt dixi in d. §. sciendum. in no. intelle. & in consu. Pari. tit. 12. in rub.

EPITOME.

AMBROSIVS instituit filium suum pupillũ, eiq; vulgariter, pupillariter & per fideicommissum substituit Symonem Ioannem & Franciscum extraneos, adiectis his verbis videlicet, vno alteri in dictis portionibus succedenti ipsos & ipsorum quemlibet adinuicem substituit. An hæc verba importent quod hi sint adinuicem substituti etiam per fideicommissum? Respon. ꝙ non, sed solùm vulgariter.

SVMMARIVM.

1 *Lex, cum auus, de conditio. & demonstratio. non habet locum in transuersali.*

3 *Substitutio reciproca simplex continet tantùm vulgarem.*

4 *Testatori succeditur per fideicommissum.*

5 *Emens ab hærede an videatur renuntiare legato. nu. 6. 8. 9. 10.*

11 *Fideicommissum purũ remittitur per diuisionẽ scienter factã.*

CONSILIVM C.

Super primo dubio quo quæritur, an stante substitutione facta in testamento ser Ambrosii in persona Symonis Ioan. & Franc. qui fuerunt substituti pupillariter, vulgariter & p fideicommissum filio testatoris, & in qua testator adiecit illa verba videlicet. vno alteri in dictis portionib. succedenti ipsos & ipsorum quemlibet adinuicem substituit. & stantibus emptionibus factis per dictum Franciscum post mortem dicti Ioan. de certis partibus quarundam domorum dicti quondam ser Ambrosii peruentis dicto Ioan. ex dicta substitutione pupillari facta filio dicti ser Ambrosii possint filii & hæredes dicti ser Francisci ex persona patris sui aliquid petere de ea parte quæ ex substitutione pupillari peruenerat ad dictum Io. & consequẽter allegare nolle stare emptioni factæ per Franciscum patrem suum de dictis partibus domus, quasi videantur ad Franciscum pertinuisse iure cuiusdam substitutionis, quæ videatur compendiosæ & per fideicommissum facta de d. Fran. præfato Io. post mortem Io. vt videtur importare illa reciproca substitutio facta dictis Symoni. Ioan. & Franc. & videretur prima consideratione dicẽ-
1 dum, quòd filii dicti Francisci iustitiã foueant, quia illa † substitutio reciproca facta dictis fratribus per illa verba, vno alteri in dictis portionibus succedenti ipsos & ipsorum quemlibet adinuicem substituit &c. videntur importare reciprocam substitutionem cum tractu temporis vt statim dicam, quo casu comprehenditur in ea non solum vulgaris si hæreditas nõ adeatur, sed etiam fideicommissaria post aditam hæreditatẽ per l. iam hoc iure, & l. qui plures. la 1. cum ibi not. ff. de vulga. & pup. iuncto ca. Ray. de testam. & l. precibus. cum ibi no. C. de impub. & aliis substi. & præcise no. Bart. in l. Lucius, in 3. quæst. principali, in prin. in penul. quæst. & ibi eum sequũtur alii. ff. de vulga. & pup. & in l. 2. C. de impu. & aliis sub. & Bar. in repe. l. si arrogator. in vlt. colum. ff. de adop. & Bald. in l. in testamento. in 3. q. C. de test. mi. Sed ista substitutio reciprocè videtur fuisse facta & etiam cum tractu temporis, vt importare videntur illa verba, scilicet vno alteri in dictis portionibus succedenti &c. quia vnus non potest succedere alteri in parte hæreditatis nisi post mortem. l. 1. ff. de hæred. uel actio. ven. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. & pup. & sic videtur ẽt dicta substitutio collata in tẽpus mortis cuiuslibet eorũ &c. & sic perinde est ac si Ioan. post mortem suam esset grauatus restituere per fideicommissum alteri ex ipsis substitutis su-
2 perstiti. nec † in tali substitutione fideicommissaria subintelligitur conditio, si ille qui ꝓdecedit decedat sine liberis, iuxta l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & substi. sub condi. fac. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & l. cum auus. ff. de conditio. & demonstratio. quia illud procedit quando substitutio fideicommissaria esset facta descendenti testatoris, vt lo-
a quuntur illa iura non transuersali a vt no. gloss. communiter approbata in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. quòd ita ibi intelligit Angelus & alii in dicto §. cum autem. & ibi Cyn. & alii & etiam glo. in d. l. cum acutissimi. & ita communiter etiam tenent doct. in d. l. cum auus. & licèt decesserit d. Franc. antequàm sibi esset facta per hæredes Io. restitutio fideicommissi, tamen non per hoc expirauit fideicommissum. l. si in personam. C. de fideicommiss. l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Trebell. & in l. si eius. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & no. Cyn. in l. 1. in secunda opp. C. communia de leg. & Dyn. Bar. & alii cõiter in l. cum filio. ff. de leg. 1. reprobata glo. ibi. & sic saltem ad pretium debent posse agere dicti hæredes Fran. pro rata partium dictarum domorum quæ debebant patri suo restitui per fideicommissum quasi videantur euictæ pp ius dicti fideicõmissi. l. si vendideris. & l. non tñ. ff. de euic. & l. fundo. ff. ad l. Fal. l. planè. §. quod si rem. ff. de leg. 1. & l. hmõi. §. si qui seruum. eo. ti. & per no. p Spec. in tit. de testa. §. in primis. ver. quid si fideicõmissarius emit &c. Sed ꝓdictis non ob. contrariam sñiam de iure probabiliorem puto. s. ꝙ dicti filii Francisci non possunt dictũ preciũ petere, nec quouis modo aliqd
3 occasione dictarũ domorũ. Et præsuppono ꝙ † vbi substitutio reciproca facta est p illa verba, inuicẽ substitutio. nisi sint adiecta verba denotantia substitutionẽ factã esse in casu mortis cuiusuis ex illis substitutis, non dr̃ habere compendiosam
b annexã, sed solũ comprehendet vulgarem tantũ, b vt superius dixi per d. l. nam hoc iure, & firmãt doc. in locis suprà alle. & Guil. de Cug. & Cy. in d. l. precibus, in materia reciprocę substitutionis. Sed hic non fuit collata dicta substitutio per hæc verba, & eos inuicem substituo qñcunq; decesserint, vel similia verba, ergo sequitur qd illa vulgaris expirauit q̃ primum Ioannes agnouit partẽ sibi debitã ex substitutione facta filio dicti ser Ambrosii. l. post aditam, & l. precibus. C. de impu. & aliis substi. hoc ẽt probo per tex. in l. fi. C. de hęred. insti. & qd ibi not. doc. præsertim Bald. circa finem primæ col. nam ibi testator instituit Plotium hæredem, postea dixit, Sempronius Plotii hæres esto. quasi illa verba sonent, quod Sempronius

succedat Plorio instituto, tamen valet illa substitutio solum
in vim vulgaris substitutionis,& non in vim fideicommissariæ
vt ibi decidit Bald.in fi.1.col.vnde per illam l.dicit glo.not.in
l.verbis ciuilibus,in fi.ff.de vulga.& pupilla.quod substitutio
directa dubia, valet in vim directæ seu recipit interpretationē
c directè,c & de mente glo.& doc.ibi est quod valeat vt directa,
& non vt fideicōmissaria.cum ergo in proposito illa verba so-
nent quod vnus ex dictis substitutis succedat alteri in dictis
portionibus,illa verba important substitutionem directam &
vulgarem non fideicommissariam, saltem quando non est om
nino collata post mortem eius cui fit substitutio,vt in casu no
stro.¶Pro hoc facit ꝙ verba illa substitutionis non possunt ne
gari quin sint dubia, quia non possunt intelligi quod omnino
testator voluerit sentire, ꝙ si vnus ex substitutis agnouerit cō-
modū ex substitutione facta filio testatoris, & postea ipse sub-
stitutus decedat ꝙ tunc alius reciproce substitutus succedat
substituto defuncto quasi non diceret succedere dicto ser Ioā-
ni dictus Franciscus si Ioannes nō agnouisset commodum ex
4 substitutione pupillari facta filio testatoris. hoc probo,† quia
per substitutionem fideicommissariam non succeditur ei cui
facta est substitutio fideicommissaria,sed dicitur succedi testa-
tori.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pup.l.vnum ex fami
lia.§.si de falcidia.ff.de lega.2. similiter & per substitutionem
vulgarem succeditur non illi cui facta est substitutio sed testa-
tori.insti.de pupillari substit.in prin.& no. in l.fin.C.de insti.
& substi.sub condi.fac. & sic dicta verba, scilicet vno alteri in
dictis portionibus succedenti intelliguntur de successione cir
ca causam & locum scriptum alteri ex eis,vt sic sit sensus, qđ si
vnus ex substitutis non possit vel nolit venire ad substitutio-
nem seu cōmodum substitutionis, succedat in eius locū alius
substitutus superstes quamuis hæreditas ex substitutione nun
quàm fuerit effectualiter delata illi excluso, sicut accipitur in
l.si hæreditas.§.qui filium.& ibi glo. 1.ff.de test.tute. & l.pōt.
5 ff.de vulga.& pupil.¶Moueor † & fortiori ratione,quia Fran-
ciscus prædictus habuit scientiam testamēti dicti ser Ambro-
sii,vt colligitur ex narratis in themate,quia hæreditatem dicti
Ambrosii & eius filii ei pro parte sua delatam agnouit & bona
hæreditatis apprehendit vt hæres & cum cohæredibus diui-
sit,per quæ pſumitur eū habuisse scientiam contentorum inte
stamento,vt no.in l.cum hæres.ff.de lib.leg.& in l.quidam ita
§.si quis filium.ff.ad Treb.& plene tradit Barto.& alii in l.qui
Romæ.§.duo fratres.in 3.q ff.de verborum oblig.& in l. eius
qui.ff.si cert.peta.& Ang.in l.tres fratres.ff.de pac.& in l.si ser
uus testamento.ff.de stip.seruo.ergo cum Franciscus post mor
tem dicti ser Ioannis emerit dictas partes domorum quæ secū
dum quod asserunt hæredes Francisci videnť spectasse ad Frā-
ciscum vigore dictæ substitutionis reciprocę cuius casus & cō
ditio iam euenerat,si verum est (vt ipsi dicunt)ꝙ comprehen-
dat compendiosam,ergo cum habuerit scientiam contentorū
in testamento,vt dixi,præsumitur ꝙ Franciscus emendo ab hę
rede dicti ser Ioannis cui erat substitutus seu a tutoribus dicti
eius hæredis, videtur in dictis rebus renunciasse iure fideicō-
missi purificati.& ita decidit Dyn.in d.l.qui Romæ.§.duo fra
tres.ff.de verb.oblig.per l.Titius.ff.quib.mo.pig. & vel hypo.
sol.& argumento sumpto a contrario sensu ex l. huiusmodi.
§.qui seruum.ff.de leg.1.& l.cui res.ff.de act.emp. vbi iura vo
lunt ꝙ si emi ab hærede testatoris seruum mihi legatū,& igno
rabam mihi esse legatum;non videor renunciare legato,ergo a
contrario sensu si sciebam, videor renunciare legato. & licet
Bar.in hoc relinquat cogitandum in d.§.duo fratres.in 12.q.
tamen magis communiter est approbata opi.Dyn.cū qua con-
cordat Io.And.in additionibus Spe.in tit.de empt.& vend. §.
3. loco. in additione incipiente, substitutus per fideicommis-
sum, & Io.de Imo.& Raph.Cu.in l.si a substituto.in princ.ff.
de leg.1.& Rapha.in d.§.duo fratres.nec se fundat Dyn. ex eo
ꝙ res legata transeat in dominium legatarii recta via, & sic nō
posset aliter valere emptio rei legatæ quando scienter legata-
rius emit,nisi videretur renunciare legato.l.suæ rei.ff.de con-
6 trahend.empt. quia illa non esset bona ratio,quia † rem quæ
non est irreuocabiliter mea possum emere,licet esset mea reuo
cabiliter, & valeret emptio etiam si emerem ignorans eam ita
esse meam,vt firmat Petrus de Bellaper.& Pau.de Cast.in d. l.
huiusmodi.§.qui seruum. quia qua ratione res quæ est reuo-
cabiliter mea potest mihi obligari absq; eo ꝙ renunciem iuri
meo.l.in bello.§.si quis seruū.ff.de cap.l.sextante. §. latinus.
ff.de except.rei iudi. l.debitor.in prin.ff.ad Trebel.& tamen
non posset mihi obligari si esset irreuocabiliter mea l.neq; pi
gnus.ff.de re.iu.ita debet esse in cōtractu emptionis rei meę,
quia in hoc isti duo contractus, scilicet emptionis & pigno-
ris procedunt a pari.d.l.neque pignus.sed res quæ mihi lega
ta est antequam ego agnouerim legatum, non est irreuocabi-
liter mea,l.si quis ita hæreditatem,cum ibi not.ff.de condit.
insti.l.si tibi homo.§.cum seruus.& l.seruum filii.§.1.ff.de le
ga.1.ergo bene valeret emptio absque eo ꝙ viderer renuncia
re legato,vnde ratio propter quam rem emendo rem mihi re
lictam purè, vel sub conditione,quæ purificata sit, videor re-
nuntiare legato,est,quia videor eam nolle habere ex causa le
gati vel fideicōmissi, sed ex causa emptionis. meritò videtur
renunciatum legato quando habeo scientiam testamenti, vt
in iuribus allegatis per Dynum.& ideo tunc non possum age
re ad pretium ex testamēto, quia renunciaui & habere nolui
ex causa legati.nec actione ex empto agere possum, quia ha-
beo rem ex causa emptionis,prout habere volui,& nō ex cau-
sa legati, nam tunc demum possum actione ex empto agere
ad pretium quando videor habere ex causa legati vel fideicō-
missi,& sic videor a meipso mihiipsi emere.l.fundo.ff.ad leg.
Falcid.& dicto §.qui seruum, vel possum agere ad rem vt cō-
sequar pretium ex testamento, quando volo retinere rem ex
causa emptionis, & volo petere ex causa testamenti. & non
apparet quod noluerim habere ex causa testamenti, at quia
ignorans testamentum emi ab hærede, ita legitur & notatur
7 maximè per Barth.in dicto §.qui seruum. ¶ † Nec dicatur ꝙ
isto casu errauerit Franciscus in iure,quia mares qui non sint
rustici vel minores præsumuntur scire iura per se vel infor-
mationem quam a peritis habere debent, vt not.gloss.in au-
then. de incestis nupt. iuxta principium in verbo, sciens. &
not. Barto.in l.sed si lege.§.scire.ff.de petitione hæreditatis.
& in l.is qui putat.in fin. ff. de acquiren.hæredit. & in l.non
fatetur.ff.de confessis.facit l.leges Sacratissimæ.C.de legibus
& l.regula.in princi.ff.de iuris & facti igno.& not. etiam An
ge.in d.authen.de incestis nupt. in fine principii. ¶ Non ob-
8 †etiam id per quod Barto.in d.§.duo fratres.dicebat se relin-
quere cogitandum an opi. Dyn. supra relata esset vera. nam
Bar.dicebat quod l.Titius.ff.quib.mo.pig.vel hypo. solu.per
quam se fundabat Dyn. non videbatur probare, quia non lo-
quitur in eo, quod debetur ex causa testamenti, quia illud,
quod relinquitur ex causa testamenti non ita faciliter remit
titur sicut debitum ex alia causa, vt nota.in l.tres fratres.ff.de
pac.& per id quod habetur in l. de his.ff.de transac.& prout
traditur per eundem Barto.in dicto §.duo fratres.maximè in
quarta opp, quia respondeo ꝙ illud procedit quando remit-
tens vel ille qui remittere videtur, non habebat scientiam te-
stamenti, & ita declarat gloss. in dicta l.tres fratres, dum re-
spondet ad dicto §. duo fratres. & eam approbant tanquàm
veram Barto. & alii in d. l.tres fratres. & ita declarat etiam
Ange.in repetitione dicti §. duo fratres. dum tractat de op-
positione.d.l.tres fratres. & ita etiam probatur. per l.quam
allegat glo.in dicta l.tres fratres scilicet per l.nō est ferendus.
ff.de transactio.secus si appareat quòd habuit notitiam ipsius
testamenti. & ita intelligitur. dicta l.de his.vt ibi per Barto.
& alios per l.& vni.§.primò, cum aliis ibi allega. per eos. ff.
de accepti, & in proposito nostro probatur in dicta l. huius-
modi.§.qui seruum. & dicta l.cui res, a contrario sensu quæ
ad hoc allegantur per Dyn. & ad quæ iura non respondetur
per Bart.in dicto §.duo fratres. ¶Non † obstat etiam. l.fina.
9 §.fin. C. communia de leg.quam allegat Barto. vbi extraneus
emens ab hærede rem quam sciebat esse alteri legatam, non
videtur renuntiare iuri agendi de euictione, saltem ad pre-
tium,quia respondeo, ꝙ nihil obstat secundum vltimum in-
tellectum quem ibi Iaco. de Are.Cyn.Rayn.Iaco.Butr.Bald.
& Ange. approbant vt veriorem, scilicet quod tempore quo
emptor ibi emit ab hærede, res erat hæredis, & non pertine-
bat ad legatarium vel fideicommissarium, quia non euenerat
conditio legati vel fideicommissi sed in casu nostro euenerat
conditio substitutionis quam allegant hæredes Francisci.
Vel secundo respondeo quòd posito ꝙ ibi legata esset res pu-
re, non sequitur quòd extraneus emptor videatur velle re-
nuntiare iuri suo, quia res adhuc non erat irreuocabiliter le-
gatarii,

gatarii,& poterit esse q legatarius repudiabit, quo casu fingi tur nunquam legata & fuisse semper hęredis.d.l.seruum filii. & dixi supra, quæ ratio cessat in ipsomet legatario vel fideicõmissario qui emendo rem scienter ab hęrede videtur eam nol le habere ex causa legati, & sic videtur renunciare legato vel
10 fideicommisso.¶ Similiter nõ obstat † ratio alleg. per Bar. dũ dicit q sicut quando legatarius emit ab extraneo & non ab hę rede, non videtur renunciare legato. l. planè. §. quod si rẽ emis se. de lega. 1. eadem ratione quando emit ab hęrede, quia respondeo vt dicit Io. de Imo. in d. l. si a substituto. q aliud est qñ emo ab extraneo rem quæ erat ipsius extranei. quia videor emere vt consequar dominium ab eo, quo casu non videtur li beratus hæres testatoris, qui rem alienam legauerat, & ita loquitur d. l. planè. §. q si rem, quia in emptione poterat subesse alia causa quam remissionis legati; quia legatum non erat petendum aduersus dictum venditorem, & ubi potest subesse alia coniectura quàm donationis, non præsumitur remissio gratuita. l. si cum uirum. ff. de solutio. l. cum de indebito. ff. de probatio. quæ ratio cessat quando ab eo qui debebat mihi ex causa legati scienter emi. fortius dicit Rapha. in dicta l. si a substituto, quòd quãdo emit legatarius etiam ab alio quàm ab hęrede videtur renũtiare legatò vel fideicommisso, si legatum vel fideicommissum erat purificatũ, & cesserat dies legati. & sic tex. in d. l. planè, procedet vel quando non sciẽter emit legatarius, vel quando nondũ cesserat dies legati. & hoc vltimo casu etiam loquitur decisio Specu. quã allegaui in con
11 trariũ. ¶ Tertio principali † fundamento moueor, quia mortuo ser Io. statim purificata fuit conditio dictę substitutionis fideicommissariæ quam prætendunt hęredes dicti Francisci, tamen hoc non obstante facta fuit diuisio bonorum subiecto rum restitutioni fideicommissi iam purificati inter dictũ Frãciscum & filios & hęredes dicti ser Io. vnde per dictam diuisionem fuit renunciatum in dictis reb. diuisis dicto iuri fideicõmissi purificati, stante q Fran. habebat seu habere pręsumebat scientiam dicti testamenti, vt supra dixi. hoc probatur per d. l. Titius. ff. quibus mod. pig. vel hypo. so. & per notata per Bar. in d. §. duo fratres, in quarta oppo. hoc etiam expresse ad literam firmat Paul. de Castr. in d. §. duo fratres. circa mediũ. vbi dicit q quando duo habentes scientiam testamenti diuidunt fundum comprehensum in fideicommisso purificato, licet il la diuisio fuerit simplex, videtur renũciatum fideicommisso, quia non compatiuntur adinuicem diuisio & fideicommissũ seu prælegatum; quia ex fideicommisso debetur vni totũ, seu aliter quam per diuisionem assignetur. & mouetur per d. l. Titius. hoc idem tenet Rapha. Cuma. in fi. sal rem quando fideicommissum purificatum non appareret esse agnitum per ipsum diuidentem. & ita legendo sum solitus ibi tenere. & ad notata in l. tres fratres. ff. de pact. fuit rñsum supra, nec iuuat hic allegare iuris errorem, quia præsumptio est in contrariũ,
12 vt supra, deduxi. Nec † etiam potest dici q hic pręsumatur error iuris impliciti, quia est error probabilis per notata in c. si diligenti, de præscri. cum si. & respondeo q in hoc videlicet quod dispositio dictæ. l. cum acutissimi, non haberet locum in fideicommissaria substitutione facta alteri quam descendẽti, nõ erat aliqua dubietas vel intricatio, imò est de iure clarũ, secundum omnes, vt dictum est. ¶ Præterea quamuis appareat
a quẽ fuisse in errore iuris, excusetur si ille error erat iuris*implicit, vt notatur maximè per doc. in d. c. si diligenti. & in c. ab excommunicato. de rescr. & in l. quod Nerua. ff. deposi. tamen non pręsumeretur error quando appareret q de illo pas su difficili in iure interrogasset sapientem, qui propter varietatem opinionem errasset, alias non, ita dicit Bald. in l. vẽditis. C. de vsucapio. pro emp. sed hæc probatio non præsupponitur. vnde dixit Bal. in l. mater. in 2. vel 3. col. de rei vendi. q ei qui consensit rem ad eum pertinentem in alium transire, est valde difficile probare q fecerit per errorem iuris. Et ex secũdo & tertio fundamentis supra, deductis pręcipuè moueor ad concludendum contra hæredes dicti Francisci. & per prædicta apparet variis modis responsum ad omnia allegata in con
d trarium. Circa secundum d &c.

ADDITIONES.

a ¶ Transuersali. sup. lib. ij. consi. 185. nu. 18. sup. lib. 6. consi. 201. nu. 22. & est indubitatum. Quod autem nec in ascendenti, tenet Gul. Benedic. repe. c. Ray. versi. si absque liberis morẽ. 1. nu. 7. de testa. sed ego contra puto si filius vnicus alterum vel vtrunque parentem instituat & grauet restituere extraneo post eorum mortem, quia veri simile est quòd non grauasset si cogitasset superuẽturos liberos sibi fratres quamuis Bar. Imo. Soc. in d. l. cum auus. col. 4. 5. & communis schola contrarium velit.

b ¶ Tantum. Ias. & omnes in d. l. Centurio nu. 54. & in d. l. Lucius.

c ¶ Directè. i. vt restringatur nec vlterius extendatur substitutio. hoc sensu rectè loquitur d. glo. quæ non debet accipi ad extensionẽ substitutionum vt dixi supra, lib. 3. consi. 12. nu. 16.

d ¶ Secundum, scilicet, quando testator substituit Titium compendio se filio impuberi cum his verbis q dicta hæreditas transeat de hærede in hæredem masculos dicti Titii, an videatur filios Titij substituere Titio vulgariter, adeo q decedẽte Titio ante filium testatoris, & postea decedat filius testatoris impubes, succedant ei ex substitutione filii dicti Titii, sed hæc secunda pars huius consilij deficit, nec inuenire potui multis exemplaribus discussis.

* Erat iuris.] Idem latè tenet Ias. ad l. iuris Ignorantia. C. qui admit. circa princ. nam tunc æquiparatur error facti; Soci. ad rub. de reb. dub. Natta.

SVMMARIVM.

CONSILIVM CI.

De quibus bonis possit testari prælatus ecclesię. & an Cardinali possit concedi licentia testandi de bonis acquisitis intuitu ecclesię. & vnde præsumatur acquisiuisse. An & quando sit danda fides sumptis, & quid si non apparet de citatione, & an illa requiratur, an requiratur in antiquis instrumẽtis probare de tabellionatu. De intellectu cuiusdã substitutionis. An fama in antiquis plenè probet, & an sit fama probata si testes deponunt q communiter fuit dictum & reputatum & quod publicè dicebatur, & an præscriptio statutaria currat non valenti agere, & minoribus.

* Super primo dubio* quo quęritur, an dictus Ricardus de Senis Cardinalis testari potuerit. dubium fa
1 cit, quia † non potest clericus seu prælatus testari de bonis acquisitis ex redditibus ecclesię. c. cũ in officiis. c. ad hęc c. quia nos. & c. relatum. el ij. de test. & plenè in auth. licentiam. C. de epi. & cl. & plenè no. in c. pręsenti. de offi. ord. lib. 6. saltem in clerico non personaliter & simpliciter beneficiato, sed ad ministrationem habẽte, vt no. per glo. & doc. in d. c. pręsenti. & in c. fi. cũ ibi plenè no. per doc. de pecu. cle. & in dubio bo
* na * acquisita per huiusmodi prælatos videntur iuris pręsumptione acquisita de bonis seu redditibus ecclesię per id quod habetur in cap. j. & in ca. vt vnusquisque. ibi plenè not. doct. de pecu. cle. 1. de test. & 12. quęst. 5. nulli. & ibi no. & no. plenè docto. in d. capi. cum in officiis. & in authen. licentiam su
2 pra allegata. & Spec. de stat. mo. ver. breui. ¶ † Tamen hoc nõ
* obstãte puto testamentũ valuisse, quia huiusmodi pręlati* testari possunt de rebus propriis seu acquisitis ex propria industria vel aliunde quam de bonis ecclesiæ seu quam profectis ab ecclesia vel contemplatione ecclesię. 12. q. 1. c. sint manifestè. & in d. c. quia nos. & in d. c. j. & in d auth. licentiam & ibi not. doc. & maximè Cy. & Bald. qui apertè concludunt de bonis quæsitis ex propriis laboribus clericum posse testari vt ibi per eos, maximè per l. sacrosancta. eo. tit. & probatur etiam in d. c. quia nos. & ibi doc. & in d. c. relatum. & idem no. La. But. l. 2. C. de epis. & cle. & ibi etiam Bal. & no. doc. post glo. in præ allega.

allega.c.1.de testa.& in d.ca.præsenti.imò etiam nonnulli te-
a nuerunt ꝙ de fructibus a beneficiorum possunt testari, quod
tamen hic non est necessarium discutere, & de consuetudine
seruatur distinctio tradita per gl.in d.c.præsenti.vt omnes di-
cunt, s.vt distinguatur, an sit clericus tantum personaliter &
simpliciter beneficiatus, & possit testari, secus in clerico admi
3 nistrationem habente. ¶Nec ob.† ꝙ præsumantur acquisita il
la bona de bonis ecclesiæ seu eius contemplatione, quia licet
circa hoc variæ sint opi.de quibus in vulgaris locis, tamé quo
ad propositum respondeo, ꝙ vbi dicitur, ꝙ præsumitur de bo
nis ecclesiæ acquisitum, illud est quando est contentio cũ ec-
clesia. sed vbi est cum alio, tunc non habet locum disputatio.
nam in ecclesia & prælato idem dicimus ꝙ in vxore, vt sicut
b vxor b pſumitur in dubio acquisiuisse de bonis mariti.l.Quin
tus.ff.de do.inter virum.l.etiam.C.eo.titu.ita & prælatus de
bonis ecclesiæ.ita no.glo.in d.c.sint manifestè.& in c.1. de pe
cu.cle.& doc.communiter in d.c.cum in officiis.& tamen vi-
demus ꝙ illud quod dictũ est de vxore vt præsumatur acquisi
uisse de bonis viri, procedit quando contentio est inter virũ
& vxorem vel eis hæredes, secus si inter vxorem & extraneũ.
ita notabiliter decidit Bald.in l.si vxorem. C. de condi.inser-
tis.in 3.col.sed hæc contentio in proposito non est cum eccle
sia, igitur cessat dicta præsumptio.& istud (meo iudicio) est tu
4 tissimum fundamentum. ¶†Præterea dicta conclusio quæ ha
bet ꝙ præsumitur clericus acquisiuisse de bonis ecclesiæ pro-
cedit quãdo apparet ꝙ clericus habebat beneficium, & ꝙ nul
la bona acquisiuerat antequàm esset promotus ad beneficiũ,
vel quando non constat ꝙ aliunde quàm ex beneficio quisiue
c rit, alias autem iudex habet arbitrari ex coniecturis c quantũ
videatur acquisitum ex bonis ecclesiæ & quantum aliũde 12.
q.4.sacerdotes.& no.doc.maxime Ant.de Bu.& do.Car. Flo.
in d.ca.cum in officiis.& do.Abb.in repetitione c.cum esses.
in 16.col.de test. sed dictus do.Card.ex officiis lucrabatur vt
pars aduersa fatetur, & erat in vtroque iure doc.insignis & Vi
cecancellarius & Car.magnæ experientiæ, vt legitur & nota.
in prooemio sexti libri decretalium, fuit enim de illis quibus
compilatio 6.lib.demandata fuit in dicto prooemio traditur.
& est probatum ꝙ Cardinales vltra beneficia lucrantur mul-
ta, igitur posito etiam ꝙ constaret ꝙ habuerit beneficia, nõ se-
5 quitur ꝙ non potuerit testari. ¶Deniq; posito † ꝙ non potuis-
set testari sine licentia Romani Pontificis, tamen attento ꝙ di
ctum testamentum iamdiu in iudiciis & sic in locis publicis
& etiam in causis vertentibus coram arbitris fuit exequutum
& habitum pro testamento valido, pręsumendum est ex præ-
dictis ꝙ interuenerit licentia. accedit id quod notabiliter di-
cit Archi.de consecra.dist.prima, nemo ecclesiam, vbi inquit
ꝙ si locus est in forma ecclesiæ & ibi publice celebratur per sa
cerdotes præsumitur ꝙ fuerit constructus ille locus vel orato
rium cum licentia & authoritate episcopi.alleg.in arg.27.di-
stin.quod interrogasti 20.q.1.quem progenitores.27 q.1. vi
dua.bene faciunt no.per Io.An.& alios in c.illud de pręsum.
& id quod habetur in l.si filius.C.de peti.hered.& in l.qui in
aliena.iuxta prin. ff.acq.hære.& ibi do.& per no. p Cyn.in l.
emãcipatione.C.de fide instr.& ibi Bal.& per Bar. in l.admi.
ff.de iureiu.in ver.quæro quid si reperiuntur d.testium, & nõ
reperitur iuramentum.& Host. Io.And.in c.Alb.de testi. & p
doc.in c.in præsentia.de renun.& in c.cum in iure.de offi.de
leg.& Bald.& Ang. in l.sciendum.ff.de verb.obl.cum multis
concordantiis.in quibus locis habetur ꝙ propter diuturnita
tem & antiquitatem temporis præsumitur solennitas extrin-
seca quæ alias non præsumeretur, iuxta l.quæcunq;.§.fi. ff.de
publicia.istud aũt testamentum fuit conditum de anno 1314.
6 ¶†Et si diceretur ꝙ dñs Abb.Siculus in rep.dicti c.cum esses.
* in 5. q. tenuit ꝙ Papa* sine causa non potest concedere clerico
licentiam testandi de bonis per eum intuitu ecclesiæ acquisi-
d tis quasi dicta bona dicãtur esse Dei d per id quod habetur in
c.cum ex eo.de elec.lib.6.cum glo.in verbo Christi.& no.per
Innoc.in c.super, de causa poss.ergo si sunt Dei non dicunt a
Deo euelli sine facto suo, vt in regula, id quod nostrum.ff.de
reg.iur.vt plenius ipse prosequitur in d.c.cum esses. vbi dicit
ꝙ ipse non meminit se vidisse hanc quæstionem tactam a do-
ctoribus.respondeo quod imò debet posse Papa huiusmodi li
centiam concedere, vt expressè firmat Bald.in l.fin. C.vnde le
git.in 10. colum.in ver. & prædicta faciunt ad quæstionem,

Monachus fecit testamentum. vbi concludit nõ esse dubium
ꝙ Papa potest Monacho professo & ingresso religionem dare
licentiam testandi de rebus acquisitis oblatis Monasterio.alle
gat no.per glo.magnam in authen.si qua mulier. C.de Sacro-
sanc. Eccles.idem est de mente Bald.in authen. nisi rogati. C.
ad Trebel.in penul.colum.in versic. quęro quid si Monachus
habuit a Papa priuilegium ꝙ possit testari & cęt.& Bald.in l.si
quando.in fine principii. C. de inoffic.testa.pro hoc facit, quia
e Papa in his quę pertinent ad ecclesias liberam e & latam habet
potestatem & administrationem, vt in clem.1.in fi. vt lite pen
dente.in c.2.de præben.in 6.no.doct. maxime Anto.de Butr.
7 in c.2.ad fi.de confirma.vti.vel inuti.¶Nec obstat † quod bo
na ecclesiam quo ad dominium dicuntur ad Deum pertine-
re, quia responderi potest quod posito ꝙ vera esset illa opin.
quod dominium & possessio rerum ecclesiasticarum sit apud
Deum in quo variant doc.in d.c.cum super, & in c.in literis.
de resti.spolia.& Bar.& alii in l.1.§.fin.cum l.seq.& in l.cum
hæredes.ad fin.ff.de acquir. posses.& in l.sicut.in fin.ff.quod
cuiusq; vniuer.no.tamen satis est quod interueniat licẽtia Pa-
pæ qui est Vicarius Dei.c.fundamenta.§.decet, de elect.lib.6.
Item posito ꝙ requireretur causa in dicta licentia, vt Abbas di
8 cit,† tamen in Papa aliquid agente præsumitur iusta causa, f
f vt not.Cyn.in l.rescrip. C.de preci.Impe.offi.& Iaco.Butr.in
l.fin.C.si contra ius vel vti.pub.& Anto.de Butr.in c.cum in-
ter P.de renun.& in c.constitutus.de relig.do.& in ca.quæ in
ecclesiarum.& ibi etiam Ioan.de Imo.de consti.& do.Abb.in
c.cum olim, de re iudic.pro ista opi.etiam facit, quia videmus
ꝙ valet statutum ecclesiæ vel consuetudo dans potestatem tal
tem moderatam prælato, vt posset testari de fructibus bono-
rum ecclesiæ per id quod habetur in ca.si propter tua debita.
de rescript. in 6.& in extrauaganti Io.22. quæ incip.suscepti.
& no.Io.Andr. in regula, nemo potest plus.in mercurialibus.
& doc.maxime Io.de Imo.in ca. fi.de pecu.cle.& Dominicus
de Sancto Gemin.in d.ca.præsenti. ¶ Circa secundum dubiũ
9 † quo quæritur, vtrum dictis sumptis seu exẽplis detur fides,
dubium facere videtur ꝙ interuenit defectus citationis eorũ,
qui lædi possent quæ requiritur in huiusmodi exemplationi-
bus, vt no.doc.in auth.si quis in aliquo.C.de eden.& in c.fin.
de fide instru.& no.Guil.de Cug.& Bald.in l.adoptio, iuncta
l.sequenti per illum text.ff.de adopt.& Spec.in tit.de instru.
edi.§.ostenso.in pluribus versiculis illius.§.& Bar.& alii in l.
2.C.de testa.& Bar.in l.Chyrographis.in princ.ff.de admini-
stra.tuto.Pręterea non videtur constare de notariatu illorum,
qui dicta exempla sumpserunt, & sic videtur ꝙ sint scripturæ
priuatæ, quæ fidem non faciunt l.rationes. & l.instrumenta.
C.de proba. c.1.& 2.de fide instru.¶Tamen his non obstanti-
bus videtur dicto sumpto standũ esse maxime ex infrascriptis
g cum huiusmodi exemplatio g sit res antiquissima, fuit enim
de anno 1349.vnde præsumitur quod citatio & debitæ solẽ-
nitates interuenerint, vt not.Hostien.& Ioan.Andr.Bal.Ant.
de Butr.& Ioan.de Imo.in ca. Albericus. de testi.argu. corum
quæ habentur in c.fi.de pac.& 20.q.2.faciat.bene facit id qđ
legitur & no. in ca.peruenit, de emptio.& venditio.& qđ ibi
doc.maximè Ioan.de Imo.accedunt ea quę dixi supra dũ alle-
gaui no.per Cyn.in l.emancipatione.C.de fide instrum. cum
concordantiis. & sic apparet istam esse communem opi.a qua
in iudicando non esset recedendum.fortius voluit Vincen.in
c.fi.de fide instr.& Archid.centesima.distinc.contra morem,
per illum tex.in fin.& Guido de Suza. in dicta auth.si quis in
aliquo, quod non requiratur citatio, tamen adhærendo opi-
nioni aliorum resideo in præcedenti responsione.& satis esset
ꝙ in dicta exemplatione interuenisset vnicus notarius hoc fa
ciens authoritate iudicis.probatur in c.fi. in verbo. publicam
personam.de fide instr.& probat plene Ioan.And.in additio-
nibus Spec.in d.§.ostenso, in additione incipiente, miror & c.
10 ¶Non obstat quod † non appareat de notariatu illius vel illo
rum, qui exemplarunt, quia respondeo ꝙ attento ꝙ sumus in
h scriptura antiquissima h non est necessaria dicta fides tabellio
natus, vt notanter decidit Bald.in l.comparationes.C.de fide
instru.in antepen. col.in versi.sed hic dubitatur, quid si pro-
pter distantiam & c.ar.l.census.ff.de proba.maior enim adhi-
betur fides mortuis, quia incorruptibiles sunt, vt ibi per eum,
cum quo etiam concordat ibi Salic. in penul. vel antepenul.
col.in ver, vnum non omi[illegible] ita etiam voluit Bal. in authen.
quas

quas actiones.in ult.col.ad fi.C.de Sacrosf.Eccl.nam secundū cum ex ipso actu tam antiquo oritur præsumptio tabellionatus, ideo non expedit aliter probare de tabellionatu, seu ꝙ esset in quasi possessione tabellionatus.allegat no.per Inno.in c. ueniens, de ver.sig.& hoc in proposito etiam sequitur Raph. Fulg.in l.fi. C.de edicto diui Adria.tol.accedit ꝙ producitur scriptura antiquissima in qua apparet ꝙ iudex concedit dictā licentiam sumendi & exemplandi dictum instrumentum testamenti dicto ser Petro Vannis de Luca notario &c.& sic iu-
11 dex habuit eū pro notario.bene facit † ad hoc quod not. Bal. in l.non ignorat.in 6.col. C.qui accus.non pos.ubi dicit ꝙ in factis multum antiquis facilius præsumitur pro eo, qui possidet pp difficultatem probationis q̄ in factis recentibus. allegat no.per Inno.in d. c.ueniens.& ꝙ secundum eum illa quæ congruam probationem nō recipiunt,admittunt in congruā. alle.l.1.in fi.ff.de verb.ob.& l.fi.C.de testa.& l.consensu.uer. superfluis.C.de repud.& no. per Cyn.& alios in l.si quidem. C.sol.matri.bene faciunt no.per doct.in c.veniens,el 1.de testi.& per Bart.in l.in illa stipulatione,si Calendis.in fi.& in l. si quis ex argentariis. §.pen.ff.de eden.& in l. admonendi. in 7.col.in uer.circa secundum &c.& in ver.quæro quid si in instrumento reperitur defectus. & in uersi.quæro quid si repetuntur dicta &c.& per Fede.de Senis in consi.119.inci.Nulli dubium, cum multis similibus. fortificantur etiam prædicta ex eo ꝙ dictis sumptis alias adhibita fuit fides in iudicio agitato per dictum Symonem contra hæredem dicti Bart. & ita ēt in alia causa uersa coram arbitris & doctoribus præstantissimis, fuit per eos iudicatum uigore dictorum exemplorū tanq̄ essent fide digna. unde ista etiā licet gesta sint inter alias personas, tamen adhuc adminiculantur ad fidem dictorum instrumentorum augendam, ut patet ex notatis per Bar.in præalleg.l.admonendi.in 11.col.in uersic.quæro quid si dicta testium sint recepta & examinata inter alias personas &c.& Anto.de But.Io.de Imo.& do.Abb.in c.fi.de iureiur.& Anto. de Butr.in c.pen.in 4.vel 5.col.de re iudi.& Ang.in l.2.ad fi.C. de eden.ar.l.a sententia.in princ.ff.de app.& l.si duo patroni in prin. cum ibi no. ff.de iureiu.& ꝙ dicta exempla rem ueritati cōsonam contineant, etiam comprobatur per nonnullos testes deponentes ꝙ ab antiquis audiuerant præfatum dn̄m Cardinalem testamentum condidisse, & in eo disposuisse ꝙ semper bona sua remanerēt in familia & ꝙ nunquàm possent alienari,& per nonnullos alios testes deponentes, quod ita est publica uox & fama a 30.ann.& citra,quia audiuerunt publicè dici,quorum depositiones uidentur etiam adminiculari, vt
12 etiam veniet dicendum in quarto dubio.¶ Quo ad tertiū† dubium quo quæritur, vtrum dicta do. Alexandra censeatur vocata,an vero exclusa ex dispositione dicti testatoris, & dubiū facere videtur, quia testator in dicto testamēto in uersi. quod si fortè nullus &c. videtur disposuisse alternatiue ꝙ si nullus masculus ex filiis seu liberis dicti Io. superesset aut nullus eorum esset hęres testatori, hęreditas ad filias legitimas earumq; liberos perueniret.& uideatur ꝙ defecerit conditio prædictæ substitutionis fœminarum,quia plures ex liberis masculis dicti Io.fuerunt hæredes successiue, & sufficit ꝙ pro aliquo tempore fuerint hæredes.l.in substitutione. ff.de uulga.& pup.l. si quis hæredem.C.de instit.& substi.sub condi.fac.Item fortasse ad exclusionem dictarum fœminarum uidebatur sufficere ꝙ tempore mortis Io.extitissent liberi masculi, quasi voluerit vocare fœminas testator eo casu quo Io. decederet sine liberis,& sic eo mortuo cum liberis qui fuerunt hæredes testatoris ex prima substitutione facta in prin.testamenti videatur defecisse omnis conditio * substitutionis, in qua erant vocatæ fœminæ,l.ex facto.§.pen.ff.ad Treb.& l.cum vxori. C.quādo dies lega.ced.l.Lucius.l'vltima.ff. de hæred.insti.& per id qđ no.Bart.in l.liberorum.ff.de verb.signifi.in pen. col.in versic. quæro quid si in aliqua dispositione fiat mentio &c. ¶ Sed tamen his non obstantibus puto contrarium esse de iure verius,
13 quia dicta substitutio † non fuit restricta ad casum quo tempore mortis Io.nō superesset aliquis masculus de liberis Ioan. sed indeterminatè * & sine tempore loquutus est testator, vnde illa conditio uerificata esse dicitur, quandocunque contigerit nullum superesse ex filiis seu liberis, do.Io.attento ꝙ illa est conditio casualis.l.2.l.si vir vxori.& l. si tā facta. §.primò. ff.de condi.& demonst.pro hoc bene*facit, d.l.in substitutione.ver.si quis cum duos.in verbo, tunc,& quod ibi not.gloss. pen.& ibi etiam Bart.iuncto principio illius.l.ff.de vulga. & pup.vbi habetur ꝙ conditio non intelligitur restricta ad tempus nisi testator id expresserit per dictionem tunc, aut æquipollentem,ergo cum ita sit ꝙ eueuerit casus ꝙ nullus superest ex filiis seu liberis masculis. d.Ioā.dicitur purificata conditio substitutionis prædictæ,& per consequens debent admitti fœminæ. & hanc fuisse mentem testantis videtur euidenter colligi ex inspectione verborum testatoris,nā primo instituit Ioā. & demum liberos dicti Io.masculos legitimè descendentes ex eo & sibi inuicem liberos eosdem substituit, disponendo ꝙ ille ordo seruaretur in succedēdo ex huiusmodi substitutione, qui alias in successione ab intestato seruandus esset declarando expresse ꝙ voluntas sua erat ꝙ masculis liberis excedentibus bona ad ipsos deuenirent & non ad alios. postea volens prouidere quid fieri uellet de hæreditate deficientibus masculis,adiecit dictam clausulam videlicet.ꝙ si forte nullus masculus superesset de filiis seu liberis. Io. prædicti aut nullus eorū ipsi testatori hæres esset, hæreditas perueniret ad filias legitimas earumq; liberos.& ꝙ si nec filiæ uel earum liberi superessent seu deficerent, voluit hæreditatem ad certa monasteria peruenire.Ex quibus apparet testatorem voluisse per substitutionem conseruare & tribuere illud idem quod iure legitimę successionis ab intestato competiisset inter dictos descendentes,iuxta l.vel singulis.& l.qui duos.ff.de vulg.& pup. præter quàm in eo ꝙ voluit sexum masculinum fœminino præferre. sed si acciperetur dicta interpretatio, scilicet ꝙ voluerit testator intelligere quòd eo casu quo superfuissent aliqui filii vel liberi masculi dicti Ioan.tempore mortis Io. qui voluissent esse hæredes dicti Io. cesset substitutio fœminarum: resultaret contrarium eius quod dictum est colligi ex ordine & dispositione testatoris: quia non conseruaretur per dictam substitutionem effectus quem producit inter prædictos successio ab intestato,quia per dictos filios masculos potuissent excludi fęminæ a dicta successione. non est ergo recedendum a mente testatoris tacita uel expressa.l.cum virum.C.de fideicommiss. l.3. C. de lib.præter.¶Hoc etiam deprehenditur aperte ex illa prohibitione alienationis expresse facta in testamento,quia testator prohibuit alienari bona, sed ea voluit semper remanere apud dictum Ioan. institutum & substitutos, & subiunxit quòd quamuis sufficere posset prohibitio legis prohibentis alienare bona subiecta restitutioni; tamen ipse adhuc expresse ꝓhibebat, & sic apparet quòd testator intellexit quòd dicta tacita prohibitio alienationis resultans ex substitutione durabat etiam in casu quo mortuo Ioan. remansissent liberi masculi qui fuissent eius hæredes: nam alias non bene posita fuissent illa verba a testatore prolata, dum dixit, quòd quāuis sufficere posset prohibitio legis &c.¶Et per hæc patet respon-
14 sio ad allegata in contrarium: nam † non obstat, quod satis sit quod semel fuerint aliquo tempore hæredes illi filii Ioan.per dicta l.si quis hæredem. nam dico quod testator voluit quòd eo casu quo nullus ex liberis masculis Ioan.superesset,vel etiā superesset, sed nollet esse hæres, deberent tunc succedere, vnde fateor quod ex secundo capite illius alternatiuæ non possent se fundare dictæ filiæ fœminæ, scilicet ex eo capite quòd nullus ex liberis masculis Ioan.fuerit hæres testatori. & ad hoc tendit,dicta l.in substitutione,sed bene possunt venire ex prima parte alternatiuæ in qua dicitur, quòd si nullus masculus superesset, & sufficit ad verificandam alternatiuam ꝙ altera pars sit vera.l.si is qui ducenta.§.vtrum. ff.de reb.dub. l.si quis ita stipulatus fueri decem aureos. de verborum obligationem, cap.inter cæteras. de rescript. ¶Non obstat etiam
15 † quòd videatur voluisse vocare testator fęminas, eo casu quo Ioan.decessisset sine liberis masculis per dicta l.ex facto.§.penul.quia respondeo,quòd ibi testator hoc expressit iungendo illam qualitatem deficientium liberorum ad tempus mortis grauati, vnde qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi cui adiungitur.l.in delictis. §.si extraneus.ff.de noxa.& l.Titius.ff.de milita.testam.& ideo dicit Iaco.de Bel. in d.l.ex facto. §.penult.& Ioan.de Imo.in l. sed si tempus.ff. ad Treb.ꝙ illud quod habetur in præal.l.ex facto.§.pe.nō haberet locum vbi verba fuissent dubia, & non expresse collata in tempus mortis,quia tunc sufficeret qñcunq; natos esse liberos,& probatur in d.l.cum vxori. C.qn̄ dies leg.ced.& similiter non

ter non obstat.d.l.Lucius.ultima de here.insti.& quod nota. Bart.in d.l.liberorum, quia ibi loquitur quando testator fratrem sibi hæredem instituit, & substituit ei extraneũ sub hac conditione, si dictus institutus prius morietur quàm adierit hæreditatem, aut si filios non habebit, nam si decessit hæres institutus relictis ex se liberis, deficit conditio substitutionis, puto uerum ꝙ illo casu intelligant illa uerba, si liberos habuerit, scilicet tẽpore mortis, eo quia testator uoluit præferre substituto nedum fratrem, institutum, sed etiam saltem tacite uoluit præferre liberos fratris, ut inquit ibi iurisconsultus dum dicit, nam prudens consilium testantis animaduertitur, non solum enim fratrem hæredẽ prætulit, sed etiam eius liberos. & ibi notatur in glo. & idem si grauasset ipsum institutum ad restituendum sub illa conditione, uidelicet si ipse grauatus liberos non habuerit, secundum Bar.in d.l.liberorum.qui etiã ita intelligit dictam l.Lucius.& d.l.ex facto.§.pen.unde si uoluit substituto præferre liberos ipsius instituti necesse est ꝙ uerba, si liberos habuerit, intelligantur, scilicet tempore mortis instituti, quia licet institutus habuisset liberos & decessissent prius quàm institutus, non possent excludere substitutũ, & ideo requiritur ꝙ essent liberi tempore mortis instituti, & ita etiam in casu nostro ad hoc ut fœminæ non potuissent uenire tempore statuti mortuo dicto primo Ioan.ad hæreditatẽ erat necessarium ꝙ tunc extarent liberi masculi dicti Ioan. & de illo ad præsens nõ quæritur, sed quæritur quia testator substituit nedum Ioan.in casu quo Io.deficeret, sed etiam substituit, scilicet feminas nedum in casu mortis Ioan. sed etiam in casu mortis omnium liberorum masculorum seu deficientiæ ipsorum liberorum qui fuerant etiam uocati ad hereditatem tanquàm substituti expresse dicto Ioan. utrum uideatur uoluisse fœminas substituere tantum in casu quo tempore mortis Io.nulli liberi masculi extarent, an uero etiam in casu quo tunc extarent, sed posteà deficerent.& istud non deciditur in d.l.Lucius nec per Bart.in d.l. liberorum, sed deciditur ex rationibus & iuribus suprà allegatis, & etiam ex euidentia uerborum testatoris, quæ indefinite & generaliter prolata debẽt generaliter intelligi.l.si pluribus, in princ.ff.de leg.2.l.si plures. ff. de leg.3.& nulla subest ratio quare ex mente testatoris non uideatur uoluisse ita fœminas uocari extantibus liberis masculis tempore mortis Io. & postea deficientibus sicut non extantibus liberis tempore mortis Io. nam si Io. quem magis dilexit quàm liberos masculos eius, uoluit eas fœminas substituere eo casu quo contigisset decedere Io.sine liberis masculis, ut negari non potest, eadem ratione & multo magis præsumendum est testatorem uoluisse etiam fœminas substituere liberis masculis ipsius Io.decedentibus post mortem Ioan. sine descendentibus masculis.ar.l.Publius.§.fi.ff.de condit.& demon. & super hoc non puto insistendum ulterius, quia (meo iudicio) casus iste probabili dubitatione caret. ¶ Venio ad quartum dubium quo quæritur, utrum ex narratis in themate sit probatum dicta bona fuisse dñi Cardinalis? & dubiũ facit,

16 cit,† quia testes deponentes de auditu circa ea quæ percipiũtur alio sensu non probant l.testium.C.de testi.ca.tam literis, de testi. & etiam non uidetur ꝙ dicti testes probant sufficienter famam, quia non uidentur reddere sufficientem rationem

i dicti sui, dum dicunt quod audiuerunt publicè[i] dici, quia potuissent audire ab uno tantum uel duob.hoc publicè dicentibus. quo casu non esset fama, quæ dicitur esse illa quæ uersatur in maiori parte hominum, iuxta no.in l.3.§.eiusdem.ff.de testi.& ibi Bar.concludit talem depositionem testis non sufficere, put etiam ipse plenius firmauit in l.de minore.§.si plu-

17 rium.ff.de q.quem nonnulli sequuntur. ¶†Tamẽ in casu de quo quæritur puto sufficienter esse probatum, nam sumus in

* ualde antiquis,* s.excedentibus metam annorum centũ quinquaginta & ultra, iuxta no.per Inno.in c.ueniens,& in c.quid per nouale, de uerb.sig.& per Spec. in tit.de prob.§.probare. uer.& not.ꝙ præscriptus &c.& no. Ant.de But.& Io.de Imo. in c.ueniens.el 1.de testi.facit.l.an ususfr.ff.de usu.& l.fin.C. de Sacrosan.Eccl. sed in antiquis secundum magis cõem opi.

K fama[k] ad probandum dñium propter difficultatem probationis facit semiplenam probationem, & ita intelligitur gl. in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de nego.gest.q̃ ita ibi saluat Ang. scilicet quando tractaretur de probando dominium alicuis, qui decesserat iam sunt anni centum.& dicit quod ita obtinuit in facto Paduæ.& ita etiam no.Ang.in l.cum sup.C. de rei uend.& in l.quidam in suo, ff.de condi.insti. & in l.Titius.ff.quib.mod.pign.uel hyp.sol.& in l.proprietatis. C. de probat.& ita saluat ipse glo.quæ est.in d.l.proprietatis. uolẽtem ꝙ fama probat dominium, & ita etiã tenet in effectu Bal. & Sali. ibidem qui pro hoc etiam allegat id quod habetur in l.si arbiter.ff.de prob.& l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu. ar. & c.cum causam.de prob.& quod no.Cyn.in l.si quidem.C. sol.ma.idem uoluit Bal.in l.conuenticulam.in pen.col. C.de epi.& cle.& in l.in bonæfidei.in ult.col.C.de reb.cre. & in l. cum aliquis, in quarto notabili, & ibi etiã Sali.& Pau. de Ca. C.de iur.del. ubi etiam ad hoc alleg.no.per Inno.in c.cũ causam, de iur.cal.& ita est etiã de mente Bald.in auth.quas actiones.ad fi.C.de Sacros. Eccles.ubi ad hoc etiam allegat.notata per Archid.16.q.7.si plures.& firmat clare Anto.de Butr.in d. c.ueniens.el j.de testi.& Io.de Imo.in d.ca.cum causam, de probat.bene faciunt no.per Arch.16.q.3.inter.& per Bart.in

18 d.l.si quidem.C.solu.matri.unde uideamus † quod ubi dif-

l ficilis est probatio puta ad probandam filiationem,[l] sufficit sola fama seu cõis opi.ut no.Iac.But.in l.quidam.ff.de prob. & Ant.de But.in c.transmissę.qui filii sint legi.& ita etiam in simili no.Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.in 8.q.ff.de ope.no.nun.Pro ista opi.etiam Anto.de But.in c.licet.ex quadam de testi.ponderat ibi esse tex.ex quo ille colligit quod iure antiquo admittitur testimonium de auditu, cum aliud de facili haberi non possit, sic etiam secundum eum admittitur testimonium de fama.allegat no.in d.c.ueniens. & in c. quid per nouale, de uerb.sig.& in d.l.si arbiter.& in l.1.in fi. & in l.seq. ff. de aqua plu.arc.& in l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti.ex quibus dicit ipse dari regulam, ꝙ in antiquis factis in quacunq; materia sufficit talis probatio. ita ẽt tenet Sali. in l.3.in prin.in 4.col.ff.de testi. ¶Nec ob.id quod habetur in l.inter dilectos.de fide instru.quia ideo ibi in antiquis non attenditur fama, quia reprobatæ fuerunt aliæ probationes puta instrumenta, quæ fuerant deducta pro illa parte, quæ allegabat famam pro se, quasi uideatur ꝙ fama habuerit ortum ab illis instrumentis reprobatis & falsis, alias autem dicit ibi Hostien.ꝙ sufficit fama cum adminiculis de quo remittit ad no.in c.præterea, de testi.ut refert Io. And.in d. c.inter dilectos.in uerbo quod fama. & sic non firmant ibi doc. ꝙ in antiquis non sufficiat fama, nec in d.c.præterea, habetur ꝙ in antiquis fama non sufficiat, quia ibi non exprimitur ꝙ ageret de re quæ esset de antiquo. & sic uidetur esse magis communis opi.quicquid dixerit.d.Abba.maxime in d.ca.ueniens.de test. ¶Præterea concurrit etiam hic aliud adminiculum, quia producuntur plura instrumenta emptionum do.Cardi.in loco ubi sunt bona petita. & in quolibet instrumẽto semper saltem a duobus lateribus dantur pro confinibus & cohærentibus bona domini Cardinalis, quem arguunt etiam quod illa alia bona (ut dixi) essent do.Car.ut no.maxime Bal.& Sali.in d.l.cum aliquis.C.de iure delib. ¶Concurrunt etiam ꝙ ultra testes deponentes de fama, multi testes deponunt de dominio Card.ex auditu a multis antiquis, & illos nominant, unde iudex non debet ad unam speciem probationis se restringere, sed singula complecti. l.3.§.1.ff.de testi. & saltem in re tã antiqua, ut in d.c.cum causam.& ibi no.de proba. ¶Non obstat

19 etiam si diceretur,† quod testes deponentes de fama nõ probant, eo quia non dicunt ꝙ audiuerint a maiori parte, sed solum dicunt ꝙ audiuerunt publicè dici, quia respondeo, ꝙ (ut narratur in themate) imo aliqui sunt testes qui deponunt ꝙ est publica uox & fama inter maiorem partem populi, & alii qui etiam dicunt ꝙ communiter ita fuit dictum & reputatũ, & ideo si testes producti dixerũt se audiuisse communiter dici, tunc expeditum est ꝙ probent, ut no.Bart.in l.Labeo. ff.de sup.leg.sed si testes non dicunt se audiuisse cõiter dici, sed solum dicunt ꝙ fuit cõiter dictum & reputatum, & tunc Bar.in d.l.Labeo.& in d.§.si plurium.uidetur uelle ꝙ non probent, quia non testificantur aliquid qđ suo sensu percipiant, prout facere debet qñ est interrogatus, ut reddat rationẽ dicti sui, iuxta no.in l.solam.C.de test.& in c.causam quæ inter archiepiscopum.de testi.tñ in hoc uidetur ꝙ magis cõmuniter damnetur opi.Bar.& contra eum consuluit Dyn.ut refert & sequitur Bal.in l.de quibus.in pen.col.ff.de leg.& Bald.in c. præterea.de testi. & in l.testium.in fin.de testi.& in l.3. §.eiusdem. in lectu-

in lectura Florentina.ff.de test.per gl.in verbo,fama.& per l.
si quis partem.ff.ad Macedo.& ibi Cy.in additione refert di-
10 ctum consilium Dy.& quia satis est ꝗ†ratio reddita præsum
ptiuè seu implicitè inferat scientiam per sensum corporis, vt
no.Bar.& doc.in l.1.ff.si cer.pe.& in l.de tutela.C.de in inte.
rest.mi.& Bar.in tractatu de teste.& Bal.in l.conuenticulam,
de epi.& cler.& in l.non omnium.ff.de leg.in l.1.C.de seru.
fug.& in d.l.testium.in vlt.col.& Ange.in auth. de test.ad fi-
nem principij.& Ant.de But.in c.literis,per illum tex.de pre
sump.cum suis concordantiis,dum præfati doct.concludunt
quod satis est ꝗ testis interrogatus de causa sciẽtię dicat,scio,
quia sum vicinus &c. quoniam vicinus præsumitur scire fa-
cta vicini.l.si vicinis.C.de nup.l.si ita in fi. ff. de fundo instr.
& c.querelam,& c.quanto, de præsump. ergo testis qui dicit
ꝗ communiter fuit dictum & reputatum, videtur præsum-
ptiuè reddere rationem per sensum corporis auditus, quia
quis præsumitur audiuisse ea quæ communiter dicuntur. c.
1.de postu.præla.16.dist.quod dicitis.& quod notatur in l.si
11 tutor petitus.C.de periculo tut. & dicta † testium non sunt
cauillanda,sed adiuuanda.ita inquit Bald.in d.c. præterea &
in d.l.de quibus.& in l.2.C.de temp.ap.pro hoc etiam facit,
quia dicta testium debent accipi secundum quod vulgus acci
pit,vt inquit Bal.de pace Const.in verbo,possessiones. in fin.
aliàs est in verbo,vobis.el j.ar.c.ex literis.el j.de spons.& l.li-
brorum.§.quod tamen Cassius.ff.de leg. 3. sed non puto esse
dubium quod hęc verba, videlicet ꝗ ita communiter dictum
& reputatum fuit &c.intelliguntur apud communem vsum
intelligendi & loquendi de eo quod a maiori parte dicitur &
reputatur. & ita etiam in quæstione ista affirmat Salic. in l.ea
quidem.C.de accusa.in antepe.char.in ver.3.quæro &c. & la
tius ibi hoc firmat Ang.in rep.in antepe. charta. pro ista opi.
12 etiam adduco † tex.in c.tertio loco, maxime cum ibi no. per
Bal.de proba.vbi Bal. ponderat ibi probari quod vbi testis lo
quitur assertiuè,præsumitur fuisse præsens, & per hoc infert,
ꝗ si testes dixerunt quod ita se habet publica vox & fama, &
interrogati in causa scientiæ responderũt, quia sic dicitur per
populum,ꝗ probabunt quanuis expresse non dicant se audi-
uisse,quia dicta verba hoc satis important, sicut patet in d. c.
3.loco.in illis testibus qui erant de conuentu, & deposuerũt
ꝗ quando inter fratres de illa re aliqua fiebat mentio conuẽ-
tus fuit vnanimis, nam satis videntur deponere se fuisse præ-
sentes.& dicit ꝗ ille tex.ita bene probat sicut alius, qui sit in
iure.eandem opi.sequitur Ludo.Roman.in l.de pupillo.§.si
quis riuos.ff.de ope.no.nunci.& refert ita tenere Bal.in con-
clusionibus iuris,quia verba debent intelligi secundum subie
ctam materiam.l.si vno,in princ.ff.loc.l.si stipulatus.in prin.
ff.de vsur. ergo testis proferens dicta verba dum deponit de
fama,debet intelligi quod verba sua intelligat secundũ quod
exigit natura publicæ famæ,ita etiam videtur secundum Bal.
esse in teste qui dicit,ꝗ audiuit publice dici,vt probet,ita con
cludit Tancredus de Corneto in compendiosa sua in rub. 6.
q.10.vbi etiam dicit plus, scilicet quòd etiam si testis simpli-
citer dicat ꝗ est publica vox & fama,& interrogatus de causa
scientiæ respõdeat,quia publicè dicitur,sufficit. mouetur pro
pter consilium Dyn.ita consulentis per.l.3. ff. ad macedo. &
per l.2.C.eo. tit. & ꝗ testis probet famam si dicat se audiuisse
publicè dici.etiam videtur velle Bal. in l. hæredes palam, in
prin.ff.de testa.& in aliis locis.in quibus.s̄.retuli Baldum tan
gere quæstionem de teste deponente per hæc verba, scilicet
quia communiter ita dicitur.ita etiam tenebat Franc.Accur.
vt refert Bal.in add.Spe.tit.de sententia.in 24.col. quia secũ-
dum eum illa verba,audiui dici publicè,accipiũtur,id est pu-
blicè.ar.l.quoties idem sermo.ff.de regu.iu.& l.seruum quo-
que.§.publice.cum si.ff.de procu. & ita per plura multum la
tè firmat Ang.in rep.d.l.ea quidem,in antepe. char. cuius al-
legationes & rationes quia prolixæ sunt,omitto. ¶ Accedit,
quia aliqui ex dictis testibus reddentibus rationem dicti sui
super illa verba, scilicet quia audiuerũt publicè dici, dum in-
terrogantur posteà quid sit publica vox & fama, dicunt ꝗ est
illud quod dicitur inter maiorem partem populi. & sic appa
ret ex hoc qualiter intellexerint rationem dicti sui, quia per
sequentia declarantur præcedentia, & econtra.l. qui filiabus.
in princ.& l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg. j. debet enim il-
lud quod dixit in diffinitione fama intelligi repetitum in di-
cto,quia aliter resultaret ꝗ testis esset varius,quod per huius-
modi repetitionem vitari debet, vt inquit Bart.in præalleg.l.
Labeo.de supel.leg.in ver. sed quæro quid si testis interroga-
tus quomodo scit &c.& Bal.in l.apud antiquos. C. de fur. &
in d.l.de quibus.in pe.col.& Ant.de But.in c.fi.in pe. col.de
consuet. Ex quibus & præcipuè ex eo quod deponunt testes
deponentes quod ita communiter fuit dictum & reputatum,
concludo esse sufficienter probatum de fama, & dictas proba
tiones sufficere ad probationem dicti dominij in re tam vetu
23 stissima. ¶ Venio ad quintum† & vltimum dubium quo quę-
ritur, vtrum dictæ Alexandræ obstet exceptio præscriptionis,
ego alias in hac causa,si bene sum memor, consului quod nõ
obstaret præscriptio longi temporis in rebus subiectis restitu
tioni fideicommissi,& etiam expresse prohibitis alienari, nũc
autem allegatur ꝗ debet saltem obstare exceptio præscriptio-
nis pro bonis quæ fuerunt empta a tertio qui non fuerat pro
hibitus alienare, & qui non erat de illis grauatus ad restitu-
tionem fideicommissi, & sic nõ videtur ꝗ in isto casu titulus
* reddatur nullus,*quasi isto casu non loquatur tex. in l. fin. §.
sed quia.cum §.seq.& ibi not. Moder.C.com.de leg.bene fa-
ciunt no.per Cyn.in l.fi.in 6.opp.C. in quibus cau. in integ.
resti.non est necess.& per Bal.in l.2. C.pro empt. Sed ad hoc
respõderi potest, quod illud posset procedere quò ad eos qui
potuissent interim agere,sed quò ad dictam Alexandram quę
* interim agere non poterit cum sibi non esset* adhuc aperta
via veniendi ad fideicommissum non potest dici cucurrisse
m præscriptionem, cum illa non currat non valenti agere[m] l.j.
in fi.C.de bo.mater.l.1.in fi.C.de annali exce.l. cum notissi-
24 mi.§.illud.C.de præscrip.30. anno. ¶ Nec obstat† si dicere-
tur ꝗ quàm primum Compagnus alienauit contra prohibi-
tionem testatoris fuit apta via sequentibus veniendi ex fidei-
commisso per l.cum pater.§.liberis.ff.de leg. 2. cum ibi nota-
tis,quia respondetur quod filij Compagni primi ad quos spe
ctabat reuocatio & successio fideicommissi nondum erant na
ti,vel erãt minores,& sic eis non poterat currere præscriptio.
l.fi.C.in quib.cau.in inte. resti. non est necess.& ita etiam in
statuto ciuitatis Senarum cautum est,quod postquàm fuerũt
effecti maiores, præsupponitur quod non est decursum tem-
pus sufficiens. ¶ Præterea in tali præscriptione ad hoc vt per
eam fieret præiudicium sequentibus oportebat apparere de
scientia & patientia sequentium,vt in alio consilio dixi, ideo
25 hic nõ repeto. ¶ Præterea† si probatum esset ꝗ in loco in quo
conuersabantur præscribẽtes, erat publica uox & fama quod
dicta bona erant subiecta restitutioni fideicommissi & prohi
bita alienari,appareret de mala fide præscribentis, & sic præ-
scriptio currere non potuisset,iuxta.c.fi.de præscr.& in regu
la.possessor.lib.6.& præsumitur quis scire ea de quibus est in
loco in quo versatur publica vox & fama.d.cap.1.de postula.
præla.cum aliis suprà allegatis iuncto.c.fi.qui matrimo. acc.
26 poss. ¶ † Allegatur etiam contra Alexandram ꝗ saltem in bo-
nis acquisitis a tertio non prohibito decursa fuit præscripti.
16.annorum contra dictum Symonem patrem dictæ Alexã-
dræ, ergo obstare debet eadem præscriptio dictæ Alexandræ
vt hæredi.Sed ad hoc respondetur,& bene.vt mihi videtur,ꝗ
Alexandra ad istud fideicommissum non venit ex iure & per
sona dicti Symonis, sed ex sua propria persona vigore fideicõ-
missi vocantis eam exclusis masculis, quæ responsio optime
probatur in l.an vitium.§.ex facto.cum similib.ff.de diuer.&
temp. præscrip. Alia etiam militaret responsio si eo tempore
vigebat dicta publica vox & fama in loco vbi dictus præscri-
bens conuersabatur,per ea quæ proximè dixi. Præterea satis
est quod contra ipsam Alexandram agentem ex persona sua
non potuit currere & perfici præscriptio tempore quo agere
non valuit. ¶ Allegatur vltimo contra Alexandram statutum
sub rubrica,de præscriptionibus, primo in ea parte dum di-
cit ꝗ si quis rẽ aliquam pro sua possederat spatio triginta an-
norum,illam dicto tempore præscribat,& nemini conquerẽ-
ti de eo ius fiat. Sed respondetur, quod statutum ibi subiun-
git quod id locum sibi non vendicet in substitutionibus, &
sic noluit statutum præscriptionem currere non ualenti age-
re sicut etiam disposuerat in princ.vbi voluit quod creditori
in diem non curreret præscriptio pendente dilatione,quia in
terim efficaciter agere non poterant,& sic apparet casum no-
strum esse exceptum ab ipsismet statuentibus. ¶ Non ob. etiã
alia

alia pars dicti ſtatuti diſponentis quòd quicunque poſſederit
rem aliquam ſui debitoris vel alicuius perſonæ iuſto titulo
per decē annos ſine contradictione litis vel moleſtia dicti ſui
debitoris vel cuius fuerit illam præſcribat, & de ea in perpe-
tuum moleſtari non poſſit, non obſtante aliquo capitulo &c.
quia reſpondeo, quòd ſi loquimur de rebus immediate acqui
ſitis a Compagno, & ſic a perſona grauata & prohibita aliena
ri, & tunc non ſumus in caſu dicti ſtatuti, quia titulus nō fuit
iuſtus. l. fi. §. ſi autem. C. communia. de leg. l. 2. C. pro empt.
aut non quærimus de aliis acquiſitis a tertio nō grauato nec
prohibito alienare, tunc etiam ſi non conſtaret vere vel præ-
ſumptiue quod præſcribere volens habuerit ſcientiam dictæ
prohibitionis alienationis & fideicommiſſi, adhuc verum eſt
dicere dictum ſtatutum non obſtare, vt decidit Bal. in authē.
niſi tricennalis. in prin. C. de bon. mater. & Petr. de Ancha. in
commento. c. canonum ſtatuta, de conſti. in verſi. occurrunt
27 aliæ quæſtiones &c. † vbi dicunt ꝙ ſi ſtatutum diſponat quod
omnibus currat præſcriptio, qui ſua debita non exegerint in-
tra decem annos non comprehendet illos qui agere non po-
terant puta filiumfamilias, qui durante patria poteſtate agere
non poterat contra illum qui cauſam habuerat a patre, quia
regula quæ habet, quod impedito agere non currat præſcri-
ptio, eſt regula naturalis, quia vbi non eſt negligentia, ibi non
debet eſſe pœna, ideo ſecundum eos debet etiam habere lo-
cum in ſtatutis. pro hoc facit. l. pater Seuerinam. in princ. in
ratione ſui. ff. de conditio. & demonſtratio. & quia ſtatutum
debet interpretari vt quantominus fieri poteſt, lædat ius com
mune, ne quis indebitè damnum patiatur. l. 2. C. de noxali. c.
cum dilectus. de conſue. Pro hoc etiam optime facit id quod
no. Bar. in l. fi. in fi. in quibus cau. in integ. reſtitu. non eſt. ne-
ceſſ. & in l. etiam. ff. de mino. vbi concludit quod ſtatutum ge
neraliter excludens a iure ſuo propter lapſum certi tempo-
ris vel præſcriptionem, non comprehendet minorem ſi per
talem præſcriptionem minor indebitè damnum pateretur.
imò tale ſtatutum recipiet interpretationem & reſtrictionem
a iuri communi, vt in tali caſu non currat contra minorem,
ſicut de iure communi non currit per dictam. l. fi. iuncta. l. 2.
C. de nox. & ſaltem hoc procedit cum tempus appoſitū a ſta-
tuto ſit adiectum loco temporis, quod de iure cōmuni requi-
rebatur in pręſcriptione, quo caſu Bal. in c. j. quo tempore mi
les. in pe. col. in vſi. feu. & in c. j. §. porrò. in titu. qualiter olim
feu. pote. alie. approbat opin. Bar. in locis proximè alle. & po-
ſito ꝙ quò ad illas præſcriptiones, ſcilicet longi temporis, de
quibus loquitur tex. in d. l. fi. nō procederet dicta opi. Bar. re-
prehenſa ab aliquibus. hoc ideo eſſet, quia tex. in d. l. fi. ſolum
exprimit velle derogare legib. veteribus, ideo non poteſt ha-
bere locum in ſtatutis nouiter editis, quæ non ſunt iura vete-
ra. ſed vbi lex generaliter aliquid induceret in materia præ-
ſcriptionum, ut quia lex dicat ꝙ pręſcriptio triginta anno. nō
habeat locum in pupillis, prout dicit text. in l. ſicut. & in l. cū
notiſſimi, in princ. C. de præſcri. 30. anno. ſi poſtea emanaret
ſtatutum generaliter prouidens ꝙ per lapſum 30. anno. vnuſ-
quiſq; ſit excluſus, non comprehenderet pupillum quando
ex tali præſcriptione damnum ſentiret, quia d. l. ſicut. cum ſi.
non ſe reſtringit ad diſpoſita per leges ueteres, ut facit d. l. fi.
& ita no. Ang. in d. l. cum notiſſimi. in prin. & Bal. in d. §. por-
28 rò. ſed in propoſito quia † iura communia abſolute dicunt
ꝙ non ualenti agere non currit præſcriptio, ergo hoc locum
habet etiā in præſcriptionibus ſtatutariis. & hoc magis in ca-
ſu iſto quàm in caſu poſito per doc. in d. l. fi. & in d. l. cum no
tiſſimi, quia non ualenti agere non debet currere præſcriptio
ex dicta regula naturali, quia ubi non eſt negligentia non ca-
dit præſcriptio nec pœna. in minore autem ſaltem habente
* adminiſtratorem cadere poteſt negligentia quia negligentia *
adminiſtratoris plerunq; cenſetur negligētia ipſius minoris.
l. hæc autem, iuxta prin. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. l. eū qui res.
C. de procur. cum ſi. & ſi aliter diceremus ſtatutum non ua-
leret, tanquam inhoneſtiſſimum, 4. diſt. §. erit autem lex. Præ
terea de mente ſtatuentium fuit ꝙ non ualenti agere non cur
reret præſcriptio ſicut ius commune diſponit, ut patet ex his
quæ dicta ſunt in pręcedentibus partibus ſtatuti, dum excipit
caſum ſubſtitutionum & obligationum in diem, ut dixi, ergo
per illa datur interpretatio & intellectus ad ſequentia, ut etiā
in ſequentibus intelligatur de præſcriptione currenti contra
ualentem agere. ad quod bene faciunt no. per Barto. in l. 4. §.
eritq; differentia. ff. ui bono. rap. dum alleg. l. quemadmodū,
in fi. ff. ad leg. Aquil. & § item lapilli. cum ibi not. in glo. ff. de
rerum di. & Ant. de But. & Io. de Imo. in clem. 1. de ſupplen.
negli. præla. & no. Bal. in l. omnes populi. in 13. col. ff. de iuſt.
& iur. & in d. l. quemadmodum. §. fi. ¶ Deniq; dictum ſtatutū
in dicta ultima particula excipit minores & abſentes, quibus
non uult quod currat dicta præſcriptio, & tamen minor &
abſens potuiſſent de iure ſuo experiri mediantibus ſuis inter-
ceſſoribus, ergo multo magis debet intelligi mentem ſtatuen-
tium fuiſſe ꝙ præſcriptio nō currat illis qui nullo modo poſ-
29 ſunt agere. pro hoc facit † quia iura quæ propter aliquam fa-
* uorabilem cauſam limitatiuè * vel exceptiuè diſponunt etiā
ſi exorbitarent a regulis iur. communis, extenduntur ad alios
caſus ex idētitate rationis, vt probatur in c. cum dilecta. & ibi
illum tex. ad hoc reputat notabilem do. Abb. de confirm. vti.
vel inuti. vt no. Bar. & doct. communiter in l. j. in princ. ff. de
offic. eius cui manda. eſt iuriſd. vbi volunt quod illa lex quæ
contra regulam iuris communis permittit cauſas meri impe-
rij poſſe delegari propter abſentiam, extendatur etiam ad ca-
ſum quando delegaretur propter infirmitatem vel propter
impedimentum multitudinis cauſarum ex idētitate rationis.
& no. per Bar. in l. ſi conſtante. in noua quæſtione primæ par-
tis. ff. ſol. mat. & p Ang. & Io. de Imo. in l. j. §. ſi is qui quadrin-
genta. ff. ſo. mat. cum multis ſimi. multo magis fieri debet ex-
tenſio ad caſum noſtrum in quo eſt maior ratio quàm ſit in
caſu expreſſo, & hoc præſertim, quia illa exceptio facta per ſta
tutum de minore reducit nos ad ius commune, per d. l. fi. C.
in quibus cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. igitur cenſetur fa
uorabilis & extendenda, vt eſt gl. bene notāda in c. ſtatutum,
in verbo, dinumerandum. de præben. in 6. quam docto. vbiq;
ſequuntur. bene facit tex. in c. olim tibi. & quod ibi no. de ver
bo ſign. Ex quibus concluditur præſcriptionem dictæ Alexā-
dræ nullatenus obſtare. Alex.

ADDITIONES.

* Super primo dubio.] In hoc eodemmet caſu contrarium conſuluit
Cor. ſuper dubitationibus tactis hic per Alex. conſil. ccciiij Remar-
duam. lib. iij. Iſtud conſi. Alex. adducit Fel ad c. ſicut col. xix. de re iu.
allegans duntaxat caput conſilij, nimirum quia tunc temporis non-
dum hic liber fuerat editus. Super hoc eodem teſtamēto conſuluit
Aret. conſi. xxxvj. vbi tangit duo prima dubia hic tracta per Alex. vi-
delicet, vtrum d. Cardinalis potuerit teſtari, & an exemplatio dicti
teſtamenti probaret. Item Are. conſi. ſeq. tangit, an fuerit probatum,
bona fuiſſe Card. qua de re Alex. hic dub. iiij. Nat.

* Et in dubio bona.] Hæc præſumptio ceſſat in aliis adminiſtratori-
bus, quia præſumuntur locupletati de bonis propriis, non domini,
vt per Dec. conſi. vj. Nat.

* Quia huiuſmodi Prælati.] Adde etiam de acquiſitis ratione eccle-
ſiaſticæ dignitatis, vt per Socin. vbi alia ponit, conſil. xcj. colum. iij.
& ſeq. lib. iij. Nat.

a ¶ Fructibus iure canonico veritas eſt ꝙ vſuris indiſtinctæ comparā-
tur, vt non faciant fructus ſuos niſi pro rata ſumptuum rationabi-
lium §. fi. xij. q. ij. Arch. Ioan. de Lig. Gemi. c. fi. de offic. ord. in 6. Pa-
nor. c. cum eſſes. de teſta. Bal. conſi. lxxj. lib. j. Cald. conſil. ij. de pecu-
cleri. Phil. Fran. in rub. de teſta. colum. xxxj. lib. vj. Iaſ. conſi. lxx. lib. iij.
Fran. Rip. c. cum M. Ferrarien. nu. 18. de reſcrip. Bertran. conſi. xxj. Vi-
ſo caſu. lib. iij. ſed inualuit conſuetudo quod indiſtinctè tanquā vſu-
fructuarij faciunt fructus ſuos, quod approbat Card. Flor. clem. gra-
tiæ. de reſcr. cle. ij. de præben.

b ¶ Vxor. s. lib. ij. conſi. lxxxij. nu. 16. Aymo conſi.

c ¶ Coniecturis. Roman. conſi. clix. Cæpo. cauſa. ciui. conſil. lj. col. pen.
Cor. conſil. cccxiiij. lib. iij. conſi. lxxix. col. j. lib. iiij. Phil. Franc. rub. de
teſta. conſi. xxx. lib. vj.

* Quod Papa.] Quod Papa poſſit concedere licentiā, vult Decius aliā
adducens conſil. clxxv. col. ij. & ad auth. Ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl.
col. iij. & vide eundem conſi. dxij. vbi dicit communem Doctorum
ſententiam eſſe contra Abb. tamen infert talem licentiam odioſam
eſſe, & reſtringendam, ita ꝙ intelligitur de primo actu teſtandi, & de
teſtamento, non de codicillis & contra Abb. tenet Iaſ. ad l. & militi-
bus. C. de teſt. mil. Nat.

d ¶ Dei. Bar. l. ſicut. in fi. quod cuiuſque vniuer. no. Feli. c. conſtitutus,
col. x. de reſcrip. nam alias videretur lex ſtatui Deo, cuius dominio
omnia æquè ſubſunt.

e ¶ Liberam. Corn. conſil. cccxlviij. litera n lib. j. & poſſe pro libito au-
ferre vni eccleſiæ & dare alij. Bal. conſi. xxxviij. conſi. ccxciij. in fi. lib.
j. conſi. xxiiij. clxxv. lib. ij. Pau. conſi. cclxxxvij. cōſi. ccccxiij. lib. j. Cor.
conſi. x. col. fi. lib. iiij. & poſſe infeudare omnia feuda omnium eccle-
ſiarum

sitrum.Bal.c cum venissent.ad fi.de re iud. c j. col j. de his qui feu.
dare poss & ibi Clau.de Seycello.in spec.feu. col j.
f ¶Causa.supra lib 5.consi.j.nu.32. supra lib j.consi.ad fi.ubi dixi.
g ¶Exemplatio.dixi.in consu.Parisi.§.5.nu 59 cum seq. * In exempla
tione antiquissima vide Aret.consi.36.dub.2.superius adducto Idē
tenet Cuma.consi.158.Visis instru.col.2. Nat.
h ¶Antiquissima.Dec.consi.42.consi.638.Ant.Rub.consi.9.in fi limi-
ta.supra lib.6.consi 150.nu.9.Cor.consi.24.col.5.lib.4.
* Omnis conditio.] Substitutio facta sub conditione, si decesserit sine
filiis masculis, expirat extantibus filijs tēpore mortis, quicquid post-
ea de illis contingat; Dec.consi.323.col j.
* Sed indeterminate.] Idem scribit Soci.ad l.solemus.ff.de condit.&
demon.dicens Alex.consuluisse, vbi censeo illum significare voluis-
se hoc consilium. Nat.
i ¶Publicè.supra lib.5.consi.151.nu.11.supra lib.2.consi.94.in fi.
* Sumus in valde antiquis.] Quod in valde antiquis fama probet do
minium, & possessionem, & testimonium de auditu, vult Are.consu-
lens, seu de iure respondens super hoc eodem testamento cons.37.
4.& 2.col.& in terminis fideicommissi antiqui tenet Alex consil.116.
dub.2.lib 5.& consi.139.vlt.dub.lib.6.Bal.consi.88.Res prohibitæ.in
fi.lib.j. Natta.
k ¶Fama.Alex.l.rem quæ nobis.col.fin.de acq.pos.Curt.senior.consi.
69 nu 5.Dec.consi.428. uide supra lib.5.consil.159.nu.10.supra lib.
5.consi.16.nu.22.
l ¶Filiationem.supra eo.consi.88.
* Titulus reddatur nullus.] Animaduertatur, quia ut tertius præscri
bat oportet ꝙ non habeat titulum immediatè uel mediate à graua-
to, & istud est, ꝙ uoluit Pau. Cast.ad d.§.sed quia dum requirit ad
hoc ut præscribat quod sit penitus extraneus.nam uniuersalis, uel
singularis successor non est omnino alius; ut per Alex.ad l.sæpe.col.
21.uersi.ex his habes.ff.de re iud. Et istud est etiam de mente Bal.ad
l.2.C.de usuca.pro emptio.Et facit ratio, quia si titulus eius, qui im-
mediate emit à grauato, fingitur nullus eueniente conditione, con-
sequenter is, qui ab eo emit, carebit titulo.& ita tenet, quamuis Ale.
infra col.seq.in discursu sentiat oppositum. Prædicta tanto fortius
procederent, si testator prohibuisset alienationem, quia uolebat bo-
na remanere in familia, si quidem prohibitio non personalis, sed rea
* lis, Pau.Cast.consi.302.col.3.uersi.super eo.lib.j. Nat.
Cum sibi non esset.] Istud tenet Cro.ad §. Diui. Cur.iun. ad auth.
res, quæ.col.2.& uult Pau. Cast.ad §.sed quia.col.pen.Dec.consilio
445.col.10.Cor.consi.38.col.2.lib.j.licet contrarium teneat consilio
304.dub.ult.lib.3.& cum opinione Alex.hic tenet Bal.consi.351.lib.
3.& consi.4.In causa.lib.4. Nat.
m ¶Agere.supra lib.3.consi.59.nu.11.
* Quia negligentia.] Idem in ecclesijs, quibus administratorum ne-
gligentia præiudicat, ut contra eas præscribatur; Abb.consi.32.dub.
* 2.lib.j. Natta.
Limitatiuè.] Vtrum excepta extendātur ad similes casus scribit Dec.
ad l.j.col.fi.ff.de regu.iur. Et faciunt quæ de iuribus exorbitantibus
Alexan.scribit ad l.si constante.col.4.ff.sol.mat. ubi tangit an exten-
dantur. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Fraternitates laicorum sunt collegia prophana, tamen quandiu solent sibi relicta expendere in pios vsus legata eis facta dicuntur pia, & debentur ex minus solenni testamento. nu.2.5.*
3 *Quarta canonica non debetur de legata facto fraternitati. numero 4.*
7 *Vxor cogitur testificari contra virum in subsidium, vel si sit testis instrumentaria. nu. 8.*

CONSILIVM CII.

AN relictum fraternitatibus laicorum dicatur esse ad pias causas, & an uxor possit cogi testificari contra uirū, saltem si fuit rogata testis.

Super primo quæsito, s. an relictum dictis fraternitati-
bus dicatur esse ad pias causas absq; eo ꝙ fuerit
expressum ꝙ relinqueretur pro anima: uideretur fortasse pri
ma consideratione dicendum ꝙ non, per no. per Bald. in l.il-
lud.in 1.col. C.de sac.san.eccl, per illum tex. in uersi.nonnul
1 li.idem uidetur uelle Bal. in auth.hoc ius porrectum, eo.tit.
in 2. col. † ubi inquit, quod corpus fraternitatum potest res
2 suas uendere, quia non est pium collegium, sed omnino pro-
phanum [a] & seculare, & non priuilegiatum, unde potest di-
sponere de bonis suis sicut cætera collegia secularia. l. 1.§.qui-
bus.ff.quod cuiusq; uniuer.no.& dicit se ita consuluisse. facit
quod no. Bart.in l.cum senatus.ff.de reb.dub.& in l.fin.in 2.
col.ff.de colleg.illi.ubi concludit ꝙ huiusmodi fraternitates
debent conueniri coram iudice seculari, ut etiam refert Bal.
in l.si quis ad declinandam. C.de epis.& cler.in 16.col.dum
tractat an de relicto facto fraternitati disciplinatorum S.Do-
minici possit episcopus detrahere quartam. ¶ Sed his non ob
stantibus in casu de quo quæritur, puto contrarium esse ue-
rius, nam præsupponitur quod consuetudo dictarum frater-
nitatum ante conditum testamentum per dictam testatricem
& post semper fuit ꝙ relicta eis ita simpliciter facta distri-
buantur in pios usus, & ꝙ tales fraternitates fuerint institutæ
propter pietatem seruandam & propter opera pietatis & cha
ritatis exercenda, ut etiam constat ex priuilegiis & concessio-
nibus sibi factis ab episcopis, per quas apparet eas fraternita-
tes habere loca erecta cū authoritate episcopi ad diuinos cul-
2 tus & pietatem ibi seruandam, unde testator † relinquendo
dictis fraternitatibus, uidetur uoluisse de dictis relictis fieri
distributionem in pios usus iuxta consuetudinem. l. si seruus
plurium.§.fin.ff.de leg.1.l.nummis.ff.de leg.3.l.domus.ff.de
usufr.lega.bene facit quod no. Bal. in l.fideicommissa.§.si ser
* uo.ff. de leg.3. ita expresse consuluit etiam Paul. de Cast. * in
consil.179. incip. Dicendum est ꝙ dicta fraternitas &c. quasi
uideātur dicti tales homines electi a testatrice ut administra-
tores & erogatores.arg.l.peto.§.mater.ff.de leg.2.l.fideicom.
§.interdum.§. de leg.3. ¶ Confirmatur per id quod no. Bald.
in l.id quod pauperibus. C.de epis.& cle.in 21.q.ubi quærit
an legatum quod debet erogari pro executione in pios usus
seu in pauperes Christi possit erogari in huiusmodi fraterni-
tates? & arguit ꝙ non, usu pio non expresso, quia collegiū eo-
rum non est priuilegiatum, nec appellatur collegium paupe-
rum; secus autem dicit, expresso pio usu, quia tunc distribue-
retur potius usui quàm personis; tamen ipse finaliter dicit ue
rius esse, quod etiam non expresso pio usu intelligatur tacite
ad usum pium, per id quod habetur in c.exiit qui seminat, de
uerb.sig.lib.6. circa 6.col. Istud etiam uoluit Ant.in rep.l.1.
C.de fide instru.& iure hastæ fiscal.lib.10.in uer. de tertio si-
militer &c. hospitalitatis uel alicuius fraternitatis dicuntur
* esse piorum locorum. * cōstat autem ꝙ ea quæ relinquuntur
piis locis dicuntur esse relicta ad pias causas, ut no. Spe.in tit.
de instr.edi.§.nunc uero.uer.& scias.el ij.& Bal.in auth.simi
liter.C.ad leg.fal.& no.Io.And.in c.1.de sepul.ubi dicit ꝙ re
licta piis locis debentur ex minus solenni uoluntate, sicut si
essent relicta pro anima, quamuis id non sit expressum per c.
3 relatum. el j.de testa. ¶ Hanc partem † sequitur etiam Pet.de
Vbaldis de Perusio in suo tractatu quartæ canonicæ, ubi con-
b cludit ꝙ de legato relicto fraternitati debetur quarta [b] cano-
nica, quia illa debetur de legato relicto piis locis.c.fi.de test.
& putat iudicari de relicto facto fraternitati, prout de relicto
pio loco.alleg.no.11.q.1.si quis clericorum, & quæ not.per
Arch.42.dist.si quis fideliter.& sequitur etiam Pet.de Anch.
in c.officii, de test.& ita tenebat do.Car.de Tuderto ut refert
Bal.in d.l.si quis ad declinādam, in 16.col.& ibi uidetur Bal.
tenere ꝙ sit pium relictum, quia dicit Bal. ꝙ non est negandū,
ꝙ illud quod relinquitur dictis fraternitatibus, debet expen-
di in opera pietatis, quia hac intentione relinquitur eis, & te-
statores non debent decipi, qui de eis bene præsumpserunt.
alleg.c.cum tibi, de test.& l. unum ex familia.§.imperator.ff.
de leg. 2. & de isto secundum eum potest cognoscere episco-
pus.alleg.l.hæreditas, in fi.ff.de pet.hære.facit c.j.de censi.in
6.& licet Bal. non decidat an de tali legato relicto fraternita-
tibus debeatur quarta, uel etiam posito ꝙ decideret ꝙ nō de-
beretur quarta; tamen per hoc non sequitur quod relictum
4 dicatur ad pias causas, † quia non sufficit quod relictum sit
ad pios usus ut debeatur quarta, nisi sit etiam relictum pio lo
co.d.c.fi.de test.unde si relinqueretur pauperibus uel ad aliū
pium usum, dummodò non relinquatur pio loco, non debe-
tur quarta episcopo, ut not.Ioā.And.in c.dudum, de conuer.
coniu.unde aliqui inclinant ꝙ si relinquitur fraternitati, non
intelligatur relictum loco sed personis, & propterea non de-
beatur quarta episcopo, ut per Bal.in d.l.si quis ad declinan-
dam.& per Pet.de Anch.& Ioā. de Imo.in d.c.officii.de test.
Non ob.d.l. illud. quia quando relinquitur fraternitati quæ
similia relicta cōuertit in pauperes uel in similē pium usum,
non negatur ꝙ non dicatur esse relictum pium.bene fateor ꝙ
ubi in alios usus conuenissent conuertere, posset dici testato-
rem non uideri relinquere causa pietatis, ut supra est osten-
5 sum. ¶ Circa secundum dubium † quo quæritur, an dictum
testamen-

testamentum ualeat? & breuiter dico ꝙ si probetur per duos testes uera esse ea quæ ibi continentur, ualet ad pias causas. & sic quo ad ea quæ relicta sunt dictis fraternitatibus per dictum.c.relatum. & plenè traditur in c.cum esses.eo.tit. & l.j. C. de sacrosan. eccl. & non refert an testes sint mares uel fœminæ, ut no. Bal. in l.1. in lectura ordinaria, non dico in repetitione, in fi. C. de sac. san. eccl. & do. Abb. in d.c.cum esses. & ita uidemus seruari in testamento inter liberos, quia duæ fœminæ testes sufficiunt, ut no. in auth. quod sine. C. de testa. & in l.fi. C. de codi. & in l.fi. C. fam. erc. Lud. Ro. in repet. auth. similiter. C. ad leg. fal. in 16. speciali quod habet pia causa in ultimis uolūtatibus, ꝙ ista opi. est communis, & quod in practica seruaretur, licet ipse conetur tenere ꝙ non sufficiant fœminæ in testamēto ad pias causas, sed illa disputatio cessat in casu nostro, in quo est adiecta clausula codicillaris, & constat quod in codicillis mulier admittitur, vt no. in d.l.fi. in fi. C. de cod. & per hoc patet ꝙ non oportet ingredi illam disputationem, an tempore pestis possit quis testari coram minus legitimo numero testium, cùm tractetur de dispositione facta ad pias causas, & etiam inter liberos, nihil est ergo quod repugnet quominus possint dictæ fraternitates petere tanquā hęredes. nam ex inspectione dictæ scripturæ continentis vltimā
6 voluntatē posito† ꝙ ita probetur, apparet quod fuit facta sub stitūtio compendiosa ad quam fuerunt vocatæ dictę fraternitates, vnde aut nulla ex filiabus institutis adiuit hæreditatem testatricis, & possunt dictæ fraternitates venire ex directa substitutione vulgari, quę cōprehenditur in dicta compendiosa, vt not. Cy. & alij. in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. & Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. dum tractat an in compendiosa comprehendatur vulgaris. si autem adiuerunt hæreditatē priusquā decederent, tunc ueniunt dictæ fraternitates ex substitutione fideicommissaria cōprehensa in cōpendiosa
c & ius fideicōmissi vniuersalis transit^c in eas fraternitates ēt sine restōne aliqua eis facienda ab institutis hęredibus in dicto testamento seu ab hæredibus hæredum secundum magis cōmunem opi. per l.fi. C. de sacrosan. eccle. vt no. Bar. in sua disput. inci. filium adultum. & Bar. in rep. l.j. C. de sac. san. eccl. in 6.q. quintæ partis principalis. & ibi etiam Bal. in 22. col. in ver. super secundo quæsito. & Bal. in l.pe. §.j. in vlt. col. C. ad treb. & Pet. de Anch. & Io. de Imo. in d.c.cum tibi. & Ioan. de
7 Imo. in d.l. Centurio, circa 21. col. ¶ † Quò ad vltimum dubiū quo quæritur, an dicta domina Sancta testis (vt dicitur) rogata & adhibita in dicta vltima voluntate possit cogi ad testificādum contra eius uirum in probatione dictæ vltimæ uoluntatis, attento ꝙ veritas aliter probari non potest, cum ex testibus qui interfuerunt, non viuant nisi ipsa & Sperandeus? & breuiter respōdeo ꝙ sic, & primo probari videtur per no. per Spec. in tit. de teste. §. de testium cōpulsione. ver. sed nunquid uxor. vbi dicit quòd propter inopiam probationum potest
d vxor^d compelli testificari contra maritum, & licet subdat ꝙ tamen in l.2. C. de testi. est argumentum in contrarium, tamen nec illa. l. nec Cyn. ibi aut alij doct. negant. ꝙ propter inopiā probationum non cogatur ad testificandum. imò hoc expressè vult dominus Abb. in c. in literis, in fi. de testib. ꝙ in subsidium cogitur per notata per Host. Ioā. And. & alios in c.j. de
8 testi. cog. ¶ Confirmo† per id quod voluit gl. no. in l. inuiti. ff. de testi. dum dixit, quod illi testes qui non poterant ibi regulariter cogi ad testificandum, non poterunt se excusare si fuerunt rogati, vt essent testes ad actum aliquem, quia propter rogitum poterunt postea cogi ad probandum illum actum & ideo dicit Sali. ibi in terminis illius gl. ibi, quod si quis testis fuit rogatus in testamento, & sic consensit se adhiberi in testē rogatum ad illum actum, non poterit postea se excusare priuilegio suo, quod non cogatur testificari, imò non obstāte priuilegio poterit cogi ad testificandum. & ideo concludo dictā mulierem esse cogendam. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Prophanus. Bal. consi. 134. lib. ij. Cor. consi. 119. lib. ij.
* Consuluit etiam Pau. Cast.] Habes. consi v. lib. ij. vbi eleganter loquitur, & mentionem facit Bal. ad d.l. si quis ad declinandam. Nat.
* Dicuntur esse piorum locorum.] Quod huiusmodi fraternitates dicantur esse pia loca, tradit Dec. consi. lxxij. colum. iij. contr. Ias. consil. ccxviij lib. ij. Et coram quo iudice conueniantur vide Fel. ad c.ij. prope fi. de fo. compe. Alexan. ad l. collegium. C. de hæred. instit. aliquid per Barto. ad l. fin. col. ij. ff. de colleg. illic. Illud hic non omiserim, quòd de relictis fraternitatibus non detrahitur Falcidia, Soc. consi. lxxxij. col. pe. lib. iiij. Nat.
b ¶ Quarta. imò vt debeatur non sufficit esse relictum loco pio nisi etiam loco religioso, vnde hoc casu non debetur sicut si esset legatum hospitali priuato. de quo suprà lib. j. consi. cxx. col. ij. adde Caluasi. versi. canonica. §. x.
c ¶ Transit. s̄. eo. consi. iiij. nu. 8. s̄. lib. ij. consi. lxxxiij. col. ij.
d ¶ Vxor. decisio. Tholo. iij Hyppo. Marsi. l. fin. num. 7. C. ad leg. Corn. de sica.

SVMMARIVM.

1 *Possessio antiquior præfertur.*
2 *Possessionem culpa sua perdenti an subueniatur. nu. 7.*
3 *Fama per se semiplenè probat, & plenè cum alia semiplena.*
4 *Comparatio literarum semiplenè probat, quandoque plenè. nume. 11.*
6 *Possessio semiplena sufficit in possessorio. nu. 8.*
9 *Iuramentum necessarium etiam defertur in causa magna, si est plusquam semiplenè probatum.*
10 *Possessio probat dominium incidenter productum.*

CONSILIVM CIII.

Super eo dubio quo quæritur, an possit dictus Titius aliquo remedio possessorio experiri contra Seiū possessorē, maxime ex forma statuti sub rubrica de antiquio-
1 ri possessore. dubium facit dispositio dicti statuti, & † quia in possessorio præfertur antiquior possessor tanquàm sua posses-
a sio pręsumatur iustior, ^a possessio vero iunior præsumatur clādestina & cum mala fide. c. licet causam, de proba. l. clam possidere, in princ. ff. de acquir. poss. l. fi. C. vnde vi. no. doct. in l. j. C. vti poss. & Iac. But. in l. incerti. C. de interdi. & Bar. in l. si duo. in princ. ff. vti. poss. & in l. Celsus. circa pe. col. ff. de vsuca. cum suis concordantiis. & sufficere videtur etiam de iure cōmuni ꝙ in possessorio agens probet se prius possedisse, & aduersarium nunc possidere ad hoc vt obtineat absque eo ꝙ aliter de spoliatione aliqua probet, nisi reus probet ex iusta & legitima causa possessionem apprehendisse, vt no. Innoc. in c. sepe. de resti. spo. & in c. post electionem. in fi. de concess. præben. imò plus dicit Bal. in l. pe. circa vltimam colu. C. si a non compe. iudi. quod satis dicitur quis probare se spoliatum eo ipso quod probat quod habebat antiquiorem possessionem, & nunc non habet, sed aduersarius eam tenet, quia spoliatus est saltem re ipsa. l. si coloni. C. de agr. & censi. lib. xj. vt ibi ple-
2 nius per eum. quinimò † etiam fortius voluit Host. in c. accedens, el j. vt lite non contest. per illum tex. secundum vnum intellectum. & in c. bonæ. de ap. & in c. dilecti, de ma. & obe. ꝙ quando etiam quis cecidit a possessione sua per suam culpam vel negligentiam possit implorare officium iudicis vt restituatur in pristinum statum ad suam possessionem, ergo cū præsupponatur dictum Titium fuisse antiquiorem possessorem, videtur ꝙ debeat obtinere. ¶ Tamen præmissis non obstātibus puto aliter dicendū in proposito, & præsuppono, quod
3 fama † regulariter facit in causis ciuilibus semiplenam probationem. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & ibi no. & no. in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. & in c. j. de app. c. veniens, el j. de testi. imò fortius voluit Barto. in l. j. C. quorum bonorum, quod in iudiciis possessoriis in quibus nō videtur agi de magno præiudicio propter causam proprietatis per quam posset postea contingere retractari omnem effectum iudicij possessorij, iuxta. l. j. C. si de momen. poss. fue. ap. cum ibi no. & in l. fi. C. qui legi. perso. & in l. momētaneæ. C. vnde vi. & in c. cum dilectus. de cau. pos. sufficiat fama pro plena probatione, quia in talibus iudiciis semiplena probatio vel præsumptiones sufficiunt pro plena probatione, per notata in d. l. j. C. quorum bonorum. in gl. in verbo, petitur. & idem tenet ibi Fran. Tigrini. & Rapha. Fulg. & probatur ex notatis per Bar. in l. j. §. fi. in j. col. ff. de præto. stip. & ibi in specie in possessorio iudicio tenet hoc Raph. Cuma. vnde Barto. etiam expressè in l. de minore §. si plurium, circa vltimā col. ff. de quęstio. & Anto. de But. in d. c. veniens, dicunt ꝙ in causis modici præiudicij fama sufficit pro plena probatione. allegant notata per gl. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & bene facit quod

quod no. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. circa antepe. col. dum dicit quod causa possessorij nō dicitur magna causa per id quod habetur in d. l. j. C. si de momen. poss. ¶ Secundò præ
4 suppono quod scriptura † priuata si est comprobata per comparationem literarum facit semiplenam probationem, vt in auth. & si contractus. C. de fide instr. & in auth. de fide instr. §. j. & vtrobique no. & no. in l. admonendi. & in d. l. in bonæ fi dei. & per Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona. & in l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. & notant doc. in c. 2. de fide instr. ¶ Ter-
5 tiò præsuppono † quod fama etiam in casibus in quibus non sufficit pro plena probatione sed pro semiplena iungi potest cum alia semiplena probatione alterius generis ad finē vt resultet plena probatio, vt notat Dy. in l. excusatur. §. 1. ff. de excus. tut. Cy. in l. proprietatis. C. de probat. & Bar. in d. l. admonendi. in ver. his præmissis quæro vtrum duæ semiplenæ &c. per hoc quod habetur in d. c. 1. de ap. & no. expresse gl. 4. q. 3. §. item sæpe. & in d. c. veniens, & notat etiam Bart. in l. 1. §. item Corneliæ. & in l. de minore, §. si plurium. ff. de quæstio. & ideo probatio quæ fit per scripturam priuatam probatam per comparationem literarum potest iungi cum fama. Ex his
6 infertur quod † vbi ageretur cōtra Seium possessorio remedio per dictum Titium, tenēdo q̄ in possessorio sufficiat semiplena probatio per suprà dicta, & pro parte Seij probaretur tam de fama quam de comparatione prædicta vel etiam de altero eorum sufficeret pro victoria dicti Seij. quia ille qui cecidit a possessione ex aliqua iusta causa vel culpa sua, non habet remedium possessorium ad possessionem recuperandam. 3. q. 1. c. redintegranda. & no. Inn. in d. c. sæpe, post medium. ibi dum Inn. dicit, imò plus videtur &c. & sequuntur alij post eū ibi, & expressius etiam hoc notat Anto. de But ibi circa pe. col. & Io. Calde. & alij post eum in c. cum ad sedem. eo. tit. & Lapus allega. l. 2. bene facit. l. vendicantem. ff. de euic. & quod habetur. in l. post mortem. ff. de adopt. & in l. cum profitearis. C. de reuo. dona. sed dictus Titius cecidit a possessione ex iusta causa venditionis, ergo non debet audiri agendo possessorio, & veniendo contra contractum venditionis a se celebratum, vt in iuribus præallegatis, per quæ patet non obstare id quod no. Host. in d. c. accedens. cū aliis suprà allegatis, quia loquitur quando quis non ex cōtractu a se celebrato & ex iusta causa cecidit a possessione, sed quando ex negligentia sua quis ce-
7 cidisset a possessione. ¶ Præterea illa † decisio Host. solùm procederet in ecclesia, prout loquitur tex. in d. c. accedens, & in minore vel absente quibus competere posset restitutio in integrum, in aliis autem quibus non competeret remedium restitutionis in integrum, non haberet locum decisio illa, quia supposita negligentia, non subesset legitima causa dandæ restitutionis. l. non enim. & l. & qui. ff. quib. ex cau. ma. & ita cō cludit Ant. de But. in d. c. sæpe. circa vlt. col. & do. Abb. Sicu. in d. c. accedens. consulo tamen quod vtrunque prædictorū probetur, scilicet & fama & comparatio literarum vt effugiamus authoritatem quorundam qui in d. l. 1. C. quorum bono
b rum. tenuerunt. [b] quod etiam in possessorio non sufficiat se-
8 miplena probatio. ¶ Si tamen vtrunque † probari non possit, sed alterum tantùm, petat dictus Seius deferri sibi iuramentum in supplementum semiplenę probationis. quod quidem deferendum est. quoniam licèt in causis magnis non deferatur tale iuramentum, tamen quando agitur possessorio nō dicitur agi de magna causa, vnde potest tunc deferri iuramentū in defectum semiplenæ probationis. ita concludit Bar. in d. l. admonendi, circa pe. col. in ver. sed est aduertendum quæ dicantur magnæ causæ &c. per no per Io. Andr. in c. ex insinuatione, de procur. & per id quod habetur in d. l. 1. C. si de momen. pos. fue. ap. & ita etiam concludit Ant. de But. in c. fi. de iureiur. vbi autem ageretur petitorio, & sic ageretur de proprietate, & ad probationem dominij Titius probaret de antiquiori possessione, & ex hoc allegaret se esse dominum saltem præsumptiuè deducendo dispositionem dicti statuti sub rubrica de antiquiori possessione, tunc, quia agitur de re præiudiciali, videlicèt proprietatis seu dominij, videretur res aliqualiter magis dubia propter probationes. nam tunc aut probabitur pro parte Seij de fama & comparatione prædicta, & videtur quod debeat obtinere per id quod dicitur in dicto statuto, ibi, nisi contrarium probetur &c. & sic si Titius dicit ex antiquiori possessione probari de dominio suo apparet q̄d

illud fuit translatum in dictum Seium emptorem. l. cum res. & quod ibi no. C. de proba. l. si ager. ff. de rei vend. nec potest Titius venditor contrauenire, præalleg. l. vēdicationem, cum sim. aut non potest probari per dictum Seium de vtroque, sed de altero tantum, & tunc regula est quod in defectū semiplenæ probationis defertur iuramentum ad supplendam probationem. d. l. admonendi, & d. l. in bonæ fidei. & ideo incumberet Titio onus probandi talem causam esse causam magnam inspecta qualitate personarum. l. ab ea parte. ff. de proba. iuncta. l. sed si susceperit. §. 1. ff. de iudi. & no. in d. l. admonendi.
9 ¶ Et si pro parte † Titij probaretur hanc esse causam magni ponderis, est attendendum quia etiam in causis magnis quamuis non sit plenè probatum, dummodò sit probatum aliqualiter
c vltra [c] semiplenam probationem potest deferri iuramentum in supplementum probationis, si persona cui defertur, est honestæ vitæ, vt notabiliter concludit do. Abb. in c. mulieri, de iureiur. circa quartam vel quintam col. per id quod notat. in c. vidua, de regula. in gl. fi. & per id quod habetur in l. fi. §. 1. de iureiur. & idem tenet Lud. Ro. in d. l. admonendi, post medium. in versi. in eadem. ibi, & in delictis &c. in proposito autem si vltra dictam famam vel dictam cōparationem scripturæ dictorum contrahentium & traditionem possessionis probetur seu appareat dictum Seium reum conuentum longo tēpore possedisse & possidere de præsenti, vt præsupponitur, videtur quod etiam illud præstet argumentum seu iudiciū sui
10 dominij pater, † quia videmus quod vbi incidenter deducitur dominium tunc non requiritur plenariè probari de dominio, ideo sufficit probatio possessionis de præsenti ad probationem dominij. l. 1. ff. fam. ercis. no. in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. ven. not. in l. quidam in suo. & ibi Bar. ff. de condi. insti. cum concordātiis ibi allegatis per eum & no. Bal. in l. indicia. C. de rei vend. & in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. & per Sal. post alios in l. cum res. C. de proba. & no. doc. in c. cum ad sedem de restit. spoli. & in proposito dicit etiam Bal. in d. l. indicia. q̄ in iudicio summario si deducitur dominium per viam contradictionis, sufficit probatio possessionis de præsenti ad probationem dominij, per id quod no. in l. ob maritorum. C. ne vxor. pro mari. & in l. 1. C. de priui. fisci & in l. a diuo Pio. §. sed si super. ff. de re iudi. ergo potest hoc casu omnino deferri iuramentum in supplementum probatio-
11 nis. Pro hoc facit, quia etiam fides & vis † comparationis potest esse talis & tanta quod per se facit plenam probationem, vt probat not. Bart. in l. admonendi. præallegata. & Anto. de But in c. 2. de fide instr. & dicit etiam Bar. in auth. at si contractus. ad fin. C. de fide instru. & in d. l. admonendi & Anto. de Butr. quod licèt quando scriptura priuata non habet subscriptionem testium faciat semiplenam probationem, quādo est probata per solam comparationem, tamen si haberet subscriptionem trium testium, & probaretur per comparationem factam etiam de subscriptione testium, faceret plenam fidem, per id quod habetur in d. l. scripturas, & in dicta scriptura vltra subscriptionem partium est subscriptio vnius testis, vnde si fieret probatio etiam per comparationem dictæ subscriptionis illius testis, apparet q̄ esset aliquod argumentum vltra semiplenam probationem, & consequenter esset locus delationi iuramenti ad supplementum probationis etiam si causa esset magna, per prædicta. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Iustior. suprà eo. consi. 71. nume. 9. suprà lib. v. consi. 88. num. 4. suprà lib. 3. consi. 33. in fi. consi. 45. in fi. suprà lib. 4. consi. 117. nu. 5. suprà lib. j. consi. 110. nu. 1. vbi dixi.
b ¶ Tenuerunt. & bene. s. lib. vj. consi. 139. in fi.
c ¶ Vltra. s. lib. 1. j consi. 42. in fi.

CONSILIVM CIIII.

Stantibus rebus prout in facto supponitur, puto omissis nō necessariis assertum legatum relictum (vt dicitur) dicto d. B. peti non posse. Primò, quia di
1 cta nota testamenti † etiam in particula dicti legati est manu diuersarum personarum, vt in themate præsupponitur, neç notarius facit mentionem quod scriptura sit de diuersa manu, ergo redditur suspecta, & est tex. singularis in aut. de triē. & semis.

& semis.§.& quod sæpe.quem ita allegat Bal.& Sal. in l.con-
tractus.C.de fide instrum.circa 6.col.post Guili. de Cun. ibi
& idem videtur probari in c.inter dilectos, de fide instru. &
ibi not.gl.in c.cum venerabilis,de relig. do.& Spec.de instr.
edit.§.instrumentum, ver. item quod habet subscriptionem
variis manibus &c.& no.glo.in l.fin.C.de edict.diui Adri.in
verbo,figura,& dicit ibi Bald.in 13. col. talem scripturam ex
hoc reddi falsam. & idem dicit Bal. in effectu in l.si vnus. C.
de test.in vlt.col.& in l.nostram.in 2.col.C.de testa.& no.do-
2 cto.in c.ex literis.de fi.instr.¶Secundò quia† scriptura in qua
est rasura vel cancellatio in parte substantiali redditur in eo
suspecta.l.fi.C.de edicto diui. & c.inter dilectos præallegato
ibi dum dicit,quædam lituræ in eo erant &c. & no.Specu.in
tit.de rescri.§.j.igitur.versi.item excipitur contra rescriptum
quod est cancellatum.& Io.And.in addi.Spec.in tit. de instr.
edi.§.ostenso super versi. illud in additione magna. vbi dicit
ꝙ instrumento. habenti cancellationem fides non adhibetur
per dictam.l.fi.& per.l.si vnus.C. de testa. & notat etiam hoc
Bar.in l.1.§.fi.ff.de bon.poss.secundum tabu. & Specu. in d.
tit.de instr.edi.§.restat.in prin. vbi dicit quòd quando rasura
est circa substantialia,instrumentum non probat,nisi de veri-
tate eius probetur per producentem, per iura suprà allegata.
& idem notat Innoc.in c.1.circa vltimam col.de fid.instrum.
& per alios in c.ex literis,eo.tit. & Bald. in l.si ex falsis. C.de
transact.circa vlt.col.& in d.l.si vnus,& dicitur esse circa sub
stantialia,quando est circa ipsam rem de qua fit dispositio,in
qua est cancellatio, si hoc nõ verificatur ꝑ alia documenta,vt
notãt doct.in c.ex literis,de fid.instr.& sic in casu nostro quò
ad validitatem legati prædicti dicitur esse cancellatio ipsa cir
ca substantialia ipsius legati,quia est circa summam quantita-
tis legatæ.bene facit.l.1.§.editiones,ver.diem. ff. de eden. Et
præsertim, quia notarius in fine scripturæ vel in aliqua parte
ipsius scripturæ nullam fecit mentionem de cancellatione,
prout fieri debet,ut l.1.& ibi no.Bar.post prin. ff.de his quæ
in testa.delen.& no.Bar.in l.1.§.fin.ff.de bon. poss. secundum
tabu.& in d.l.si vnus.& in l.diuus.§.item senatus.ff.de fal. &
in l.fi.§.1.C.de edi.di.in 1.vel 2.col.& Archi.35.q.9.§.1. &
Io.And.in d.§.ostenso. in additione suprà allegata. & notant
doct.in d.c.ex literis.& Bart. in l.2.§.1. ff. quemadmo.testa.
3 aper.& ibi dicit Bar.†per ibi notata per gl. ꝙ si testamentum
apparet cancellatum cum interlineaturis & rasuris, ꝙ nihilo-
minus potest peti publicari, seu ꝙ per notarium redigatur in
publicam formam,tamen debet notarius publicare cum om-
nibus illis interlineaturis & rasuris, & de eis mentionem fa-
cere, vt sic plus fidei non faciat exemplum quàm originale
quod modò licet publicatum,remanet suspectum. allegat id
quod habetur in l.1.in fi.eo.tit.& quod no.Innoc.in c. quo-
4 niam contra.de proba.¶Tertio,quia†testamentum debet es-
se scriptum de manu notarij de eo rogati,& non de manu al-
terius,vt habetur in auth.de tabel.§.nos autem.cum sequen-
ti,& ibi gl.in verbo,ipsi per se.& no.Spec.& Ioan. And.in tit.
de instrumentorum edi.§.instrumentum.versi.item opponi-
tur ꝙ non est confectum per eum.& Bal.in rub.C.de fid.in-
stru.ver.sed tamen hic dubitauit &c. vbi expressè dicit ꝙ no-
tarius protocollum scribere debet manu sua & non per aliũ.
& notant doct.in d.c.inter dilectos.& Bal.in l.vnica.§. ne au
tem.C.de cad.tol.& Ang.in l.quædam.§.nihil.ff. de eden. &
5 Io.de Imo.in c.fi.de offic.deleg.cum simi.¶Quartò† accedit
quod no.Bal.in l.fideicommissa.§.1. ff. de leg. 3. vbi dicit ꝙ
imbreuiatura notarij fidem facit, si est in mundum redacta,
adeò ꝙ ibi nullum appareat vitium. allegat id quod habetur
in auth.de tabel.§.pen.iuncta.l.contractus,in verbo, in mun-
dum.C.de fid.instr.sed ista imbreuiatura non est ita,cum ha
beat cancellationes & interlineaturas, etiam si sit scripta ma-
nu diuersorum,quæ omnia sunt vitia, vt patet ex supradictis,
6 ergo &c. ¶Quintò,†quia cancellatio prædicta in dubio præ-
a sumitur facta de voluntate & conscientia testatoris,[a] non au-
tem eo inconsulto, & sic non valet dispositio cancellata, iux-
ta.l.1.ff.de his quæ in testa.delen.vt probatur in l. proximè,
in fi.eo.tit.& ibi notat Bar.& Bal.in l.si vnus.C.de testa.nam
habetur in d.l.proximè.in fi. ꝙ fauore legati libertatis si repe
riatur cancellatum legatum libertatis præsumitur cancella-
tio illa facta inconsulto testatore,vnde legatum debebitur fa
uore libertatis, igitur in aliis relictis est secus, & istud etiam
expressè firmat Io.de Imo.in d.l.proximè.in fi.& Raph. Ful-
go.in d.l.si vnus.per id quod no. Bar.& communiter scriben
tes in l.Labeo.cum l.sequenti.ff.de pac.& in l.fullo.§.fin.per
illum tex.ff.de fur.& quod no.Cy.in l.si de possessione. C. de
proba.& canonistæ maximè Anto.de Butr.in c. ecclesia, el ij.
extra vt lite pẽden.vbi volunt ꝙ si instrumentum reperitur cã
cellatum etiam apud aliam quàm apud creditorem, ex hoc
intelligatur debitum fuisse solutum, & sic cancellatio intelli
gitur facta de voluntate creditoris,per l.si chyrographum.ff.
de proba.& per d.l.fullo.§.qui tabulas.& ibi Barto. ff.de fur.
nec debet attendi interlineatura, in qua est posita quantitas
trecentorum aureorum, quia non probat, tum ex eo quia est
de alia manu, ac etiam ex eo quia notarius non fecit in fine
mentionem de tali interlineatura, aliàs non est sublata suspi
cio scripturæ,vt no.Bar.in d.l.1.de his quę in testa.delen.per
illum tex.cum concord. suprà allegatis, ac etiam ex eo quia
talis interlineatura vel additio non dicitur esse pars dicti te-
stamenti,quia illa non dicitur habere diem neque tempus in
strumenti nec esse authentica, vt not. Ioan. Andr. in additio.
Spec.in tit.de instrumen.edit.§.ostenso.in additio. incipien.
dixit Rolandus &c.& licèt Bald.in d.l.Labeo. §.1. de pac. &
Bald.in rubr.C.de fide instrum.in 14.colum.in versi. modò
hic incidit quæstio &c.aliter dicat, tamen ipse loquitur quan
do erat interlineatura & additio de eadem manu, aliàs secus,
vt per eundem in d.l.nostram.& in d.rubrica. & in suo cõsil.
incip.In libro sententiarum cum aliis. s̃.allegatis. ¶Sextò be-
7 ne facit†id quod no. Bal.in d.l.Labeo.§.j. ff.de pact. vbi quæ
rit,quid si in libro tabellionis penes notarium reperitur can-
cellatio in aliqua scriptura. & dicit ꝙ si non appareat cã qua-
re facta est cancellatio, non potest sumi probatio ex tali scri-
ptura, tanquam vituperata per id quod hr̃ in d.c.cum venera-
bilis.sed si appareat causa quare facta est cancellatio, puta q̃a
ibi sit quædam interlineatura, quæ dicit cassum de uoluntate
partium,tunc refert Bal.ꝙ Mar.Sylla.dixit,ꝙ ista verba & ista
cancellatio non derogat instrumento, quia ista verba non ha-
bent diem & consulem.in contrarium tamen facit secundum
Bal.quod intelligatur eodem die & consule, quo confectum
est instrumentum.l. si quis ex argentariis.§. si initium.ff. de
eden.& hoc in practica seruatur.secundum eum, scilicet nisi
appareat, ꝙ de alia manu, quam ipsiusmet tabellionis additũ
esset, ut ipsemet declarat in locis supra proximè allegatis,& di
xi supra.appareat ergo quod Bal.in d.l. Labeo, facit differen-
tiam,an non apparet de causa propter quam facta est cancel-
latio, prout est casus noster, & tunc secundum omnes ex tali
scriptura tanquam vituperata non possit sumi probatio,aliàs
autem secus secundum Mar.Sylla.vt suprà relatum est, & ve-
8 niet etiam infrà proxime dicendum.¶Et per hæc apparet†nõ
obstare, si pro parte dicti legatarii allegaretur quod imò dicta
cancellatio non debet nocere legatario, & quod stari debet di
ctæ scripturæ acsi nulla cancellatio facta esset, per id quod
no.Io.And.in addi.Spec.in d.§.ostenso.in addi.prælle. quæ
incipit,dixit Rolandinus &c. vbi refert quòd dominus suus
in legibus qui fuit Mar.Sylla.disputauit talem.q. si in rogatio
ne notarij mortui ex qua nullum factum fuit instrumentum
reperitur scriptum de manu ipsius sic cassum & cancellatum
de voluntate partium,& vna pars petit de illa rogatione fieri
instrumentum,altera resistit,quærebatur quid iuris sit? & re-
fert Ioan. Andr. quòd præfatus doct. declinauit in partem ꝙ
instrumentum fieri debeat his rationibus, quia cancellatum
non habet sua solennia, scilicet testes, diem & consulem. &
sic quia illa apostilla dicens, cassum & cancellatum &c. non
habet publicam formam, impediri non debet confectio in-
strumenti, cum nec ei soli tabellioni sit credendum an contra
ctus intercesserit vel ab eo sit recessum, licèt de hoc, scilicet
an instrumentum fecerit, recurratur ad eum, vt no. in authẽ.
de hære.& fal.§.sin verò absunt. Item instrumentum cancel-
latum probat debitum fuisse.ff.de furt.l.qui tabulas.& qui di
cit quod desiit esse debitum, id probet, quod quidem illa scri
ptura non facit, vnde fieri debet instrumentum de cancella-
tione vel absolutione, maximè ne detur tabellionibus materia
delinquendi.C.de latina liber.toll.l.vnica.§. ille etiam. cum
ibi not. in glo.cum ergo cancellatio non perimat instrumen-
tum.l.2.ff.de his quæ in testa. delentur. & illa scriptura quæ
dicit cassum &c. dici posset calumniosa nullam vim habere
debet

debet.ff.de fid.instru.l.2. & ff.de custod.reo.l.diuus. & dicit
Ioan.And.quòd Doct.ille respondebat ad ea quæ adduceban
tur in cõtrarium,scilicet ad l.si quis tabulas. ff.de dolo. & ad
l.qui tabulas.ff. ad legem Aquil. quia ibi dolo tertij sic erant
tabulæ deletæ quòd legi non poterant.& ideo cum ex illis ad
quem spectabant se iuuare non possit, agit contra debentem
ad interesse sed in quæstione prædicta legi poterat. & dicit
quod non obstat etiam.§.nos autem.in authen. de tabel. quia
ibi tabellio audiebat contractum & committebat alij scribē-
dum, quod non licet,sed in casu prædicto omnia erant con-
sumata per tabellionem.vnde dicebat ꝙ alterũ duorum fier,
quòd aut illa scriptura produceretur & probabit,aut sumetur
exemplum ex illo iudice authore. & de hac decisione faciunt
mentionem Doctores nostri in variis locis.Sed (vt dixi) ad eã
patet multiplex responsio.Primò ex his no. Bal.in d.l.Labeo.
vbi etiam retento ꝙ procederet opi.Mar.Sylli. dicit illã pro-
cedere, quando apparet causa cancellationis. & ita loquitur
dictum Martini Sylli. qui loquitur quando exprimebatur in
scriptura ꝙ erat cassum & cancellatum,quia ita fuerat de vo-
9 luntate partium. † Sed vbi non apparet de causa cancellatio-
nis, tunc instrumentum ipsum non probat tanquam suspe-
ctum per no.in d.c.cum venerabilis.& per ea quæ allegantur
suprà,nisi de veritate instrumenti aliter appareat.& ita etiam
concludit Ang.consi.346.incip.Titius vt hæres Caij ab inte-
stato &c. nec mirum, quia quando notarius dicit cassum &
cancellatum de voluntate partium præsupponit quod ille cõ
tractus ibi descriptus, fuerat primò habitus pro perfecto &
absoluto a partibus, aliàs non requirebatur volũtas partium
in cancellando scripturam continentem contractum nondũ
absolutum a partibus,cum nullum ius esset quæsitum parti-
bus.l.contractus. C. de fide instrum. vnde postquam contra-
ctus vel actus est absolutus a partibus, & sic est ius eis acquisi
tum non potest notarius per se cancellare.l. acta. & ibi no.ff.
de re iudi.& per Doct.in l.si præses. C. quomodo & quando
iudex. Sed requiritur quòd cancellatio fiat de voluntate par-
tium,quam voluntatem non probat illa apostilla simplex no
tarij sine die & testibus per quam dicit cassum & cãcellatum
de voluntate partium. Sed vbi testamentum reperitur simpli
citer cancellatum absque expressione dictæ causæ lex præsu-
mit quod illa cancellatio facta fuerit ab initio tempore testa-
menti,vt no.Bal.in l.j.in fi.ff.de his quæ in testa.delen. & Io.
de Imo.in l.proximè.in fi.eo.tit. & sic antequam ius aliquod
sit acquisitum alteri.Item præsumitur facta de conscientia te
statoris,vt no.Bar.in d.l.proximè.& dixi suprà. & regula etiã
habet quod scriptura cancellata in dubio redditur suspecta,
adeo quod non probet nisi coadiuuetur aliis probationibus
per producentem illam,vt in iuribus & authoritatibus suprà
allegatis,ergo dicta scriptura fidem non facit. ¶Item etiam re
spondeo ꝙ decisio Marti. Sylli. non loquitur quando ea quæ
erant de corpore instrumenti,essent de diuersa manu, prout
fuit in casu nostro circa ea quæ eidem legatario relicta sunt,
quæ diuersitas reddit ipsam scripturam suspectam, vt in pri-
mo argumento dixi. ¶Hoc etiam videtur esse in proposito de
mente Marti.Sylli.& Ioan.And.in addi.præallegata inquan-
tum circa quæstionem prædictam dicit quod non obstat id
quod habetur in §.nos autem.quia ibi notarius audiebat con
tractum,& committebat alij scribendum, quod fieri non li-
cet,ergo cum in casu nostro appareat quod alius quàm nota-
rius etiam sumpserit dictam dispositionem testatoris, & siue
fuerit adhibitus a notario siue non,sequitur quod factum est
10 id quod fieri non potuit. ¶Et per prædicta apparet † nõ opor
tere ingredi illum articulum, vtrum reuocatio dicti testamen
ti facta per testatorem possit infringere dictam cõfessionem
factam a testatore legante & confitente se dictam quantitatẽ
mutuo accepisse a dicto domino B.in præsentia notarij stipu
lantis & recipiẽtis nomine dicti domini B.iuxta no. per Bart.
in l.cum quis decedens.§.codicillis.de leg.3. & in l. Lucius.
§.quisquis.el ij.ff.de leg.2.& per docto.in l.generaliter.C.de
non num.pecu.& in l.1.C.de fal.causa adiec.leg.& per Bald.
etiam in l.rationes.C.de proba. & in l.1. in prima vel secũda
col.C.de confes.& per Cano.in c.fi.de suc.ab intest. & in c. si
cautio,de fid.instru.& Pe.de Anch.in rub.extra de testa. ¶ Ex
11 quibus concluditur quod dictum † testamentum rogatum vt
dicitur per notarium defunctum debet per notarium cui cõ-
missi sunt per iudicem rogitus dicti notarij defuncti authen-
ticari,eo modo quod scriptum est in matrice, & sic cum illis
cancellationibus, faciendo mẽtionem de diuersitate manus,
& literæ ne maiorem fidem faciat sumptum quam originale,
& quod talis scriptura nisi aliis probationibus iuuetur, non
sufficit ad fundandam intentionẽ dicti legatarij, & si appare-
b ret me alias[b] consuluisse in alio casu testamentum valere,non
obstantibus additionibus positis in margine, & quibusdam
cancellationibus,dico quod ille casus nihil habet commune
cum isto,quia ibi per testes & etiam per assertionem aduersa-
rij probatur de veritate,& etiam ibi dubitabatur solum de va
liditate institutionis vniuersalis in qua nulla erat suspicio. &
alias plurimas diuersitates habebat ille casus ab isto. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Testator.s̄ lib.vj.consi.14 nu.10.
b ¶Alias.scilicet.s̄ lib.vj.consi. 14.

EPITOME.

VALET testamentum inter liberos volũtate expressa coram duobus testibus, licèt fuerit iussu testatoris vocatus notarius, qui non perfecit scripturam, nec legit, quia in dubio non præsumitur testatorem voluisse testari in scriptis,sed ꝙ nuncupatiuè.

CONSILIVM CV.

Super his de quibus quæritur, videretur prima consi-
deratione dicendum dictam vltimam volunta-
1 tem non fuisse validam.Primò † quia præsupponitur quòd di
ctus testator ægrotans incipiebat in loquela deficere tempo-
re conditi testamenti, ergo videtur obstare id quod habetur
in l.iubemus.C.de testa.vbi tex.vult quod testator qui articu
latè loqui non potest testamentum cõdere non potest,& mor
tuo similis est.vnde dicit ibi Bar. ꝙ semel opposuit contra te-
stamentum factum a testatore,qui tempore testamenti balbu
tiebat cum prius esset homo rectæ linguæ,quod non valebat.
¶ Secundò, quia in testamento requiruntur septem testes &
rogati.l.si vnus.& l.hac consultissima.in princ. C.de test. sed
in dicto testamento præsupponitur quod tres tantum inter-
2 fuerũt testes qui intellexerunt testatorem,ergo &c. † Nec ob.
id quod habetur in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.
vbi inter liberos imperfectum testamentum ratione solenni-
tatis pro valido habetur,quia potest responderi, quod ille.§.
non habet locum in testamento nuncupatiuo, prout fuit di-
ctum testamentum, sed habet locum in testamẽto in scriptis
condito,vt patere videtur ex continuatione quam habet ille.
§.ad principium illius.l.hac consultissima. in qua.l. Impera-
tor.videtur loqui de testamento in scriptis vsque ad §.per nũ
cupationem,qui est post dictum.§.ex imperfecto. & proba-
tur etiam ratione, quia aliàs sequeretur inconueniens & ab-
surdum,scilicèt quod si testator inter liberos fecisset testamẽ-
tum in scriptis cum subscriptione quatuor testium, non vale
ret nisi esset scriptum manu testatoris & subscriptum ab eo
secundum formam authen.quod sine.C. de testa. & authẽ.si
modo.C.famil. erciscun. quæ iura in hoc corrigunt id quod
habetur in d.§.ex imperfecto. & tamen si esset nuncupatiuè
factum coram duobus testibus,valeret. & istam opi. quod il-
le.§.ex imperfecto,in totum corrigatur, tenuit Martinus glos
sator antiquus,vt refert gl.in d.authen.quod sine.& Salic. &
Ful.in d.auth.quod sine.& Sal.in l.fi.C.fam.erciscun. & Ful.
in d.§.ex imperfecto.& in d.§.per nuncupationem. & in d.
3 auth.si modo. ¶Tertiò † contra dictum testamentum facit id
quod consuluit Oldradus in consi.124. incip. Titius condi-
dit testamentum &c.vbi voluit quod si testator fecit scribere
voluntatem suam & ordinauit quod vocaretur notarius & te
stes,qui de illa voluntate essent rogati, & antequam uenirent
docunq; sine hærede de suo corpore legitimè procreato, su-
peruiuentem seu superuiuentes præmorienti aut præmoriẽti
bus substituit, & si prædictos posthumos omnes decedere cõ
tingerit in pupillari ætate vel alias quandocunque sine hære
de de suo corpore vel de suis corporibus legitimè procreatis
I. & G. sorores ipsius testatoris eisdẽ posthumis æquis portio-
nibus substituit, testatore defuncto natus est posthumus qui
patris hæres fuit, & in pupillari ætate decessit. q̃ritur an sub-
stitutio vendicet sibi locum, & sic exclusa matre veniant ami-
tæ ex vi substitutionis, an verò deducta sit successio ad causam
d intestati? & dicit Old. ꝙ aliquibus videbatur [d] dicẽdum ꝙ sub-
stitutio locum haberet, vt quod testator disposuit substituen-
do pluribus posthumis habeat locum etiam in vno ar. dicti.
§. cum ita. & dictæ. l. 2. §. homines. & dictæ. l. 3. §. negotia. & ꝑ
* alia quæ retuli s̃. referendo verba Io. An. * in d. additione. & fi
naliter determinat contrarium, quia substitutionem factã de
sororibus testatoris videtur concepisse testator solum in casu
quo plures posthumi nascerentur, ergo si nascatur vnus tm̃,
iste casus est omissus, ergo relinquitur dispositioni iuris cõis.
d. l. commodissimè. præsertim cum agatur de odiosa exclusio
ne matris a luctuosa hæreditate filij. l. j. §. sed & si in certũ. ff.
de ven. in pos. mit. vnde cum sorores testatoris non fuerint vo
catæ nisi in casu quo omnes posthumos decedere cõtingeret,
illud signum vniuersale omnes, & pluralis sermo posset secũ-
dum suam propriam significationẽ in vno saluari, vt d. l. Mę-
uius. §. eum qui. cum ibi no. ff. de leg. 2. iũcta. l. cum ita. §. qui
plures. eo. ti. & si mater non est exclusa ex proprietate, non de
bet ex aliqua tacita coniectura excludi, per l. fi. cum ibi no. C.
de insti. & substi. & sic patet ꝙ Ol. plenius & melius refert the
ma quæstionis quam Io. An. nã verba Io. An. a ratione thema-
tis sunt satis defectiua. patet ibi dum recitat ꝙ posthumus na
e tus est [e] in pupillari ætate matre superstite. quæ verba nullum
habent saporem aut bonum sensum, & in aliis ẽt apparet in-
tuẽti eum diminutè loqui. Modò in proposito apparet verba
substitutionis factæ de dictis sororibus in casu quo loquitur
Old. & Io. An. fuerunt concepta per hæc verba, si omnes præ-
dictos posthumos mori contingerit, & sic in casu quo plures
nascerentur, quia priuatio pręsupponit habitum, non euenit
casus si vnus tantum natus est, nam qñ conditio nõ est implẽ-
da in ipsa re vel circa ipsam rem de qua fit dispositio. nõ scin-
ditur, & requiritur quod in totũ impleatur. l. pe. C. de condi.
insertis. l. si ita fuerit seruis, in prin. ff. de manu. test. l. in cõdi-
tionib. §. fi. & ibi no. Bar. ff. de cõdi. & dem. & declarat Bar. in
d. l. Stichum qui meus erit. & ita erat in casu qõnis formatę ꝑ
Old. & Io. An. quia conditio substõnis erat implenda circa na
tiuitatẽ & mortem posthumorũ, sed ipsa dispositio erat circa
aliã personã. s. circa sorores testatoris, sed vbi conditio venit
implenda in ipso vel circa ipsum de quo fit dispositio, scindi-
tur. d. l. Stichum qui meus erit. cũ ibi no. per Bar. in q. quam
ibi ponit, & ita erat casus noster, quia conditio versabatur cir
ca super existentiam descendentium testatricis, de quibus fa-

cta erat dispositio substitutionis, quia ipsi erant substituti. Prę
tereà in quæstioue formata per Old. & Ioan. Andr. tacita con-
iectura non sufficiebat ad excludendam matrem a luctuosa
hæreditate filij impuberis. d. l. fi. & hic non tractamus de ex-
cludenda matre a dicta luctuosa hæreditate impuberis. & re-
gula est q; tacitum seu cōiecturatum idem operatur quod ex-
pressum. l. triticum. ff. de verbo. oblig. l. cum proponeretur. ff.
de leg. 2. ¶ Ex quibus concludo posse dictum Bartholomæum
ex dicta clausula petere dictam partem donatam dicto Nico-
letto, & sibi acquisita est actio ex dicto pacto in donatione a-
18 diecto. l. quoties. C. de dona. quę sub modo. † Posset etiam du
bitari vtrum etiam in dicta substitutione veniat illa pars quæ
obuenit dicto Nicoletto per mortem dicti Andreæ, & breui-
ter puto quod sic, per id quod habetur in l. si Titius, cum glo.
fin. ff. de leg. 3. iuncta. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Tre
bell. cum ibi no. per Bar. in versic. quæro an illud quod obue
nit ad aliquem ex substitutione compendiosa &c. iuncta. q. se
quenti. & plenius per Ioan. de Imo. in l. ita tamen, §. qui suspe
ctam. eo. tit. in pen. & vlt. col. dum discutit quandam contrá-
rietatem Bar. in l. Scæuola. ff. ad Trebell. & in d. §. quidam li-
beris. & respondet ad ea quæ in contrarium adduci possent,
vt ibi per eum. Laus Deo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Meum. dixi contrà communem in consu. Pari. §. j. gl. v. nu. 19.
* Potest eligere.] Hanc eandem opinionem latè tenet Alexan. ad l. qui quartam. §. fi. ff. de leg. j. Nat.
b ¶ Pars. s. lib. j. consi. 38.
c ¶ Quos. & sic casus erat de indubitabili, vt dixi.
d ¶ Videbatur. Et bene per tex. a fortiori in l. Titius, in princ. de libe. & posthu. & sic decisio Oldr. & Ioan. And. est falsa. & contra mentem & verba, eam etiam rectè reprobant & bene Are. in l. placet. de lib. & posth. Ray. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu. & nouissimè And. Alcia. lib. 3. de verb. sig. pag. 66.
e ¶ Natus est. Sed illic deficiunt & interponi debent verba, & mortuus est, vt reposui. s. eo. n. 3. & sic Io. And. bene recitauit. sed liber etiam tempore Alexandri prout & nunc corruptus fuit & plures huiusmodi mendas in libris meis olim inueni & correxi.
* Io. And.] Hanc Oldradi, & Ioannis And. decisionem sequitur Pau. Cast. consi. 219. Visis, & consideratis. lib. j. Albe. Rosa. ad l. precibus. col. 22. versi. iterum quæro de alia. Nat.

EPITOME.

PETRVS alimētauit in domo sua propriis sumptibus quandam mulierem affinem suam, dicens se facere filiali amore, illam enim vt matrē obseruabat. posteà dicta mulier alium hęredem instituit. Nūc Petrus ab hærede dictæ mulieris petit alimenta, quæ prę stitit. Respon. Alex. quod non potest.

CONSILIVM CX.

Videretur prima consideratione dicendum alimē
ta huiusmodi per actionem negotiorū
gestorum repeti posse aduersus hæredes dictæ mulieris alimē
1 tatæ per dictum Petrum † quia alendo dictam mulierem dici
tur Petrus vtiliter fecisse negotium re ipsa pertinens ad dictā
mulierem per id quod legitur & no. in l. si pupilli. §. item quę
ritur. ff. de neg. gest. & in l. si seruum. & in l. si pecuniam. cum
ibi no. per gl. & doc. C. de neg. gest. Pro hoc in specie videtur
esse gl. in l. si paterno. C. de neg. gest. quæ dixit q; vbi expensæ
sunt a vitrico pro alimentis priuigni factæ possunt in dubio
repeti, quia in dubio videntur factæ animo repetēdi. accedit
etiam communis regula quæ habet, q; in dubio quis non præ
sumitur velle iactare suum, imò vbi potest capi alia coniectu-
ra quam donationis, illa semper capienda est. l. cum de indebi
to, in princ. ff. de proba. l. si cū aurum. ff. de sol. l. eleganter. §.
a qui reprobos. ff. de pig. ac. c. super hoc de renū. ¶ Tamen [a] istis
non obstantibus puto in casu proposito contrarium esse de iu
re verius, quia pręsupponitur q; dictus Petrus dicebat se filia
li amore facere expensas alimentorū dictæ mulieri affini suę.
Vnde tunc nulla datur repetitio, quia videtur nō habuisse ani
mum repetendi, & ita videtur casus in d. l. si paterno. vbi si vi
tricus paterno affectu priuignas aluit, nulla datur ei alimento
rum repetitio, illud autem quod ibi no. in gl. procedit quan-
do non appareret q; paterno affectu alimentasset, sed simplici
ter appareret de alimentorum præstatione, quia in dubio prę
sumeretur animus repetendi nisi ex circunstantiis, de quibus
ibi per gl. & doc. aliud appareret. ¶ Ad idē tex. in l. is qui ami-
citia, ff. de neg. gest. vbi etiam si ex amicitia paterna motus es-
set ad impensam faciendam erga filium amici sui, nulla datur
repetitio, Confirmo per id quod habetur in l. alimenta. C. de
neg. ge. vbi alimenta præstita affectione seu charitate materna
non repetuntur. & idem probatur in l. liber captus. C. de ca-
2 pti. & postli. reuer. ¶ Corroborantur prędicta per id † quod ha
betur in l. j. C. de neg. gest. vbi expensæ factæ ex affectione do-
mestica non repetuntur, nec curatur tunc an sit impensa mo-
dica vel magna quando cōstat quod intuitu materno facta est
impēsa, vt probant iura pręallegata. sed vbi essemus in dubio,
tunc haberet locum dicta distinctio, an expensa esset modica
vel magna. ff. de don. inter vi. & vx. l. vtrum. vt no. doc. in d. l.
alimenta. & pręcipuè. Sali. & patet ex notatis per gl. in d. l. Ne
sennius. in verbo conueniret. Idem dicimus in eo qui expen-
sas alimentorum fecit motus charitate fraterna. probātur in
l. ex duobus fratribus. §. fi. & quod ibi no. ff. de neg. ge. & no.
per Bar. in l. filię. circa primam col. & in l. certum in 2. col. C.
sa. erc. & per Guil. de Cu. & Bal. in præallegata. l. Nesennius.
¶ Et per ista apparet responsum ad allegata in cōtrarium, quia
illa procederent vbi nō appareret dictum Petrum filiali amo-
re alimenta præstitisse dictæ affini suæ, vt probant iura supe-
3 rius allegata. † Plus dico q; etiam dato quod non appareret
eum præstitisse alimenta amore filiali, vt dictum est, tamen
quia (vt verbo fertur) ipse administrabat bona dictę mulieris,
ex quibus percipiebat fructus & redditus vltra opportunita-
tem dictorum alimentorum, ideo præsumeretur q; alimenta
præstitisset de bonis & redditibus dictæ dominæ pro rata, vt
præallegata. l. Nesennius. & l. fin. ff. de peti. hæred. Facit quod
no. in l. fin. C. de do. promiss. & in l. vxorem. §. pater natura-
lis. ff. de lega. 3. Ex quibus concluditur quòd in quolibet ca-
suum prædictorum nulla dicto Petro datur alimentorum re-
petitio. Laus Deo. Alex.

ADDITIO.

a Tamen. Sequentes rationes excepta vltima. num. 3. mihi non omnino concludunt. quid enim si ista mulier carebat liberis, & constabat Petrum hoc facere spe institutionis, puto alimenta repeti posse cessante causa compensandi, de quo in fi. consi. maximè si mulier iactabat Petrum fore hęredem suum. Non ob. l. cum donationis, C. de transa. quia loquitur in expressa & acceptata donatione, nos autē loquimur in tacita non expressè acceptata, quæ a solo animo Petri pēdet, quem non est verisimile in hunc euentum donasse, igitur repetet.

EPITOME.

STATVTVM in materia successionum ligat omnes in loco suo, & forenses & clericos ad eorum commodum & incommodum.

CONSILIVM CXI.

Videretur prima consideratione dicendum dictū
Bartholomæum non posse succedere
præfato. Ioanni filio fratris præmortui, quia constat de iure
communi matrem & sororem dicti Ioannis excludere præfa-
tum Bartholomæum, vt in l. fi. & in auth. defuncto. C. ad Ter
tu. nec eis obstare vr̄ dictum statutum oppidi Leuegij dispo-
nens, quod decedente aliquo sine liberis, agnati masculi vsq;
ad quartum gradum exclusis fœminis ēt sororibus & matre
1 succedant, † quia dictum statutum nō debet intelligi porrige-
re beneficium suum forensibus, prout est d. Bartholomæus,
qui non est subditus territorio & statutis dicti oppidi, vt in
themate præsupponitur, pro quo bene facere videtur ea quæ
no. per Bar. in suo tractatu repræsaliarum in 1. q. quintæ quę-
stionis principalis, vbi concludit q; incola qui non subit mu-
nera in ciuitate in qua petit sibi reprę salias concedi ꝯ alios, nō
est audiendus, per regulam quæ habet, quod qui sentit onus,
sentire debet cōmodū, & eꝫ. l. manifestissimi. §. sed cū in secū
da. C. de fur. & l. secundū naturā. ff. de reg. iur. & per alias plu
res rōnes. ex qua decisione vr̄ inferri q; beneficia ciuitatis nō
extēduntur ad forēses seu nō subditos, contrariorum. n. eadē
debet esse natura. l. & si ꝯ. ff. de vulg. & pup. l. fi. in fi. ff. de leg.
3. cum

j.cum si.Et pro hoc facit id quod habetur in l.1.in fin. ff.de tu.& cur.da.ab his.& per id quod habetur in c.ecclesia S.Mariæ de consti.& propter hoc ita nonnulli Moderni dixerunt, & præcipuè Lud.Ro.in suo consi.224.inci.Ista captura facta de Gratiolo &c. videtur enim secundum eum ꝙ sicut statuta non ligant forenses & non subditos quò ad eorum præiudicium.l.fi.ff.de iur.om.iud.c.vt animarum,de consti.in 6. Ita
2 nec debent eis prodesse.¶Faciũt† no. per Bar.in l.cunctos populos.C.de sum.Trin.maximè in 6.col.in ver.quid si statutũ disponit circa personam &c. vbi voluit ꝙ si statutũ disponit ꝙ filiusfa.possit in ciuitate illa testari, non habebit locum in filiofa.forense ibi testante,quia statuta non possunt habilitare personam sibi non subditam allegat id quod habetur in d. l.j.ff.de tut.& cur.da.ab his.& l.etiam.ff.de tutelis.¶Pro hoc
3 etiam facit,†quia tale ius debet reddi non subditis, puta illis de Tridento in dicto oppido Leuegi, quale redderetur in ciuitate Tuderti hominibus de oppido Leuegi per id quod habetur in rubro & nigro.ff.quod quisq; iuris.,sed non apparet ꝙ in ciuitate Tridenti dictus Patruus excluderet matrem & sororem defunctæ personæ cum de iure communi nõ excludat,ergo &c.& ita etiam quod statuta non prosint non subditis videtur velle Pau.de Cast.lib.j.consi.156.incip. Statutum suprà relatum &c.facit quod habetur.instit.de hære.quali.& diff.§. sciendum. ibi dum tex. dicit, sed nostra beneuolentia commune omnibus subiectis imperio nostro hoc præstitit be-
4 neficiũ. ¶Et dato quod onera† realia subeat dictus Bartholomeus in oppido Leuegi,tamen hoc nõ videtur sufficere,quia onera realia imponuntur rebus, & ad illa soluenda coguntur etiam non subditi vbicunque sint bona.l.1.C. de mulier. & in quo lo.lib.10.& l.rescripto.§.fi. ff.de mu.& ho. vnde talis solutio non est illa quæ arguat ipsum esse subditum, sed teneri ad subeunda munera personalia est illud quod arguit quẽ esse subditum.l.libertus.§.sola.ff.ad munic.l.cum neq;.C.de incolis.lib.10.& specificè traditur per Pau.de Ca.lib.2.conf. 89.inci.Posset quis dicere &c. ¶Tamẽ in præmissis non obstã-
a tibus contrarium in proposito casu videtur de iure verius, a
5 præsertim ex infrascriptis.Primò, quia†statutum quanuis nõ possit ligare non subditos,tamen potest eis prodesse.l.j.C.de eman.lib.& quod statutum generaliter seu indefinitè loquẽs ꝓsit non subditis,decidit expressè Lapus allegatione sua 110. inci.In ciuitate Florentiæ sunt duo statuta &c.vbi propriè loquitur in statuto excludente fœminas ab intestato per existẽtiam masculorum,& tamen cõcludit non subditos masculos vti posse beneficio dicti statuti ad exclusionem fœminarum. & pro hoc adducit,quia beneficium legis vel statuti habet similitudinem cum dispositione testatoris vel contrahentis.l. non impossibile.ff.de pac.& l.non est mirum. ff.de pig.act.& nemo dubitat ꝙ dispositio testatoris indulgens beneficiũ potest trahi ad vnumquemq;,ad idem allegat,quia quantum ad res sitas in territorio statuẽtis,statutum porrigit effectũ suum ad personam non suppositam.l.an in totum.C.de edif.priua. l.fi.C.vbi in rem actio.& no.in l.j.C.quæ sit longa.consue.& illud quod dicitur,leges vel statuta non comprehendere non subditos,verificatur in legibus vel statutis quæ arctant, nõ in his quæ consulunt vel prouident. allegat id quod habetur in d.l.j.C.de eman.libe.adducit etiam, quia secundum eũ si bene aduertatur dispositio dicti statuti, propriè dirigitur cõtra personas fœminarum quæ excluduntur. agnati verò qui propter exclusionem earum admittuntur, veniunt eorũ iure proprio,sublato obstaculo dictarum fœminarũ, vt l.posthumus. §.si quis ex his.ff.de inoff.tes.& l.j.§.qui semel.ff.de suc. edi. & in auth.cessante.C.de legi.he.& l.j.§.fi.de bo.poss.contratab.Sed dictæ fœminæ sunt subditæ dicto statuto,ergo eis exclusis per statutum remanet iure communi habilis ad successionem dictus Bartholomæus.nonnullas etiam alias rationes adducit Lapus in dicta allegatione,sed quia illa habent sepa-
6 ratam rationem a casu nostro,ideo eas prætereo.¶Confirmãtur prædicta per ea†quæ decidit Bal.in d.l.cunctos populos, in 10.col.in ver.licet hic vlterius quæritur an statuta generalia &c.vbi concludit ꝙ si statutum disponat quod filia nõ succedat superstite masculo,quia tale statutum est fauorabile includitur in dicto beneficio presbyter & monachus per id qđ habetur in c.dilecti,de fo.comp.quãuis clerici non essent subditi statuentibus.i.laicis,iuxta id quod habetur 10. dist. in c. lege.& in c.nouerint.de sent.exc.& in d.c.ecclesia S.Mariæ.& & pro dicta decisione Bal.videtur tex.in c.fi. de vita & honesta.clerico.& ita etiam concludit Ant.de But.in c. quæ in ecclesiarũ,de consti.in j.col.& in c.quod clericis,circa vlt. col. de fo.comp.& ibi ẽt Ab.circa antepe.col.& in d. c.ecclesia S. Mariæ.in vlt.col.& in dictis locis respondet ad tex.in d.c.ecclesia S.Mariæ. quatenus ibi dicitur ꝙ statutum laicorum fauorabile non prodest clericis seu ecclesiis, quia secundum eũ illud est ex eo,quia statutum specificè disponebat super rebus ecclesiarum prohibendo, vnde nullo modo cõprehendet clericos seu ecclesias,quando procedit prohibendo, præcipiẽdo vel vetando,seu certam formam in agendis per clericos ponẽdo , quia tunc denotaretur superioritas statuentium in clericos.secus autem vbi statutum simpliciter procederet porrigẽdo commodum,vt in casu quo statutum præfert agnatos masculos fœminis, quia tunc procedunt ea quæ superius dicta sunt,& dicit ita fuisse consultum per Io. de Lig. & propterea reprehendit Pet.de Anch.in com.c.canonum statuta.de constitu. qui aliter sensit,motus per tex.in d.c.ecclesia S. Mariæ. ¶Plus dicit Abb.in d.c.ecclesia S.Mariæ.in fi.ꝙ valeret statutum laicorum etiam si specificè faceret mentionem de clericis,dummodò sit merè priuilegiatiuum,& disponat non præcipiendo,vt si dicat,ꝙ clericus primogenitus succedat, vel ꝙ de bonis defuncti habeant clerici vel hospitale certam partẽ, eò quia laicus potest priuilegiare ecclesiam,vt in c.nouit, de
7 iud.c.fi.de reb.eccl.non alie. & quod dictum†statutũ habeat locum in forense decidit etiam Pet.de Ancha.in d c. canonũ statuta,in 12.q.principali. in ver. quæro iuxta prædicta de q. tali,cauetur statuto Tuderti &c. vbi quærit de casu magis dubio,nam statuto Tuderti cauebatur quod mater succederet filio solum in octaua parte,modò contingit ꝙ mulier de Vrbe veteri nupta Tuderti procreauit filium & remansit vidua, & rediens ad Vrbem veterem ibi nupsit,deinde ille filius Tuderti decessit quæritur an ipsa succedat in totum vel solũ in octaua parte?Et concludit,ꝙ seruabitur quò ad eam dictum statutum,& sic succedet solum in octaua parte,quia in successionibus seruandæ sunt leges loci,vbi bona sita sunt.allegat no.per doct.in d.l.cunctos populos & dicit hoc esse verum,quanuis dicta mater non esset subdita.& sic videbatur quod statutum non potuisset de ea disponere tamen dicit quod cõmunis opinio est quod attendatur locus rerum in successione intestati, quasi prohibitum esse videatur per viã successionis posse alienari in matrẽ,nisi vsq; ad octauã partem.ar.l.codicillis. §.pe. ff.de leg.2.& refert ipse ꝙ ita consuluit Bal.in consi.inci. Punctus talis est &c.& sic patet quòd Bald.in dicto consil. & Pet. deAnch.in d.c.canonum statuta. etiam in casu in quo tractabatur de præiudicando forensi seu non subdito volunt seruari debere in successione intestati statutum loci,in quo bona sita sunt,multò magis vel saltem eadem ratione idem dicendũ erit in casu nostro,in quo agitur de beneficio & fauore prẽstã-
8 do forensibus per superius dicta. ¶ †Ad dictam conclusionẽ ẽt accedunt notata per Bal.in l.de quib.ff.de legi.in 13.col.in ver.Sextò quæritur an clerici &c.vbi quęrit an clerici possint vti beneficio consuetudinis laicorum.& dicit ꝙ sic, per id qđ habetur 10.dist.in c.si in adiutorium,& in d.c.dilecti. de fo. comp.dum tamen seruent consuetudinis formam.& ideo dicit ꝙ si est consuetudo ꝙ infra executionem habeant paratã nisi sint elapsi 10.anni, nõ poterit ecclesia habere dictã executionẽ post 10.annos petendo executionem ex beneficio consuetudinis,quia non põt formã cõsuetudinis mutare, & ideo habebit necesse agere via ordinaria de iure cõi,cum iuri extraordinario sit præscriptũ.ar.l. eius militis. §. militia missus.ff. de mili,testa.quia beneficio meo nemo põt vti, nisi quatenus volo.l.si iudex circumuento.ff.de mino.l. amicissimos. §. j. ff. de exc.tut.& per hanc rationem dicit Bal.in d.l.de quibus,in ver.præallegato,ꝙ statutũ laicorũ ab initio põt a beneficio ipsorum statutorum excipere clericos, nec dicetur contra libertatem ecclesiasticam,quia licèt non impendat beneficium,tñ nullam facit iniuriã.& in proposito licèt ipse non alleget pro hoc vltimo dicto suo. s. ꝙ possint laici excipere a beneficiis suorum statutorum clericos, est bonus tex. quem ad hoc ibi ponderat Bal.in l.si quis curialis.C.de episc.& cle.& est cõis conclusio doc.vbiq;.Et subdit etiam Bal.in d.l.de quib.in q. præallegata se putare quod si laici statuerunt quod non sub-

diti non gaudeant beneficio suorum statutorum, appellatio-
ne non subditorum venient clerici, cũ æquè possint sine pec-
cato excludi sicut forenses. vnde secundum eum cum genera-
lis sit determinatio statuti excludentis non subditos a benefi-
ciis statutorum, generaliter debet intelligi de omnibus non
subditis, cum nulla ratio cogat dicere contrarium. l. in frau-
dem. §. j. ff. de mili. testamen. per hoc etiam dicit Bald. in d. q.
in d. l. de quibus. se concludere ꝙ valeant generale statutum
disponens ꝙ non subiectis non patrocinentur beneficia statu
torum. quod dicit esse menti tenendum. & sic apparet quod
Bal. etiam in dicta finali conclusione intelligit quod beneficia
statutorum patrocinentur etiam non subditis, nisi specialiter
per statuentes sit prouisum contrarium. facit quod no. Bal. in
l. si non speciali. C. de test. in ver. hic quæro quid si patria &c.
9 ¶Confirmantur prædicta, † quia præsupponitur quod d. Bar
tholomæus in dicto oppido cum hominibus dicti oppidi su-
bit onera non solum merè realia, sed etiam illa quæ imponun
tur personis pro rebus quas ibi possidet. s. pro rata bonorum
quæ in territorio dicti oppidi possidet Bartholomæus, & sic
pro rata æstimi diuisi super bonis, licet nõ pro rata æstimi di
uisi super capitibus & personis. constat autẽ quod subire mu-
nera quæ imponũtur personis pro rebus, vt sunt collectæ, nõ
spectat ad illos qui sunt omninò nõ subditi, quia cum impo-
nantur personis pro rebus non possent imponi illis, qui non
essent omnino nõ subditi. l. rescripto. §. fi. in vlt. respon. & ibi
no. per gl. & Bart. ff. de mune. & ho. & l. libertus. §. sola. ff. ad
muni. & ibi Bar. bene faciunt no. per Bal. in l. propter. in fi. C.
qui bo. ced. pos. dum dicit ꝙ collectæ quæ imponuntur pro
modo substãtiæ materialiter sunt onera rerum, idest patrimo
nialia, sed formaliter sunt onera personarum subiectarũ, quia
inducuntur personæ, & quia forma & materia faciunt unum
totum, ideo dicuntur munera mista secundum eum. allegat
id quod habetur in d. l. rescripto. §. fin. & dicitur in themate
quod talia munera mista subit Bartholomæus in dicto oppi-
do. & per consequens cessat ratio quæ in cõtrarium allegaba-
tur fundata in d. l. manifestissimi. §. sed cum in secũda, & per
id quod no. Bar. in d. tract. repræsaliarum. ¶Prætereà Bar. ibi
non loquitur in statuto iam condito & generaliter disponen-
te, vt in casu nostro, quoniam tũc videtur voluisse fauere om-
nibus, postquam generaliter loquitur. d. l. in fraudem. §. j. &
l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstã. & per alia superius adducta.
sed in casu in quo loquitur Bar. incola qui non subibat onera
volebat cogere ciuitatem ad concedendas sibi repræsalias cõ-
10 tra alium populum, & cõcludit Bar. quod non potest, † quia
inter ciuitatem, & incolam celebratur tacitè quidam contra-
ctus vltro citroq; obligatorius, per quem obligatur incola ad
munera, vt ff. ad munic. l. j. & l. incola & ciuitas obligatur ad
defensionem & protectionem ipsius incolæ, prout etiam obli
gatur quilibet dominus vel rector. l. illicitas. §. ne potẽtiores.
ff. de offi. præsi. vnde incola qui non implet contractũ ex par-
te sua non potest petere vt sibi impleatur. l. Iul. §. offerri. ff. de
act. empt. l. ædiles. §. fi. ff. de ædil. edic. & ideo non potest pete
re repręsalias sibi concedi secundum Bar. in d. tract. & sic alia
est ratio in casu illo quæ non militat in casu isto. & per hæc
etiam apparet nõ obstare illud quod traditur per Pau. de Cas.
in d. consil. 89. lib. 2. incip. Posset quis dicere &c. quia in casu
suo nõ cogebatur subire nisi onera merè realia, sed in casu no
stro præsupponitur quod obligatur etiam ad munera prædi-
cta mista seu etiam personalia pro rata bonorum quæ ibi pos
sidet secũdum quod supra dixi, talia autem onera non spectãt
ad illos, qui sunt omninò non subditi. d. l. rescripto. §. fin. cum
ibi no. & sic casus noster differt ab illo. & aliàs sequeretur qđ
illi qui non sustinent onera merè personalia, quanuis sustine-
rent omnia alia onera in loco non gauderent beneficiis statu-
torum, seu dicerentur non subditi. & sic illi qui propter æta-
tem vel propter numerum liberorum vel similem causam nõ
coguntur ad talia personalia munera, vt l. de personalibus. C.
qui nume. lib. & l. fi. C. qui ætate. lib. 10. cum si. non gauderẽt
beneficiis statutorum, quod nemo sanæ mentis diceret. Et vt
infra circa finem ostendam statuentes in casu nostro non ha-
buerunt respectum ad ista onera merè personalia, quæ impo
nuntur ratione personę. Prætereà in casu suo statutum expres
sè disponebat quod bona immobilia non possent trãsferri in
non subditum & non sustinentem onera, quod non est in ca-
su nostro imò vigore alterius statuti de quo infra proximè di-
cam, est prouisum contrarium. Prræthereà posito quod etiam
teneremus quod non subditi seu forenses debeant esse alieni
regulariter a beneficiis statutorum tamen quantum ad casum
nostrum contrarium est de mente statuentium. s. ꝙ forenses
possint gaudere commodo successionis ab intestato in bonis
existentibus in territorio dicti oppidi quomodocunq; defera
tur successio ab intestato forensi, si deprehenditur ex disposi-
tione dicti alterius statuti disponentis quod nullus de loco
prædicto possit vendere, alienare aliquo titulo rem immobi-
lem in personam forensem. & postea in fine subdit quod præ
dicta locum non habeant in successione ab intestato sed ipse
forensis teneatur intra biẽnium aut fieri districtualis dicti lo-
ci, aut ipsa bona vendere alicui ciui vel districtuali. & tale sta-
11 tutũ generaliter † loquens de successione intestati, videtur in-
telligendum generaliter tam de successione ab intestato defe
renda de iure communi, q̃ etiam de illa, quæ est prouisa a iu-
re municipali, quia statutum generaliter loquẽs non debet re
stringi etiam si non facta dicta restrictione alius indebitè lu-
crũ perderet. l. prospexit. ff. qui & a quibus. & traditur notabi
liter per Bar. in l. oẽs populi. in 6. q. principali. in ver. 2. quæ-
ro an statuta recipiant restrictionem arctatiuam &c. ff. de iu-
sti. & iu. & ideo nõ potest mater vel soror dicere quod nisi di-
ctum statutum restringatur ad successiones intestati delatas &
inductas de iure communi priuarentur indebitè lucro dictæ
12 successionis. & quãuis † mater diceret sibi debitam esse succes
sionem & hæreditatem filij, iuxta. l. nam & si parentibus, in
prin. ff. de inoff. test. l. scripto. in fi. ff. vnde lib. tamen de ea suc
cessione iudicari debet vt de lucro, est gl. reputata not. in l. j.
C. de iur. & fac. ign. & ibi doc. & no. gl. iuncto tex. & ibi doct.
in l. si duo. ff. de acq. hær. ¶Et per istud vltimum & etiam per
alia superius dicta patet multiplex responsio ad allegata in cõ
trarium, & specialiter etiam fuit responsum ad dictam. l. ma-
nifestissimi. & ad no. per Bar. in dicto tractatu repręsaliarum,
13 per quas respõsiones, etiam patet † sublatum esse illud quod
dicitur, quod cõtrariorum eadem debet esse natura, s. ꝙ sicut
forẽsis non ligatur statutis in his quæ sunt ipsi præiudicialia,
ita non gaudeat in his quæ sunt fauorabilia. ad quod etiam vl
tra prædicta potest responderi ꝙ illud argumentũ procedit,
quãdo est eadem ratio contrariorum, aliàs secus. l. si negotia.
& l. si quis negotia. ff. de neg. ge. & l. si quis putans §. j. ff. com-
muni diuidũ. & l. sed & si socius. §. si absenti. ff. pro soc. vt no.
Dy. in regula. qui sentit. li. 6. & Cy. in l. vnic. §. pro secundo. in
7. opp. C. de cad. toll. & Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram,
in 4. col. ff. de verb. ob. sed alia ratio est in ligando forenses &
non subditos per statutum, quia ibi est defectus potestatis sta
tuentium, sed non deficit potestas in vocando ad beneficia &
fauores sicuti potest princeps temporalis priuilegiare eccle-
siam & clericos, & tamen non potest eos ligare, vt s. dixi. &
ideo statutum talis principis merè fauorabile prodesset cleri-
cis, saltem quando generaliter seu indefinitè loqueretur, vt di
14 xi. s. ¶Non ob. † d. l. j. in fi. ff. de tut. & cur. da. & d. l. etiam. ff.
de tutelis. & quod no. Bar. in d. l. cunctos populos, in d. versi.
quid si statutum disponit circa personam &c. quia posito qđ
sit verum ꝙ statutum non possit habilitare personã non sub-
diti, vt dixi per dictam l. j. cum similibus, tamen in proposito
nostro satis est quod statutum potest tollere obstaculum per-
sonarum subditarum, quia potest repellere mulieres subdi-
tas statuentibus, prout erant mater & soror, quibus exclusis
remanent habilis de iure communi dictus patruus. l. j. in fin.
ff. de bono. possess. contratabu. §. sed nostra. insti. de successio.
liber. ita dixit Lapus in d. allegatione centesima prima & su-
prà retuli. sed in casu quo loquitur Bar. in d. l. cunctos popu-
los, non erat sic, quia filiusfa. forensis de iure cõi non potest
testari. vnde in casu illo non poterat contingere quod si statu
tum aliquem subditum remoueret vel circa subditũ aliquid
disponeret. ex hoc resultaret ꝙ filiusfamil. forenses remane-
ret de iure communi habilis, sicut in casu nostro. non obstat
etiam tex. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, quia superius fuit spe
15 cialiter responsum. † Non obstat id quod dicebatur in rubro
& nigro. ff. quod quisq; iuris. quia respondeo quod illud edi-
ctum locum non habet nisi contra illum qui impetrasset sua
opera aliquod ius iniquum, & ad eius postulationem. l. 4. in
prin. ff. quod quisque iuris. Quinimò fertur quod in ciuitate
Tridenti

Tridenti viget simile statutum in successione ista intestati sicut in dicto oppido. & in Ciuitate Tridenti etiam est statutum quod si in oppido Leuegi eueniat casus non prouisus p statuta illius loci, debeat stari decisioni statutorum Tridenti. Plus dico quod etiam posito quod in Ciuitate Tridenti seruaretur ius commune per quod patruus non excludit matrē & sororem, tamen hoc nō esset ius iniquum, cuius debeat fieri retorquutio: nec apparet quod ad postulationem dicti Bartholomæi aliquod ius fuerit impetratum per eum, cuius retorquutio in dicto oppido possit contra eum allegari: imò ēt si aliquod iniustum statutum esset conditum a Ciuitate Tridentina, tamen non posset in dicto oppido Leuegi fieri retorquutio contra singulares personas populi Tridētini, vt est gl. in d.l.1.in prin.in verbo, noui iuris, & ibi sequuntur doc. ff. quod quisque iuris. ¶ Non † obstat id quod habetur in d. §. sciendum.insti.de here.quali.& differ.quia Imperator ibi nō generaliter seu indefinitè, sed limitatè locutus est restringendo dispositionem suam ad subditos. quod secus fuit in casu nostro, ideo non videtur quod Paulus de Castr. & Ludo. Ro. in dictis consiliis bona ratione se fundauerint. Item in casu in quo consuluit Paulus de Cast.lib.1.cōsilio 156. vigebat in loco illo statutum, scilicet in Ciuitate Bononiæ ꝙ tale ius deberet reddi forensibus contra Ciues Bononiæ quale econtrà in propria patria illius forensis redderetur Ciuibus Bononiæ contra eos.& non reperiebatur ꝙ in patria illius forensis vigeret simile statutum illi statuto Bononiensi, quo volebat vti forensis.sed in casu nostro non præsupponitur ꝙ Leuegi vigeat statutum ꝙ forensibus debeat tale ius reddi contra homines Leuegi quale econtrà redderetur in propria patria dicti Bartholomæi & hominibus Leuegi. & etiam si esset tale statutū, tamen non obstaret, attento quod in Ciuitate Tridenti extat statutum quò ad successionem intestati excludens matrem & sororem propter patruum, sicut fecit in dicto oppido Leuegi. ¶ Insuper posito † quòd esset verum quod beneficium statutorum regulariter non competeret forensi,& non subdito, quia non supportant onera, tamen illud non habet obstare in casu nostro. Tamen propter dicta onera quæ supportat dictus Bartholomæus pro oneribus etiam personalibus, quæ imponuntur pro rata æstimi diuisi super bonis, q̄ onera sunt illa, quæ respexerunt & considerarunt ipsi statuentes in casu nostro, vt patet ex dicto alio statuto disponente quod nullus possit alienare immobilia in forensem, tamen locum non habeat in successionibus ab intestato, sed quod ipse forensis tūc teneatur intra biennium fieri districtualis, aut ipsa bona vendere ciui vel districtuali. ponderandum est dum statutum voluit quòd sufficiat illum forensem vendere ciui, nam potest esse ciuis, & tamen non tenetur subire onera merè personalia, quæ imponuntur ratione personæ per capita, vt declarat Bart.in l.fina.§.idem rescripserunt. ff.ad muni.in versic. vlterius quæro an desinat esse ciuis &c. & Bald. in l.eum quædā puella.in princ. ff.de iurisdict.omn.iud.& Paulus de Castro, in l.rei iudicatæ.§.socero.ff.solut.matrimo. & in dicto consi. 89.lib.2.per quod etiam apparet plurimum differre casum, in quo ipse consuluit a casu nostro. Tum etiam quia statutum vult quod in successione intestati forenses non differant a Ciuibus dicti loci, dummodo intra biennium seruent illud quod ibi dicitur, vt fuit suprà deductum. Item posito quod non deberent gaudere beneficiis statutorum forenses quò ad ea quæ non concernunt bona sita in loco statuentium, tamen quo ad bona sita in loco statuentium seruari debet statutum ipsius loci, in quo bona sita sunt, secundum Pet.de Ancha.in d.canonum statuta, referentem Bald. ita consuluisse, cuius decisionem superius retuli. Ex quibus omnibus concludo dictū Bartholomæum esse admittendum. Alexand.

ADDITIO.

[a] Verius. & ita iudicatum fuit, vt refertur suprà, eod.consil.41.in prin.& istud est indubitatum.

EPITOME.

LITERIS principis de facto alieno etiam super quo fundantur, non creditur.

CONSILIVM CXII.

Visa copia literarum Illustrissimi dñi sub die 7. Septēbris 1468.in quibus pro parte magnificæ do. Franciscæ dudum consortis magnifici Comitis Angeli de S. Vitali fit fundamentum allegando per eas legitimè probari ꝙ filii & hæredes magnifici Comitis Stephani de S.Vitali cōuenerint & se obligauerint ad dandum eidem Franciscæ singulis annis ducatos ducentum pro alimentis. & viso etiam themate suprascripto vis omnis consistere videtur in discutiendo an dictæ literæ plenam fidem faciant de obligatione seu
1 conuentione prædicta. & dubium facit, † quod si in literis
a principis narratur aliquid ꝙ sit de facto alieno, [a] dummodò literæ ipsius principis fundentur super dicta narratione videntur probare præsumptiuè vera esse narrata, nisi contrariū probetur, vt notat glo. ordinaria in cle. prima in verbo, fecisse nar
2 ramus. de proba. tñ in proposito puto † contrarium esse verius, præsertim ex infrascriptis, quia illud quod notat gloss. in d. clem.1. non procedit nisi quando Papa motu proprio ita narrasset.sed vbi non motu proprio sed ad petitionem partis hoc processisset, non facerent dictæ literæ plenam probationem narratorum in facto alieno consistentium, quamuis in eis sit fundata intentio Papæ, per id quod habetur in c.si motu proprio.& in c.seq.de præb.& in clem.si Romanus, de pb. & in cle.si summus, de sen.exc. & in c.ex literis, cum ibi not. de transa. ita concludit Lapus Abbas in d.clem.1. de prob.& sequuntur communiter hoc alii scribentes post eum vt dñs Cardi. Floren. Pet.de Anch. Ant.de Butr.& Io.de Imo. ibi & Ant.de But.in c.fin.de successi.ab intest.dum tractant de virtute verborum enunciatiuorum.& pro hoc etiam allegāt notata per Io. An.in regula, non licet, in mercurialibus. vbi vo-
* luit quod per literas * Papæ in quibus dicitur, mandamus tibi quod tali clerico prouideas de beneficio, non probatur illum esse clericum, & tamen super clericatu dicebatur fundata intentio Papæ, per ea quæ habentur in ca.fin.de præsump.& in
3 d.c.ex literis.& in c.cum adeò de rescri. † & motus proprius principis non præsumitur, quando hæc clausula, motus pro-
b prii, non est in literis inserta, [b] vt in d.c.si motu proprio.& l. 1.C.de peti.bo.subla.lib.11.& no.doc.in l.1.in prin.ff.quod quisque iuris. & in auth.quas actiones. de Sacrosf.Eccl.& in dictis literis non est inserta huiusmodi clausula: imò ex inspectione literarum apparet ꝙ princeps mouetur ad instigationem partis, dum dicitur in dictis literis, ꝙ dicta Francisca singulis diebus instat apud ipsum principem quod velit prouidere negotio suo, & narratur in eis id quod de facto alieno, non de facto principis, scilicet ꝙ fuit ordinatum de voluntate filiorum Comitis Stephani ꝙ dictæ Franciscæ assignarentur redditus aureorum ducentorum pro alimentis. nam non dicitur in dictis literis ꝙ illud fuerit ordinatum per ipsum principem sed impersonaliter profertur in dictis literis, &
4 impersonalitas non refertur ad ipsum loquentem vel scribētem, quando non tractatur de acquirendo ipsi loquenti vel scribenti, vt in auth.si quando.C.de consti.pecu.& legitur & no.in l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verbo.obl. & in l.1.in princ.ff.de hæred.instit. & per doc.in l. fin.§.1.ff.si cer.peta. & probatio dubia interpretatur contra producentem.c.in p̄sentia, de proba.l.inter stipulantem.§.1.& ibi no. ff.de verb.
5 ob.¶ Accedit ad confirmationem prædictorū illud † qd dicit Ant.de But. & Io.de Imo.in d.cle.1.de proba.vbi voluit qd si Papa narrat aliquid vt verisimiliter a patre narratum, ēt si nō exprimat in literis Papę sibi hoc esse narratum a parte, nō probat plenè, nisi aliter liqueat.& ita ēt referunt ibi tenere Guil. allegant id qd habetur in cle.si dignitatem, de præb.& in c.si Papa, de priuile.in 6.& in c.ex literis, de fid.instr.& id qd no. Imo.in c.inter dilectos.eo. tit.& in c.illud.de proba. & id qd no.Io.An.in dicta regula non licet.sed in proposito verisimile est id qd narrauit princeps narrasse tanquā sibi expositum a parte qa princeps nō p̄sumitur habere scientiā eorū q̄ erant de facto alieno.l.fin.ff.pro suo.& c.ab excōicato.de resc.c.1. de consti. in 6. & præsertim tam magnus dñs pp multitudinē negotiorū sibi occurrentiū, q̄ ēt facilius inducunt p̄sumptam ignorantiā & obliuionē.c.cū olim, de re iud. Refert ēt Ant.de Bu.in d.c.si.de succ.ab intest.ꝙ Io. Cal.ēt tenuit qd vbicunq; Papa narrat aliqd factum, in cuius tñ facti confectione nulla interuc-

interuenit authoritas Papæ, non per hoc probatur plenè tale
narratum esse verum. & cũ eo videtur transire Ant. de Bu. ibi
dummodo nõ appareat ꝙ Papa fecerit motu proprio. sic etiã
in effectu consuluit Old. cõsi. 258. inci. Inno. seruus seruorũ.
præsertim per text. in d. cle. 1. de proba. a cõtrario sensu dum
text. ibi ponderat ꝙ in literis narrabatur factum in quo Papa
interuenerat, & saltem qñ non emanarunt literæ motu pro-
prio, omnes videntur concordare ꝙ tunc literæ non probẽt
narrationem facti alieni quãuis Papa in eo facto suã fundet
intentionem, *vt tenent cõiter doc. quos suprà retuli, & Lapus
de Castil. sua allegatione 122. quæ incipit, cle. si summus, &c.
6 ¶ † Prætereà id quod habetur in d. cle. 1. de proba. dum ibi di-
citur ꝙ literæ probant plenè ea quæ narratiuè in eis continen
tur circa factum de præterito, procedit in literis Papæ qui su
periorem nullum recognoscit & non habet locum in literis
c inferiorum, c in quib. tractatur de non leui præiudicio alte-
rius c. cũ a nobis. de testi. c. qm̃ contra. de prob. no. doc. in c.
post cessionem, de prob. & in d. cle. 1. cum si. ¶ Deniq; præsup-
7 ponitur, † quod erat vnus de filiis dicti Comitis Stephani eo
tempore pupillus, & illæ literę non dicunt ꝙ interuenerit au
thoritas tutoris, nec per verba dictarum literarum posito qđ
probarent, ibi nihil dicitur probari quod interuenerit autho
ritas tutoris, quæ est solennitas extrinseca, quæ non præsumi-
tur in actibus saltem extraiudicialibus. l. quæcunq;. §. fi. ff. de
publ. & plenè no. in l. sciendum. cũ concor. ff. de ver. ob. labo
rant etiam defectu dictæ literæ, quia in eis dicitur ꝙ pdicta
processerunt de consensu dicti Comitis, & non dicit oĩum fi-
liorum, nec exprimitur qui illi fuerint, nã tres erant filii, vn-
de illa verba non concludunt de omnibus, sed possunt verifi-
cari in duobus l. inter illam. §. fi. ff. de ver. sig. probatio aũt de
bet de necessitate concludere & esse certa. aliàs nihil releuat.
d. c. in præsentia. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tute. l. Põponius
8 scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei ven. vnde in proposito † di
cit Pet. de Anch. & Io. de Imo. in c. quanto de his quæ fiunt a
præla. ꝙ si in instrumento dicitur ꝙ canonici talis ecclesię cõ
stituerunt talem Syndicũ, non probabit ꝙ fuerit maior pars
canonicorum, quia potuerant illa verba verificari in duobus,
vt dixi. & ita etiam consuluit Oldr. in consi. 100. inci. In execu
tione &c. & est de mente Bar. in l. fi. C. de præd. cu. libr. 10. dũ
dicit ꝙ non sufficit quod in instrumento dicatur qđ conuoca
tis & coadunatis decurionibus, nisi dicatur quod interuene-
rint duæ partes. l. nominationum. C. de decu. lib. 10. posset ẽt
dici dictas literas alia ratione non obstare, quia in eis dicitur
ꝙ de cõsensu filiorum Comitis Stephani fuit ordinatum qđ
assignarentur Franciscæ tot redditus vel alia bona in territo-
rio Fondaualatæ, quę essent redditus ducatorum ducentorũ,
& non dicitur ꝙ hoc fieri deberet de bonis spectantibus iure
dominii ad dictos filios dicti Comitis, & sic est incerta hac ra
tione, quia licèt dicatur quod illud fuit factum de consensu
dictorum filiorum, tamen possent dicta verba. verificari ẽt si
ordinatum fuisset ꝙ consignarentur bona spectantia iure do
minii ad alium q̃ ad dictos filios, & consensus eorum filiorũ
fuisset vtilis & expediens, vt si bona illa fuissent obligata di-
ctis filiis vel quodcunque ius in eis haberent. nam per talem
* consensum * præiudicassent sibi ante in illo iure pignoris vel
simile, qđ habuissent. l. si vt proponis. C. de ser. pig. dato ma. l.
si pater. §. fi. ff. de manu. vindi. plenè nota. in l. si fundus. §. 1. ff.
de pig. & sic videtur proculdubio concludendum variis ex
causis non probare quod de bonis dictorum filiorum dicti
Comitis debeat fieri dicta assignatio. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Alieno. Falsum Bonifa. de Vitali. d. cle. 1. col. 3. Lapus alle. 7. Gemi. c. si Papa. in fi. de priuil. in 6. Are. consi. 23. nume. 9. consi. 163. colum. 2. Soci. consil. 266. colum. 11. lib. 2. Cur. senior consil. 20. col. 4. consil. 49. colum. 54. cum seq. Gemi. consi. 15. consi. 53. colum. fi. Deci. consi. 576. in fi. Ias. consi. 65. colum. 3. consi. 86. col. libr. 3. Andr. Tiraq. in cõ sue. Picto. tit. retrac. §. 1. glo. 14. nume. 49.

* Per literas.] Quòd literæ Principis non faciant fidem, tenet Alex. consi. 21. col. 1. hoc eod. lib. 7. Natta.

b ¶ Inserta. Hodie etiam ea inserta rarò præsumitur per no. supra, lib. 5 consi. 24. num. 13.

c Inferiorum supra lib. 6. consilio 34. nu. 4. fa. suprà eo. consi. 11. nu. 14.

* Per talem consensum.] Aliud est vendere, aliud vendenti consenti re. l. aliud. ff. de reg. iur. vbi plura cumulat Dec. Natta.

EPITOME.

STATVTVM quòd pater teneatur pro filio mercatore, intelligitur de contractu mercantiæ.

CONSILIVM CXIII.

VIsa conclusione firmata per præfatos excellentissimos
dominos consultores Florẽtinos, qui subtiliter &
copiosè comprobarunt patrem non teneri pro filio de gestis
extra artem vel mercaturam quam exercebat sciẽte patre, nõ
obstantibus statutis transmissis, in eandem sententiam vt iuri
& æquitati consonam concurro. ad quorum cõfirmationem
1 † accedere videtur, quia & si vbiq; concludatur valere statu-
tum obligans patrem pro filio, tamen inquit Bald. in l. rece-
ptitia. in vlt. col. C. de consti. pecu. quod vniuersitas mercato
rum non posset statuere quod pater teneatur pro filio, nisi fi-
lius mercator patri referat quæstum. l. prętor. §. 2. ff. de eden.
quia tale statutum est contra ius gentium, & collegium merca
torum non potest statuere aliquid quod sit naturaliter iniu-
stum. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. & per notata in
l. 1. C. quæ sit long. consue. sed statutum ciuitatis bene posset
hoc indistinctè disponere, ita procedat secundum eum id qđ
notatur per glo. in rub. de decretis decurio. & probatur in c.
2. de delictis puerorum. in verbo, secundum cõsuetudinem.
& ibi not. Petr. de Ancha. hoc dico præcipuè propter statutũ
curiæ mercantiæ sub rubrica, de obligatione filii, & qualiter
pater pro debito teneatur, quia si tale statutum editum esset à
collegio mercatorum non valeret, nisi secundum quod dicit
2 Bal. quinimò † tale statutum etiam videtur intelligendũ dun
taxat in filio contrahente vel se obligante pro his quæ perti-
nebant ad artem seu mercaturam quam exercebat patre scien
te & non contradicente patre, quia statutum loquitur de filio
qui contraxerit debitum vel obligationem inierit dum staret
& esset in mercantia vel aliqua arte, ex artibus Ciuitatis Flo-
rentiæ sciente patre vel auo. nam vult statutum quod tunc li-
ceat creditoribus in his quæ in eo contraxerunt repetere a pa
d tre &c. & sic perinde est acsi statutum diceret, si filius merca-
tor vel artifex contraxerit seu se obligauerit, pater eius tenea-
tor &c. quo casu intelligitur si filius cõtraxerit pro causa mer
a cantiæ, a vt decidunt Bal. & Sali. in l. fi. per illum tex. C. ad Ma
cedo. & per l. 3. §. eodem modo. ff. nautæ caup. stab. & Bal. in
d. l. 3. §. ex hoc edicto, ff. nautæ caup. facit quod no. Bal. in d. l.
receptitia, in vlt. col. dum allegat dictum §. eodẽ modo. ¶ Ad
alia statuta etiam videtur eleganter responsum per dictos do-
minos consultores. nam statutum communis Florentiæ sub
rubrica, de obligatione filiif. & qualiter pater pro filio tenea-
tur &c. non obstat, imò facit pro dicto patre, quia duntaxat
facit mentionem de gestis in arte vel mercantia, tabula vel cã
bio nummorum, in qua vel quo steterit sciente patre & nõ cõ-
tradicente, & pro illis obligatur pater ex dispositione dicti sta
tuti. ¶ Non obstant etiam statuta quæ loquuntur de cessanti-
bus & fugitiuis, in quibus etiam est dispositum, quod pater
teneatur pro talibus filiis cessantibus & fugitiuis, scilicet ad
debita contracta per tales filios cessantes, quia etiam dicta sta
tuta loquuntur in filiofa. mercatore vel artifice, vt patet in sta
tuto posito sub prima rubrica, de pœna cessantium & fugiti-
uorum. vbi declaratur quis dicatur cessans fugitiuus, quod
quidem statutum incipit, quicunq; mercator vel artifex &c.
& sequens statutum sub rubrica, de filiis & aliis descendenti-
bus &c. quod est positum sub rubrica secunda, quia etiam in-
telligitur de filio mercatore cessante, qui filius mercator con-
traxit & se obligauit, patet ibi dum dicit, & pater & auus te-
neantur & obligati sunt pro talibus filiis & nepotibus cessan-
tibus & fugitiuis, qui tempore contracti debiti aut cessationis
3 non essent emancipati nam illæ dictiones, † pro talibus filiis
cessantibus qui &c. faciunt relationem præcedentium cum
omnibus suis qualitatibus. l. a filio. §. testator. & §. sequenti.
ff. de ali. & ciba. leg. & not. Bar. in l. si quis seruum. §. fin. ff. de
leg. 2. in ver. sed quæro testator reliquit alicui partem bono-
rum &c. & Bar. in l. 1. in princ. ff. de receptato. & in l. 1. in fin.
ff. si familia fur. fecis. di. ergo intelligitur de filiofa. mercatore
vel artifice qui contraxisset &c. sed vbi in aliqua dispositione
fit mentio de filio mercatore vel artifice qui contraxit &c. in-
telligitur,

telligitur, si contraxit in causam & pro causa illius mercaturæ vel artis quam exercebat, vt dictum est suprà. ergo ita intelligitur in casu nostro. ¶ Accedit quia omnia dicta statuta semper excipiunt casum, quando denunciasset consulibus & rectoribus illius artis, quam exercebat filius ꝙ nòn vult pro tali filio teneri, quæ exceptio facta in statuto declarat, ꝙ regula posita in statuto disponente ꝙ pater teneatur ex contractu & debito filiifa. mercatoris vel artificis intelligatur quando cõtraxit pro causa illius artis vel mercaturæ, quia alias nõ dispo suisset statutum ꝙ denunciaretur consulibus artis, sed qđ in locis publicis fierent edicta vel proclamata, iuxta l.sed si pupillus.§.proscribere.ff.de insti.iunctis no.per Bar.in l. non solum §.morte in 6.col. ff.de oper.no.nun.& in l.qui hominẽ, §.si Titium.ff.de sol.per Cyn.& alios in l.mandatum.C.man-
4 da. & exceptio † posita in aliqua dispositione declarat & restringit regulam positam in eadem dispositione. in l.nam qđ liquidæ.§.fin.ff.de penu.lega.secundum vnum intellectum, qui text.reputatur ad hoc singularis secundum Ioan.de Imo. in l.filio præterito, in 18.col.ff.de iniusto test.& probatur ẽt in l.si ita legatum.in princ. ff.de lega.secundum vnum intellectum quem ibi ponit Ioan.de Imo.& alii Mod.& no Bal.in ca.1.in 10.col.de capitaneo qui curiam vendidit. ¶ Ad illud
c tur ꝙ emptor ita denunciet, sed etiam requiritur, ꝙ certum [c] faciat ipsum venditorem de ipsa lite mota.d.l. si cum questio. & l.si quis inficiatus, in princ.ff.deposi.l. qui in alterius.ff.de re iu.& in cle.causam, de ele.& ideo dicit Bar. in d.l. empt.C. de euic.& in l.non solum.§.morte.ff. de ope. nou.nun.in 16. col.in 3.q.prin.& Ang.& Mod.in l.in executione.§. insolidũ & in l.cum ex causa.ff.de verbo.obl.& Sal. in d.l. emp. quòd debet emptor ostendere venditori in publica forma libellum contra eum productum, & citationem de eo factam, præmonentem litem emptori, & dimittere copiam ipsi venditori; p
6 iura præallegata. † Requiritur etiam quando non est tota res euicta, sed pars pro indiuiso euincitur, ut asserit Ricius fuisse in præsenti casu, quia asserit fuisse euictam sibi per illustrissimum ducale dñium Venetorum, seu per agentes pro eo tornaturas quadraginta quinq;.s.illius partis terræ, quæ erat nemorosa, quod probetur per emptorem cuius bonitatis & cõditionis ac valoris erat illa pars eui. vt sic comprehendatur, ut quantum sit interesse emptoris, & quid sit ei restituendũ, ut est casus in l.j.ff.de eui. & hr̃ in l. qui solidum.§.1.ff. de leg.3. & bene faciunt no.per Bar.post gl.in l. si ex falsis.C.de transa. cum si. ¶Modo redeundo ad casum nostrum sufficit, qd dictus Ricius defecerit in uno ex prædictis, ut non possit obtinere. ipse autem non solum uidetur defecisse in uno ex prædictis seu

ctis ſeu eius probatione, ſed uidetur defeciſſe in omnibus ſeu
quaſi in omnibus. Nam in hoc proceſſu nõ reperio producta
eſſe acta illius iudicii, in quo dicit fuiſſe euictam ipſi Ricio
dictam partem petiæ terræ, maximè taliter ꝙ poſſit cõprehen
di, an euictio fuerit de corpore illius rei ut dicitur uenditæ.
7 ¶ Nec obſtat † ꝙ aliqui ex teſtibus dicti Ricii dicant ꝙ uide-
rint dictum Ricium eſſe in controuerſia coram poteſtate de
parte iſtius petiæ terræ, & ꝙ appellauit a quadã ſententia con
tra eum lata, quia reſpondeo, ꝙ tales teſtis non dicunt ſe fuiſ-
ſe præſentes ad audiendam dictam ſententiam ferri, nec red-
dunt interrogati cauſam ſcientiæ dicti ſui, ſ. circa ſententiam,
prout requiritur. l. ſolam. C. de teſti. & plenè traditur in c. cũ
cauſam quæ inter archiepiſcopum. de teſti. & in c. ſi quãdo.
de reſcr. imo ad hoc ut per teſtes ꝓbetur ſñia diffinitiua quæ
requirit ſcripturam, iuxta. l. 2. & 3. C. de ſent. ex breui. reci. &
c. fi. de re iud. in 6. requiritur & debet probari ꝙ ipſa ſcriptu
d ra ſñiæ ſit deperdita, & ꝙ probetur tenor ipſius ſñię alias [d] nõ
eſt ſufficienter probatum. l. emancipatione, & ibi not. Bart. &
alii. C. de fi. inſtru. l. teſtium. C. de teſt. & in c. cum olim eſſe-
mus, de priuile. & ſpecificè in ſententia, no. d. Abb. in c. ſicut,
in 3. notabili de re iudi. ſed teſtes non probant iſta: & eodem
modo deficiunt teſtes in probando legitimè ſñiam latam in
cauſa appellationis, quam aſſerit Ricius interpoſuiſſe a prima
ſententia, prout neceſſe erat probari ut dixi ſupra. nec etiam
probat ꝙ ipſe Ricius comparuerit ad ſententiam, & iura ſua
produxerit, ſeu defenſionem fecerit, quia acta tunc (ut aſſe-
rit) facta, non exhibuit in præſenti, cum nec per teſtes ſunt
probata talia acta: imò nec probari poſſunt, niſi probata omiſ
ſione actorum ſeu ſcripturarum, de quo nihil eſt probatum.
¶ Similiter non probauit factam fuiſſe executionem aſſertæ
ſententiæ contra eũ latè. & dato ꝙ aliqui teſtes conentur hoc
dicere; tamen nihil probant, quia deponũt de auditu ab alio,
quæ probatio non releuat. d. l. teſtium. ¶ Non probauit etiam
legitimè ꝙ denunciauerit dicto Opizoni litem eſſe motam:
& ꝙ ueniret ad defendendũ eum faciendo ſibi fidem per ſcri
pturam publicam de petitione producta contra ipſum Ri-
cium, & de citatione facta contra ipſum Ricium de mitten-
do uenditori copiam ipſorum actorum, ut prędixi: & licet
in proceſſu ſint duæ relationes nuncii referentis ſe notificaſ-
ſe ad inſtantiam dicti Ricii dicto Opizoni, ꝙ magnificus do-
minus poteſtas ſtatuerat ipſi Ricio terminũ octo dierum ad
ſe defendendum a quadam controuerſia contra ipſum Riciũ
facta de terris nemoroſis emptis per ipſum Ricium a d. Opi-
8 zone, & requiſiuiſſe dictum Opizonem ut ueniret ad defen-
dendum eum a dicta controuerſia, † tamen hoc non ſufficit
tantum, quia non fuit notificatum a quo moueretur dicto Ri
cio controuerſia: & in quibus terris, exprimendo ſaltem duas
demonſtrationes ſeu confines, ideo tanquam obſcura & in-
certa non releuat. l. aut qui aliter. §. 1. quod ui aut clam. iun-
cta. l. forma. in prin. ff. de cenſi. nam licet notificauerit ꝙ fue-
rat ſibi ſtatutus terminus per poteſtatem ad ſe defendẽdum,
tamen non dixit ad inſtantiam cuius, ſ. uel nomine cameræ il
luſtriſſimi ducalis dominii, uel nomine alterius, & ad cuius
inſtantiam. ¶ Præterea non fuit facta fides dicto Opizoni de
dicta lite oſtendendo petitionem & citationem ſibi factam,
prout dixi ſupra eſſe neceſſariam de iure. non eſt etiam proba
tum, quanta ſit pars terræ quæ dicitur euicta, & cuius bonita
tis & ualoris ſit prout requiritur, ut dixi. & licet Iulianus te-
ſtis aſſerat ꝙ illa pars terræ nemoroſæ poteſt eſſe tornatura-
rum quadragintaocto ſeu quinquaginta: tamen non deponit
per aliquam cauſam ſcientiæ hoc concludentem, imò oſten-
dit ſe pro certo neſcire quanta ſit dum dicit ꝙ poteſt eſſe tor-
9 naturarum 48. uel 50. & in his † quæ ſolo ſenſu corporis nõ
percipiuntur prout eſt cognoſcere quot tornaturarũ ſit unus
fundus, quia nõ percipitur ſolo uiſu, ideo requiritur ꝙ teſtis
etiam non interrogatus reddat rationem dicti ſui, ut no. Inn.
in d. c. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum, & not. doc. in
d. l. ſolam, cum ſuis multis concordantiis. & licèt iſte teſtis di
cat ꝙ alias menſurauit totam petiam terræ quando fuit uen-
dita; tamen dicit ſe mẽſuraſſe, adeo quòd uidit quòd erat lon
gitudinis perticarum ducentarum & latitudinis perticarum
86. tamen non aſſirmat menſuraſſe ſeparatim dictam partem
terræ buſchiuæ, quæ ut dicitur eſt euicta. nec dicit quòd tũc
uel poſtea calculauerit quanta eſt iſta pars euicta, imo fatetur
quòd ultra illam partem buſchiuam pro qua agitur, etiam re
ſiduum eſt pro parte buſchiuum: & pro parte uallium, nec
aliquid deponit de ualore. & ex his rationibus etiam minus
probat alius teſtis, ſcilicet Bernardinus, qui dicit ꝙ arbitra-
tur partem dictæ petiæ terræ nemoroſam euictam d. Titio a-
ſcendere poſſe ad numerum tornaturarum quadraginta uel
quadraginta quatuor. nec aſſignat aliquam rationẽ dicti ſui;
nec unquam dicit ſe menſuraſſe, neque de ualore aliquid di-
cit. non obſtat etiam illud quod atteſtatur dictus Oſtaſius, qui
deponit quòd ſcit quòd dicta petia terræ de qua in dicta ſcri
ptura fit mentio, fuit uendita ad incantum per dominum An
tonium Dandulo tunc poteſtatem Rauennæ pro libris octo
pro qualibet tornatura, quia reſpondeo, quòd non dicit ipſe
quod tornaturæ eſſent in parte illa quæ dicitur euicta. Præ-
10 terea † iſte teſtis dum deponit quod fuit uendita pro libris
octo, & non reddit aliter rationem dicti ſui, & etiam ſi non
fuit interrogatus non probat, ut ſingulariter dicit Bal. in c. fi.
in fi. de iuram. calum. ubi uoluit ꝙ ſi teſtis deponat ſe ſcire ꝙ
Titius occidit Seiam, niſi declaret ſcire per rationem uiſus,
* nõ probat quia loquitur obſcurè * & æquiuocè, quia hoc uer
bum ſcire, eſt æquiuocum, quia multis modis ſcimus, ſ. ſecun
dum ſcripturas, & ſecundum uehementem opinionem & ſe-
cundum præſentiam. l. ſi is ad quem. l. cum quidam. §. quod
dicitur. l. cum falſum. & l. Pantonius. §. rei perduellionis. cũ
gl. no. ff. de acq. hære. & dictum obſcurum teſtis non releuat.
c. in præſentia, de prob. Sed ſi teſtis dixerit uerum eſſe ꝙ Ti-
tius occidit Seium bene probabit. ſi non eſt interrogatus de
cauſa ſcientiæ, quia ueritas non eſt aliud, niſi res uiſu perce-
pta & per memoriam retenta, ut dicit ſingulariter notari in
l. 2. poſt prin. ff. de aqua plu. arc. Præterea iſte teſtis in hoc eſt
11 unicus & ſingularis. † item non ſequitur, fuit ad incantum
uendita pro octo libris uni, ſ. plus offerenti, ergo communi
ęſtimatione ualebat tantũ, quia pretium conſideratur ex com
muni æſtimatione, nõ ex aſſertione unius ſingularis perſonæ.
l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. & ꝙ per ſubhaſtationem nõ pro-
batur iuſtum pretium, eſt tex. in l. ſi quos, & ibi no. Bar. C. de
reſcin. uend. & no. Bar. in l. 1. C. de præſcrip. 30. ann. & Mod.
in l. pretia rerum. & do. Abb. in c. cum cauſa, de emp. & uen.
e Mod. in l. ſi cum aliter, de uer. obl. & quamuis nonnulli [e] te-
nuerint ꝙ imo uenditor qui rem præcedente ſubhaſtatione
uendidit, non poſſit dicere ſe læſum in pretio & uendidiſſe
minus quàm ualeret per id quod habetur in l. 1. C. de prædiis
f curia. lib. 10. & quod ibi no. doc. tamen [f] magis communiter
tenetur contrariũ ut per doc. in dictis locis: ſed poſito quod
illud eſſet uerum, ſ. ꝙ uenditor qui uendidit præcedente ſub
haſtationi non poſſit dicere ſe uendidiſſe minus iuſto pretio,
cum res data fuerit plus offerenti; & ſic uidetur ꝙ non uale-
bat plus communiter, poſtquam communiter non fuit plus
oblatum, tamen non per hoc ſequitur econtra, ſ. ꝙ ſi data eſt
uni plus offerenti res dicatur tanti ualere, cum communiter
non fuerit illud oblatum, ſed ab uno tantum, ſ. plus offerente,
& ſic illud non arguit communem æſtimationẽ. d. l. pretia re
rum, fruſtra etiam eſt inſiſtere ſuper expenſis & damnis cum
non competat actio ad principale, & multo minus ad acceſſo
ria, de quibus ẽt nõ eſt probatum, & euidenter patet ex inſpe
ctione atteſtationum. Ex quibus firma manet concluſio præ-
miſſa, rẽum uidelicet eſſe a petitis abſoluendum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Integer. ſupra lib. j. conſi. 13. nu. 14.
b ¶ Defendere. hoc ultimum non requirit Bal. Sal. l. emptor. C. de eui. Iaſ. d. §. morte. col. 19. uide Alex. in l. in executione §. inſolidum. de uerb. obli. Soc. l. 2 §. uoluntatem. nu. 3. ſol. mat. ſed opinionem Bar. ſeruant pragmatici. & hoc eſt ꝙ denunciationi addunt petitionem formalem & eſt communis ut per Bal. l. libera. col. fi. C. ſent. & interlocu. omni. iudi. Corn. conſi. 325. lib. j. Franc. Rip. rep. c. cum M. Fer. nu. 165. de conſti. Ludo. Gezadi. conſi. 94. nu. 40.
c ¶ Certum. ſupra li. 2 conſi. 33. dixi in conſu. Par. §. 13. gl. 12. col. j. & 2.
d ¶ Alias. ſupra lib. 2. conſi. 196. nu. 9. And. Tiraq. tract. retra. § j. glo. 7. nu. 55. cum ſeq.
* Quia loquitur obſcurè.] Sequitur Felin. ad c. cum cauſam. col. 10 de teſtib. ſed idem Fel. impugnat no. ad c. literis. col. fi. de præſum. Iſtud dictum Bal. impugnat etiam Alex. ad l. j. colum. 7. & ſeq. ff. ſi cer. pet. Cur. ad l. 2. §. quod obſeruari. col. 2. C. de iuram. cal. ſed dictum Baldi defendit nouiſſimè Ruin. conſi. 30. lib. j Nat.

e ¶Nonnulli.vt Lancel.Dec.l.si fideiussor.§.meminisse.col.3.ad fi.delega.j.Fabia.trac.de emp.& vendi.col.77.

f ¶Tamen. Pantha.de Cre. rep.d l.2.fallen.9.& de iure verius est, vt dixi.in consue.Parisi.§.182.

SVMMARIVM.

1 *Scientia contentorum in testamento præsumitur si de relictis est facta mentio in genere, & valet renunciatio. l. de his.de trans.cum iuramento.*

6 *Lex. 2.C.de rescinden.vendi. cessat in transactione, & vbi iuratum est.nu.7.*

9 *Iuramenti absolutio frustra impetratur, ad agendum tamen vel excipiendum, postquam iuramento fuit contrauentum, secus quò ad animam.*

CONSILIVM CXVIII.

Viso instrumento celebrato inter do. Cantinam filiam quondam Gasparis ex parte una, & domi.Franciscam quondam uxorem d. Gaspari & nouercam dictæ domi. Cantinæ ex altera, quæritur posito ꝙ uirtute substitutionis factæ in testamento d.Gasparis de dicta domi.Cantina & do. Vica eius sorore, potuissent dictæ sorores succedere ex substitutione pupillari ad hæreditatem filiorum, maximè masculorum dicti Gasparis & dictæ Franciscæ in bonis quæ tenebantur & tenentur per d.Franciscam: an intelligatur exclusa dicta Cantina à facultate & iure petēdi uigore dicti instrumenti, in quo promisit dictæ Franciscæ nihil petere de his quæ eidem Cantinæ quocunq; modo relicta essent in testamento d. Gasparis, de quibus omnibus fecit finem, quietationem, refutationem, transactionem, & remissionem generalem, & pactū de non petendo & etiā de omni eo & toto quod eidem Cantinæ spectaret occasione hæreditatis & successionis filiorum olim dicti Gasparis fratrum & sororum d.Cantinæ.& hoc p ducatis quinquaginta quos d. Francisca soluere promisit dictæ Cantinæ ad omnem eius petitionem, & confessa fuit dicta Cantina sibi de omnibus relictis in dicto testamento & de omni legitima & falcidia à successione eidem Cantinę debita in bonis & hæreditate d.Gasparis suorum filiorum fuisse & esse integre solutum & satisfactum a d.Francisca reseruato sibi Cantinæ ꝙ in casu necessitatis possit redire in domum dicti Gasparis, & ibi stare & habitare cum hæredibus dicti Gasparis, & ibi habere uictum & omnia alimenta sibi necessaria pro substentatione suæ uitæ secundum facultates bonorū dicti olim Gasparis. & uideretur fortasse prima consideratione dicendum dictam transactionem & conuentionem non ob-
1 stare dictæ Cantinæ; † quia in dicto instrumento non dicitur ꝙ uiderit aut legerit uerba dicti testamenti, ergo nō debet ualere tanquam facta nō inspectis seu cognitis & intellectis uerbis testamēti.l.1.§.1.ff. quemad.test.aper.l.de his.ff.de transac.cum ibi no.& ut ibi dicunt doc.non potest renunciari tali nullitati introductæ per d.l.de his, ut ibi plenè per Iac. Bu.
2 & Bar. Præterea † cum magna uideatur esse læsio d.Cantinæ, eo quia (ut dicitur) ipsa pro ducatis quinquaginta uideretur remisisse illud quod uaſuisset trecentos uel quadringētos ducatos, ideo deberet sibi posse succurri per remedium.l.2.C.de rescin.uend.cum ibi no.per Bart.& per Bart.in l.si quis cum aliter.ff.de uerb.obl.& l Lucius.§.fi.ff.ad Treb. & nō.doc.in c.cū causa.de emp.& uendi.& dato ꝙ interuenisset iuramentum d.Cantinæ, uideretur ꝙ illud non obstaret, & esset concedenda sibi absolutio a iuramento: quia iuramentū non debet esse iniquitatis uinculum, ut c.quanto. de iureiur. & 22. q.4.inter cætera.& debet iuramentū habere tres comites ueritatem, iudicium, & iustitiam.c.& si Christus.de iureiur.22. q.2.animaduertendum.& in auth.quod eis.cum ibi no.C.de nup.& nō est ibi iustitia quando pro modico remittitur quid maximum, & iuramentum dolo pręstitum non est seruandum.
a c.si uero.& c.cum contingat, de iureiur.& a pari [a] procedere uidentur dolus re ipsa, & dolus ex proposito, per id quod habetur in d.l.si quis cum aliter.de uerb.obl.& l.2.§.circa.ff.de
3 doli excep. ¶Tamen præmissis † non ob.sentio d.Cantinā petere non posse etiam uigore dictæ substitutionis in dicto testamento Gasparis contentæ, uel aliqua alia ratione comprehensa in dicto instrumento transactionis, & tale pactū de non petendo ac transactionem prædictam prodesse d. Franciscæ cui factum est pactum & renunciatio, non autem suffragari d.Vicæ sorori d.Cantinæ.& probatur in l.si actionem.secundum primam lectu.gl.approbatam.& ibi hoc no.clarè Bald.C.de pac.pręcipuè cum à Francisca receperit promissionem 50.ducatorum, & confessa fuerit Cantina recepisse a d.Francisca, & sibi satisfactum fuisse de omnibus relictis in testamento: quo casu apparet ꝙ Cantina fecit dictam refutationem & promissionem de non petendo ad beneficium Franciscæ, a qua receperat satisfactionem relictorum, unde tūc sibi soli Franciscæ acquiritur ius ex dicto pacto & renūtiatione.& ita colligitur ex no.per Bal.in l.duob.per illum tex.ff.de leg.1.& in l.pactū. in 9.q.C.de colla.& not.Pau. de Cast.in l.planè.§.si duobus. de leg.1.& in d.l.pactū.& in l.1.§. inde Neratius.ff.ad Treb. & in suo consi.108.incip.Viso puncto &c. Et cum dicta conuentio fuerit iurata, & seruari possit sine interitu salutis æternæ, debet omninò seruari d.c. cum contingat.& c.si uero.de iureiur.c.quamuis.de pac.in 6.c.licet mulieres.de iureiu.eo.lib.Nec uidetur dictam do. Cantinam ex fundamentis supra pro parte sua adductis quouis modo se iuuare. ¶Nam nō ob.
4 † id quod habetur in d.l. de his supra de transac. quia rn̄deo ꝙ cum in dicta transactione dictæ partes fecerint mētionem de testamento d.Gasparis & relictis in eo, uidetur ꝙ Cantina habuerit seu habuisse pręsumatur scientiam contentorum in testamento prædicto, postquam de illo & seu in genere de relictis in eo mentionē fecerint.& talis mentio testamenti sufficit, ut ualeat trāsactio seu refutatio facta circa conuenta in testamento. ita clarè determinat Bal.in c.1. in pe.col.in ti.Imperator Lotharius.ubi dixit ꝙ si in instrumēto diuisionis factæ inter cohæredes ex testamento facta erat refutatio reciproca de omni iure quod habebant uel habere sperabāt in dictis bonis, intelligetur remissum ius fideicōmissi reciproci in testō relicti, dummodo in aliqua parte dicti instrumēti diuisionis facta fuerit mentio testamenti uel codicillorum, in quibus fideicōmissum continebatur, licet aliter non appareat de scientia cōtentorum in testō uel codicillis, alle.l.1. C.de pac.aliàs autem non per d.l.de his.& est de mente Bar. in l.qui Romę. §.duo fratres.ff.de uer.ob.in 3.& 4.q.& ibi Ang.clarius in 2. q.& Ang.in l.tres fratres.in 2.col.ff.de pac.facit.l.qui iure militari. ff.de mili.test.Præterea quamuis per simplicem renunciationem non posset tolli beneficium d.l. de his.secundum ibi no.per Iac. But.& Bar.reprobantes gl.ibi: tamen cum iu-
b ramento [b] pręstito prout fuit pręstitum in casu nostro, potest tolli, ut est de mente Bar.l.si quis pro eo, in prin.in ulti.membro.ff.de fideius.& hoc specifice firmat ibi Raph.Cu.quia illa est solennitas inducta de iure positiuo, & hoc clare firmat Io.de Imo.in d c.cum contingat, in ulti.char.per regulam il-
5 lius decretalis. ¶Non ob. † etiam ꝙ fuerit Cantina decepta ultra dimidiam iusti pretii, per id quod habetur in d.l.2.C.de rescin.uen.quia rn̄deo ꝙ imò non est læsio, quia ipsa Cantina confessa est sibi satisfactum fuisse de dictis relictis factis in testamento, præterquam de 50.ducatis quos Francisca sibi dare promisit ad omnem suam requisitionem & satisfactū esse dicatur, licet non esset solutum præcise id quod debebatur, sed alia res data sit de uoluntate creditoris loco eius quod debebatur.l.solutum.§.satisfactum.ff.de pig. act.l.item libera-
6 tur.in prin.ff.qui.mod.pig.uel hypo.sol. † Præterea in con-
c tractu transactionis cessat [c] remedium. d.l.2. C. de rescind. uendi.secundum magis communem opin.ut probat tex.melior de corpore iuris in l.Lucius.§.fi.ff ad Treb.non uiolando illum tex.& hoc tenuit ibi Dy.& idem tenet glo.Inno. Io. And.& Pet.de Anch.in c.penul.de empt. & uendi.& Spec.in tit.de emp.& uendi.§.nunc uidendum est & restat uer.quid de transactione.& Dyn.in d.l.si quis cum aliter.ff.de uerbo. obli.& ibi etiam Ray.& Pet.Richar.Malum.Cy.& Saly.in l. 2.C.de rescin.uendi.& Guil.de Cu.in l.ex causa.C.de usuca. pro emp.& Bal.in l.ordo.C.de execu.rei iud.& in l.3.§.1.ff. de transac.& ibi hoc sensit glo.& idem tenet Bald.in l.1.in 2. col.C.de pac.& in l.fi.§.1.in prin.C.cōmunia de leg.& probatur etiam in l.in summa, in prin.ibi, res nulla &c.ff.de condi. inde.cum gl.& ibi no.Ang.& ēt probatur in l.a diuo Pio.§.si pignora.ibi, uelut &c.ff.de re iud.cū ibi no.& in l.si superstite.C.de dolo.iuncta.l.2.eo.tit.& in l.ꝙ si deferente.ff.de dolo.& in l.j.in fi.C.de plus pet.& in l.sub prætextu.la prima & la secunda. C.de transac.& in l.post decisionem.C.de fruct.

&ista

& ista est communis sententia.ut dicit Bald.in d.l.2.C.de rescin.uendi.in 8. oppo. nec mirum si hoc specialiter est inductum in contractu transactionis,quia transactio fuit inducta ut esset litium finis.l.si fratris. C.de transf.& habet instar sententiæ.l.2.ff.de iureiu.contra quam si in rem iudicatam transiuit,nihil opponi potest.l.2.C.quando prouo.non est neces. c.quod ad consultationẽ, de re iud.& ad hoc ut dicatur transactio, satis est ꝙ inter partes esset contentio etiam extraiudicialiter tantum.l.2.& ibi Bart. C. de transa.quamuis Bar. tenuerit ꝙ si transigens probet ꝙ inspecto dubio euentu litis fuit læsus ultra dimidiam possit habere remedium. d.l.2.tamen quia non probat,ideo non esset discedendum a communi opi.quę est in contrarium,ut traditur in locis uulgaribus.
7 †Item posito ꝙ alias in contractu haberet locum remedium. d.l.2.C.de rescin. uendi. propter læsionem, tamen quando
d est appositum iuramentum.[d] prout in casu nostro,tunc communiter tenetur ꝙ cesset dictum remedium,ut no.gl.& doc. in d.l.2.& in c.pen.de empt.& uendi. ¶ Non obstat ꝙ debeat concedi absolutio a iuramento,eo quia iuramentum non debet esse iniquitatis uinculum & ꝙ debet habere tres comites,& carere dolo &c. quia respondeo, ꝙ cum dicta Cantina fuerit satisfacta de dictis omnibus relictis & de omni successione dicti Gasparis & filiorum, prout ipsa fatetur in dicto instrumento, præterquam de dictis quinquaginta ducatis sibi promissis per Franciscam, ad omnem requisitionem dictæ Cantinæ,sequitur quod hic nulla est læsio aut deceptio.Item scienti & uolenti dolus aut deceptio non insertur.l. cum donationis.C.de transa.l.1.in fi.ff.de contrahen.emp.& per dictam mentionem testamenti factam in dicta transactione uidetur habuisse seu habuisse præsumitur scientiam contentorum in testamento,ut dixi supra ergo sibi nulla potest dici facta
8 læsio uel deceptio.†& non est etiam uerum ꝙ quando iuramentum est prestitum dolus ex proposito & dolus re ipsa æquiparantur,patet ex no.per gl.& doc.in d.l.2.C.de rescin. uendi.& in d.c.pen.de emp.& uendi.ubi communiter concluditur ꝙ si interuenit iuramentum in contractu in quo iurans sit læsus ultra dimidiam tenetur ad obseruantiam contractus & iuramenti, & sic non poterit intentare remedium
9 dictæ.l.2. † plus etiam dico ꝙ si dicta Cantina aliquo modo uenit contra dictum instrumentum transactionis,ut dicitur, tunc etiam posito ꝙ ipsa prius fuisset in casu, in quo potuisset aut debuisset absolui a iuramento, tamen quando [e] prius
e contrauenit quis iuramento nunquam potest postea impetrare absolutionem a iuramento, quia frustra inuocat auxilium legis qui committit in legem.c.quia frustra, de usur.ita consulendo determinat Fede.de Sen. in consil.300.inci. Factum proponitur esse tale,debitor promisit &c.in fin.consilii.& sequitur Io.de Imo.in c.debitores, de iureiur.& do.Abb.Sicu. in c.1.eo.ti.& Laurentius de Rodulphis in commento.c.consuluit,de usur.in q.122. Ex quibus omnibus concludo dictã Cantinam teneri ad obseruantiam dicti instrumenti transactionis & iuramenti. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Parisi.supra lib.j.consi.42.nu.20.
b ¶Iuramento.supra li.j.consi.11.nu.j.nu.14.sed falsum est ut ibi dixi.
c ¶Cessat.supra lib.j.consi.41.nu.xj.
d ¶Iuramentum. idem Alex.supra lib.j.consil.92.& ubique Panth.de Cre.rep.d.l.2.col.26.fal.14.Bertran.consi.176. Ponitur in facto.li.j. Aymo.consi.114.num.xj.ubi dicunt hanc esse communem quod est manifestum.sed ego dico non esse ueram prout & contrarium practicamus & bene; quia iuramentum non debet extendere uires actus.l.fi.C.de non nume.pecu.
e ¶Quando.Anch consi.198.Alex.supra lib.5.consi.83.nu.7. sed non obseruamur ut ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Defendere se licet verbis non armis cõtra lacessantem verbis.*
3 *Defendere se licet armis contra offendentem.*
6 *Frater potest deponere pro fratre ad defensionem.*
8 *Testis minor uiginti annis potest recipi in criminali ex officio.*
9 *Testes de credulitate probant cum ratione causata à sensu.*
10 *Percutere licet pro defensione fratris.*
12 *Defensionis modum excedens,non punitur nisi de excessu.*
15 *Fugere non tenetur,qui ab alio aggreditur.*

CONSILIVM CXIX.

Viso processu inquisitionis formatæ contra Hieronymum Sandrini de Chuchis de Brixia per magnificum dominum potestatem Brixiæ de homicidio cõmisso in personam Francisci de Couo , uisisq; attestationibus testium tam contra inquisitum quàm pro inquisito receptorum,uisisq; consiliis duobus in fauorem dicti inquisiti, quorũ unũ est celeberrimi iuris utriusq; doctoris & præclari equitis do.
a Laurentii Calcanei [a] de Brixia,alterum uero redditum fuit a quondam clarissimo iuris utriusq; doctore do.Iacobo de Castello Brixiense dudum acutissimo & ornatissimo discipulo meo,in quibus elegantissimè & cumulatissimè in utranq; partẽ allegando pro obsolutoria dicti Hieronymi concluserunt perspectis denique literis magnifici equitis & generosi ac sapientissimi Patricii Veneti do.Dominici Mauri dignissimi capitanei ac uice potestatis ciuitatis Brixiæ me obnixè rogantis, ut diligenter discussis omnibus consulerem quæ secundum rectitudinẽ & iustitiam & iudicando futurę sint partes suæ. & nisi summa eius in me authoritas me ad hoc consulendi munus subeundum coegisset,id profectò in præsentiarum recusassem,aliis plerisq; consultationibus tẽpore anterioribus, atq; aliis impedimentis implicitus,in hoc præsertim tempore mei discessus,quo iam sarcinulas componere cæpi,sed suæ magnificentiæ pro suis mirificis laudibus, necnon pro sua in me solita humanitate & beneuolentia non obtemperare nefandum existimaui, quam breuius tamen fieri poterit angu-
1 stia temporis ea suadente expedire conabor. Videretur † prima consideratione dicendum dic. Hieronymum esse ultimo supplicio cõdemnandum tam de iure communi. l.3.§.legis. l.pe.ff.ad leg.Corn.de sica.& l.3.C.de epis.aud.quàm de iure municipali, quod quidem pęnam capitis simpliciter pro homicidio imponit,& interpretari debet statutum potius ut iuri cõi aliquid addat.arg.l.si quando.in prin.ff.de leg.j.& c.si Papa,de priuile.ut inquit Bar.in l.4.§.prætor.ff.de dam.infe. & in l.2.ff.de usuca. & probatur in c.ex parte, lultimo.& ibi illum tex.ad hoc ponderat Ant.de But.de uerb.sig.& in c.cũ dilectus,& in c.seq.per illum tex.de cle.non resid.& in c.pastoralis.& ibi not.doc. Abb.de app.& not.singulariter Compost.in c.causam quæ.de rescript. & Io.And.in addit.Spe.in tit.de cleri.non resid.in rubrica. & Ang.in auth.de exhi.reis in princ.& Ant.de But.in c.1.de rescrip.in c.causam.de dolo & contuma.& Bal.in l.non sunt liberi. ff.de statu homi.& in l.fi.C.quomo.& quan.iudex. & in c.1. de milite uasallo qui contu.est.per id quod ibi no.gl.in uerbo,tertio. ¶Nec uide-
2 tur † quod possit excusari Hieronymus,si dicat quod a Francisco fuerit prouocatus & uerbali lacessitus iniuria, quia respondebitur,ꝙ propter uerba iniuriosa licebat fortasse Hieronymo se defendere & resistere uerbis,ut no.Spe.in tit.de accusatore.§.1.uer.quid si te uocaui latronem.& Bal.in repeti. l.1.C.unde ui.in 8.col.in uersi.sed nunquid ex solis minis.& per Ange.in l.ut uim.ff.de iust.& iure.& Guil.de Cug.Bald. Ang.& Mod.in l.si.ff.quod quisque iur.& Bart.& Ange.in l. quæ omnia, in princi.ff.de procura.tamen non debuit posse pugnis aut armis se defendere,saltem quando uerba iniuriosa non erant comminatoria alicuius futuræ offensionis, ita uoluit Bald. in l.1. in prællegato uersi.sed nunquid ex solis minis. quia hoc non esset seruare moderamen inculpatæ tutelæ.ut legitur & no.in d.l.1.& in c.significasti.el secundo de
3 homici. ¶Similiter non uidetur † quòd Hieronymus se tueri possit,si dicere uelit se prius fuisse insultatũ & percussum a Francisco, quia respondetur quòd in inquisitione non dicitur ꝙ Franciscus prius percusserit Hieronymum,sed ꝙ adinuicem cæperunt se admenare cum pugnis,& ita etiam deponunt Nicolaus & Forescus & Funsinus, & sic ex inspectione inquisitionis & dictarum attestationum non uidetur constare quis primò percusserit, quo casu neuter excusatur, ut inquit Bald.in d.l.ut uim.ad fin.& Bald.& Moderni in l.semel mora.& in l.cum mulier.ff.solu.matrimo.quia respectu reipublicæ seu pœnæ quæ non uenit applicanda parti,non compensatur dolus cum dolo.l.2.§.qui.h.d. & §.extraneus.ff.ad leg. Iul.de adul. Quinimò uidentur nonnulli testes deponere quòd Hieronymus fuit ille qui cœpit admenare cum pugnis ut deponere uidetur Iacobus quondam Bataini & Iaco-

bellus de Castiono.& posito etiam ꝙ dictus Franciscus cępis-
set admenare seu percutere Hieronymum cum pugno, non
licuit Hieronymo resistere cum armis,& cum illis percutere,
sed pariter cum pugno: ut no.in d.l.1.C.unde ui.& in d.c.si-
gnificasti.Quinimo si poterat aufugere,debebat aufugere Hie
ronymus potius quam occidere Franciscum, & aliter non dr̃
fuisse necessaria defensio facta cum armis, nisi quando aliter
euadere nõ poterat.l.scientiam.§. qui cum aliter. ff.ad legem
Aquil.in clem.1.& ibi no.gl.in uerbo, non ualens.de homi.
& no.in c.suscepimus, de homi. ¶Sed præmissis non obstan-
tibus puto intrepidè de iure non esse dictum Hieronymum
4 ad pœnam ultimi supplicii condemnandum.nam † omni iu
re permissa est defensio, ut inquit iurisconsultus in d.l.scien-
tiam.§.pe.l.3.§.cum igitur.ff.de ui & ui arma. & d.l.ut uim.
& in d.c.significasti. unde Cicero officiorum primo inquit.
Qui iniustè impetum in quempiã facit aut ira aut aliqua per-
turbatione incitatus,is quasi manus afferre uidetur socio.qui
autem non defendit nec obsistit si potest iniuriæ,tam est in ui
tio quàm si parentes aut amicos aut patriã deserat. Quod au-
tem d.Hieronymus ad defensionem d. Franciscum percusse-
rit & uulnerauit probatur, quia per plures testes legitimè ꝓ-
batum est ꝙ d.Franciscus in Hieronymum prius irruit,nõ so
lum eum uerbi contumeliosis afficiendo, uerum etiam & pu
gnis percutiẽdo, hoc.n.apertè deponit testis optimus Petrus
quondam Perini de Rignono, & Lazarinus & Bernardinus
frater dicti Hieronymi & Io. Antonius, & sic sunt quatuor te
stes,& culpa semper presumitur in prouocante.l.si ex plagis.
§.tabernarius.& ibi no.Bar.ff.ad leg. Aquil.& licet d.Hiero-
nymus non solum pugnis, sed etiam postea gladio se defende
rit uulnerando d.Franciscum;tamen hoc sibi licuit:quia dic.
Frãciscus erat multo fortior & audacior d.Hieronymo,adeo
quod Franciscus Hieronymum pugnis impetiisset, ut depo-
nunt d.Petrus, Bernardinus, Ioan.Antonius,ac Reminus de
5 Montibus,Tadæus de Montibus,& Antonius de Liciis : † &
ꝙ tunc liceat armis resistere contra potentiorem offendentẽ
uel offendere uolentem sine armis in personam, firmarunt
Pet.Cy.& alii in d.l.1.C.unde ui.per ibi no. per glo.& arg.l.
furem.ff.ad leg. Cor.de sica.& d.§. qui cum aliter.& firmant
etiam doc.in c.olim,el j.de restit.spolia. & inter alios decidit
clarè ad propositum Bal. casum istum in præallegata repeti-
tione.l.1.C.unde ui.in 6.col.in uersi.sed pone quidam insul
tum fecerat &c.ubi quærit,quidam contra me fecit insultum
sine ullo armorum genere uolens mihi dare unam maxillatã
manu uacua,ego ne hoc occideret & ne percuterer,interemi
eum cum gladio,an puniar?& post argumenta concludit ipse
ꝙ aut constat quod ego poteram aliter me defendere. & tunc
punior,quia non seruaui modum defensionis, sed uindictam
assumpsi.aut constat ꝙ aliter nõ poteram euadere, quin cum
b uituperio percuterer,& tũc licit feciè.[b] Nam si hoc licet pro-
pter res defendendas,ut no.per gl.in d.l.1.ergo multofortius
propter personam & corpus nostrum, quod est dignius.l.in
seruorũ.§.fi.ff.de pœnis.Aut dubitatur, & tunc in dubio præ
sumitur ꝙ alia uia patuerit defensionis inter pares. sed si in-
sultans esset robustissimus,alius nõ,ut quia senex,uelut in ca-
su nostro,quia debilis esset complexionis, ut testes deponũt:
non præsumitur ꝙ ille minus potens qui uulnerauit, potuo-
rit aliter se defendere propter inequalitatem uirium.argum.
notatorum per glo.in d.l.1.C.unde ui.& hæc decisio iuncta
dicta probatione testium uidetur casum nostrum præcise de
6 cidere. ¶† Nec ob.si diceretur ꝙ d.Bernardinus qui est unus
ex testibus deponentibus pro Hieronymo est frater Hierony
mi inquisiti:quia respondetur per ea quæ no. Bal.& expres-
sius Saly.in l.parentes.C.de testi.& Sali.in l.testis.ff.de testi.
ubi uolunt ꝙ quando frater producitur in causa criminali
c non ad impugnationem alterius,sed solum ad defensionem [c]
in causa inquisitionis contra eum formatæ sit idoneum testi
monium fratris pro fratre, per id quod habetur in c.literas,
de præsump.& isto casu non attenditur secundum Saly.an di
cti fratres simul habitent uel non,ut patet ex distinctione sua
7 in dictis locis.† Præterea responderi potest per id quod dixit
gl.no.in l.3.iuxta princ.in uerbo numerus.ff.de testi.ubi gl.p
illum tex.uoluit ꝙ quando suspecta est fides alicuius testis ali
d qua ratione, tunc suppletur ille defectus per numerum. [d] &
illam gl.sequuntur doc.ibi & Nicolaus de Neapoli.in l.excu
santur,in prin.ff.de excu.tut. ubi dicit illam gl.ad hoc nõ esse
alibi.& idem no.Iac.But.in d.l.parentes. & Io.And.in addit.
Spe.in ti.de noto.cri.§.fama.in addi.incip.alle.facit quod ha
betur in l.si quis ex argentariis, iuxta prin.cũ ibi no.per doc.
ff.de eden.sed dicti testes sunt saltem quatuor, ubi duo inte-
gri sufficerent, iuxta.l. ubi numerus.ff.de testi.& c.in omni.
de testi accedit etiam quod no.Spe.in ti.de inquisitione.§.j.
uersi.& generaliter,cum uer.sequenti, ubi dixit ꝙ ad proban
dum excusationem seu innocentiam,non requiritur ꝙ testes
sint omnino integri,unde & domestici & familiares,qui alias
repelluntur,admittuntur in talibus.arg. 12.q.1.manifestæ.&
8 c.seq.¶Nec etiam obstat † si diceretur ꝙ d.Ioannes Antonius
testis est ætatis annorum tantũ 17. ergo non uidetur idoneus
in criminalibus,iuxta.l.in testimoniũ.ff.de testi.quia respon-
deo primò ut dixit Guil.de Suza.in d.l.testimonium, s.ꝙ li-
cet ad instantiam partis non debeat recipi in causa criminali
e testis minor, [e] 20.annis, ut ibi ; tamen iudex ex officio suo si
uult,potest eum recipere,maximè in defectum aliarum pro-
bationum, quia nulla lex hoc prohibet, & cum Guidone de
Suza.transit Io.And.in additio. Spec.in tit.de teste.§. 1.super
uersic.item excipitur ꝙ est impubes, sed dictus testis uidetur
receptus officio iudicis, quia in actis dicitur ꝙ quia iste testis
erat nominatus per alios testes, ꝙ curia deliberauerat ꝙ om-
nes testes nominati per alios testes deberent examinari, & ꝙ
in mẽte sua deliberauerat omnino uelle istum recipere, & sic
etiam absque ea semper esset productus per partem dicti Hie
ronymi, Secundò potest responderi ꝙ text.in d.l.in testimo-
nium. prohibet ꝙ per accusatorem possit produci testis mi-
nor 20. annis : non autem prohibet ꝙ reus possit ad proban-
dam innocentiam producere; ergo cum non sit prohibitum,
intelligitur permissum: quia edictum de testibus est prohibi-
torum. l. 1. ff. de testi.& sic per argumentum quo utitur Gui
do de Suza.in d.l.in testimonium,ut proximè retuli, est con-
cludendum ꝙ pro parte rei possit recipi.Posset etiam respon-
deri & comprobari per id quod no. glo.in præallegata.l.3.in
prin.in uerbo numerus.de testi.& per no.per Spe.in preall.
tit.de inquisitione.§.1.uer.& generaliter.cum uer.seq.¶Non
obstat etiam si diceretur ꝙ aliqui ex dictis testibus deponunt
per uerba credulitatis, quia respondetur quod sunt alii qui
9 deponunt per uerba concludentia, † Præterea illi qui depo-
nunt per uerba credulitatis etiam probant: quia quando cre-
f dulitas testis est causata a sensu inferente credi [f] debere, ut fa-
ciunt dicti testes: tunc probant.per id quod legitur & not.in
c.literas,& in c.tertio loco,de præsump.& no.Cy.& alii in l.
testium.C.de testib.& clarè Bar.consi.30.incip.Vanutius Pe
tri.& Bal.in l.3.in fi.eo.tit.& doc.in c.quoties, de testa.cum
suis multis concordantiis,Non obstat etiam si diceretur ꝙ di
ctus Lazarinus potius uidetur deponere contra Hieronymũ,
dum dicit ꝙ quando Hieronymus audiuit dictum Franciscũ
dicentem uersus fratrem Hieronymi uerba contumeliosa,po
suit manum ad cultellum & cępit uenire uersus Franciscum,
& Franciscus uersus ipsum : quia respondeo quod licitè po-
tuit accedere Hieronymus uersus Franciscum, ut occurreret
ne offenderet fratrem suum,qui percusserat fratrem Franci-
10 sci. † nam quis impune potest percutere alium pro defensio
ne fratris sui.l.raptores.& ibi no.Bal.C.de episc.& cle.no.gl.
& doc.in d.l.ut uim.cum sim non autem accessit animo uul
nerandi dictum Franciscũ,nisi ad defensam. patet: quia nun
quam euaginauit gladiũ nisi postquam Franciscus eum per-
cussit cum pugno, ut deponit ipsemet testis cum aliis : & sic
effectus sequens declarat animum.l.si uentri.§. fina.cum ibi
no.ff.de priuileg.credi. nec obstat quod iste testis dicit quòd
Franciscus uoluit fugere:ergo Hieronymus nõ debebat eum
uulnerare,ut d.§.qui cum aliter. quia respondeo quòd iste te-
stis in hoc est singularis : ergo non probat.l.iurisiurandi. C.
de testi.& d.c.in omni.Præterea testis iste dicit quod dũ Fran
ciscus uideret contra se admenari cum cultello, uertit terga
causa fugiendi : & tunc Hieronymus uulnerauit. nam potest
intelligi quod testis uelit dicere quod Franciscus uertit ter-
ga causa fugiendi,scilicet uulnus, non causa ex toto receden-
di.& uerba testis debent in dubio interpretari contra produ
centem.c.in præsentia,de probat.not.in l.inter stipulantem.
§.1.de uerborum obliga. per docto. & in l.si quis intentione.
ff.de iudi. item non poterat hoc constare Hieronymo incon-
tinenti

tinenti in actu admenationis quod ille uoluerit terga causa
11 ex toto fugiendi. ¶Ex quibus uidetur,† quod dictus Hiero-
nymus ad defensionē suam fecit & facere potuerit id quod
fecit absque eo quod debeat ut homicida condemnari.& tan
to magis quia duo ex dictis testibus uidentur dicere ꝙ dictus
Franciscus appropinquabat manum ad terram ut lapidem ca
peret, ut deponunt dictus Petrus & Bernardinus, & lapides
arma dicũtur.l.3.§.armis deiectum. ff.de ui & ui arma.l.pe.
§.telorum.ff.ad leg.Iul.de ui publ.l.si pignore.§.furem.ff.de
fur.& quamuis defensio moderata dicatur esse quando facta
incontinenti seu in eadem rixa, & non si ex interuallo,ut d.l.
3.§.cum igitur.de ui & ui arma. & no.in d.l.1. C.unde ui.ta-
men ex dictis testium apparet ꝙ fuit incontinenti,seu in eadē
rixa,imo pręsumitur ꝙ fuerit facta incontinenti,& sic tempo
re licito per id quod singulariter not.Bart.in l.non solum.§.
sed ut probari. ff. de ope.no.nuncia.in 1.& 2.col.& Bal.in l.
fi.C.an seruus ex suo facto.& Saly.in l.matrem.C.de probat.
12 Et † posito ꝙ aliquo modo posset dici non esse seruatũ om-
ne moderamen secundum distinctionem traditam per gl. &
doc.in d.l.1. non potest dici hoc fuisse circa aliud quàm cir-
ca instrumẽtum defensionis,quia usus est armis,id est,gladio
quo non utebatur dictus Franciscus offendendo,& tunc suc-
cedit communis conclusio quæ habet ꝙ quis tunc non debet
puniri ut homicida & pœna homicidii, sed tanquã excedens
g modum g in defendendo,& sic non pęna ultimi supplicii, ut
probatur in l.si quis adulterium cum incestu.§.Imperatores.
ff. de adul. nam licet marito non permittatur occidere uxo-
rem inuentam in adulterio.l. nec in ea.§.fi.ff. de adulte.tamē
quia uxor cõmittendo adulteriũ infert marito iniuriã.l.si ma
ritus sit.§.lex Iulia.& l.miles.§.socer.ff.de adult. quã iniuriã
uindicare potest per legitimos modos, puta accusando, & eã
afficiendo pœna priuationis dotis & aliis legitimis pœnis,ut
in dictis iuribus, tamen dicit tex.in d.§.Imperatores.ꝙ si ma
ritus uxorem in adulterio deprehensam occidit,non cõdem
nabitur pœna ultimi supplicii,quia marito iniuriam passo ex
adulterio licebat iniuriam suam uindicare,sed excessit modũ
in uindicando, unde non puniretur de toto,id est,de homici
dio pœna mortis, sed puniretur tantum de excessu,ut ad pœ-
nam relegationis secundum qualitatem personæ, ut habetur
ibi.& in l.1.§.fin.ff.ad leg. Corn.de sica. & l.Gracchus.C.de
adul.& l.3.§.si maritus.ff.ad syllania.unde in proposito dicit
Ang.in d.§.Imperatores, ꝙ ille tex.allegatur pro illis qui ag-
grediuntur aliquem sibi inferentem uerba iniuriosa nam pu
niuntur * solum in eo quod fecerunt plusquam liceret exce-
dendo modũ uindictæ.& confirmantur per no.per Io.An.in
add.Spe.in ti.de homi.rub.vbi concludit,ꝙ occidens hoīem
defendẽdo se nõ seruato debito moderamine in defensione,
nõ debet puniri tanq̃ dolosus, sed solũ tanquã culpabilis per
l.in leg.Cor.ff.de sic.& l.1.C.eo.tit.& idem est de mente Cy.
in d.l.1.C.unde ui.in uersi.item quæritur,pone ꝙ quidã &c.
& expressius firmat Bal.ibi in repetitione in 9.q.& idem Bal.
in c.1.in prin.de pace te.ubi pro hoc allegat no.per Io. And.
in c.significauit.de pœni.& remis.& not.etiam Bal.in c.1.§.si
quis uero.el 1.de pace iura.fir.& in d.l. ut uim, circa ultim.
col.& ibi dicit quòd etiam si ex proposito * quis modum ex-
cesserit nihilominus non punitur pro toto sed pro excessu,
& ita etiam tenet Pet. de Anch.in clem. 1. de homici.ubi di-
xit ꝙ licet gl.fi.in d.c.significasti, el 2.& glo.23.q.1.in sum.
teneant ꝙ si quis se defendendo excesserit modum,& non ex
proposito,non puniatur de tali excessu,tamen secũdum eum
si excesserit modum ex proposito,& sic dolose,punietur,non
tamen pro toto, sed pro excessu tantum, & de hoc dicit esse
text.not.in c.olim.el j.in fin.& ibi no.etiam Anto.de But.de
restitu.spol.circa ultimam col. Ludo.Rom.in l.cum mulier.
ff.solu.mat.bene faciunt no.per Saly.in d.l.Gracchus.in ult.
colum.& per Bald.in l.si filius.ff.de condi.instit. ¶ Restat ad
13 allegata † in contrarium respondere, & primò non obstat ꝙ
de iure communi & municipali pœna homicidii debeat esse
pœna ultimi supplicii, quia uerum est quando quis occide-
ret quempiam dolo, non autem ad defensionem suam, nec
prouocatus ab alio,sed quando fit ad defensionem, & non ad
uindictam; tunc tale statutum recipit interpretationem à iu
re communi, ne quis indebitè damnum patiatur. per l.2. &
ibi no.doc.maximè Bald. C.de noxa.& in c.cum dilectus. de

consuet.no.in l.fin.§.in computatione. C.de iure deliberan.
& not. Barto.in l.1.§. non autem.ff. si quis test.lib.esse iussus
fue.& in l.omnes populi. in 6.q. principali.& Bald.in l.data
opera.in 5.colum. C.qui accusa. non poss. cum infinitis suis
concordantiis.ff.de iustitia & iure. & in proposito nostro est
tex.optimus.& not.in l.cum autem.§.capitalem fraudem.ff.
de ædil. edi. quem in proposito interpretationis dicti statuti
allegat Bald. in l.cunctos populos. in rep. magna, in ultimæ
char.C.de summa Trinita.& fide catho.& talis interpretatio
fit secundum ius commune, hoc casu, etiam si per talem in-
terpretationem statutum nihil operaretur, quia aliter quis
indebitè damnum * pateretur.ita patet ex no.per glo.& doc.
in d.§.in computatione. & probatur in d.l.si serui. & in c.ex
parte.l.ultimo.& ibi Ant.de But.de uerb.signifi.& no.ipse in
d.c.cum dilectus.& in c.seq.de cler.non resid. & Io.de Imo.
in d.l.4.§. prætor.ff. de damn. infec. secus quando præiudi-
cium nullum aut leue inferretur.& ita loquitur id quod no.
Barto.in d.§.prætor.ut ibi inquit Ioan.de Imo. ¶Non obstat
14 dum † dicebatur quòd licet Hieronymus fuerit à Francisco
uerbali lacessitus iniuria, debuit resistere & se defendere uer-
bis,non armis, quia respondeo quòd ubi tantum uerbis fuis-
set prouocatus & lacessitus, uerum esset quòd non potuisset
impune armis contendere & resistere, tamen adhuc ut di-
cit Ang.in d.l.si adulterium cũ cestu.§.Imperatores.de adult.
non deberet puniri de toto, id est de homicidio pœna capita
li,sed solum de excessu, vt retuli suprà.& not.Ludo.Rom.in
d.l.cum mulier viri, attamen in casu nostro non solum ver-
bis,verum etiam & pugnis cœpit dictus Franciscus offendere
Hieronymum: quo casu, attento ꝙ dictus Franciscus poten-
tior erat dicto Hieronymo, vt probant testes prædicti, licuit
dicto Hieronymo resistere cum gladio,vt fecit,prout proba-
ui supra. ¶Non obst.id quod deponunt illi duo testes,scilicet
Iacobus & Iacomellus, inquantum conantur testificari ꝙ Hie
ronymus fuit ille qui cœpit admenare cum pugnis. quia re-
spondeo primò quod Iacobus prædictus, si bene dictum eius
inspiciatur,non dicit ꝙ Hieronymus primò admenauerit, nã
licet faciat mentionem de admenatione vna facta per Hiero-
nymum, & ꝙ tunc Franciscus etiam admenauit: tamen non
negat quin Franciscus etiam per prius admenauerit. est bene
verum ꝙ dictus Iacomellus deponit quòd Hieronymus fuit
primus qui admenauit, sed respondeo ꝙ stari debet testibus
contrarium deponentibus, quia plures sunt, l.ob carmen.§.
fin.ff.de testi.& in c.in nostra, de testi.imò etiam quando pa-
res essent testes, præferrentur testes deponentes pro reo. c.ex
15 literis,cum simil.de proba. ¶Non obstat † etiam quòd dictus
Hieronymus debebat potius aufugere quam gladio resistere
& vulnerare Franciscum; quia respõdeo ꝙ Hieronymus erat
restrictus in loco adeo angusto ꝙ non poterat aufugere, vt de
ponunt testes pro maiori parte,maximè Thadæus de Monti-
bus & Nicolaus de Furestis.& Petrus Perini & Bernardinus,
& sic tunc excusatur per id quod legitur & not. in d.clemen.
1.de ho.& in dicto §. qui cum aliter.Præterea secundum ma-
gis communem opinio. quis non tenetur fugere, & alias de-
fensiones negligere,quamuis posset fugere, saltem quando est
nobilis & bonæ conditionis, vt testes dicunt esse dictum Hie-
ronymum,vt tenet Bar. Ange.& Sali.in l.1.C.vnde vi.& Bal.
in d.l.vt vim.& Zenzelinus & Petr. de Anch.in d.clem. 1.&
d.Abb.in d.c.significasti,quia fugiens posset cadere, vnde nõ
tenetur se tali periculo exponere.l.2.§.penul.ff.si quis cau. c.
accedens.el ij.ut lit. non contesta. item quia aliquem fugere
est iniuria.l. item apud Labeonem. §.1.ff. de iniur. ergo pro
propulsanda ista iniuria licitum est resistere,ut in iuribus su-
pra alleg.& ita etiam tenet Ant.de But.in c.olim.el j.de resti.
spol.& saltem quando inimicus est sibi ad terga propinquus,
ut in casu nostro, ut inquit Bal.in repe.d.l.1.C.unde ui.in 6.
col. propter periculum quod potest incurrere per dictum.§.
qui cum aliter.ita etiam concludit Bar.in consi.suo incip.Va
nucius Petri.& est de mente Bal.in l.1.in 3.col.C.de ædil.ac.
licet ipse magis perfunctoriè transiuerit in leg.eadem.ff.qui-
bus ex cau.ma.& in l.filius,& ibi Ang.ff.de cond.inste. Item
quando unus erat potentior altero, non debet imputari mi-
16 nus potenti si nõ aufugit.† quia imo si uulnerauit illum qui
h cum percusserat, debet præsumi h ꝙ nõ potuerit aliter se de-
fendere, nisi uulnerãdo ut fecit, ut retuli supra Bal.firmare in

d.l.1.& d.l.filius.& poſito ꝙ potuiſſet & debuiſſe t fugere, & non feciſſet: non debet puniri ut doloſus pœna ultimi ſupplicii, ſed tanquam culpabilis, ut inquit Bal.in d.l.filius.& probatur ex ſuperius dictis. Ex his uidetur ꝙ Hieronymus in nullo dolo aut culpa fuerit.& ſic deberet omnino abſolui: tamen abſolutoria iſta fundatur in probationibus dictorum teſtiũ, quibus qualis & quanta ſit fides adhibenda, multum pendet à iudicantis arbitrio inſpecta qualitate teſtium & ueriſimilitudine eorum quæ deponũtur a teſtibus. iuxta dictam l.3. in prin.& §.1.ff.de teſtib.& l.ob carmen.§.fi.eo.tit.c.quia ueriſimile, de præſum.c.noſtra,& ibi no.de teſti. unde ſi diſcretioni & prudentiæ ac arbitrio iudicantis uideretur ex inſpectione dictarum atteſtationum & qualitate ſeu ueriſimilitudine negotii arbitrari,& inueniret Hieronymum fuiſſe in aliquali culpa,& ſi qua fuit ſine dubio, non uidetur, ꝙ iudicari poſſit niſi ſatis leuis & ab omni dolo & propoſito occidendi remota, poterit religio iudicantis Hieronymum aliquali pœna afficere, non in perſonam, per no. per Bal.in l.pignus.C.de pign. acti.circa ulti.col.in uerſic.ſequitur uidere de delictis, ſed ad pęnam puta relegationis ſeu exilii temporalis, uel pœnam pecuniariam non magnam.& in ea limitanda non debent attendi facultates patris: quia pater non tenetur pro filio, ut in rubro & nigro.C.ne filius pro pat.uel pater pro filio. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Calcanei. non inueni nec habetur inter eius conſilia impreſſa, ſed de ſimili caſu uide ſupra lib.j.conſi.76.

b ¶Licitè feci. Sequitur Ang in trac.maleſi.in uerſi.& dictus Titius ſe defendendo.col.9.& ibi Auguſt. de Arimi. in addit. quod exagerat Fortu.Gar.in l.ut uim.col.7..de iuſti.& iur.

c ¶Defenſionem.ſupra lib.j.conſi.5.nu.8.

d ¶Numerum.ſupra lib.j conſi.5.nu.7.ſupra lib.5.conſi.149.nu.6.

e ¶Minor ſupra lib.j.conſi.64.

f ¶Credi.ſupra lib.2.conſi.147.nu.6.cum ſeq.

g ¶Modum. ſupra eo.conſi.2.nu.14. * Intellige quando locus,& tempus non dant ſpatium deliberandi, ſecus ſi intelligit ſe excedere, Aret. conſi 80.col.2. Et punitur etiam ubi adeſt dolus,& temeritas; Pet.Anch.conſi.24.in fin.per text.in l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn. Nat.

* Nam puniuntur.] Prouocatus punitur mitius; Gram.uoto 23. Nat.

* Si ex propoſito.] Vbi quis ex non propoſito excedit modum ideſt nõ animo præparato ante rixam, non punitur, Soc.inter conſi.Cur.conſil.20.col.16. nu.77. Et ubi aliquis occidit aliquem motus iuſto dolore, uel ex iuſta cauſa, euitat mortem naturalem; Gramm. latè deciſi.5. Natta.

* Indebitè damnum.] Nota iſtam limitationem, ad illud quod dicitur, ſtatutum eſſe intelligendum, ut addat iuri communi, quam limitationem Alex.tenet ad d.l.fi.§.in computatione.C.de iure delib. & ad d.l.fi.§.prætor ait. De qua uide Dec.ad c.j.col.5.de reſcri.idem tenet Rui.conſi.3.col.pen.lib.j. Nat.

h ¶Præſumi.ſupra lib.j.conſi.76.col.fi.ſupra lib.3.conſi.14.nu.10.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio ſine indicijs præcedentibus non valet, ſi tamen facta ſit officio iudicis, ſufficit poſtea conſtare de veritate, licèt non conſtet præceſſiſſe indicia. nu.2.*

3 *Teſtes criminis participes faciunt indicium.*

5 *Actuarius cauſæ non debet mutari.*

6 *Iudex poteſt eſſe ſcriba actorum ex conſuetudine.*

7 *Publicatio atteſtationum non eſt de ſubſtantia iudicis.*

8 *Contumacia accuſari non exigitur, iudice ex officio procedẽte.*

11 *Citatio debet fieri ad domum habitationis in criminalibus & ciuilibus.*

CONSILIVM CXX.

Viſo proceſſu inquiſitionis formatę per magnificum & generoſum comitem Azonem de Manfredis comitem & do. Albineę &c.& per poteſtatem terræ Albineæ & Montis Richi contra Chriſtophorum Iacobi de Draperiis,& plurimos alios homines de Albinea,& ſententia ſuperinde lata,& his de quibus in themate quæritur, uideretur prima cõ-
1 ſideratione dicendum. primò ſuper † primo quæſito inquiſitionem non procedere, & alia inde ſecuta non tenere, quia ſine indicis non procedit inquiſitio.l.iuſtiſſimos.C.de offic. recto.prouin.& c.qualiter & quando.el ij.de accu.& no.Spe. in tit.de inquiſitione.§.1.uer.item quod nõ ſum infamatus. & Bar.in l.congruit.ff.de offi. præſi. & Bal.in l.1.in 4.col C. qui accuſa.& in l.iubemus.C.de proba.& Ang.plenè in repe. l.ſi uacãtia.C.de bonis uacan.lib.10. ſed in propoſito noſtro non uidetur quod præceſſerint indicia ſaltẽ ſufficientia, quia fuerũt recepti ſolum duo teſtes. ſ. Paulus & Bertachinus, qui fuerunt participes delictorum perpetratorũ per præfatos inquiſitos, ut ſatis colligitur ex atteſtationibus ipſorummet teſtium. Sed conſtat ꝙ illi qui fuerunt participes criminis, non ſunt idonei teſtes.l.qm̃ liberi.C.de teſti.l.ſi filiũ.cum glo.C. de libe.cau.c.ueniens.el j.de teſti.c.1.de confeſſis.& not.in l. fi.C.de accu.cum ſi. ¶Tamen hoc non obſtãte puto firmiter
2 inquiſitionem procedere. Primò, quia † poſito quod indicia debeant præcedere inquiſitionem, tamen illud eſt uerum ſi inquiſitus comparuit & oppoſuit inquiſitionem non proce-
a dere ex defectu indiciorum, ſecus [a] ſi non fuit oppoſitum, & ita eſt in caſu noſtro.c.2.de accu. in 6. Secũdò reſpondeo, q̃d quando iudex per inquiſitionẽ procedit ex ſuo mero officio,
b & non promotus ab alio, tunc non habet neceſſe oſtendere [b] indicia ſeu diffamationem præceſſiſſe, nec de diffamatione prius inquirere, ut decidit Spe.in tit. de inquiſitione.§.nunc tractemus.uer. hoc etiam ſcias. per c.1.de offi.ordi.& ſi corã ſuperiore ad quem contingeret appellari uel procurari diſputaretur de hoc, & negaretur diffamationem uel indicia præceſſiſſe, non oporteret probari fuiſſe receptos teſtes ſuper diffamatione tempore quo fuit formata inquiſitio, ſed ſatis eſſet coram ſuperiore oſtẽdere quod ueritas erat quod inquiſitus erat diffamatus de illo crimine.& ita declarat Io.And.in d.c. qualiter & qñ.& Ant.de But.& Io.de Imo.in c. cũ oporteat, de accuſa.& eſt de mente Spe.in d.uer.hoc autem ſcias.& ita etiam tenet Ang.in repe.d.l.ſi vacantia, in 7.charta magna, in uer.de 5.artic.ſ.quæ ſint neceſſaria pro inquiſitionis ſubſtantia &c. unde dicit ipſe ibi cautos debere eſſe rectores terrarũ ad hoc ut ab eis non poſſit peti copia diffamationis quod in inquiſitione dicant, hæc eſt quędam inquiſitio quam facit & format talis poteſtas ex ſuo mero officio.& ita eſt in inquiſi-
3 tione de qua tractatur. Tertiò † reſpondeo, quod cum dicti teſtes deponant ad probationem cuiuſdam coniurationis factę per dictos inquiſitos quo caſu poſito quod teſtes fuiſſent participes criminis ſunt idonei teſtes.c.fi.de teſti.cogen. & not. in propoſito Bal.in d.l.quoniam liberi.C.de teſti. Vel & quartò poſſet reſponderi, quod dato quod non ualeat ad plenam
c cõdemnationem teſtimonium eorũ, qui fuerunt participes [c] criminis; tamẽ ualet quò ad indicium, ut ſentit gl.& ibi doc. in c.1.in uerbo ad teſtimoniũ.de teſt. in 6.& per no.per Pet. & Cy.in l.fi.C.de accuſ. præcedentes tamen reſponſiones tutiores ſunt. nec ad alia indicia recipienda requirebatur aliqua citatio partis, ut tradit Sal.in fi.in fi.de quæſtio.& probatur ex notatis per Barto.in l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.cred.in uerſi.ſed quæro qualiter examinatur &c.cum ſuis concordantiis.iuncta l.nullus.cum gl.1.& cũ gl. in uerbo, erit,& ibi no.Sal.C.de exhib.reis. ¶Circa ſecundum du-
4 bium † quo quæritur an præſtet impedimentum ꝙ prædicti teſtes fuerunt examinati per poteſtatem, & dicta eorum recepta pro indiciis fuerunt redacta in ſcripturam per eundẽmet poteſtatem, qui non erat notarius, poſtea fuit formata inquiſitio per præfatum poteſtatem,& illa una cũ reliquis actis fuit redacta in ſcriptis per ſer Bartholomæum notarium ad alia acta deptatum, excepta repetitione dictorũ teſtium, qui poſt formatam inquiſitionem fuerunt repetiti per dictũ poteſtatem, & dicta eorũ repetitio fuit in actis & in ſcriptis redacta per eandem poteſtatem aſſerentem in actis dictũ ſer Barthol. notarium fore abſentem.& uideretur prima facie dicendum ꝙ iſta præſtent impedimentũ, quia acta debent ſcribi per notarium ſeu in locum eius per duas perſonas ad illa acta conficienda deputatas.c.qm̃ cõtra, de proba. Secundò obuiat, quia quis non debet eſſe iudex & notarius,& probatur in d.c.qm̃ contra.& no.Inno.in c.cum a nobis.de teſti. ¶Tertiò obuiat,
5 † quia ille qui ſemel cœpit conficere acta debet perficere uſque ad finem, & non debet admitti illa mutatio perſonæ ſcribentis.l.1.& 2. ubi not. docto. C. de ſportu. & per glo.j.§.ſin uerò abſunt, in uerbo, inuentarium, in auth.de hæredi.& fal. & not.doc.in l.1.ff.de offi.conſul.& per illum text.quem ad hoc ibi ponderat Iac.Bu.& Bal.& no.Bar.in l.cum ſententiã. C.de

C.de senten.& interlo.om.iud.& Bal.in l.2.C.quo.& quan.
iudex.& in l.gesta.C.de re iud.& in l.fi.§.1.C.de iure deli.ta-
men istis non obstantibus puto sententiã ualere. Primò, quia
etiam si nulla fuissent indicia redacta in actis ualeret proces-
sus inquisitionis, ut probaui in proximo præcedenti dubio,
ergo idẽ si recepta sint & minus solenniter.l.unica.circa prin.
C.de rei uxor.actio.& similiter etiam si non essent repetiti di
cti testes seu repetitio sit minus legitimè facta, tamen potuit
ferri sententia contra eos uelut fictè confessos authoritate sta
tuti disponentis ꝙ propter contumaciam habeantur pro con
fessis.Præterea præsupponitur de antiquissima consuetudine
6 esse† ꝙ potestas, etiam qui non sit notarius, sit etiã scriba acto-
d rum.[d] unde consuetudo potuit hoc inducere.l.j.C.de eman.
lib.l.uiros.C.de diuer. offi.lib.12.c. cum contingat.cum ibi
no.de for.compe. & in proposito no.expresse Bal.in rubr.C.
de fide instr.in 1.& 2.col. & Inn. in c.cum P.tabellio.de fide
instru.& Spec.de instum.edi.§.restat.uersi sed quia potest.&
optimè probatur in c. cùm dilec. de fide instru. bene faciunt
notata per Bar.in l.iubemus.§.sanè.el j. C.de sac.san.eccle.&
expresse no.Bal.in auth.nisi breuiores. C.de sent.ex breui.re-
ci.ubi dicit quod in comitatu potest quis esse iudex & nota-
rius, si ita se habet consuetudo. & dicit etiam Bart.in l.com-
perimus, per illum tex.C.de proximis sacrorum scrini.li.12.
quod quis potest deputari iudex maleficiorũ, & notarius seu
scriba actorum malefitiorum. quinimò dato ꝙ illa repetitio
testium fuisset necessaria uel utilis, quæ facta fuit postquam
fuerat electus per dominum comitem Azonem ser Bartho-
lomæus in notarium actorum. & scripta sint per potestatem
loci ualeret, stante quod hoc factum fuisset propter absentiã
dicti ser Bartholomæi notarii per l. si longius, in princ.& ibi
7 Bal.ff.de iudi.& no.Bal.in præalleg.l.gesta. ¶Quantum † ad
tertium dubium quo quæritur, an habeat obstare quod ante
sententiã non fuit in actis facta publicatio processus, respon-
deo breuiter ꝙ non, quia aut quærimus de publicatione atte-
stationum, & iam dixi, quod etiam illæ attestationes nõ erant
in proposito de substantia & necessitate, ut probaui suprà in
e primo & secũdo dubio.& posito quod illæ attestationes fuis-
sent necessariæ, tamen earum publicatio [e] non est de substan-
tia, adeò quod per hoc sententia debeat reddi nulla, ut no.gl.
reputata singularis in c.fi.in uerbo iudiciis, de hæret. in 6.&
no.Inno.in c.cum I.& A.de re iud.latè probat Bar.post Iaco.
But.in l.prolatam. C.de senten.& interlocu. om.iud.& Bal.
in c.1.si de inuesti.inter domi.& uasal.lis or. & no.plenè Io.
de Imo.in l. diuus.in 3.col.ff. de re iud.aut nos quærimus de
publicatione reliqui processus, & ita etiam non est de substan
tia, quia sufficit quod acta sint scripta per personam ad hoc
deputatam & in loco deputato, ut declarat Bar.post glo.in l.
8 gesta.C.de re iud.per l.in donationibus.C.de dona.& per d.
c.quoniam contra. ¶Quartum† potest subesse dubiũ, an quia
non reperitur accusatam fuisse contumaciam dictorũ inqui-
sitorum non comparentium in termino citationis, possit dici
eos citatos non haberi pro contumacibus, per id quod habe-
tur in l.properandum.§. & si quidem. C.de iudi. & l.arbiter
Calendis.ff.de arbi.l. & post edictum.ff. de iudi.tamẽ ueritas
est in contrarium, quia quando iudex in criminalibus proce
dit ex officio, non requiritur quod in termino citationis ali-
ter accusetur contumacia, ut no.declarat Bar. in extrauag.ad
reprimendum in uerbo neglexerat. & per Bar.in l.intra accu
satorem.ff.de publi.iudi.plus dixit singulariter Bal.in l.si tu
tor. C.de interdi.matri. quod licèt quãdo proceditur per uiã
accusationis in criminalibus tenetur accusator comparere in
termino citationis factæ de reo, & accusare cõtumaciam rei,
* ut traditur per Bar.in locis proximè allegatis, & per Sali.in l.
absentem. C.de accu. tamen fallit * ubi statutum diceret qđ
non comparens in certo termino habeatur pro confesso, quia
non erit necesse quod in illo termino accusator sit præsens,
& accuset contumaciam eius, quia illa confessio procedit ex
dispositione legali, ad cuius effectum non requiritur præsen-
sentia partis per illam.l.si tutor. quod dicit alibi non esse ita
9 expressum. sed statutum loci in casu nostro ita disponit, er-
go &c. ¶Quantum† uerò ad quintum dubium quo quęritur,
an sententia possit infringi ex eo ꝙ pœna delicti cõmissi erat
pœna personalis & confiscationis bonorum, & iudex solù m
punit eos pęna conalscationis bonorum ad hoc respondeo ꝙ
per hoc non infringitur dicta seutentia, quia non per hoc di-
citur esse nulla posito ꝙ esset iniusta. l. 1.§. item cum contra
sacras.ff.quæ senten.sine app.rescin.& l.2.C.quando prouo.
non est neces.nec isto casu lex supplet maiorem pœnã, ut de-
clarat Bal.in l.1.in prin. circa 4.col. ff.ad tur.in uer.sed iux-
ta hoc quæro quid si iudex statuit minorem pęnam &c. post
10 gl.ibi.¶Sextò & ultimò dubitatur, an attento ꝙ† statutũ uult
ꝙ quando inquiritur cõtra forenses de aliquo delicto debeat
in prima citatione quæ fieri debet ad portam castri dictarum
terrarum pręfigi terminus 6. dierum ad respondendũ inqui-
sitioni, sed in inquisitione prædicta nonnulli sunt inquisiti
qui in inquisitione denominantur de Felina, nonnulli de Par
ma, nonnulli de Mantua, & sic de singulis, & tamen pri-
ma citatio facta de eis non continet nisi terminum trium die
rum ad comparendum & respondendum inquisitioni, pro-
ut disponit statutum in citatione eorum, qui non essent fo-
renses, ergo cum non fuerit seruata forma statuti, uidetur ꝙ
citatio sit nulla.l.cum hi.§.si prætor.ff.de trãsa.l. non dubiũ.
C.de leg. & bene facit quod no gl. in c.1.in uerbo, tertiam.&
ibi Bal. de milite uasallo qui contu.fuit.& in cle.1.in uerbo,
tertiæ.de uita & hone.cle.& quod no.Bal.in l.cessante.ad fi.
C.quo.& quan.iudex.dum ponit an debeat ad unguẽ seruari
forma statuti in citationibus inductis a statuto. & per eundẽ
in l.non sunt liberi.ff.de sta. ho.& in auth.qui semel.C.quo.
& quan. iudex. tamen hoc nõ obstante dico dictam citationẽ
fuisse legitimè factam, quia licèt in dicta inquisitione sint de-
nominandi & inquisiti tales filii quondam Benedicti de Felĩ
na & sic de singulis, tamen in fine dictæ inquisitionis dicitur
ꝙ omnes prædicti inquisiti sunt de Albinea, & sic illa uerba
superius posita.s.quondam Benedicti de Felina, referũtur ad
patrem dictorum inquisitorum, qui potuit esse de Felina, tñ
filii eius qui sunt inquisiti sunt de Albinea. & hoc modo de-
bent interpretari uerba dictę inquisitionis, ne alias contineãt
repugnantiam, ut in prima constitutione. C.§.quibus.& in c.
cum tu.de test.& l.j.C.de inoffi.do.& quod not.Cyn.& Bal.
in l.cum falsa.C.de iur.& fac.igno.& Cy.in l.in exercendis.
C.de fi.instru.& Bar.in l.scripturæ.eo.tit.& facit.l.si quis in-
11 tentione.ff.de reg.iu.& satis est† ꝙ dicti inquisiti essent inco
læ seu habitatores dictæ terræ Albinæ uel Montis Richi ad
hoc ut non dicerẽtur ibi forenses, ut probat in auth.de quæ-
store.§.si uerò aliqui.in uerbo, inhabitantium, seu de foris ue-
nientium.quem ad hoc alleg.Bal.in l.de quibus.in 12.col.ff.
de legi.& no.Bar.in tractatu repræsaliarũ.in 4.q. 5.principa-
lis.nam habẽs domicilium in aliqua ciuitate uel loco dicitur
de illo loco.c.statutum.§.si uerò. de rescrip.in 6.& quod ibi
gl.in uerbo ciuitatis.& in uerbo unam dietã. & ibi no.Mod.
& maximè quando ibi subeunt munera seu onera.l.1.& ibi.
Bar.ff.ad municipa. unde in proposito statutum prædictum
loquens de citatione forensium habuit respectum ad eos qui
ibi non habitabant, unde dicit tales esse citandos ad portam
castri, alios uerò dicit esse citandos in prima citatione ad do-
mum solitæ habitationis quam habebant tempore commissi
delicti, nam de iure etiam in criminalibus si citandus habet
domum habitationis debeat ad eam citari, sicut in ciuilibus,
ut no glo. & ibi Cy. & Bal.in l.si accusatoribus.ff.de accu.&
no.per Bar.inter accusatorem.ff. de pub.iud.& per Spe.in ti.
de accusatione. §.1. uer.nunquid sufficit. & Bald. in l.& post
edictum.in princ.ff.de iud.& per Ange.in l.ut perfectius.C.
de annali excep. Ex quibus concludo dictam sententiam ua-
lere & effectum sortiri debere. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Secus.quod non procederet contra absentem pro quo iudex de-
bet tunc supplere.
b ¶Ostendere. caute loquitur.non.n.sequitur quin prius debeat per
se debitè inquirere uel alias sufficienter notum habere, ut rectè de
claraui suprà li.6.consi.138 nu.12.adde no.supra li.6.consi.34.nu.j.
c ¶Participes.supra lib.1.consi 69.ad fi. supra lib.3.consi.79.num.10.
Calca.consi.110.col j.Soc.consi.95.col.j.lib.3.Aymo consi.178.nu.3.
d ¶Actorum.non puto in eadem causa, sed consuetudinem esse abu
siuam, per rationem de qua in d.c.quoniam contra fallam, quæ na-
turalis est.
e ¶Publicatio.Anch.consi.54.decisi.tholo.396.
* Tamen fallit.] Istud idem tenet Ias.ad l properandum §.& si qui-
dem.nu.5.C.de iudi.contrarium censuit uerius Anch.ubi disputat,
consi.97.In quæstione, quæ uertitur. Natta

f ¶Sicut idem Alex. l.4.§ prætor ait col.2.de dam.infec.Andr.Tiraq. in consu. Pic.tit.retra.§.9.gl.2.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Monetam principis supremi falsificans morte punitur, secus si ciuitatis vel inferioris. item secus in expendente nu.3.*
2 *Pœna capitalis intelligitur de minore, puta exilio.*
5 *Falsum non censetur committi vbi agitur de modico.nu.7.*
6 *Pœna destruentis domos non habet locum in domuncula.*
8 *Pœna minuitur homini bonæ conditionis & famæ.*
9 *Iudex habens arbitrium, non debet arbitrari de pœna mortis.*

CONSILIVM CXXI.

Viso processu inquisitionis formatæ per curiam magnifici domini prætoris Bonon. contra Ioannem de Albertutiis de Parma, ꝙ confessione dicti Ioānis tam ante inquisitionem formatam quàm post,& attestationibus testium in fauorem inquisiti receptorum, & statuto sub rubrica, de pœna falsum committentis in moneta. sentio de iure dictū Ioannem non esse condemnandum ad pœnam ultimi supplicii,sed mitius arbitrio potestatis, secundum quod infra dice-
1 tur,quia † aut consideramus ius commune, aut municipale. Primò casu.s.de iure communi, non est pœna ultimi supplicii, etiam si dictus Ioannes cudisset falsam monetam prædictam, quæ est ad cuneum ciuitatis Bononiæ, quia falsificans monetā ciuitatis,non dico Imperatoris,punitur de iure communi pœna capitali. l. 1. C. de fal. mo. si autem falsificaretur moneta Imperatoris;tunc dicit tex.in l.2.eo.tit.quòd igni & flammis tradendus est,quæ iura ita etiam intellexit Bart.in l. quicunq;.ff.de fal. unde in proposito dicit Hosti.& Io. And. & communiter doc.in c.quanto, de iureiur. & Io.de Imo.in l.2.in princ.ff.de publi.iudi Ioannem glossatorem defensasse quendam falsificatorem monetæ ciuitatis a pœna amputationis,& ita etiam tenet Raph.Fulg. & Pau.de Cast.in l. præsen-
2 ti,in prin. C.de his qui ad eccle.confug.quia cum pœna† capitalis dicatur triplex. una per quam imponitur pœna mortis, alia per quam perditur libertas, alia pœna exilii.l.2.ff.de publi.iud.l.capitalium.ff.de pœn. & d.l.1. C.de fal.mo.non imponat pœnam limitatam mortis,sed pœnam capitalem;vt dictum est,debet in dubio intelligi de mitiore pœna,& sic de
a pœna exilii.[a] de pęn.dist. 1.§.pœnæ.& l.si preces.ff.de pœ.& idem dicunt præfati docto. si statutum diceret quod imponi deberet pęna capitis,& pro hoc bonus tex. in l.hos accusare. §.omnibus,in uerbo,capitis.& ibi gl.ff.de accusa.& in l.cum patronum.ff.de iu.patr.& bonus tex.in d.l.præsenti.in prin. ubi Imperator dicit capitali & ultimi supplicii animaduersione plectendis &c. nam Imperator uidens non sufficere factā esse expressionem de pœna capitali, quia per hoc de necessitate non inferebatur pœna mortis, subiecit illa uerba,& ultimi supplicii.pro hoc etiam est gl.reputata singularis in l.1.C.ne Iudæus mancip. Christia. quæ uult quòd appellatione pœnæ dapitalis in dubio intelligatur de pœna capitali.s.mitiore, id est, de exilio seu deportatione. & idem est de mente alterius gl.in l.ne frumentum. & ibi ad hoc illam not.Bald.& Sal.C. quæ res uendi. non pos. & hinc inoleuit mos ut dicunt doct. nostri ꝙ in sententiis condemnetur reus ad pęnam capitis,& subiungūtur ista uerba uidelicet, ita ꝙ anima separetur a cor-
3 pore.¶Alia† ratione principali etiam non tenetur pœna ultimi supplicii de iure communi dictus Ioannes,quia non cudit dictam monetam,sed iam tantum expendit.quo casu nisi appareat quod tales nummi essent plumbei uel stannei,non incidit in pęnam legis Corneliæ de falsis,sed solum pęna extraordinaria.l.leg.Cornelia.circa princ.ff.ad leg.Corn.de fal.cum ibi no.per Bar.qui per hoc dicit se euasisse plures a pęna legis Corneliæ de falsis,& pro hoc alleg.l.saccularii,in princ.ff.de extraordi.crimi. & idem etiam tenent doc.& præcipuè Abb. in d.c.quanto.pœna autem extraordinaria, est pœna arbitrio iudicis imponenda.l.1.ff.de furi balne.l.j.§ expilatores ff.de effractor.l. hodie.ff. de pœn. & ubi pœna est arbitrio iudicis imponenda,non est imponenda pœna ultimi supplicii ut infra dicam.& in dicta inquisitione & confessione non dicitur, quod dicti nummi essent plumbei uel stannei, ergo in dubio debet fieri interpretatio in mitiorem partem.d.l.si præses.& in l.interpretatione.ff.de pœn.& expresse Ioan.de Imo.in d. c.quanto.dicit quod expendens nummos falsos si tamen nō sint plumbei uel stannei,non imponitur pœna mortis.¶Si au-
4 tem † attendamus dispositionem dicti statuti, & adhuc dico dictum Ioannem non esse condemnandum ad pœnam ultimi supplicii. nam dictum statutum disponit quòd quicunq; falsum in moneta seu circa monetam quomodocunque commiserit uel committi fecerit, uel sciens eam falsam expenderit, igne concremetur, nisi domino potestati uideatur dicta pœna mitiganda in expendente ratione modicitatis pecuniæ expensæ uel ex alia causa, quo casu dominus potestas possit dictam pœnam minorare suo arbitrio inspecta qualitate facti & conditione personæ etiam pecuniariter puniendo. Sed ita est ꝙ dictus Ioannes expendit quatrenos falsos pro ualo-
5 re † unius ducati, quæ quantitas est & reputatur modica, ut est probatum per testes & de se etiam patet. & quando nō esset probatum, hoc etiam committitur iudicātis arbitrio, qui inspecta qualitate personæ & negotii hoc perpendet.l. sed si susceperit.§.1.ff.de iud.in auth.nisi breuiores. & ibi no.C.de sent.ex breui.reci.no.in auth.minoris debitor.C.qui dari tuto.pos.& ibi per Bar.& per glo.in corpore unde illa auth.sumitur & per Bar.in l.admonendi.ff. de iureiur.& non est dubium ꝙ habito respectu ad qualitatem personæ dic.Ioannis, qui est armiger & ad stipendia huius magnificæ communitatis unus ducatus est quid modicum,& etiam habito respectu ad qualitatē negotii quia expendere nummos falsos pro uno ducato non potest afferre magnam iacturam his ad quorum manus etiam ignoranter peruenirent,& sic non potest appellari magnus excessus seu magna quantitas, quæ sit digna pœna acerbissima mortis.considerarunt.n.statuentes quod in expendendo modicam pecuniam quamuis falsam non poterat graue præiudicium inferri,ideo tunc uoluerunt moderādam esse pęnam.simile uidemus in l.senatus.§.Marcellus.ff de le. 1.secundum intellectum quem ibi tradunt doct. & maximè
6 Io.de Imo. ubi † licèt esset imposita a iure pęna destruenti domos in ciuitate & portanti cementa illa de loco ad locum,ne
b urbs deformetur,non habet locum in destruente paruā[b] domunculam, quia in ea non potest cadere illa deformatio urbis.sumus igitur in casu, in quo a statuto prouisum est propter modicitatem pecuniæ pœnam esse arbitrariam.Ad hoc etiam urget alia ratio,quia d.Ioannes in expendendo dictam pecuniam non circumuenit dolo aliquo dic.Ioannem Andræam, cui illam pecuniam dedit,quia d.Ioannes Andræas eam recepit tanquam falsam, ut patet ex prima responsione facta per d.Ioannem inquisitum, in qua responsione est fundamentū
7 curiæ pro indiciis contra d.Ioannem captum & tortum. † & ꝙ dederit eam tanquam falsam, patet ex qualitate facti, quia dedit sibi tres pugnos dictorum quaternorum pro uno ducato.non.n.ita dantur boni nummi,unde ex qualitate facti apparet de animo utriusq;.l.falsus.§.si iactum.ff.de fur.l.quarta
c tione.§.fi.cum gl.ff.de acq.re.do. modò sic, falsum[c] nō committitur quando non infertur damnum,ut est gl.not.in l.damus.& ibi Bar.C.ad le.Cor.de fal.sed d.Io.And.cui data fuit pecunia prædicta tanquam falsa non inferebatur damnū neque dolus,quia neq; læsio neq; dolus infertur uolenti.l.cū donationis. C.de transac.l.quæritur.§.si uenditor.ff.de ædi. edic.l.1.in fi.ff.de act.emp.no.in l.2. C.de rescin.uen.ad hoc seruiunt uerba dicti statuti dum dicitur quod possit minora-
8 re potestas pęnam inspecta qualitate facti.¶Cōcurrit† & alia causa minorandi pęnam, quia probatum est ipsum esse hominem bonæ conditionis & famæ,quo casu magis dignus est ueniа in diminutione pęnæ quàm ille qui esse consueuit malæ uitæ.l.nemo ad fin.de epi.aud.l.non oēs §. a barbaris.ff.de re mili.Si igitur pęna ista est arbiararia(ut dictū est)sequitur qd non grauior, sed mitior pęna debet imponi per iudicē cuius arbitrio commissum est. his uerbis utitur Bal. in l.quicunq; in uit.col.C.de ser.fug.in uersi.& scias ꝙ in arbitrariis &c.al legat no.per gl.in c.de causis. in uerbo certa,de offi.deleg.& ita etiam no.Bal.in l.1.in fi.ff. de his qui sunt sui uel alie.iu.
9 ¶Pro hoc † bene facit, quia ubi pęna committitur iudicantis arbitrio per statutum,si delictum est tale pro quo de iure cōi uel consuetudine nō imponatur pęna ultimi supplicii,nō de-
d bet iudex arbitrari de pęna mortis,[d] quia cū arbitrium intel- ligatur

ligatur de arbitrio boni uiri.l. fideicommissa. §. quāquam.ff. de leg. 3.l.1.ff.de leg.2.l.si societatem.§.arbitrorū.ff.pro.soc. debet arbitrari secundum quod de iure prouisum est talem delinquentem esse condemnandum. l. continuus.§.cum ita. ff.de verbo.obli.& l.vir bonus.ff.iudi.sol. & declaratur notabiliter per Barto.post gl.in l.si qua pœna.in fi.ff. de verbo.sig. & per gl.& doc.in c.super his. de accusa.& notat in proposito clare Ioan.de Imol.in l.2.ff.de publi.iud. & in c.ex literis. de consti.post do.Card.Floren.ibi & Ioan.de Imo.in c.inquisitionis,super glo.in verbo ,alioquin, de accu. dando intellectum ad glo.reputatā singularē in c.in summa, insti.de iniu. quæ voluit, quòd vbi iudex habet arbitrium in pœnis imponendis poterit arbitrari de pœna mortis. nam illud procedit vbi tales erant circunstantiæ delicti ꝙ pro eo veniebat de iure vel ex consuetudine in tali casu imponenda pœna mortis, alias secus per prædicta, & argumento eius quod habetur in c.sicut dignum.de hom.& in d.l.saccularii.§.sunt quidam.& in d.l.1.§.expilatores.&.§.fi.& ita etiam est de mente Bal. in l.fi.in fi.ff.de re.di.& Bald.in l.1.in fi.C.de his qui latro. & in l.incredibile.ff.de pę.& Ang.in l.miles.§.edictum.ff.de mili. testa.& Anto.de But.in c.de causis,de offi.deleg.per nota.per glo.in d.cap.inquisitionis.& per not.per glo.in l. quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui no.infa. & secundum isti saluat alia gloss. in l. sacrilegii, in prin.in verbo considerandum. ff. ad legem Iul. pecu.quæ sensit quod pœna extraordinaria seu arbitraria non sit pœna capitis. & voluit hoc expresse Oldra. in l.1.per illum text.ff.de furi.balne.vbi tenebat contra gloss. in d.§.in summa per d.l.1.ff.de furi.balne.fortius voluit glo. in d.c.inquisitionis,in versi.alioquin, ꝙ vbi pœna est imponēda arbitrio iudicis,non debet imponi pœna ordinaria,sed mitior, tamen magis cōmunis sententia est ꝙ attendi debeat,an qualitas delicti & circunstantiarum sit talis ꝙ de iure vel consuetudine sit pœna mortis imponēda, & tunc imponi possit, aliàs nō per supradicta,prout etiam concludit Ludo.Roma. in rub.ff.de arbi.ante medium.vbi pro hoc etiam allegat not. per Bal.in l.conuenticulam,in 4.col. C. de epis. & cle.& l.2. C.de probati.& in l.& si post tres.in 11.colum.ff.si quis cau. sed in proposito nostro de iure communi non venit imponēda pœna mortis, nec etiam ex consuetudine apparet cōtrariū in huiusmodi casibus attentis circunstantiis de quibus supra, nec statutum hoc casu limitat pœnā esse vltimi supplicii. igitur pœna mortis imponi non debet.& ita concludo.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Exilii.suprà.lib.1.cōsi.104.nu.2.vbi de simili quæstio falsæ monetæ.
b ¶Paruam.supra lib.1.consi.104.in fi.limita supra,lib.6.consil.c.in fi.
c ¶Falsum supra,li.6.consi 145.
d ¶Mortis supra,eo.consi.13 nu.15.supra,lib.1.consi.11 nu.3.

EPITOME.

SI maritus legauit vxori dotes suas, quas dicit esse libras 450 hoc non probat dotem,sed legatum, ideo non censetur hoc datum in dotem secundo viro, cui nō intelliguntur bona data in dotem. Et etiam si probatum esset de dote data,non posset secundus vir etiā vigore statuti plus lucrari, quàm habeat vnus filiorū primi matrimonii. nec secundo viro debentur vsuræ ab hæredibus primi.

CONSILIVM CXXII.

Viso processu causæ inter Hypolitum tāquam filium, & hæredem Euangelistæ Georgii agentē, & descendentes & hæredes quondam domini Gozoli de Viareno se defendentes, erit videndum primò vtrum agenti competat ius aliquod pro lucro dimidiæ assertæ dotis dictę Bartholomeę ex forma statuti sub rubrica de dotibus mulierum. ¶Secundò,an aliquid dicto agēti debeatur pro interusurio dotis, pro tempore quo dicti hęredes dicti Gozoli primi mariti dictę Bartholomęæ fuissent in mora soluendi dotem dicto Euāgelistæ secundo marito eiusdem Bartholomææ pro tempore quo asserit dictum Euangelistam supportasse onera matrimonii. ¶Tertiò quid & quantum debeatur agenti pro expensis petitis,quas dicit in libello dictum Euangelistā fecisse vt procuratorem dictę Bartholomææ litigando pro exactione dictarum dotium contra heredes dicti Gozoli, & quas petit contra dictos reos tanquam hæredes dictę Bartholomææ. ¶Quartò quid de expensis funeris dictę Bartholomææ quas asserit actor factas fuisse per dictum Euangelistam. & hoc pro rata dotis pertinentis ad dictos reos hęredes dictę dominæ, & quia præstantes aduocati dictorum de Viarena egregiè ac copiosè laborauerunt circa articulos necessarios,expedit breui-
1 bus agere. ¶Circa primum † an aliquid debeatur de lucro dotis vigore statuti. Et videretur forsasse prima cōsideratione dicendum deberi dimidiam dotis vigore dicti statuti loquētis tā de dote data q̄ de dote promissā,& saltem tacitè vr̄ Bartholomęa promisisse Euangelistæ secūdo viro libras 450.quas dederat in dote dicto Gozolo primo viro,iuxta l.dotem quæ.& l.diuus.ff.de iure do.l.penul.§. vxor.ff.solu.matri.& declarat no.Cyn. in auth.sed quāuis.in 3.q.C.de rei vxo.ac. Quod aūt Gozolus prior Maritus habuerit dictam quantitatem in dotē, constare videtur ex verbus testamēti ipsius Gozoli,in quo dicitur quod reliquit dictæ Bartholomęæ dotes suas quæ fuerunt librarum 450.Bon̄.Ad confirmationē dictę presumptæ promissionis dotis factæ dicto secundo viro, quia dicta mulier anno 1430.post contractum matrimonium cum dicto secundo viro constituit ipsum secundum maritum, & quendā ser Cortesium.& quemlibet eorum insolidum procuratores ad exigendum quascunq; quantitates pecunię & res sibi debitas quacunq; ratione vel causā ab hæredibus dicti primi vi-
2 ri.Prætereà † ēt si nulla promissio dotis intercessisset inter dictam Bartholomęam,& dictum secundum maritum,videtur quod intelligeretur dedisse in dotem bona sua,iuxta not.in l. mulier bona in prin.ff.de iu.do.saltem quando dignitas & cōditio viri ita merebatur, vt per Bart.in l.si constante,in princ. ff.sol matrimo.in 4.q.4.partis principalis,per consequens videretur dedisse in dotem secundo uiro dictam actionem sibi competentem ex testamento prædicto primi viri aditi tias libras 450.& statuti deferens lucrum dotis ita habet locum in dote presumpta,sicut in dote vera, vt no.Bal.in l.cum citra, ꝑ illum tex.cum glo.C.de iur. do. ¶ Tamen premissis non ob. contrariam sententiam sentio in proposito veriorem, vt etiā fuit rectè conclusum per prefatos aduocatos,presertim ex in-
3 frascriptis,quia † nō constat de aliqua dote data primo viro, & licèt primus vir simpliciter reliquerit sibi in testamento dotes suas quas dicit esse libras 450. tamen hoc non probat illā quātitatem fuisse datam sibi in dotem,nisi aliud appareat, saltem cum non appareat dictam Bartholomæam fuisse præsen-
* tem * d.legato, sed solum operatur vt iure legati illa quātitas peti potuisset tanquam legatum.l. Lucius.§.quisquis.el ij.& ibi nota.clarè Bart.ff.de leg.2.& l.Lucius.§.1.ff.de leg.3.& l. Aurelius.§.fi.ff.de lib. leg.& l.qui vxori.cum ibi no.per Bar. in prin.ff.de auro & argento lega.l.2.& 3.C.falsa causa adiec. leg.& tenet hoc la Bal.in l.1.eo.tit.& Iaco. de Belui. in auth. de iureiur.a morien.præsti.in 13.q.& Bart.in l.Lucius.§. maritus.ff. ad trebellia. ubi etiam hoc vult, quando relinquitur tanquam debitum ex causa dotis, sicut etiā ipse dixit in l. qui vxori.& no.Bar.in l.cum quis decedēs.§. codicillis.ff.de leg. 3.& ibi probatur optimè in tex. vbi specialiter dicitur ꝙ si testator iurasset tunc propter religionem iurisiurandi inducere tur probatio,& ideo cessante iuramento nō resultat talis probatio,vt ibi apertè probatur.ad idem tex.in c.fin. de succe.ab intesta.& ibi no.doc.& idem not.Bal.in l.rationes. C.de ꝓb. & in l.2.§.fi.in vl.col.ff.si certum petat.& in l.vnica.in prin. C.de confes.& ita etiam est de mēte Bal.in l.1.C.de fa.causa adiec.lega.maximè in uersi.quęro nunquid confessio testatoris &c.& Sal.in l.generaliter.in 13.q.C.de nō num.pecu.¶Be-
4 ne dicit † Bald.in d.l.rationes.& Sal.in d.l.generaliter.in 15. q.quod ubi dicta confessio fuisset facta in foro pęnitētiali vel
* spirituali non esset curandum,quamuis pars * non fuisset pręsens per id quod habetur in cap.quamquam, de vsur.in 6.& per notata.1.q.7.c.quoties cordis oculus.vndę tunc secundū eum non posset reuocari fauore animæ, cui voluit confitens prouidere.& ita procedit ēt id quod ipse no.in l.generaliter. in 10.q.C.de non nu.pecu.& ita etiam procedit id quod no. Bal in c.innotuit.de elect.dum dicit quod in causis spiritualibus non curatur,ꝙ confessio facta fuerit absente parte,& talibus casibus procedere posset id quod no.Ant.de But.in c.si cautio.

cautio.de fide instru.quòd aliàs non procederet, vt ibi plenè
5 per Abbatem in 6.colum. & in cap. fin.de confes.† vnde vbi
simpliciter in testamento dicit se legare dotes tali mulieri,
quas dicit esse tantæ quantitatis, tunc cõmunis opi. est quod
si quas non fuit præsens seu non interuenit iuramentum non
* probetur * per dictam cõfessionem causam illam esse veram,
sed solum habeat vim legati, vt est dictum, & etiam clarè fir-
mat post alios Ant.de Butr.in d.cap.fin.in penulti.col.de suc
cess.ab intest.ad quod etiam bene faciunt nota.per Barto.in re
pe.l.primæ.C.de sacrosan.ecclesi.in 7.colum.in versicu. ter-
tiò quæro quid si relinquatur pro restitutione malè ablato-
6 rum &c.in fin.illus quæst.vbi etiam voluit † ꝙ quando testa
tor reliquit alicui pro malè ablato, certè nisi aliter probetur
quod fuerit ablatum, iudicatur de eo vt de puro legato, vt
etiam voluit Barto.in d.l.qui vxori.& etiam Bald. in repe.d.
l.1.C.de sac.san.ecclesi.in penulti. colum. in ver. super noua
quæsti.&c.& Ioan.Andr.in addi.Spe.in titu. de instru.edi.§.
nunc verò aliqua.in addi.incip.de his.iuncto versic. sequen-
ti,qui incipit, adhuc quærit si pro malè ablatis &c.& tamen
testator in casu illo videbatur velle suam conscientiam exone
rare. Et ita etiam quò ad propositum nostrum tenet Petr.&
7 Cyn.in l.1.in fin. C. de sacrosan. eccle.† vbi plus voluerunt
ꝙ si talis confessio inter virum & vxorem esset iurata,non pro
baret,cum sit facta inter persona suspectas, iuxta l.cum quis
decedens.§.Titia.de l.3.& l.qui testamentum.ff.de proba.ta
men iste casus de iuramento non pertinet ad istam consuetu-
dinem.quia non interuenit iuramentum,& per hæc patet nõ
obstare id quod no.Pet.Cy.in d l.generaliter.in 8.q.vbi volũt
quod illa confessio facta in testamento probet, quæ eorum
opinio est communiter damnata per Doctores ibi, & in aliis
locis suprà allegatis.Præterea ibi non loquũtur in confessio-
ne facta a marito,quo casu ipsimet in d.l.1.tenẽt ꝙ probet.Ex
his ergo apparet quod dici non potest constare dotem fuisse
datam dicto primo viro,& per consequens non esse in termi-
nis legum dicentium quod dos data primo viro intelligitur
promissa secundo. neq; iure cauetur quod ea quæ legauit pri
mus vir vxori suæ,mulier ipsa nubendo secundò intelligatur
promittere in dotem secundo viro, imò potuit contrarium,
8 vt patebit ex statim dicendis. † Nam qñ non apparet mulierẽ
dedisse primo viro dotem(prout non apparet in casu nostro)
non præsumitur ꝙ mulier dederit bona vel iura sua in dotem,
per l.fi.C.de repud.& in auth.de nup.§.si qs.n.& plenè no.
Bar.in dispu.incip.Quædam mulier habens magnum patri-
monium.& est de mente Bar.in l.2.in prin.circa 2.colũ.solu.
matri.¶Et clarè no.Bald. in l.nulla. C. de iure do.vbi in pro-
* posito nostro dicit hoc esse vtile pro statuto * disponẽte quòd
vxore prædecedente maritus lucretur dotem, quia hoc casu
9 nihil lucrabit.† nisi secundũ eũ mulier qñ nupsit dixisset vi-
ro,trado vel committo me & mea tibi,quia tunc si vir dignus
esset tanta dote.s.ascendente ad summam bonorum mulieris
videbitur dedisse illam in dotem,in hoc casu saluat opinionẽ
Aristonis notatam per gl.in d.l.mulier bona.in princ.de iure
do.& quod nõ intelligatur mulier in dubio dedisse bona sua
a in dotem [a] viro, tenuit etiam Bald. in l.fi.C.de sent.quę sine
cer.quanti.& Bal.in authen.res quę.C.cõ.a de leg.in 3.col.in
ver quæro nũquid mulier. nisi secundũ eum generalis ɔsuetu
do loci esset ꝙ mulier daret omnia bona in dotem.& hoc ca-
su dicit saluari posse dictam opi. Aristonis.facit.l.quod si no-
lit.§.qui assidua.ff.de ædi.edic.l.excepto.C. loca.l.si prius.§.
rectè placuit.ff.de aqua pluuia arcenda.cum simi istã opi.etiã
tenet Sal.in l.fi.C.de repu.& Ioan.de Imo.in d.l.1.in 8. colu.
ff.sol.mat.& Pau.de Ca.in auth.pręterea.C.vnde vir & vxor.
per illum tex.vbi præsupponitur quod matrimoniũ erat sine
10 dote,& tñ mulier erat locuples.¶Confirmo per † ea quę no.
Bal.in c.1.in fi.in tit.an.mari.succe.vxo. in benefi. vbi voluit
* ꝙ nomina * debitorum mulieris non videntur data in dotem
nisi interueniat cessio actionum,quia nomina debitorum nõ
traduntur, sed cedunt,vt no.in l.fi.in prin.ff.de don.& in l.2.
11 C.de actio.& obli.in l.fi.C.qñ fis.vel priua.¶Et per hoc † pa-
tet non obstare quod dicta dña dederit mandatum dicto se-
cundo viro ad agendũ contra hæredes primi viri & exigendũ
quascunq; quantitates pecunię, & res sibi debitas quacunq;
ratione vel causa,quia hoc non fuit cedere actiones,sed man-
* dare.& aliud est mandare,* & aliud cedere , vt no.glo.& doc.

in l.1.in verbo,mandatas.C.de actio.& obli.& Bar.in d.l.fin.
in prin. ff. de dona. Præterea cum dicta domina dederit pari-
ter & sub eadẽ determinatione dictum mandatum duobus in
solidum.s.secundo marito,& cuidam ser Cortesio debet pari
formiter intelligi in persona vtriusq;.l.iã hoc iure. ff. de vul.
& pup.l.2.& l.quamuis.C.de impub.& aliis substi.ergo cum
in persona ser Cortesij tale mãdatum non posset intelligi sibi
factum, vt ipse illas actiones haberet in dotem,sed solùm vt
exerceret nomine mandãtis, & ad eius mulieris tantùm ple-
nam vtilitatem,ergo ita oportet intelligere,quò ad personam
12 mariti.¶Denique † si videmus quod etiam qñ maritus tene-
ret & possideret bona mulieris,& fructus percepisset etiã per
decennium sciente & patiente muliere, non videret mulier
dare in dotem,quia agitur de magno præiudicio mulieris,sal-
tẽ in casu quo statutũ disponit ꝙ muliere prędecedente mari-
tus lucretur aliquam partẽ dotis, vt concludit Barto.in d.sua
dispu.per id quod habetur in l.mulier.C.de rei vendi.& per
no.in l.pe.C.cõi.di.& per no.per do.in l.cum de in rẽ verso.
ff.de vsur.cum si.quantominus dicere possumus videri datam
in dotem dictam actionem competentem mulieri pro legato
ex illo momẽtaneo actu simplicis mandati dati marito ad exi
gendum tanq̃ procuratori mulieris, & tantò magis prædicta
procedunt,quia non est probatum quanta dote dignus fuerit
13 dictus secundus maritus.¶Ex præmissis † apparet quòd cum
regulariter mulier non uideatur dare bona vel iura sua mari-
to in dotem,sequitur quod dispositio posita in d. l. dotẽ quę,
cum si. est exorbitans a regula iuris cõis, ergo dispositio.d.l.
dotem quæ,non debet extendi ad alios casus ibi nõ expressos
l.si verò.§.de viro.ff.sol.mat.l.ius singulare. ff. de leg. cum si.
sed d.l.dotem quę loquitur qñ dos fuit data primo viro,ergo
non debet extendi ad casum nostrũ,in quo nõ apparet de do-
te data,& ẽt statutum in quo se fundat actor,est cõtra ius cõe,
& ideo in dubio debet restringi vt quantominùs fieri põt, læ-
dat ius commune.l.2.C.de no.a.c.cum dilectus,de consnetu.
14 ¶† Illud etiam constat,quod posito quod actor legitimè pro-
basset de dote data primo marito, non posset secundus mari-
b tus vigore d.statuti lucrari dimidiam dotis [b], quia nõ potest
lucrari plusq̃ habeat vnus ex filiis primi matrimonii per l.
hac edictali.in prin.C.de secun.nu.& ibi nop.hoc Bar.& alii
cõmuniter sequunt.& Bar.in dicta sua dispu.& Bal.in l.vni-
ca C.de inoffi.doti.& in d.c.1.in tit.an mari. succe.vxo.in be
nefi.& Ange.in.§.quia verò.el 1.in authen.de nup.& ista est
cõis opi.vt inquit Pau.de Cast.in d.auth.præterea.& no.etiã
ipse in l.si ita quis.§.ea lege. ff. de verb.obl.& constat ex pro-
cessu quod quatuor extabant filii ex primo matrimonio ¶Cõ
15 firmari † possent prædicta , quia ex forma statuti sub rubrica
de beneficio statuti subtrahendi illi qui non tenuerit vxorem
maritali affectu,est prouisum quod si quis nõ tenuerit secum
vxorẽ in domo,vel non pertractauerit eã in maritali affectu,
sic priuatus lucro dotis sibi deferendo ex beneficio alterius
statuti prædicti sub rubrica de dotibus mulierũ.& per plures
testes est probatũ ꝙ dictus secundus maritus nõ pertractauit
eam maritali affectu , ergo non debet gaudere beneficio dicti
alterius statuti. & huic conuenit etiam dispositio iuris com-
munis,nam,vt inquit signanter Bar.in authen.dos data, in 2.
col.C.de dona.ante nup.per illum textum vbicunq; maritus
non substinet onera matrimonii,non debet consequi lucrum
dotis sibi deferendum ex pacto vel statuto.bene faciunt not.
per Bal.in l.1.§.sed & scimus.per illum tex.C.de lati. lib.tol.
& in l.quod in vxorẽ.C.de neg.gest.& quod no.in l. ab hosti
bus.§.si vir.ff.solu.matri.& in l.3.ff.de his quibus vt indi. Et
plus vr̃ velle statutum sub dicta rub.de beneficio statuti sub-
trahendi, quod ad ista probanda sufficiat fama publica per
quinq; testes bonę opinionis.Et licet dicta clausula disponẽs
de probatione per famam sit apposita, iuxta particulã statuti
disponentis, quod si vxor non tractauerit virũ vxorali affectu.
inhonestè viuendo,adulterium committendo, vagando cõ vo-
luntatem viri perdat dotem,& vir eam lucretur. Et postea po
nitur clausula in qua dicitur.Et ad hæc probanda sufficiat fa-
ma publica per quinq; testes bonæ opinionis, licet non pro-
betur cum quo adulterium commiserit,tñ talis clausula dispo
nens quod ad hęc probanda sufficiat fama referri intelligitur
ad omnia superiora.& sic etiam ad casum in quo loquitur de
marito non tractante vxorem maritali affectu, quia clausula,
in

in fine posita refertur ad omnia præcedentia saltem cũ sit par ratio in vtroque casu.l.1.C.de lib.præt.l.talis scriptura.ff.de leg.1.c.2.requiris.de ap.cũ si.¶ Nec dicatur quod illa vltima clausula referatur solum ad casum qñ maritus vellet dotem cõsequi ex eo ꝙ vxor commisisset adulteriũ.& vt fortasse prima facie viderentur sonare verba illa dicentia, sufficiat fama per quinq; testes bonæ opinionis, licet non probetur cũ quo
16 adulterium commiserit &c.† quia respondeo ꝙ statutum pari non põt istam interpretationem,quia dicit, & ad hæc probanda sufficiat fama &c.& sic loquit̃ in pluràli, & ꝑ cõsequẽs cõprehẽdit quod noluit prouidere solũ circa vnum factum, scilicet adulteri.l.fi.ff.ad treb.l.qui quartam.§.fi.secundũ intellectũ Bar.& doc.ibi.ff.de leg.1.c.is qui.de præben. in 6.qđ etiã patet, quia verba statuti prædicti important quod etiam si mulier inhonestè viueret vagando contra voluntatẽ viri, in cideret in pœnam dicti statuti quãuis non probaret quod cõmisisset adulteriũ, vt important verba dicti statuti dum dicit, inhonestè viuendo, adulterium cõmittendo, vagando contra voluntatẽ viri perdat dotẽ &c.vt probatur.in l.1.ff.de his qui no.infa.iunctis ibi no.per Bar.in fi.q.& l.1. ff. ad legẽ Corn. de sica.cum si.vnde illa verba statuti dũ dicitur,licet non probetur,cũm quo adulterium commiserit, fuerunt adiecta causa ampliandi fauorẽ mariti in casu commissi adulterii per mulierem , non aũt intelliguntur restringere precedentia, vt sic quò ad alia superius dicta non sufficiat fama, per prædicta.ꝙ etiam bene probatur per l.si cui seru i.in prin.ff.de leg.1.con stat aũt quod vltra quam per numerum quinq; testium bonæ opinionis est probatum de fama quod dictus secundus vir non petractauit eã maritali affectu. imò quidã sunt testes qui plenius deponere videntur q̃ de sola fama & agitur de gestis tempore iam satis longinquo,quo casu ẽt testibus de fama deponentibus magis creditur,iuxta plenè no.in c.veniens, el 1. de testi. cum suis concordantiis & in dubio * testes prædicti præsumuntur esse bonę opinionis,vt in c.vnico de serui.c. fi. de præsump.l.cùm pater.§.rogo.ff.de lega.2.in terminis nr̃is determinat Ioan.de Imo.in l.1.§.si quis neget.in 7.colum.ff. quemad.test.aper.vbi refert ẽt ita tenere dominum pręceptorem suum Franciscum de Rampo.in authenti.sed cum testator.C.ad l.fal.& consultum fuisse per Ioan. de Ligna.& quia alia superiora fundamenta meo iudicio adhuc tutiora sunt, super hoc non vlterius insisto.Et per prædicta patet esse respõsum omnibus allegatis in contrarium.& sic dictum relictum factum sub nomine dotis a dicto primo viro vxori debet remanere apud reos conuentos, tũ quia sunt hęredes ipsius mulieris, tũ etiã quia omnia quę mulier ipsa lucrata est ex bonis viri quando trãsiuit ad secunda vota,tenetur illa bona reseruare filiis præcedentis matrimonii.l. fœminæ. & l.cum aliis. C.de secun.nup.superius dictis addo quod nec ad probandã dictam dotem datam releuat responsio facta per reos cõuentos positioni 25.quia referunt se ad testamẽtũ dicti Gozoli,& sic eorum responsio non intelligitur plus importare quam faciant verba testamenti.l.2.& ibi no.specificè Bald.C.de erro. aduo.l.ait pretor.§.1.ff.de re iud.l.edita.C.de eden.& per no.
17 per Barto.in extrauaganti ad reprimendum in verbo, prout. ¶Quò ad secundũ † dubiũ.s.an aliquid agenti debeatur pro petito interusurio dotis pro tempore a quo dicit hæredes dicti Gozoli primi mariti fuisse in mora soluendi dotem dicto Euangelistæ pro tempore quo asserit dictum Euangelistã supportasse onera matrimonii?& in hoc breuiter respõdeo quod nihil debetur,quia si dicto Euangelistæ nulla dos expresse seu verè aut præsumptiuè fuit promissa,vt patet ex his quæ dicta sunt circa primum dubium,sequitur dici nõ posse ꝙ pro eo ꝙ deberetur aliquid ipsi Euangelistæ,nulla mora facta sit, & per cõsequẽs nõ potest petere accessiones,cũ principale sibi nõ deberetur.nã vbi nulla petitio,ibi nulla mora.l.si pupillus.ff.de ver.obl.posito aũt ꝙ aliqua mora facta fuisset mulieri pro eo
18 qđ sibi deberetur ex cã legati nihil pertinet de hoc ad Euãgelistam cum non sit hæres mulieris.†Plus voluit Barto.consi. 128.incip.Franciscus habebat in vxorem.quod etiam dato ꝙ verè mulier dedisset primo viro dotem & postea soluto matrimonio nupsisset secũdo viro,cui iuris præsumptione intelligitur mulier eandem dotẽ promisisse, vt dictũ est in primo dubio,tñ si hæredes primi viri non promiserunt dictam dotẽ secundo viro, non poterit secundus vir ab eis non soluentib. consequi alimenta seu interusurium, cum non sint sibi obligati. & dato ꝙ tenerentur mulieri,tñ ipsa non potest cõsequi tale interusurium per no.per doc.in c.salubriter.de vsu.& in l.in insulam.§.usuras.ff.solu. mat. quinimò posito quod essemus in casu in quo illud quod ipsa habere debebat a primo uiro seu ad eius heredibus intelligeretur deductum in secundum matrimonium , tñ dici non potest dictam Bartholomeã pro tempore quo durauit secundũ matrimoniũ fuisse in mora aut culpa,cùm mandatũ ad exigendum dederãt dicto Euãgelistæ & etiam alteri & cuilibet insolidum,& eo mediante litigauit & fecit quicquid potuit, ut exactio fieret, ergo cessat mora.l.Nesennius.§.cũ res.in prin.ff.de leg.1. l.Thais.§. 1.ff. de fideicõ.lib.& per plenè no.in l.quod te.ff.si certum pet. & in l.continuus.§.illud.ff.de uer.obli. facit l.si quis solutioni. in prin.ff.de usur.nam si qua ratione tenebatur Bartholomea Euangelistæ erat , quia ipsa habebat actiones contra hæredes primi uiri,ut in auth.quod locũ.C.de coll. ideo non teneba[t] nisi mandare seu transferre actiones suas in Euangelistã.l. qđ debetur.de pecu.Super hoc ẽt copiose laborarũt dñi aduocati partis conuentæ,sed non puto oportere insistere, quia meo
19 iudicio res est in tuto. ¶ † Circa tertium dubium quo quæritur,an aliquid & quantum debeat ageti pro expensis petitis, quas dicit Euangelistam fecisse ut procuratorem dictæ Bartholomeæ litigando pro exactione dictarũ dotium contra hæredes dicti Gozoli,& quas nunc repetit cõtra reos tanq̃ hæredes dictę Bartholomeę rñdeo non debere reos cõuentos in dictis expensis condemnari, quia præsupponitur nõ esse probatum & liquidatũ de ulla quantitate expensarũ factarum per dictum Euangelistam,sententia aũt est ferenda de quantitate certa.§.curare,insti.de acti.& l.3.C. de senten. quę sine certa quanti. Et non apparet quis feceris dictas expensas,& in sñia lata aliàs cõtra dictos hæredes Gozoli apparet expẽsas factas fuisse ẽt per dictã Bartholomeam.dum dicitur,quod cõdemnantur hęredes Gozoli in expẽsis factis per Bartholomeã, & dictũ Euangelistam.constat.n.quod expensas factas per Bartholomeã petere non põt actor,qui nõ est procurator Bartholomeæ iam diu defunctæ,nec ẽt est eius hæres.¶ Circa quartum & ultimum uidelicet,an obtinere debeat agens pro expõsis funeris* dictę Bartholomeę pro rata,quia dos remanere debet apud hæredes mulieris, iuxta l.Celsus.cum sequentibus. ff. de relig. & sum. fune. & cauetur in statuto sub rubrica de dotibus mulierum,non oportere insistere, quia non inuenio probatum de expensis aliquibus factis per dictum Euangelistam pro dicto funere,sed potius probatur contrarium per testes reorum,quod ipsi subierunt onus funeris.Alex.

ADDITIONES.

* Fuisse præsentem.] In præsenti parte confessio est irreuocabilis Imola,& Are.ad d.l.hæredes palam.§.fi.And.Sic.consi.54.lib.2.Dec. consi.293.col.2. Natta.
* Quamuis pars.] Vide hac de re Aret.ad l.hæredes palam.§.fi.colu. fi.ff.de testa. Natta.
* Non probetur.] Dic tamen quòd talis confessio facit semiplenam probationem,ideo iuncta cum alia cõfessione inter viuos plenè probaret,quia geminata;Bal.nouel.in trac.dot.6.par.prin. priuileg.78. ꝙ etiam voluit Alex.consi.45.dub.2.lib.1.
* Pro statuto.] Contrarium late in tali statuto consuluit Bal.consi.102. Mulierem maritus duxit.li.4.Et circa hoc,vtrum statutum de lucran da dote procedat in præsumpta,Ias.consi.50.lib.1.Cur. iun. consil.4. col.6.vbi etiam discutit quid interfictionem, & præsumptionem interfit.qua de re etiam Alex.tangit infra hoc eod.li.7.consi.142.De eadem re etiam vide Rui.consil. 151.li.5.vbi. subtilissimè loquitur in præsenti articulo.Et quòd statutum loquens de dote,militet in dote præsumpta,tenet Pau.Ca.ad l.si mulier.ff.sol. mat. quem idem Rui. adducit consi.61.col.4.li.3.& ibidem Rui.in ij.dub.tangit articulum hunc.& de eodem latè Franc.Cur.consi.79. Natta.
a ¶Cotem.sup.lib.5.consi.144.
* Quia nomina.] In corporalibus cessio habetur loco traditionis; Bar.ad l.is,cui.§.fi.ff.vt in poss.legatorum, Bal.ad l.si ea lege. col.2. C.de vsu.Alex.ad l.stipulatio hoc modo concepta.col.7.ff.de verb. obl.dum tractat quęstionem,utrum valeat donatio præsentium , & futurorum bonorum. Natta.
* Et aliud est mandare.] Mandans transfert exercitium directarum, cedens verò transfert vtiles. Natta.
b Dotis.sup.lib.5.consi.158.col.1.
* Et in dubio.] Facit ad rem quod Decius scriptum reliquit, consil. 512.dub.9. Natta.

¶Tamen

c ¶ Tamen.idem.sup.lib.4.consi.27.Soc.consi.88.lib.4. Cor. cōs.240. lib.3.Ant.Rub.consi.55.cons.108.in fi.sed contrarium verum est ut dixi. sup.lib 4.consi.27.& tenet Alex.sup.lib.6.cons.220.quare Alc. in hoc vltimo malè consuluit.

* Pro expensis funeris.] Possunt etiam pro medicinis bona retineri. l.in restituende.C.de peti.hære. Natta.

CONSILIUM CXXIII.

Allegationes.

QVOMODO procedat quòd si maritus non adhibuit vxori infirmæ medicū vel eam expulit, perdat lucrum dotis.

VISO processu causę inter angelum quondam Vannis de Gauciis de Aretio, & Ioannem Blasium & Iacobū fratres & filios Chechi dicti quondam Vannis suis propriis nominibus ac uice & nomine Christophori fratris dictorum Ioannis Blasii & Christophori agentes,& Clementem Nardi de Aretio se defendentem, uideretur fortasse prima considera tione dicendum, dictos agentes esse in casu victoriæ, quia po-
1 sito ꝙ ex forma statuti† ciuitatis Aretii Clemens prędictus tā ꝗ maritus Gregoriæ prædefunctę in matrimonio sine liberis
a debuisset lucrari partem dotis, tamen tale lucrū perdit [a] maritus quando vxori egrotanti medicos non adhibuit, vt est gl. no.& ibi sequuntur omnes in l.si ab hostibus.§.si vir.ff.soluto matr.per id quod habetur in l.3. ff. de his qui. vt indig.& not.Bal.in l.quod in vxorem.C.de neg.gest. vbi dixit quod si maritus vxori infirmę non subueniat de alimentis & medicis & omnibus necessariis, perdit lucrum dotis, quod sibi ex pacto vel statuto deferretur, per id quod no.in d.§. si vir. & vbicunq; maritus nō sustinet onera matrimonii dicit Bar.in aut. dos data.in 2.colum.C.de do.ante nup.quod ille tex.præstat argumentum ꝙ tunc maritus perdat lucrum dotis sibi deferendum ex pacto vel statuto.& plus etiam inquit Bald.in l.1. §.sed & scimus.C.de lati.liber.tol .quod si maritus sine causa expellat vxorem, præstat ille tex.argumentum quod perdat lucrum dotis. pro quo etiam allegat id quod habetur in.d. §. si vir.sed pro parte dictorum agentium videtur probatum in processu de infirmitate & morte dictæ Gregorię,& de expulsione facta de ipsa a dicto Clemente,& non vr̄ fuisse sufficiēter probatū in contrariū per dictum Clementem de diligentia sua in adhibendo medicos & alia oportuna, ergo rectè vr̄ petitum pro parte dictorum agentium declarari debere dictū Clementē amisisse dictum lucrum dotis, & teneri ad restitutionem saltem illorum centum florenorum, quos pro parte dotis eum habuisse deponūt testes examinati pro parte dictorum agentium, tamen præmissis non obst.contrariā sn̄iam de iure veriorē esse arbitror, præsertim ex infrascriptis. Primò, qa fundata est intentio rei vigore statuti disponentis de lucro do tis vxore prędecedente in matrimonio sine liberis. Nec habet obstare quod Clemens non adhibuerit medicum, quia rn̄deo
2 primò† ꝙ negatiua debet probari per illum qui se fundat ex ea.l.hoc iure.& l.ita stipulatus, in prin.ff.de verb. obli. l.si qs consortium.C.de frabricē.lib.11.& plenè nota.doc. in c.sup his, de accu.& in c.bonę.el primo.de elec.& legistę.in l.in illa stipulatione si Calendis.ff.de verb.obli.& testis super nega-
* tiua deponens debet reddere* rationem dicti sui concludentem, etiam non interrogatus, vt concludit Bar.in consilio suo 75.& Bal.in l.cum hi.§.1.ff.de trans.& in l.actor.in 3.col.C. de probati.& in l.3.in vlti.col.C.de testi.& l.2.in repetitione in vltima charta.C.de rescin.vendi.sed testes agentium non dicunt ꝙ Clemens non adhibuerit medicū, assignando rationes concludentes ita esse, ergo non est probata intentio eorū qui fundant in hoc quod neglexerit Clemens adhibere medicum.Nam vt dicit Bar.in l.si seruū.in fi.principii.ff. de verb. obl.debet in proposito per allegantem negligentiam probari ꝙ ille qui debuit adhibere medicum non adhibuit, & quod potuit eos adhibere.l.idemq;.ff.pro soc. & ibi etiā per Bart. dicentem per illum tex.debere probari quod facile fuit ei ad hibere medicos, puta quod in loco illo erat copia peritorū medicorum, prout esse presumitur in ciuitatibus insignibus.c. statutum.de rescriptis.in 6.& l.si quis duas.§.est autem.ff. de excusa.tut.& per Barto.in d.§.si vir.& in l.in bonorum.ff.de bo.pos.cum sim.& per hoc dicit Pau.de Cast. in d. §. si vir.ꝙ requiritur quod maritus abundaret in facultatibus, adeò ꝙ impensa non esset sibi difficilis per dictam.l.idemq;.requirit etiam ꝙ appareat maritum habuisse notitiam ꝙ vxor esset in firma tempore quo allegat eū neglexisse adhibere medicos. alias.n.nō posset sibi imputari negligētia.l. gn̄o.ff.de his qui notan. infa. scilicet si quis in graui. §.si maritus. &. §. si quis ignorans.ff.ad Sylla.l.quinquaginta.C.de excu.tu.l.2. C. de tempo.appel.cum itaq; testes agentium non probent ista, nec etiam aliter in processu appareat concludenter probatum saltem de omnibus prædictis, sequitur ꝙ non est probata inten
3 tio eorum. per quæ patet non † obstare quod nonnulli testes agentium dicant esse publicam vocem & famam ꝙ Clemens non adhibuit medicum, nam non dicunt famam esse de prędictis omnibus requisitis. Præterea fama non facit probationem plenam, vt no.in l.3.§.eiusdē.ff.de test.& plene per Bar. in lege de minore.§.si plurium.ff.de quęstio.cum si.item non probant legitimè famam, quia interrogati quid sit fama, dicunt ꝙ est illud quod dicitur palam & publicè a quam pluribus & diuersis personis, & tamen vt sit fama, nō sufficit illud quod dicunt dicti testes.sed ꝙ fuerit dictum a maiori parte non autem a pluribus & diuersis, vt not. per glo.& doc.in d. c.eiusdem.& per Barto.in d.l.de minore. & Bald.in add.Spe. in tit.de sententia.in 24.colum. & Ang.in l.3.ff.ad Mace.& est magis communis opin.vt inquit Ioan.de Imo.l. hæredes palam.in princ.ff.de test.ergo testis non potest probare famā, cum non intelligat quid sit fama, vt expresse concludit Spec. in tit.de noto.crimine.§.1.versicu.& si testes producant.& in tit.de teste.§.iam de interrogatoriis.& not.etiam Spec.in tit. de teste.§.iam de interrogatoriis. versicu. item super quarto. & ver.sequenti.& Bald.post Bart.in l.1.ff. si cer. peta. per illum tex.& Bald.in l.1.in prin. ff. de his qui sunt sui vel.ali. iur.& Ioan.de Imo.in l.stipulatio ista.§. hęc quoq;. de verb. obliga.Et testis etiam deponens esse publicam famam vel notorium non probat, nisi etiam non interrogatus bonam ratio
b nem [b] dicti sui assignet, vt not.do.Abb.in c. consuluit. el j.de app.& in c.cum causam quæ inter archiepiscopum, de testi. & ibi no.per Inno.& per id quod habetur in d.c.consuluit.bene facit quod not. Bald.& Ange.in l.quid ergo.§. quantum. ff.de his qui not.infa.& Ange.in l.eam quidem. in 4.colum. C.de accus.& ideo dicit Bart.in d.l.de minore.§. si plurium. ad fi.ꝙ non sufficit famam esse simpliciter probatam, vt etiam not.Bald.in l.proprietatis.C.de prob.& doc.in c. cum opor-
4 teat, de accusa.facit.l.decurionum filji.C. de pę. Secundò† respondeo ꝙ proposito ꝙ constaret Clementem facilè potuisse adhibere medicos, & non adhibuisset, tamē non debet ex hoc pati pœnam, quia fuit pręuentus a fratribus vel patruo dictę mulieris qui medicū adhibuerunt, & sic præuenerunt, vt probatur in l.sororem.& ibi no.doc. C.de his qui.vt indi. & l.j. §.si mulier.cum ibi no.per Bar.ff.de lib.agn.l.1.§.si mater.ff. ad tertul.& per Bar.l.piuus.la secunda in vlt.colum.ff.de custo.reo.cum si. Quod aūt fratres Gregorię adhibuerint medicum patet ex his quæ deponit Franciscus ac Petrus & Carolus & plures alii ex testibus productis pro parte agentiū. ¶ Ter
* tiò respondeo ꝙ ad hoc vt maritus * perdat lucrum propter medicos non adhibitos requiritur quod mulier propter illā negligentiam mariti mortua sit, aliàs maritus non perdit tale lucrum, ita est de mente gl. 1.in d. §. si vir. & patet ex text. quem gl.ibi allegat scilicet per d.l.3.ff.de his qui.vt indi.hoc expressius dicit Paul.de Cast.in d. §.si uir. vbi apertè dicit qđ quando constat ꝙ mulier non est mortua ex eo ꝙ maritus nō adhibuit medicos, non perdit lucrū dotis. & pro hoc allegat id quod habetur in l.& in totum.ff.de impen.in rebus do.fa. ibi dum tex.dicit, nō factarum ita si res malè gesta est &c. sed dici non potest, quod dicta Gregoria perierit propter medicos non adhibitos a marito, quoniam medici fuerunt adhibiti & medicinæ præstitę, si non per Clementem saltem per
5 dictos agnatos mulieris. ¶ † Quartò respondeo quod illud quod dicitur quod propter medicos non adhibitos maritus perdit lucrum dotis, fallit nisi maritus re integra postquam malè traxasset vxorem, cepisset eam bene tractare, quia potuit moram purgare & non habebit, tunc locum id quod nota.in d.§.si vir.ita probatur in l.si cum dotem.§.si autem in seuissimo.ver.pactis.ff.sol.matri. & ibi ad hoc illum text. ponderat Ioan.de Imo.& Lud.Roma. ibi post nonnullos antiquos, pro quo ēt bene facit id quod no.Spe.in tit.qui.fil.sint legi.§. 1.versi.

l. vers. quid si filia tua peccat in corpus. cũ vers. seq. & quod no. Bal. in l. si filia. C. de inoffic. test. Sed ita est ꝙ pro parte dicti Clementis fuit protestatum dictæ Gregoriæ ꝙ deberet ad domũ ipsius Clementis mariti sui accedere, & quod ipse erat paratus sibi pręstare ea ad quæ tenebatur, & per eam stetit, & idem fuit protestatum fratri dictæ Gregorię in cuius domo ipsa erat, vt patet in actis, igitur non põt imputari marito. nõ enim tenetur maritus prestare extra domũ suam mulieri ea quæ sibi necessaria sunt, si non subest iusta cã, per no. per Bar. in l. Caio. §. imperator. per illũ tex. ff. de adi. leg. & per doct. in l. si cum dotem. §. sin autem in seuissimo. ff. sol. mat. & l. qd in vxorem. C. de neg. gest. cum si. ¶ † Posset ẽt quintò rñderi, ꝙ maritus non tenetur vxori subministrare alimenta & alia necessaria qñ dos promissa non soluitur marito, vt est gl. not. iuncto tex. in auth. de non eligen. secundò nup. §. illud. in ver bo, onera, & probatur in l. fi. & ibi no. Bal. C. ad velleia. & not. Cy. in l. ꝙ in vxorem. C. de neg. ge. & Bald. in l. de diuisione. ff. sol. mat. & in l. si donaturus. §. 1. ff. de condi. ob cau. sed nõ est sufficienter probatum ꝙ dos promissa fuerit dicto Clementi soluta saltem integrè in termino contento in instro, ergo &c. & nõ sufficit pro parte datem fuisse datam posito ꝙ de parte diceremus esse probatum. l. Iulianus. §. offerri. ff. de ac. em. & l. 5. §. fi. & in l. in executione. §. pe. ff. de ver. obl. & licet d. Io. Berti conetur probare ꝙ Clemens confessus fuit habuisse integram dotem pręsente dicto Angelo patruo Gregoriæ, tamẽ in hoc iste testis est singularis, & ei cõtradicit Dominicus Mapini qui deponit de cõfessione Clementis facta in eodem loco prout dicit dictus do. Ioan. & tñ nõ dicit ꝙ confessus fuerit Clemens habuisse integram dotẽ, sed solũ dicit de centum florenis & certo grano, non autem dicit de consignatione pręciorum, de quibus deponit dictus do. Ioan. ergo nõn est probatum. c. in nostra, cum ibi no. de test. & in l. ob camen. §. fi. ff. de testi. & licèt quidam Petrus testis agentium etiam de hoc aliquid dicat, tñ est singularis & nõ cõcludit de integra dote, vt ex eius inspectione clare patet. Et per hæc potest rñderi ad id quod per agẽtes allegatus † de expulsione. Primò, quia potuit expelli propter dotem promissam & non integrè pręstitam. vt d. l. fi. & ibi Bar. C. ad vellei. cum aliis supra proximè allegatis. & ꝙ propter dotẽ promissam a fratre mulieris & non solutam vir possit vxorem remittere ad domũ fratris & denegare alimẽta ei necessaria, tenet expresse Sal. & Pau. de Cast in d. l. quod in vxorẽ, post Cy. ibi. item põt ad dictam expulsionẽ responderi ꝙ potuit culpa vel mora purgari, put purgata fuit per ea quę dixi s. Prætereà de expulsione nõ est legitimè probatum per testes, saltem qui concludenter probent, & qui sint contestes, vt requiritur iuxta id quod habetur in c. licet cãm. & in c. in pręsentia, de proba. ¶ Nec fieri potest fundamentum ex depositione aliquorum testium deponentium audiuisse de dicta expulsione a dicta Gregoria vel ab aliis, quia tale testimonium non probat. l. testium. C. de test. cap. tam literis. de testi. & licèt Lauren. testis dicat hoc audiuisse a Clemente, tñ in dicto suo est singularis, ergo non probat. l. iurisiurandi. C. de test. lib. & d. c. licet causam. & similiter in hoc est singularis Carolus examinatus pro parte agentium, posito ꝙ aliqui testes conentur probare de hoc esse publicam famam, tamen nõ probant p rationes quas allegaui supra circa probationẽ famę. ¶ Ad cõfirmationem predictorum & maiorem excusationem dicti Clementis ponderet etiam dñs iudicans aliud qd deponit dictus Dominicus productus pro parte agentium, & dictus Carolus productus pro parte dicti Clemẽtis ex quorũ dictis apparet ꝙ etiam dictus Clemens requiri fecit dictum Carolum medicum ꝙ vellet habere curam infirmitatis dictæ Gregorię, & sibi certam mercedem dari fecit. & plures alii testes etiam dicunt quòd Clemens iuit Senas ad consulendum magistrum Barto. medicum cum instructione dicti Caroli medici, & magister Anto. medicus etiam deponit quòd Clemens consuluit eum pro cura dictæ Gregoriæ, dum ipsa esset extra ciuitatem. ¶ Ex quibus apparet multipliciter esse responsum ad allegata in contrarium & diffinitiuè esse pronunciandum in fauorem dicti Clementis. & per hæc non curaui insistere circa processum, dum agitur per dictos Ioann. & Blasium nomine Christophori fratris sui, pro quo fuit petita cautio rati, & non fuit pręstita per dictos agentes vt tenebantur. l. Pomponius. §. fina. & ibi not. ff. de procu. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Perdit. Bal. consi 122. lib. 1. consi. 154. lib. 2. consi. 54. lib. 5. Hypp. Marsi. consi. 93. Franc. Rip. tracta. de Peste. quæstio. 23. fa. infra eod. cons. 136. num. 2.

* Debet reddere.] Sequitur Alex. ad l. 1. col. 2. ff. si quis ius dicenti nõ obtemperauerit. Natta.

b ¶ Rationem. supra lib. 4. consi. 26. nu. 6.

* Vt maritus.] Hoc probat multis argumentis Soci. consi. 168. col. ij. lib. 2. Et adde ꝙ non tenetur curans, vel curare faciens infirmum, si aliquid de contingentibus omisit, quod si non fuisset ommissum res verisimiliter salua foret; Bal. ad l. quę fortuitis. col. 6. ver. venio ad leuissimam. C. de pig. act. vbi dicit ꝙ est leuissima culpa, & curãs infirmum non tenetur de leuissima culpa. gl. ad l. quòd si nolit. §. si mancipium in verbo culpam. ff. de ędil. edic. & speciale est in liberto vt si non præstet debitá obsequia reuocentur data. l. 1. & eadem. glo. & Sal. C. de reuo. dona. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus debet probare se proximiorem.*

2 *Negatiua probanda est per se fundantem in ea.*

3 *Filius fratris concurrit cum fratre in substitutione proximiorum.*

4 *Notarijs duobus rogatis vterque debet subscribere.*

5 *Instrumentum an possit produci in eo quod facit pro pro ducente tantum. nu. 6.*

CONSILIVM CXXIIII.

Viso processu causæ inter dominam Iacobam quõdam ser Antonii de Faio agentem, & ser Antonium a Sale. se defendentem omissis non necessariis, primò est videndũ an Iacoba probauerit fundamentum intentionis suæ, nam si non probauit, clarum est quod actore non probante reus debet absolui. l. qui accusare. C. de eden. c. vnico, vt eccle. benefi. Et mihi videtur Iacobam non probasse intentionẽ suam. Nã posito quod probatum esset ꝙ Ognebenus & Melchion filij dicti Nicolai Ruzatti testatoris decessérint sine liberis, tamen vt ipsa Iacoba ex substitutione fideicommissaria facta dictis fi

a lis possit admitti, habuit necesse probare[a] seipsam esse proximiorem d. Nicolao testatori, quia ita facta fuit substitutio, nã post mortem dictorum filiorum decedentium sine liberis, substituit proximiores ipsius testatoris. & posito ꝙ ipsa probasset se fuisse filiam Dominicæ sororis dictæ testatoris, tamẽ hoc non concludit, ꝙ ipsa sit proximior. nam ille dicitur pro ximior quem nemo antecedit l. fin. §. hæreditas. ff. de suis & legi. & l. proximus. ff. de ver. si. sed licet decesserit Ognebenus & Melchion filii testatoris, consequitur, ergo Iacoba est proximior. potest n. esse quod extet aliquis qui esset frater dicti Nicolai testatoris, vel esset de descendentibus dicti Nicolai vt filia vel filius filiæ, & licet non nominauerit alios filios vel filias aut nepotes vel neptes descendentes in testamento Nic. tamen nõ per hoc non sequitur quod non possit eos reliquisse. nam quandoq; prætereuntur aliqui descendentes in testamẽto, vel potuerunt nasci posthumi vel posthumæ post mortem testatoris. facit l. post humorum. ff. de iniusto rupto & irri. testa. & l. fi. C. de libe. præte. cum si. & constat ꝙ omnes descendentes dicti testatoris dicerentur proximiores ei, & præferrentur dictę Iacobæ transuersali. l. fi. C. de suis & legi. & in auth. de heredi. ab inte. §. 1. & probatio debet de necessitate cõcludere. c. in præsentia, de proba. l. neq; natales. C. de proba.

2 & actor debet† probare negatiuam si illa est fundamẽtum intentionis suæ. l. hoc iure, iuncta l. in illa stipulatione si calendis. & ibi latè not. Bal. ff. de verbo. obl. & l. ita stipulatus. ver. ꝙ si ab initio. eo. titu. l. pe. §. docere. & ibi Bart. & Ang. ff. ne quis eũ qui in ius vo. vi exim. & specialius ad propositum bene facit. l. sed & in illo. ff. de rebus dub. & quod nota. glo. in l. is potest. ff. de acqui. hęre. in gl. magna ibi dum dicit, item quòd nemo eum præcedat. & quod in proposito incumbat actori probare se esse proximiorem, no. Spec. in tit. de testa. §. pen. in ver. est & alia bonorum possessio quæ dicitur vnde agnati, cũ ver. seq. & in ver. est & bonorum possessio vnde cognati. cum ver. seq. bene faciunt no. per Io. de Imo. & Raph. in d. l. ex facto. §. pen. ff. ad trebel. nec contrarium dicitur in l. amitæ. C. cõia de succes. nec in d. statuto. C. de successor. edi. præterea probatũ est

est pro parte rei conuenti ex responsione facta per agentem positionibus rei quod Blasius filius ser Anto. de Fato. fuit etiã filius sororis d. Nicolai sicut etiã fuit d. Iacoba filia sororis dicti Nicolai testatoris. & ꝙ ex dicto Blasio supersunt filii. & licet ista responsio cõcernens filios Blasij per errorem sit omissa in processu mihi transmisso, tamen (verbo fertur) ꝙ ita est

3 probatum ex actis, & ꝙ ita est veritas. † & quamuis in gradu præcedat dicta Iacoba filios Blasii, tamen quia filii dicti Blasii repræsentant personam dicti Blasii patris sui. §. cum autem filios. insti. de her. quę ab intest. præfe. & l. 3. C. de suis & legi. & in auth. cessante. C. de legi. hære. & ideo quando ex aliqua dispositione debet vocari proximior, & concurrat frater vel soror, & filius alterius fratris vel sororis prædefunctæ pari-

b ter [b] admittentur, vt est gl. not. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. in verbo, proximo. & illam ibi no. Io. de Imol. & eam substinet. bene faciunt no. per Ang. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthu. & Bal. in l. 1. C. de secun. nup. in 5. colum. in versicu. pone dicit statutũ &c. & sic malè egis-

4 set ad totum dicta Iacoba. ¶ Alia ratione etiam dicitur † non posse obtinere dictam agentem, quia fundare conatur intentionem suam ex asserto instrumento testamenti dicti Nicolai, & tamen non probatur legitimè de dicto testamento, quia ad eius productionem producitur scriptura continens dictum testamentum. & in fine notarius. s. ser Leonardus dicit se fuisse rogatum de prædicto testamento vna cum ser Io. Gõte notario vna secum rogato, & tamen ibi nulla est subscriptio dicti ser Ioan. sed ita est ꝙ vbi duo adhibentur notarii ad vnum

c actum, non sufficit quod vnus scribat [c] nisi alius subscribat, aut ambo scribant extense per se, vt no. Host. & Ioa. And. in c. quoniam, de proba. in verbo conscribant. & sequitur ibi Ant. de But circa 4. col. in ver. quæro an sufficiat alterum istorum scribere &c. & Abbas ibidem circa pen. chartam in versic. sed quæro an isti duo &c. sicut secundum eos dicimus in duobus arbitris, quia non sufficit ꝙ vnus pronunciet, nisi alius consentiat. l. item si vnus. §. item si plures. ff. de arbi. c. cum ab vno, de re iudic. lib. 6. sic vidimus ꝙ si duo constituuntur procuratores, si non exprimatur quod insolidum constituuntur, non potest vnus actum sine alio perficere. c. si duo, de procur. in 6. & no. in l. pluribus. ff. de procu. istud etiam tenet An. de But. in c. inter dilectos. de fid. instru. in antepe. col. ¶ Ad idem l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. per quem tex. no. ibi Bald. & Ang. quod si plures sunt notarii rogati de eodem instrumẽto non est necesse quòd vnusquisq; scribat totum, sed sufficit quod vnus scribat totum & alter confirmet se subscribendo.

5 † Nec obst. si diceretur quod dictus ser Anto. a Sale produxit dictum instrumentum testamenti in parte & partibus facientibus pro se, & sic videtur confiteri vera esse ea quę in testamẽto continentur. l. cum precum. C. de liber. causa. & l. 1. §. eadẽ. ff. de eden. & no. in c. præsentium de testi. quia respondeo ꝙ ille qui producit instrumentum, non vr̃ omnia cõfiteri simpli-

* citer sed eatenus * quatenus instrumentum probat, ita inquit Bar. in l. post legatum, in princi. circa 2. col. ff. de his quibus vt indi. in ver. idem contra hoc oppono. quia si ego produco instrumentũ &c. per illum tex. vbi licet quis confiteatur testamẽtum esse; tñ est verũ quatenus probat, unde possum ipsum falsum dicere vel nullum seu non solẽne. sed si confiterer non respectu instr̃i sed simpliciter, tũc licet appareat postea instrumẽtum esse nullũ, tamen non per hoc a confessione receditur, secundum Inno. in c. cum venerabilis, de exce. plus dicit Bar. in d. l. post legatũ. ꝙ etiam si quis expresse confiteretur testamentum, & postea allegaret se per errorem ita confessum fuisse, & ad probationem erroris allegaret & ostenderet instrumenti nullitatem, tunc sufficeret ad probandum confessionẽ esse erroneam allegat l. si post. C. de iur. & fac. igno. & sequitur Ioã. de Imo. in d. c. cùm venerabilis. ad fin. & etiam domi. Abb. ibi multùm clarè circa 12. col. saltem quando in instr̃o continebatur factum alienum, non autem factum producentis, vt est in casu nr̃o, vt ibi per eũ. modò in proposito dictus ser Ant. producendo instr̃m testamenti non vr̃ confiteri nisi quatenus illud probat, sed dictum instr̃m non probat, quia non apparet de subscriptione alterius notarii, ergo nõ nocet, quinimò (vt dictum est) etiam si expresse confessus fuisset, & allegaret errorem, satis diceretur constare de errore ostendẽdo nullitatem instr̃i, de qua euidenter in proposito nostro constat. & prædicta etiam sunt de mente Bal. in l. alia. C. de his qui ut indig.

6 ¶ Preterea † qñ adiecta sunt in productione illa verba. s. in parte & partibus facientibus in fauorem producentis &c. tũc si-

* ne dubio qñ tale instrumentũ * non fuit confectum cum producente sicut in proposito nostro, tenẽt omnes ꝙ talis prote-

d statio [d] non facit ꝙ videatur approbatum instr̃m in partibus quę non sunt in fauorem producentis, vt notabiliter concludunt domini de Rota sua conclusione 276. incip. Item quis licer producat &c. & Ant. de But. in d. c. cum venerabilis. in 6. col. & ibi ẽt Ioan. de Imo. & sequitur etiam Anto. de But. in c. cum olim. in pen. col. de censi. & est de mente Inno. idem no. Iac. But. in l. nimis graue. C. de test. bene faciunt no. per Bart. in l. Publica. §. 1. in fin. ff. depo. licet vbi instr̃m esse validũ, & solẽne posset aduersarius producentis non obstante dicta protestatione aliquando producere in partibus facientibus in fauorẽ suum, vt per Bal. in l. vnica. C. vt quę desunt aduo. part. s. quando instr̃m esset commune seu esset tale quod producens teneretur edere aduersario, alias secus, per id quod habetur in d. l. nimis graue. & ita est de mente Spe. in ti. de instrumẽ. edi. §. videndum, versicu. quid si produco. & clarè firmat Ioannes de Imol. in c. G. perpetuus, de fide instru. Et istud caput solum sufficit dicto ser Antonio ad victoriam, & est istud quod me principaliter ad consulendum traxit. ¶ Quando autem fuisse-

7 mus † in casu, in quo de testamento prędicto legitimè constaret & Iacoba esset proximior, adhuc verũ esse dicere ꝙ pro legitima dicti Melchionis & etiam pro Trebellianica totius hęreditatis valeret alienatio facta per dictum Melchionem, & sic dicta legitima & Trebellianica detrahi posset per id quod legitur & no. in l. ex tribus. C. de inofficioso testa. maximè per Bald. ibi post alios, & per ea quæ habentur in c. Raynutius, & in c. Rainaldus, de testamen. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellia. potest etiam deduci de dicto fideicommisso dos data per matrem dicti Melchionis dicto Nicolao, si Melchion fuit hæres matris, & similiter dos vxoris dicti Melchionis q̃ (vt dicitur) fuit acquisita dicto Melchioni, & quæ (vt fertur) dicto Nicolao data fuit, nam grauatus restituere per fideicommissum potest deducere ea quę sibi a de functo seu eius hæreditate debebantur. l. ab omnibus. §. finali. ff. de leg. 1. not. gl. in lege Stichum aut Pamphilum. §. 1. cũ gl. in verbo, retinet. ff. de solutio. no. Bar. in l. debitor. in fi. ff. ad Trebel. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Probare supra, lib. 4. consi. 117. imò is qui obiicit alium proximiorẽ esse. Rapha. Cuma. Alexan. Ias. l. is potest. de acquir. hæredi. d. Andr. Tiraq. in consu. Pic. retra. §. 11. glo. prima. nu. 6. dixi in consu. Parisi. §. 22. nume. 90. §. 145. fa. infra eodem consi. 179. in fine.

b ¶ Pariter. dixi sup. lib 3. consi. 26. col. fi. nu. 13. * In hoc fundamento non residet Alex. sed in secundo, vt inferius apparet. Natta.

c ¶ Scribat. nisi rogati sint insolidum supra, eo. consi. 61 Cæterum pro Alex. hic fa. l. 1. de offi. consu. Idem ꝙ hic Guil. Pap decis. Delphi. 122. Stepha. Bert. consi. 2. colum. 1. consi. 33. Prætensa. in prin. consi. 133. Vi so processu. col. fi. lib. 2.

* Eatenus.] Idem tradit Rom. consi. 294. Hæc confessio.

* Quãdo tale instrumẽtũ.] Idẽ tradit Fel. ad c. 1. col. 6. de prob. Nat.

d ¶ Protestatio supra, lib. 2. consi. 136. in contrarium vult Ber. consi. 120. lib. 2. dic vt per Alex. l. 1. col. 1. vt quæ desunt aduo.

EPITOME.

1 STATVTVM de compromittendis causis inter eos qui sunt de eadem stirpe per lineam masculinã, comprehendit etiam fęminas. 4. 13. 14. 16. etiam nuptas. 10. dicitur fauorabile. 11. 15.

CONSILIVM CXXV.

Viso processu causæ vertentis coram excellentissimis doctorib. officialibus seu curia potestatis Florentiæ, inter Thomasium Mattheũ & Andręam fratres & filios olim Gherucii Pauli Francisci de Gheruciis de Florentia agentes, & compromissum super contentis in eorum petitione petentes ex forma statuti ciuitatis, & dominam Brigidam & Pieriã sorores & filias olim Francisci Pieri de Gherucciis de Florẽtia negantes narrata prout narrantur esse vera & petita prout petuntur fieri debere, & visis his quę hincinde copiose, subtiliter in

tiliter in iure & in facto adducuntur. Omissis non necessariis,
1 † quia requisitus sum vt eam & quam rectam conclusionem
esse puto veram, meo consilio reserare debeam, puto partes
dominorum iudicantium esse in compellendo dictas domi-
nas ad compromissum secundum formam statuti sub rubrica
de compromissis faciendis inter consortes. hoc ostenditur es-
se verum, presertim per illa verba statuti dicentia, coniunctos
seu consortes, qui consortes sint de eadem stirpe per lineam
masculinam etiam spurios vsq; in infinitum. nam statutũ vo-
luit prouidere fieri debere compromissum vbi controuersia
oriretur inter eos qui essent de eodem sanguine, seu de eadẽ
parentela, siue ab vno & eodẽ stipite processerint hoc impor-
tant illa verba, cõsortes qui sint de eadem stirpe, vt l. dudum.
cum ibi notatis per Sali. C. de contrahen. emp. & l. si quis in
suo. cum ibi no. per Bal. & Sali. C. de inoffi. testa. facit l. 1. §. 1.
ff. de arbo. ced. & l. si seruus seruum. §. si salictum. ff. ad legem
2 Aqui. † & illa dictio seu, posita inter dictionem coniunctos,
& dictionem consortes. de eadem parentela, stat pro idest, si-
cut ponit in c. 1. & ibi no. Archid. super verbo seu, de cogna-
tione spirituali li. 6. & in c. 1. & ibi not. Archid. in verbo seu,
de excell. prælato. eodem libro. sic videmus in l. vbi pactũ. C.
de transac. cum ibi no. per doc. & in l. 2. ff. ad legem Aquil. ꝙ
vbi disiuncta ponitur inter genus & speciem resoluitur pro
idest, & illa dictio scilicet coniunctos, est genus habito respe-
ctu ad illa sequentia verba. s. consortes de eadem stirpe. patet
in l. 1. §. fin. cum l. seq. & ibi no. doc. & no. etiam Bar. in §. Affi-
nitatis ff. de postulandos dum dicũt, omnes personas ibi enu-
meratas dici coniuncta. personas. & l. fin. §. cum autem in con
finio. C. de furtis. & l. sed & hæc. in princi. cum ibi notatis. ff.
de pr ocur. & tamen ibi enumerantur multi qui non diceren
tur consortes de eadem stirpe. apparet igitur fuisse de mente
statuentium, quod ibi dictio seu, stet pro id est, alias redderen
tur superflua & ineptè posita illa verba, seu consortes qui cõ-
sortes sint de eadem stirpe per lineam masculinam &c. Quòd
autem dicta controuersia dicatur oriri inter consortes de ea-
dem stirpe per lineam masculinam probatur, nam & in instru
mento mandati producti & facti per dictas mulieres ipsę de-
nominantur filię Frãcisci Petri de Gheruciis, & ita etiam in
actis & comparitionibus factis per procuratorẽ ipsarum do-
minarum denominantur ipsę mulieres vt filiæ Francisci Petri
de Gheruciis de Florentia, & dictus Thomasius & fratres de-
nominãtur vt filii Gherucii Pauli Franci. de Gheruciis de Flo
3 rentia. sed ita † est quod hæc denominatio scilicet de Gheru-
ciis seu de Bardis vel de Vbaldinis & similia important no-
men domus vel familię siue identitatis sanguinis, vt no. Bart.
in l. pronunciatio. in vltimis verbis. ff. de verbo. sign. cum suis
concordantiis. dum Barto. ibi dicit idem esse dicendum si nõ
fiat mentio de domo, sed esset dictũ illi de Bardis &c. ad hoc
facit ille tex. in verbo. familiam Iuliam. ergo sumus in casu sta
tuti; quia isti omnes qui agunt & cõueniuntur, dicuntur esse
4 consortes de eadem stirpe, † & etiam dicuntur esse per lineã
masculinam, quia neptis tua vel deinceps nata ex filio tuo ma
sculo dicitur de descendentibus tuis per virilem seu mascu-
linam lineam [a], vt probat glo. not. in l. Gallus. §. nunc de lege,
in verbo, nam & si. ff. de lib. & posthu. secundum Bald. & mo-
dernos ibi. pro qua glo. soleo allegare tex. in l. lege duodecim
tabularum. C. de legi. hære. in vers. huius itaq; legis. ibi dum
tex. dicit per virilem sexum descendentes siue masculini siue
fœminini generis &c. & neptis ex filio dicitur esse virilis se-
xus, vt probatur ex notatis per gl. in d. §. nunc de lege, secun-
dum Pau. de Cast. ibi, quia talia verba important idem ac si fa
cta esset mentio de descendentibus per virilem sexum. item si
dictæ mulieres essent per fœmininã lineam coniunctę dictis
de Gherucijs non denominarẽtur de Gheruciis prefatæ mu-
lieres, quia dicta denominatio de Gheruciis, significat nomẽ
domus seu familię vt dixi, ergo non conueniunt descenden-
tibus per lineam fęmininã. l. cum legitimè. ff. de sta. ho. l. fami
liæ. §. 1. ff. de ver. sig. inst. de leg. ang. tutela. §. 1. nam dicta de-
nominatio per hoc verbũ de Gheruciis, sonant in honorẽ, vt
inquit Io. de Im. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad treb. in 4.
col. in ver. si autẽ dicat quacũq; de populis vel de Bardis &c.
5 † constat autem ꝙ quo ad honores non ueniunt descendentes
per lineam fœmininam, sed per masculinam. l. liberos. ff. de
senator. l. exemplo. C. de dec. lib. 10. & l. 1. ff. ad municipalẽ.

d. l. cum legitimè. & ibi no. ergo si dictæ mulieres denominan
tur de Gheruciis, vt est dictum, sequitur ꝙ ipsę sunt per lineã
6 masculinam illorum de Gheruciis. bene facit † ad prędicta,
quia videmus ꝙ si conceditur aliquid his qui sunt de nomine
tuo, intelligitur id est de familia tua, vt est glo. not. in l. is qui
cum plures. in verbo, nomine suo. ff. de leg. 3. & ibi Bar. sed ap
pellatione familiæ tuæ, non veniunt illi qui tibi coniungun-
tur per lineam fœmininã, vt d. l. familię, vt dictum est supra.
¶ Confirmantur prędicta, quia vt dictum est in instrumento
mandati dictarum mulierũ producto per procuratorem suũ
in iudicio istę mulieres denaminantur filiæ Francisci Petri de
Gheruciis de Florentia, & in comparitione facta in actis per
procuratorem dictarum mulierum denominantur dicti Tho
masius Matthęus & Andręas vt filii Gherucii Pauli Francisci
de Gheruciis de Florentia. ergo apparet ꝙ processerunt ab eo
dem sanguine ac ab eadem stirpe & eodẽ stipite. s. a dicto pri-
7 mo Francisco de Gheruciis nam † pluralitas [b] nominis alicu
b ius hominis vltra q̃ appareat, non præsumitur. vt l. si in rem,
& ibi no. Bart. ff. de rei ven. & Bar. in l. si quis seruum. §. inter
in fi. ff. de le. ij. & sequit An. de But. in c. 2. de libel. obl. & Bal.
in consi. suo incip. Cum apparet de condemnatione Petri. bñ
facit tex. in c. in præsentia. in ver. verum. & ibi no. Ant. de Bu.
de prob. & tex. in c. cum Ioan. de fide instr. & quod no. Iac. de
Bu. Bald. in l. 2. C. de errore aduo. & in l. 2. C. de bo. pos. secũ-
dũ tab. & Iac. Bu. in l. optimam C. de cõtrahen. & cõmit. stip.
& Bald. in l. 1. in 2. col. C. quãdo prouo. & in l. conuenticulã.
in 5. col. C. de epi. & cle. post Cy. ibi & in l. neq; natales. in 2.
col. C. de proba. vnde sine a primo Francisco de Gheruciis si-
ue ab vltimo Francisco de Gheruciis processerint in effectu
dicti fratres compromissum petentes, habet ipsi intentũ, quia
apparet eos & dictas mulieres processisse ab eadem stirpe, &
ab eodem stipite & per lineam masculinam. facit l. quod si du
bitet. ff. de acquir. hære. & l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posth.
c. ex parte. §. 1. & quod ibi not. Anto. de Butri. extra de rescri.
8 † & illi genitiui casus. s. Francisci, Petri, Francisci de Gheru-
ciis &c. denotant filiatione & descendentiã, quia hoc casu ra
tione subiectę materiæ genitiuus denotat cãm efficientẽ, iuxta
ea quæ habentur & notantur in rubrica. ff. de oper. no. nunc.
& in prin. codicis. & est in proposito de mẽte Bar. in l. 1. §. j. cir
ca 1. col. ff. de ope. no. nun. & ita communiter seu frequenter
accidit seruari, iõ illud attedendum est, vt no. C. de prob. in l.
neq; natales. ¶ Non multũ attendo ꝙ procurator dictarũ mu-
lierũ in hoc iudicio produxerit quandã scripturam compari-
tionis factæ per dictos fratres corã officio regulatorũ introi-
tus & expensarum communis Florẽtiæ, in qua scriptura dicti
fratres asserũt dictas mulieres esse eis coniũctas, maximè quia
dictum est s̃. ꝙ illa dictio coniunctos, posita in statuto restrin
gitur ad consortes qui essent de eadem stirpe per lineam ma-
sculinam, & sic non videtur sufficere simpliciter esse probatũ
9 ꝙ essent coniuncti. ¶ Nec prędictis † obst. si diceretur ꝙ illa
verba de quibus in dictis comparitionibus & actis, sunt enun
ciatiuè prolata, quia enunciatio illa disgreditur ad aliud pro-
positum, & per consequẽs nõ disponunt seu non probãt, quia
respõdeo primò ꝙ talia verba fuerũt plus q̃ semel prolata vt
apparet in actis, quo casu dicimus ꝙ verba enunciatiua gemi-
nata operantur idem quod dispositiuè prolata, vt probatus in
l. cum scimus. C. de agricolis & censi. lib. 11. & ibi not Barto.
circa prin. in ver. in tex. ibi sin autem scriptura &c. & idem di-
cit ibi Ang. & do. Abb. in c. p tuas. de arb. vbi ad hoc allegat. l.
1. C. de plus peti. in ver. secundis confessionib. &c. & idẽ Abb.
in c. si cautio. in finalibus verbis de fi. instru. ad hoc plura in si
mili adduci possent quæ tanq̃ non multum opportuna prę-
10 termitto. ¶ Prędictis † ẽt non obstat si diceretur, quod attento
quod dictæ mulieres nuptę non dicantur amplius esse de nu-
mero consortum de stirpe illorum de Gheruciis, maximè per
l. quoties. cum ibi notatis per Barto. C. de priuilegiis schola.
* lib. 10. vbi per illum tex.* dicit singulariter probari ꝙ si priui
legium conceditur mihi & omnibus descendẽtibus meis ma-
c sculis & fœminis, ꝙ descendentes feminę ita demum [c] sortiũ
tur priuilegium si sunt viduę, non autem si ad maritum con-
uolauerint, quia postquam virum assumunt, in totum dicun-
tur in alium se tranferre & statum suum mutare, vt l. mulie-
res. C. de dignitatibus. lib. 12. quia ad hoc potest responderi
multipliciter. Primò ꝙ text. in d. l. quoties, dum loquitur de
filijs,

filiis, hoc non dicit. & licet nonnulli attribuant illud commẽ
tum Bar. tñ veritas est ꝙ in ea parte non fuit commentũ Bar.
vt etiam sepenumero accepi a maioribus, sed fut commentũ
cuiusdam dñi Contis de Perusio, & hoc euidenter percipitur
ex stylo Bar. nã in illo cõmento quod est in li. 12. & in maiori
parte vndecimi libri codicis persepe cõmentator dicit in tex.
ibi & in glo. ibi, quod quidem est alienũ a stylo Bartoli. vnde
in 10. libro Codicis qui verè fuit commentatus per Bar. non
reperitur talis ordo & stylus, & quod illud dictum posium in
d. l. quoties fuerit ineptissimũ. & stare non possit, & verisimi-
liter non fuerit verbum Bart. patet, quia vult ꝙ illud priuile-
giũ bene transeat ad filias viduas non ad nuptas. quia nuptæ
mutarunt statum per matrimonium; nam eatiam eadem ratio
ne qua dixit priuilegium non transire ad nuptas, debuisset
dicere non transire ad viduas, quia viduæ retinent statũ quẽ
in matrimonio habebant. l. filii. §. vidua. ff. ad municipal. & l.
fœminæ. in fi. ff. de sena. & patet in d. l. quoties, in prin. ibi dũ
dicit, siue adhuc viuant mariti, siue post mortem eorum in vi
duitate constitutæ sunt. & in l. fi. cum ibi nota. per Bart. C. de
verb. sig. facit l. fi. C. de bonis patern. & licet a nonnullis inue-
niam illud dictũ simpliciter referri, non tamen ab aliquo gra-
uis authoritatis viro reperio illud dictum comprobari. Præ-
terea posito quod tex. in d. l. quò ad priuilegium circa præsta
tionem fideiussionis indicialis & sportularum disponeret qđ
illud competat filiis masculis & fẹminis illorum militũ seu
scholarium, non tamen filiabus nuptis, non tamen sequitur
quod vbi alias concederetur aliquid pro te & tuis descen-
dentibus masculis & fœminis, quod non comprehendantur
filiæ fœminę nuptæ, attento quod illa nomina. s. filiis & filia-
bus &c. sunt nomina naturæ. l. tutelas. ff. de ca. di. vnde ista nõ
tolluntur licet filia nubat, nõ. n. per hoc desinit esse filia, nec
desinit esse in patria potestate, & sic durat agnatio. l. 1. §. fi. ff.
de iniur. l. si vxorem. cum ibi no. C. de cõdi. inser. vnde dispo
sitio. d. l. quoties, dato quod in casu ibi posito dixisset illud ad
quod allegatur, tamen non debet extendi ad alios casus cõtra
vim verborum, & regulas iuris cõmunis. l. si verò. §. de viro.
ff. solu. matri. l. ius singulare. & l. quod verò. ff. de legi. deniq;
dato ꝙ illud dictum attributum Bar. esset verum, tamen illud
loquitur in priuilegio concesso filiis & filiabus, quæ quidem
priuilegia restringenda sunt l. si quando, in prin. C. de inoff.
testa. l. 1. ff. de consti. princi. c. porrò. de priui. nota. in l. fi. ff. de
11 consti. princ. Sed nos loquimur † in statuto fauorabili & ex
tendendo, vt multi scribentes dicunt, cum fuerit inductũ fa-
uore litium dirimendarum, de quo infra dicetur. & non fuit
inductum in priuilegium recusantium compromittere vt re-
cusant dictę mulieres, sed potius fuit inductum ad fauorem
petentium compromissum & volentium euitare lites. ¶ Ad
12 istorum † confirmatiomem adduco distinctionem Bal. in l. cũ
quædam puella, in princ. ff. de iurisdi. om. iu. vbi quęrit, an in
pœnis maleficiorum & similibus mulier nobilis nupta popu
lari erit popularis vel nobilis? & distinguit, aut ratio statuti
ponderat naturam, & tunc inspicietur qualitas originalis, &
sic erit nobilis. aut ratio statuti ponderat accidens, & inspi-
cietur qualitas accidentalis. d. l. tutelas, in ratione sui, aut du-
bitatur quid consideret, & tunc attendi debet ratio magis fa-
uorabilis. arg. l. quod traditum. ff. de cond. & dem. sed in pro
posito nostro ratio statuti ponderat naturam, patet quia com-
prehendit etiam spurios seu illegitimè natos, in quibns patet
solam rationem naturæ considerari. l. parentes. & ibi doc. ff.
de in ius uoc. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. iuncta. l.
filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui. & l 3. C. de adul. &
no. Bar. & alij in d. l. tutelas. & in d. l. pronunciatio. & in l. fi.
C. de ver. sig. cum suis infinitis concordantiis. vel posito quod
essemus in dubio, tñ quia magis fauorabilis est illa ratio, quæ
operatur cõpromissum fieri debere, cũ id sit quid fauorabile,
vt infra dicetur, ergo debet inspici qualitas naturalis, per quã
magis fauetur cõpromisso, vt colligitur ex dicta distinctione
Bal. pro qua ẽt bene faciunt notata per Bar. in l. fi. §. penu. ff.
13 ad municipales. ¶ Non † ob. etiam si diceretur quod dictum
statutum vr̃ comprehendere solum coniunctos, non aũt con-
iunctas, & sic non comprehendit mulieres, vt patet ibi in ver
bo, coniunctos. & in verbo, consortes qui &c. quia respõdeo,
ꝙ attento quod statutum loquitur per adiectiuum seu ꝑ ter-
minum cõem, vt patet in verbo coniunctos, & in verbo con-

d sortes, ideo ex propria significatione comprehẽditur fẹmina[d]
etiã in statutis. l. ait diuus. ff. de iure fisci. l. si quis id quod. ff.
de iurisd. om. l. iud. 1. cum ibi notatis per Bar. ff. de verbo. sig.
ẽt non obstante relatiuo qui, vt in d. l. 1. in verbo, si quis. & ibi
ꝑ Bar. dũ dicit quod hæc dictio quisquis vel quicunq;, cõpre-
hendit ex propria significatione fẹminã, vt no. Bar. in l. si quis
in tãtam. C. vnde vi. & bene facit tex. in cle. 1. in verbo quosli-
bet de regula, vbi illa verba, mendicantes quoslibet &c. cõpre
hendunt etiam fœminas, & idem in verbo religiosos, in cle. 1.
cũ gl. in verbo homines. de ele. & saltẽ hoc habet locũ in ma-
teria indifferẽti, vt declarat Bart. in l. fi. in prin. ff. de peculio.
& in l. iura. ff. de legib. & Cyn. in l. 1. in 1. q. C. quæ sit longa
cõsue. & in l. quicunq. C. de seruis fugi. & ibi Bal. vbi dicunt
quod si statutum disponat quod nullus vadat de nocte sub ta
li pẹna, cõprehẽdetur ẽt fẹmina, & prædicta approbant etiã
Ang. & Sal. in d. l. quicunq;. & in effectu etiam Io. de Imo. in
l. si ita scriptum. ff. de legat. 2. & expressius Ioan. de Imol. &
Dominicus de sancto Geminiano in c. generali, de elec. lib.
6. & doc. maximè dominus Cardinalis in d. cle. 1. de ele. vnde
dicit Bald. in l. in multis. ff. de statu ho. ꝙ si statutum dicit ꝙ
nullus audiatur volens opponere exceptionem ꝙ pactum sit
nudũ cõprehendet etiã fẹmina, & hoc casu secundũ eũ in sta-
tutis masculinũ concipit fẹmininum, quia statutũ loquit in
materia q̃ est par maribus & fẹminis. & in qua est eadẽ rõ. alle
14 gat l. fi. C. de indi. vidui. tollẽ. & notata in d. cle. 1. † Quinimò
etiam si dictum statutum solum loqueretur in masculino ad
hoc secundũ Host. in c. Raynaldus, de testamen. & Archi. 17.
q. 4. si quis suadẽte, statutũ loquens in masculino genere com
prehendit effectualiter fœminã, si agit de fauore, licet secus si
e agatur de odio,[e] per l. 1. §. sed si. ff. de uentre in pos. mittẽ. &
l. cum quidam. ff. de lib. & posth. & ita intelligũt. l. 1. cum si.
ff. de ver. sig. & ita etiam tenebat Iac. de Are. vt refert Cyn. in
d. l. quicunq;. & Petr. de Anchara. consi. 112. incip. Superstite
domina &c. sed ita est quod statutum prædictũ ꝙ fieri debeat
compromissum inter consortes, dicitur fauorabile, vt inquit
Bald. in l. qui se patris, in vlti. colum. C. vnde liberi quia secũ-
* dum eum est odio litium * introductum. alle. l. fin. ff. fa. ercis.
facit. l. 1. ff. de arbi. intantum ꝙ secundum Bald. tale statutum
si disponeret ꝙ inter agnatos causę debeãt compromitti, por-
rigetur ad filium filij emancipati conceptum post emancipa-
tionem, qui sub larga significatione vocabuli dicitur agnatus
auo, quamuis nõ propriè sit agnatus, ibi per eum. & idem ibi
15 tenent Pau. de Cast. & Lud. Ro. ¶ Bene facit quod no. † Bald.
in l. affinitatis. C. communia de suc. vbi voluit ꝙ statutum di-
sponens ꝙ causæ debeant compromitti inter consanguineos
& affines, porrigetur ad virum & vxorem quamuis ipsi non
sint propriè affines, sed principium affinitatis, vt ibi notatur,
& ita etiam tenet Sali. in l. nõ ideo minùs. C. de hære. insti. &
Paul. de Cast. in l. 1. C. vnde vir & vxor. & idem ibi tenet Lud.
Ro. dicens tale statutum esse fauorabile & extẽdendum, quia
inducit sedationem discordiarum, igitur extendi, non restrin
gi debet. allegat l. furti. §. pactus. cum glo. ff. de his qui notan-
tur infa. quem tex. etiam ad propositum induxit Bald. in l. 1.
§. quibus. in fin. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine. & ꝙ dictum
statutum dicatur fauorabile & extendendum, firmat expresse
Pet. de Anchara. in consil. 187. incip. Apud me. &c. quia dictũ
statutum prouidet vt lites expediantur & firmantur, quod est
legibus gratum. l. properandum. in prin. C. de iu. c. finem liti-
bus, de dolo & contu. vnde dicit ꝙ tale statutum loquens in fi
lio, extenderetur ad eos qui sub larga significatione filii com-
prehenderẽtur. iuxta no. in l. filii. ff. de verb. sig. vnde sonant
verba sua ꝙ tale statutum loquens de filio comprehenderet fi
liam, cùm sub larga significatione cõprehendatur filia, vbi agi
tur de fauore. l. quisquis. ff. de verb. sig. l. si quis ita. ff. de testa-
tute. cum si. & quod dictum statutum sit fauorabile cõcernẽs
publicam vtilitatem, videtur velle Bart. in prima cõstitutione
codicis. & in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fac. Ad hæc facit
gl. in l. Gallus, in prin. in verbo neptis. ff. de lib. & posth. quæ
probat ꝙ dispositio legis correctorię (vt est dispositio illius le
gis) si loquatur in masculino cõcipiet fœmininũ ex identitate
rationis, saltẽ in materia fauorabili, & ad hoc illã gl. ponderat
ibi Raphael Cu. tñ dato ꝙ putẽ esse verum, ꝙ istud statutum
dicatur esse fauorabile per prædicta, attamẽ vbi loqueret per
noĩa substantiua masculini generis, non ponerẽ pro constanti
ꝙ porri-

ꝙ porrigeretur ad fœminam. † Sed attento ꝙ loquitur statutum per adiectiuum non substantiuum in masculino genere, & etiam loquitur per terminum cōem, vt est dictum, puto esse verum, ꝙ comprehendatur fœmina, prout se habet magis cōis opi. saltem qn̄ est eadem ratio indifferenter, vt in casu nostro, & per hoc apparet non obstare tex. in l. quisquis, iuncta. l. seruius. ff. de verb. sig. & l. pe. in fi. C. de præpositis sacri cubiculi. lib. 12. quia loquuntur, qn̄ lex vtebatur nomine substantiuo masculini generis, vt respondet Bart. & alii in d. l. j. ff. de peculio. cum concor. s̄. allegatis. & non ob. etiam l. j. in princ. ver. de eo. ff. de peculio. quia respondet ibi Bar. ꝙ text. ibi non dicit, ꝙ per interpretationem extensiuam detur actio de peculio pro contractu celebrato cum fœmina, quia non vi interpretationis sed vi eiusdē rationis, quæ indifferens est ad vtrūque sexum datur actio pro contractu celebrato cum fœmina, & pro hoc ipse reprehendit Iac. Bu. qui in d. l. si quis in tantū, tenebat contrarium. ¶ Nec etiam obst. ꝙ statuentes in principio dicti statuti, vbi voluerunt comprehendi fœminam de illa fecerunt expressam mētionem, quia respondeo quod illud ideo fecerunt ibi statuentes, quia in principio locuti fuerant per nomina substantiua, quo casu ex propria significatione masculinum non concipit fœmininum, non substantiuarum in masculino tantum, & per terminum cōem, vt iam dixi, & non est etiam inconueniens, ꝙ statutum facta speciali mentione de aliquibus, postea subiiciat verba magis * generalia apta comprehendere etiam casus specificatos iuxta l. doli clausula cum ibi not. ff. de verb. obl. & l. si seruus seruum. §. inquit. lex cum seq. ff. ad legem Aqui. bene facit. l. j. ff. de statu ho. Et attento, quod statutum expresse etiam voluit comprehendere pupillos, non potest dici, ꝙ istud statutum noluerit comprehendere personas imbecilles, & quæ faciliter lædi possent, vel quæ non sunt aptæ propter discussiones procedente a causis ciuilibus deuenire ad crimina, aut dissentiones ciuiles, per quas sæpe numero res publica turbatur & læditur, iuxta l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. Ex quibus apparet rectè intuenti, vt mihi videtur, non obstare ea quæ per partem aduersam adducebantur, ideo resideo in conclusione de qua supra in principio, quam esse puto veritati huius rei & menti statuentium magis amicam. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Lineam. sup. eo. consi. 17. nu. 6.

b ¶ Pluralitas. sup. lib. 5. consi. 88. nu. 27.

Vbi per illum text.] Vide Alex. ad l. cum quædam puella. ff. de iur. om. iud. & Fel. ad c. nouit. col. j. de iudi. & Dec. ad l. j. col. 4. C. vnde vir. & vxo. Natta.

c ¶ Demum. Idem Roma. Soci. Ias. d. l. cum quædam puella. Laurus de Fa. tra. stat. excl. fœm. col. 34. Barb. c. proposuit. col. fi. de for. compe. Ant. Cors. in singu. ver. priuilegium. Ias. l. j. in fi. de consti. Phi. Fran. c. 1. col. 56. de test. in 6. Cur. inniior. trac. feu. per 3. q. 26. num. 31. Gui. Benedic. repet. c. Raynutius, versicu. cuidam Petr. nume. 47. de test. contrarium & melius tenet Ale. hic & in d. l. cum quædam puella. Cor. consi. 177. lib. 4. Soc. consi. 227. lib. 2. Fel. c. super. eo. 2. de test. Dec. d. l. cum quædam puella, col. j. l. j. C. vnde uir & uxor. l. fœminæ. nu. 92. de reg. iur. c. nouit. col. 2. de iud. Franc. Rip. de rescr. responso. 3. col. 2 late. d Andr. Tiraq. in legib. connub. §. j. char. 8.

d ¶ Fœmina. latè Andr. Tiraq. in consu. Picto. tit. retrac. §. j. glo. nu. 203. cum sequen.

e ¶ Odio. sup. lib. j. consi. 135. nu. 4.

Est odio litium.] An tale statutum sit fauorabile, vide Ale. ad l. j. in antepen. col. ff. sol. ma. reprehendentem ibi Imolam, qua tenet, quod non & latius Ale. ad l. qui se patris. col. pe. C. vnde li.

Verba magis.] Regulariter clausula generalis si subiicitur non refertur ad antea in specie prouisa, in d. l. doli. & l. sanctio legum. ff. de pę. & l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulg. & pup. l. sed & si per prætorem. §. deinde. ff. ex quib. cau. maio. secus si præcedat l. 4. ff. de stipu. seru. l. Titia. §. qui Marco. ff. de annu. leg. Ideo si cuilibet prædictorum fratrum, seu cucullatorum cappa relinquitur, & Priori volumen Bibliorum, vtrunque Priori debetur, secus si Priori volumen bibliorum, & cuilibet fratrum cappa relinquatur, quia Prior tantum habebit volumen bibliorum sine cappa, secundum Bal. ad l. cum quæst. §. fi. C. de leg. & Ale. ad l. cohæredi. §. qui patrem. Natta.

EPITOME.

FILIVS in dubio præsumitur bona patris possidere, vt hæres 2. non obstante præcedenti abstensione, quæ tacitè reuocari potest 4. & repudiando hæreditatem patris nihil agit, nisi sciuerit se suum, & necessarium. 5. 6. 7.

CONSILIVM CXXVI.

Viso processu causæ inter Ioannem de Fundulis agentē, & dominam Agnetem quondam Brāchini de Cortesiis, & Andræam de Trutis iugales se defendentem, & consideratis aliis de quibus in themate fit mentio plura circa processum & eius ordinem dici possent, verum, quæ melius satisfactum esse puto dictis conuentis attingendo merita causę, propterea ad illa breuiter deuenio omissis non necessariis, & vis consistit in allegata repudiatione & geminata, quam dicit Ioannes prædictus fecisse præfatum Cabrinum de hæreditate domini Ioannis eius patris, nam si illa non obstat erit causa hæc in tuto, quia ex dispositione statutorum hæreditas dicti domini Ioannis fuit ab intestato delata dicto Cabrino exclusis sororibus dicti Cabrini, ex quarum persona conatur agere dictus actor. & post mortem Cabrini deuenit hæreditas prædicta de iure dictæ Agneti ex persona patris sui in qua hę reditate, scilicet domini Ioannis prædicti sine dubio fuit, & erat petia terræ de qua est quæstio. & ad ostendendum quod dicta renunciatio non habeat obstare dictæ Agneti, moueor præsertim ex infrascriptis.

1 Et in primis † præsuppono, quòd actus possidendi dictam petiam terræ, prout possedit dictus Cabrinus si non interuenisset renunciatio est actus qui induceretur immistionem & aditionem hęreditatis, quo adillum qui adire potuisset, quando non appareat quod ob aliam causam possederit, quia potius præsumitur, quod fuerit possessa animo se immiscendi hæreditati paternæ, prout poterat, quā quod voluerit eam ad vtilitatem alterius possidere, id est, gerendo negotia alterius ad quem spectare potuisset excluso possidente. l. 1. cum gl. in verbo prolatum. & ibi docto. C. de repu. hære. l. pro hærede, iuxta prin. & in §. Pap. & utrobique not. ff. de acquir. hæred. & no. glo. & doct. in l. 1. C. si ut se. ab hære. absti. & plenè not. Bart. in l. gerit. eo. titu. maximè in versicu. circa tertium principale & c. cum sequenti. & clarè Ang. in d. §. Papinianus. & Bal. in d. l. j. & dicit expresse etiam Bald. in l. 1. C. qui admit. ad bo. pos. in 16. col. in versicu. circa secundum capitulum &c. quod qui possidet rem hæreditariam in
a dubio præsumitur adire [a] nisi contrarium probetur. allega. l. seq. ff. si quis omis. causa te. & dicta l. 1. C. de repud. hæredi. & ita etiam vult Bal. insti. de hære. quali. & diffe. in §. pro hærede. per illum tex. vbi dicit probari, quod qui locat fundum hę reditarium vel coli. vel vendit dicitur gerere se pro hærede, debet enim præsumi potius quod suo nomine fecerit, quam quod alieno. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obliga. & l. magis. ff. de so. & in proposito non apparet, quod dictus Cabrinus dictam rem tenere & possidere posset nomine suo, nisi tanquam hæres, propterea oportet dicere quod ex illo actu videatur voluisse se immiscere paternæ hæreditati, vt hæres. dicto §. Papi. cum aliis supra allegatis. fortius etiam
2 est † ꝙ vbi potuisset possidere etiam suo nomine duplici ex causa, puta ex vna causa, scilicet ut hæres, & ex alia causa, scilicet quia sibi esset illa res obligata, vel simile ius in ea re haberet, & dubitaretur ex qua causa possedisset, an tanquam hæres, an tanquam creditor vigore obligationis stari debet dicto ipsius possidentis si viuit, quia in his quæ pendent ab animo statur dicto suo. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. l. si quis intentione, ff. de iudi. c. si vero aliquis. de senten. excommun. c. præsentium. de testi. no. in c. significasti, el primo, de homi. & in §. aliæ. institu. de actio. cum similibus & ita in proposito. not. Iac. Are. & Cy. in d. l. pro hærede. & Bar. in d. l. gerit. vbi adduxit quod si mortuus est ille, qui possidebat, stabitur dicto hæredis sui, per l. si quis a filio. §. si quis plures. ff. de lega. 1. cum ibi not. & sic etiam si essemus in casu illo standum esset dicto dominæ agnetis, † & si non est factum, poterit ad
3 cautelam dicta Agnes suo sacramento declarare mentem, & animum dicti Branchini fuisse se gerere pro hærede patris possidendo dictam petiam terræ, & reuocare omnem abstensionem, seu repudiationem hæreditatis paternæ, quam prius fecisset, præsuppono etiam ꝙ dictus Branchinus post dictam repudiationem existens adhuc intra triginta duos annos ætatis suæ possedit dictam petiam terræ, seu de ea disposuit, ut de re ad ipsum pertinente iure suo. quod probatur sic, nam mihi præsupponitur, ꝙ tempore repudiationis illa operetur, & ꝑ subsequentem possessionem non videatur, quæ fuit de an-

 no 1424.

no 1424. Branchinus erat minor saltem 25. annis. sed ita est,
ꝙ testes deponunt, quod Branchinus possidebat & dispone-
bat de dicta petia terræ, vt de ea re ad eum pertinente tempo
re quo distamus per annos quadraginta, & quadraginta vnũ,
quadraginta duos, & quadraginta tres, vt patet ex dispositio-
ne multorum testium, & maximè d. Franciscæ de Carneuali-
bus. & d. Nicolinæ de Amadeis Paganni de Passaris, Ioan. de
Azalibus, & Guil. de Gabutis. vnde ex coniunctione dictorum
temporum appareret, quod Branchinus tunc non excesserat
dictos annos 32. suæ ætatis intra quos poterat suam absten-
4 sionem reuocare, vt statim dicam. Modo dubium facit, † an
quia præcessit dicta repudiatio Cabrini, illa operetur, & per
subsequentem possessionem non videatur reuocata abstensio,
b quam quidem reuocare [b] potuit intra triennium, etiam si
fuisset maior 25. annis si non appareret res hæreditarias fuis-
se alienatas post immistionem hæreditatis, & ante reuocatio-
nem. si autem fuisset minor 25. annis prout erat Cabrinus po
terat reuocare, vsque ad ætatem annorum triginta duorum,
vt habetur in l. fina. C. de repud. hæred. vnde dico, quod cum
post dictam abstensionem fecit actum, qui inducit immistio-
nem hæreditatis, scilicet possidendo & de dicta re disponen-
do, ut ad eum pertinente suo iure inducta fuit reuocatio di-
ctæ abstensionis, seu repudiationis, quæ reuocatio inducitur
etiam tacitè per actum, qui inducit aditionem, seu immistio-
nem, & sic per actum, qui non intelligitur posse licitè fieri ci-
tra ius & nomen hæredis, nisi aliter de mente appareat, ita
probatur in præalleg. l. j. cum gloss. in verbo, probatum. C. de
repu. hæred. nam ibi filius prius abstinuerat ab hæreditate pa
terna, vt in casu nostro. hoc etiam probatur in l. Iulianus. §. fi-
na. iunctis ibi not. per Dyn. Bartol. & communiter alios do-
cto. ff. de acquiren. hæredi. nam ibi filius abstinuerat ab hæ-
reditate patris, qui in testamento rogauerat filium, ut certos
seruos proprios filij ex causa castrensis peculii manumitte-
ret, & filius post abstensionem ab hæreditate paterna manu-
misit. dicitur ibi in tex. quod si non apparet euidenter, quod
filius tanquam hæres patris manumisisset, non videtur gerere
se pro hærede. & hoc ideo est secundum Dyn. & Bartol. ibi,
quia illi serui erant proprii ipsius filii, secus autem si fuissent
hæreditarii, quia videretur gessisse se pro hærede, & sic effice-
retur hæres non obstante abstensione per id quod habetur
in ea. l. §. penul. & propterea improbant unam solu. gloss. ibi
quæ aliud innuebat. de hoc etiam est text. apertus in d. l. pro
hærede. §. Papi. ita etiam voluit Paulus de Castr. in l. ij. C. de
repu. hæred. vbi reprehendit Angel. qui voluit contrarium in
l. j. C. de iure deliber. per id quod ibi nota gloss. in una solu.
quæ reprobatur a doctoribus in dicta l. Iulianus. §. fina. ita
etiam vult ipsemet Paul. de Cast. in dicta l. j. in fin. C. de rep.
hæred. Sic etiam voluit Nicolaus de Matarellis in l. non hoc.
C. vnde cogn. & ibi eum refert Bal. & licet Nicolaus de Mat-
tarellis ibi dicat, quod in ęstimatione iudicis, vt uideat ex qua
litate facti & ex aliis coniecturis, an uoluerit esse hæres, vel
non est aduertendum, quia Nicolaus de Matarellis loqui-
tur in eo, qui possidebat rem hæreditariam sibi obligatam, &
sic in eo, qui suo nomine proprio poterat rem tenere aliter,
quam tanquam hæres, sed aliud est in eo, qui suo nomine pro
prio non poterat licitè rem tenere, nisi tanquam hæres, quia
tunc videtur gerere se pro hærede. d. l. prima. de repudian.
hæred. cum concordantiis supra allegatis. ita distinguit Bart.
in d. l. gerit quinimo etiam, quando suo nomine poterat tan-
quam hæres & etiam tanquam non hæres, standum est in du-
bio dicto suo, vel hæredis sui, vt dictum est supra, & posito
quòd hoc etiam esset in arbitrio & æstimatione iudicis, non
video, cur iudex non debeat arbitrari Branchinum potius in
ætate perfecte voluisse corrigere actum, quem fecerat in iu-
uenili, & minori ætate tenendo toto tempore vitæ suæ petiã
terræ hæreditatis paternæ, prout facere poterat de iure, quam
5 præsumere quod iniustè tenuerit l. merito. ff. pro socio. † Plus
etiam videtur dici posse, scilicet quod dicta repudiatio non
valuerit ab initio facta a dicto Branchino minore 25. annis.
quod ostenditur sic, filius qui in hæreditate paterna de iure
ciuili est mero iure suus, & necessarius hæres, si hoc non in-
telligat, sed per errorem putans se voluntarium hæredem re-
pudiet hæreditatem patris, non valet repudiatio, & similiter
si adeat, non valet aditio. l. is qui putat. cum l. sequen. iuncta
gloss. multum notabiliter in verbo econtrario. ff. de acquir.
hæredi. & propterea vult ibi Bartol. quod si filius, qui est suus
& necessarius repudiet hæreditatem, quia tunc apparet, quod
non habet animum abiiciendi acquisitionem sibi iam factam
a iure per existentiam suitatis, sed habet animum abiiciendi,
acquisitionem de nouo faciendam, ideo non valet repudiatio
sicut nec valeret aditio, quoniam non immiscet se hæreditati
vt sibi iam acquisitæ a iure, & ideo dicit, quod quis debet esse
c cautus [c] quando redigitur in scriptis immistio facta per fi-
lium familias, vt dicatur in scriptura, talis sciens patrem suum
esse defunctum, & se esse suum hæredem dictæ hæreditatis se
immiscuit. idem secundum Bartol. si diceret eam adiuit, vel
pro hærede gessit, quia sufficeret, quoniam prius ponuntur
illa alia verba, scilicet sciens se suum hæredem. secus si non
essent illa verba, sciens se suum hæredem, sed diceret, sciens
patris hæreditatem sibi esse delatam, quia delata est, quæ adi-
ri potest l. delata. ff. de verborum signifi. & not. in l. is qui hæ-
res. in princ. ff. de acquiren. hæred. ideo non valeret, quia hæ-
reditatem patris, quis non potest adire, sed acquisitionem a
iure factam potest immiscendo approbare, & idem dicit Bar-
tol. esse in repudiatione, prout dixit in aditione per prædicta.
& hæc intelligit, nisi subsequeretur aliquod verbum p quod
appareret eum sciuisse esse suum hæredem, quia valeret, ut si
dixisset, adiuit & immiscuit. nam propter verbum, immiscuit
sustinebitur quia immiscere, est propriè suorum, vt in §. extra-
neus, & ibi gloss. in verbo, adeunda. insti. de hære. quali. & dif.
& l. cum bonis. ff. de acquiren. hæred. & ibi no. & not. gloss. in
rubr. ff. de acquiren. hæred. licet quandoque unum pro alte-
ro impropriè accipiatur. l. defunctis. C. de legi. hæred. & not.
gloss. & doct. in locis præallegatis. & maximè Ioan. de Imo. in
d. rubr. & in d. l. cum bonis. & subdit Bartol. in d. l. is qui pu-
tat. in fin. quod quando apparet, quòd aliquis pro hærede se
gessit, & dubitatur an putauerit se esse voluntarium vel suum
& necessarium hæredem & nihil appareat, debet præsumi in
dubio quod sciuerit, quia hoc est iuris & ignorantia iuris non
præsumitur. l. leges sacratissimæ. C. de leg. nisi probet de igno
rantia iuris, & ita etiam dicit esse, quando quis repudiauerit.
Puto diligenter ad hanc doctrinam esse aduertendum, quia
optimè applicatur ad casum nostrum. nam in dicto instru-
mento repudiationis Branchinus non dixit se scire esse suum
& necessarium hæredem imo vsus est verbo repudiauit, quod
ostendit eum recusare acquisitionem, tanquam de nouo fa-
ciendam, non autem acquisitionem, tanquam a iure sibi fa-
ctam velle abiicere. & repudiare pertinet ad extraneos, & ab-
stinere ad suos & necessarios hæredes, vt in d. §. extraneos, &
ibi not. cum concordantiis supra allegatis. nec cum dicto ver
bo repudiauerit, iunctum est verbum abstinuit, quod est pro
priè suorum, sed solum dixit, quod repudiabat & nolebat es-
se hæres, & sic nullum verbum adiecit iudicãs eum velle abij-
cere acquisitionem sibi a iure factam, per existentiam suita-
tis. & in dubio non est recedendum a propria significatione
verborum. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. j. §. si is qui nauem. ff. de
6 exer. vnde † licet verbum delata, largè accipiendo possit con-
trauenire etiam hæreditati paternæ deuolutæ filiis in pote-
state, vt patet l. fin. §. cum igitur. in verbo, delata & in verbo,
immiscuisset. C. de iure deliberan. tamen quia ex propria si-
gnificatione hoc non importat, ut in d. l. delata. ideo uidemus
quod Bartol. in d. l. is potest. voluit quod si filius dicat, adeo
hæreditatem patris mihi delatam, non valet aditio. & ita etiã
refert eum Bald. in l. potuit. in 7. quæst. C. de iure deliberan.
& licet Bald. conetur reprehendere in hoc Bar. tamen non vi
detur, quod sufficienter respondeat rationibus Barto. ¶ Præ-
terea Bal. se fundat in hoc quod verbum delata, videtur com-
mune ex propria significatione per d. §. cum igitur, & non vĩ
hoc verum, vt patet et ex d. l. delata. quæ est posita in titu. de
verbo. sign. & sic in trac. vbi agitur de propria significatione.
7 Præterea posito † ꝙ doctrina Bart. non procedat in eo, qui prę
sumitur scire, an sit suus & necessarius hæres, vel voluntarius
tamen quando sumus in persona quæ præsumitur ius ignora
re, videtur esse verissimum de iure, quod tunc non valeat repu
diatio facta filio per dicta verba. s. repudiauit. quia ad hoc, vt
hęres possit hęreditatem amplecti, vel recusare, oportet quod
sciat, an sit suus & necessarius hæres, an voluntarius, ut not.
Bartol. in l. is potest. in vlti. colum. ff. de acquiren. hæredita.
in versi.

in versicu. 6. dico ꝙ requiritur, &c. per d. l. is qui putat cum l. sequen. sed ita est, quod minor 25. annis præsumitur ignorare iura, vt inquit gl. no. in auth. de incest. nup. iuxta princ. in verbo sciens. & ibi Ang. in fi. & illam glo. ad hoc multum no. Fran. Trigin de Pisis in l. venia. C. de in ius voc. cum ergo simus in casu in quo docto, ꝙ de minore ætate sit probatum saltem iuris præsumptione de ignorantia, & consequenter de errorem circa illam qualitatem, an esset suus, & necessarius hæres, an vero voluntarius, sequitur ꝙ non valuit eo tempore dicta repudiatio, vt per Bar. in d. l. is potest. & in d. l. is qui putat. ¶ Non obstat † quod in dicto instrumento sint ista verba videlicet ex certa scientia animi. sciens & cognoscens dictum Ioan. eius patrem esse defunctum, & hæreditatem eius esse ipsi Branchino damnosam, &c. quia respondeo, ꝙ ibi nõ dicitur, ꝙ sciret se esse suum hæredem, vt requirit Bart. in d. l. is qui putat. nam ibi exprimitur, ꝙ habuit scientiam. s. mortis, & ꝙ hæreditas erat damnosa. non autem exprimit aliam scientiam. & verba ambigua instrumenti debent interpretari contra producentem, quia probatio debet de necessitate concludere. c. in præsentia, de prob. l. neque natales. C. de proba. & per easdem rationes patet non obstare illud instrumentum in quo dicitur filius & non hæres. Præterea per illa verba non inducitur repudiatio, vt not. gl. in l. qui se patris. C. vnde lib. & Bal. in d. l. potuit, in 6. q. & Barto. in l. si quis suus. ff. de iure deli. cum suis concor. dum in dictis locis habetur quod ille qui dicit, non sum hæres, vel qui se negat hæredem non dicitur repudiare, per quæ concludo dictos reos conuentos esse absoluendos. Alex.

ADDITIONES.

¶ Adire. supra lib. 3. consi. 32. Adde Bar. consi. 207. Guid. Pap. consi. 163.
¶ Reuocare. Iason consi. 84. col. fi. lib. 1. Bened. rep. c. Raynu. ver. mortuo itaque restat. 2. nume. 127. dixi in consu. Paris. §. 127.
¶ Cautus hodie huiusmodi scrupulositates exoleuerunt.

SVMMARIVM.

2 *Dictio si, relata ad futurum facit conditionem nu. 5.*
3 *Verba intra septennium, intelliguntur de primo septennio.*
6 *Amicitia magna repellit testem.*
7 *Testis depositio prior inficitur per secundam contrariam.*
8 *Testis unus de numeratione non iungitur cum alio de confessione.*
10 *Mediator non est integer testis.*

CONSILIVM CXXVII.

Viso processu inter Marinum, Christophori de Fano agentem, & magistrum Iacobum medicum de Castelliono Aretino se defendentem. Nec non perlectis his, quę in iure copiose, & eleganter deducta sunt per aduocatum dicti Iacobi, mihi videtur breuiter † de iure concludendum iudicis partes esse in absoluendo diffinitiuè dictum reum, præsertim quia sumus in regula, ꝙ actore non probante reus debet absolui. l. qui accusare. C. de eden. & in c. uno, vt eccle. benefi. & illa regula intelligatur de sententia absolutoria diffinitiuè ferenda, vt no. gloss. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. in verbo, locum. Quod autem non sit probatum legitimè de intentione agentis, patet, quia ex responsionibus factis per Iacobum positionib. productis pro parte Marini nõ fundatur intentio ipsius actoris, & pro parte eiusdem Marini ad probandam principalem intentionem non sunt producti, nisi tres testes, s. Antonius, domin. Andræas, & ser Sanctes. Primus testis non probat intentionem agentis, quia deponit promissionem dotis fuisse factam cum pacto & conditione si & quatenus ipse Marinus deberet accedere ad studium & studere per septennium, quæ verba quamuis inepto modo videatur prolata a teste, vel scriptura, tamen nullo modo videtur ꝙ bene seruiant intentioni agentis, quia aut dicta verba faciunt
2 conditionem prout in dubio est de natura † illius dictionis si, quando refertur ad futurum, vt fuit in proposito, vt l. si Titio. in prin. ff. quando dies leg. ce. & l. qui promisit. ff. de condi. indeb. & no. in l. j. C. de his quæ sub mo. & plenè in l. j. ff. de condi. & demon. & clarum est, quod non impleta conditione non est nata actio. l. cedere diem. ff. de verb. signi. l. legata. ff. de condi. & demon. & hæc videtur rei veritas, ꝙ conuentio fuerit conditionalis, ut patet per ea, quæ deponunt clarè dominus episcopus Fauensis, & Petrus Comitis Gasparis testes recepti pro parte dicti Iacobi, & quemcunque sensum habuerint dicta verba conditionalia, non apparet talem conditionem esse purificatam. Aut volumus dicere, quod illa verba faciant modum per id quod habetur in l. Mæuia, in princ. ff. de manu. testa. & l. cum res. & ibi Bald. C. de dona. & l. si societatem mecum, in verbo, ea conditione. & ibi not. Bartol. in princ. ff. pro soc. & l. nihil. & ibi Bartol. ff. de coniunct. cum emanc. lib. l. ea conditione. & ibi Bald. C. de rescin. vend. not. Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condi. & dem. in ij. col. in versi. quid si testator dicat, lego tibi centum ea conditione, &c. adhuc videtur quod cum non fuerit impletus di-
3 ctus modus, seu causa, nec amplius bene possit impleri, † quia verba conuentionis intelliguntur de septennio proximo, & per consequens continuo. l. eum qui Calendis. in princ. ff. de verbor. obliga. l. fin. §. quoties. ff. de publi. & l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufru. leg. not. Bald. in l. si cum Hermes. C. loca. per illum text. bene faciunt no. per glo. in rub. ff. de diuer. & tempo. præscrip. sed Marinus non probat se continuasse stare in studio, imo testes deponunt contrarium igitur videtur quod possit dictus magister Iacobus se tueri exceptione, eo quia agens non adimpleuit pro parte sua. l. Iulia. §. offerri. ff. de acti. emp. l. ædiles. §. fi. ff. de ædil. edic. nec dicam
4 † ꝙ attento, quod talis modus concernebat fauorem ipsius Marini, non videtur curandum, quod non sit impletus. l. Titio centum, in prin. ff. de condi. & demon. & l. ij. §. fina. ff. de dona. quia respondeo, ꝙ imo etiam dicitur concernere interesse soceri, cuius interest filiam suam viro literato & docto & digno in vxorẽ tradere, ut colligitur ex l. 3. §. si emancipatus. ff. de bon. pos. contra tab. & l. quæro. ff. de iure do. cum simi. Item iste testis in dicto suo est singularis & unicus, quia non concordat cum aliquo alio teste, ut patebit ex infra dicendis, ergo dictum eius non releuat. l. iurisiurandi. C. de testi. & c. in omni, de testi. ¶ Præterea iste testis non caret magna suspicione, quia ex dispositione præfati episcopi & d. Ia. & Galeoti testium præfati magistri Iaco. satis deprehenditur ꝙ iste testis non interfuit tempore dictæ promissionis dotis. ¶ Secundus testis dicti actoris est præfatus Andræas. qui videtur deponere quod dicta promissio fuit facta per hæc uerba, Io do quì a Marino, mia filiola con questo che vada al studio e dolli in dota la casa & ꝓmettoli dare uno letto fornito con uno panno de razo e diece ducati ogni anno in fino a sette anni, in loquale tempo debbia studiare & prometto darghela vestita secondo i costumi e vsanza de la terra, &c. quæ verba longè differunt a verbis primi testis, scilicet Antonii prædicti,
5 † quia Antonius deponit, quod promissio facta per illa verba videlicet, si & quatenus Marinus deberet accedere ad studium & studere per septennium. quæ verba secundum suam veram significationem faciunt conditionem, vt dixi supra, sed verba de quib. deponit dictus Andr. faciunt modum. l. cum ab eo. ff. de contrah. empt. l. ita liberas. §. hæc scriptura. ff. de manu. testam. not. Bartol. in d. §. Termilius, ergo isti testes nõ sunt contestes, & per consequens, tanquam singulares non probant. c. licet causam. de proba. c. bonæ. de elect. Præterea est probatum per duos testes de magna amicitia & conuersa-
6 tione inter dictum Marinum & dictum Andræam, † & licet amicitia simplex non inhabiliter testem, tamen quando est
a magna amicitia [a] saltem non redditur integer testis, ut no. gl. & doc. in c. insinuante, de offi. deleg. & not. Barto. in l. admonendi, in 9. col. in versi. venio ad tertium. ff. de iureiur. & not. doc. in c. quoties, de testi. & Iaco. But. in l. 3. in princ. ff. de testi. & no. doc. in l. eos. C. de test. cum suis concordan. ¶ Insuper ex attestationibus præfati episcopi & d. Iacobi & Galeoti deprehenditur dictum Andræam non interfuisse dictę promissioni dotis, ergo eius dicto non est standum. c. in nostra. cum ibi no. & c. ex tenore. de test. Et ꝙ plus est, præsupponitur mihi (licet hoc non sit in actis mihi transmissis,) ꝙ cum dictus Andræas detentus esset, confessus est spõte bis coram vicario epi se non interfuisse præmissæ promissioni dotis, & etiam coram dicto vicario epi receptos fuisse tres testes. s. dictos Petrum Comitis d. Iacobum, & Galeotum, qui apertè deponunt

dictum Andræam & dictum Antonium non interfuisse dictę
7 promissioni dotis, vnde† variatio dicti Andreæ, adeo debilitat
b dictum [b] suum primum, vt eius virtute non possit iudex sententiam ferre pro prima depositione, etiam si illa variatio a proximo dicto esset facta extra iudicium, ita dicit Anton. de But. in c. cum tua. de test. per Inno. in c. præterea. de testi. cog. faciunt not. in l. eos. ff. de fal. cum suis concordan. & tanto magis standum est huic secũdo dicto præfati Andreæ, quia maiores sunt coniecturæ pro illo secundo dicto, quo casu illi est standum etiam si sit secundum & non primum. c. literas, de præsumpt. & ibi ponderant illum text. ad hoc Bald. & domi. Abb. quod autem sint maiores coniecturæ pro isto secundo dicto patet per ea, quæ contra dictum Andræam deponunt prædicti alii testes, & etiam quia ipsemet in suo primo dicto variat ab eo, quod deponit dictus Antonius, qui prætendit se fuisse contestem cum dicto Andræa. ¶ Tertius testis dicti Marini est dictus ser Sanctes, qui non probat, quia est singularis in dicto suo, non enim deponit de promissione dotis facta loco & tempore de qua deponit Andræas, sed deponit de quadam confessione, quia dixit, ꝙ dictus Iacobus fuit confessus se aliàs promisisse Marino domum, bona, & res, de quibus in capitulis, excepto vno panno, & illa cõfessio fuit de alio tem-
8 pore & in alio loco, ergo iste testis non potest coniungi† cum dicto And. vel alterius deponentis de promissione, vt notabiliter determinat Cyn. in l. ij. in pen. vel antepen. col. C. quæ sit lon. consue. vbi dicit, quòd si unus testis probat de nume-
c ratione, alius [c] deponit de confessione numerationis non coniunguntur ad plenam probationem : & idem not. Bald. in l. si ex cautione. in 12. quæst. C. de non numer. pecu. & ibi etiam plenius Sali. in vlti. quæst. & Bal. in l. ij. §. fin. in fi. ff si certum peta. & Bal. in c. fin. in 3. col. de consue. & Anto. de Butr. in c. licet ex quadam, de testib. & Abb. in c. cum causam, de proba. circa antepen. vel penul. col. Reperio † etiam quod iste testis
9 contradicit dicto episcopi circa numerationem decem ducatorum, quia ser Sanctes dicit, quòd fuit de mense Septembris, & dominus episcopus dicit, ꝙ fuit de mense Octobris. vnde dicit Ioan. And. & alii post eum. in c. in nostra, de testibus, ꝙ quando duo sunt testes, quorum vnus contradicit alteri, neutrius dictum valet, nisi dignitas vnius prouocet iudicem ad magis credendum illi, quo casu posset etiam deferre iuramentum illi parti pro qua deponeret ille testis, qui esset in dignitate, & hic est casus noster, quia episcopus est in dignitate, est etiam senior, & testibus antiquioribus est magis credendum, c. notificamus 3. 5. q. 6. & c. quoties. de test. not. expresse gloss. & Bart. in l. cum quidam. ff. si cert. peta. Præterea etiam, ꝙ dicta numeratio decem ducatorum fuerit de mense Octobris, deponit dictus Petrus, & vtraque pars fatetur de unica numeratione decem ducatorum, & sic clarè de periurio conuincitur dictus ser Sanctes per istos duos testes, ut legitur & nota. in d. c. in nostra, & per consequens non creditur dicto Sanctis c. testimonium, de testi. & not. per gl. & doct. in præallegato. c. in nostra. cum simil. reperio, etiam receptos esse aliquos testes pro parte Iac. ad elidendum depositionem dicti ser Sanctis, sed non puto expedire super dictis eorum insistere, quia vt ex iam dictis constare puto, non est probata intentio dicti actoris. Ex quamuis non fuisset (vt puto) necessarium, tamẽ adhuc facta est probatio per duos testes, productos pro parte dicti Iacobi, scilicet per præfatum episcopum, & dictum Petrum, qui clarè deponunt, quod dicta promissio dotis facta fuit sub conditione, & quod domum dare promisit, post mortem suam, & quod Marinus conuenit, ꝙ nihil haberet, nisi omnia obseruaret, quæ promiserat, scilicet de eundo ad studium, adeo ꝙ doctor efficeretur, & ipsum Iac. tractaret ut patrem. Et cum præfato episcopo concordat per omnia dictus Petrus. Nec obstat, ꝙ dictus Iacobus fateatur se esse amicum prædictis duobus testibus, quia dico, ꝙ per hoc non inualidatur fides eorum, nisi appareret, ꝙ esset magna amicitia ut supra de-
10 duxi. ¶ Non obstat etiam si aliquis† ex istis duobus testib. fuis-
d set mediator [d] circa dictam parentelam. & alia dependentia a dicto contractu parentelæ, quia respondeo primò secundũ, quod voluit glo. j. in §. quoniam. in auth. de test. quod mediator est idoneus testis, si vult sponte testificari etiam si una pars non consentiat, & ita tenet Bal. & Sal. in l. omnibus. C. de testa. & Iac. de Bel. & Ang. in auth. de testi. §. pe. & licet aliqui in hoc tenuerint contrarium, tamen reducit domin. Abb. in c. dilectorum de testib. cog. opiniones ad probabilem concordiam, videlicet ꝙ admitteretur mediator ad testificandum, vna parte contradicente, sed quanta fides ei adhibeatur, iudex considerabit ex circunstantiis & qualitate personarum, & causæ. In proposito autem nostro qualitas personæ ratione dignitatis & ætatis suadet, ut ei plurimum credatur, & etiam, quia ratio quæ allegatur per gloss. & docto. in d. §. quoniam, quare aliquando non creditur mediatori est, quia aliqualiter est suspectus, vel ut consequatur proxeneticum, id est salarium quod proxenetæ datur pro perficiendo actum, vel si salarium non erat dandum est suspectus, quia præsumitur, quod affectet impleri contractum, in quem ipse tractauit, & pro quo laborauit, & istæ rationes cessare videntur in casu isto, quia matrimonium pro quo ipse laborauit est sortitum effectum. Ex quibus concludo per dictum Iacobum absoluendum.

ADDITIONES.

a ¶ Amicitia. sup. lib. 6. consi. 4. nu. 8.
b ¶ Dictum. sup. eo. consi. 2. nu. 8.
c ¶ Alius. sup. lib. 6. consi. 76. nu. 4.
d ¶ Mediator. sup. lib. j. consi. 22. nu. 14.

CONSILIVM CXXVIII.

Super eo quod quæritur de legato ducatorum 250. relictorum per dictum Christophorum dictæ Catharinæ, sentio de necessitate, aut nullo modo deberi, si aliter quam ex ipso testamento non constet legitimè, ꝙ dictus testator esset obligatus ad illam quantitatem dotis de qua in dicto testamento fit mentio, aut si plenè constet eum teneri ad illam quantitatem dotis, tunc in illa erit compensandum. Hoc esse verum probatur ex dispositione secundum communem statuti sub rubri. quid & quantum possint mariti legare vxoribus, vbi prohibetur maritus legare vxori vltra 25. libras Parmeñ. & annullat omnem confessionem aut promissionem mariti confitentis se esse debitorem vxoris vel externi aut promittentis vel obligantis se eidem vxori in vltima voluntate, nisi de sic concesso promisso vel obligato legitimè
1 doceat, † & tale statutum de iure validum est per notata per Bald. in l. cunctos populos. C. de summa Trin. in vlt. colum. in ver. dixi de statutis permissoriis, &c. & in l. 2. C. vt in poss. leg. in ver. sed quid si statutum dicit quòd filiæ, &c. & Pet. de Ancha. in repe. c. canonum statuta, de consti. in versic. quid ergo vtrum statutum, &c. probatur per l. hac edictali, in princ. in ratione sui. C. de secun. nupt. ¶ Nec huic obstat dispositio Bartholomæi iunioris facta in testamento suo, quia ipse solum mandat obseruari assignationes quas ipse Barthol. fecisset dictæ domi. Catha. suæ matri, sed de vlla assignatione facta pro istis ducatis 250. per dictum Bartholomæum iuniorem nihil presupponitur. vbi autem ex aliis documentis constaret legitimè dictum Christophorum fuisse obligatum ad dictos ducatos 250. de quibus in dicto eius testamẽto pro dicta dote, tunc clarum est quòd veniunt compensandi in ipsam quãtitatem quam probaret legitimè, vt dixi, dictum Christophorum debere vt confessus est, quia de modo compensandi in legato fuit expressum. l. creditorem. ff. de leg. 2. l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxo. ac. Ex his etiam infero ꝙ legatum vsusfructus relictum per Christophorum dictæ dominæ Catharinæ vxori suæ tanquàm factum contra dictam prohibitionem statuti non valuit. Quantum† ad aliud dubium quo quæritur,
2 an filij & hæredes dicti Bartho. iunioris possint petere chlamydes dato ꝙ tale legatum non fuerit descriptum in testamẽto d. Bartho. quia testator ipse noluit ꝙ hoc poneretur in scriptura testamenti, tamẽ potest probari per duos vel tres testes, respondeo peti posse, quia nihil repugnat ꝙ condens vltimã voluntatem voluerit partem * suæ dispositionis redigi in scriptis, & partem sine scriptis l. fin. cum ibi no. per Dyn. & Bar. ff de iure cod. & patet ex no. per glo. & doc. in l. si is qui. ff. de test. & tale onus præstandarum chlamydum potuit iniungi dictæ Catharinæ legatariæ. l. ij. C. de his quæ sub modo. l. ab eo. C. de fideicommis. & vr quod sufficiant ad hoc duo testes, attento, quod ista est dispositio inter liberos testatoris, per l. hac

l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C. de testa.l.fi.C. famil. ercis.etiam si testes huiusmodi sint fœminæ & non fuerint rogati,per l.fi.j.in glo.C.de codi.& no.in auth. quod sine.C.de testa.& in auth.de testa.imperfec.§.j.& in §. quod sæpe.in authen.de trien.& se. & in d.l.fi.fa. ercis. attento quod non est dispositio, quæ dicatur esse ex causa onerosa ipsi Catharinæ, nec eam obligat in uitam si ipsa nolebat agnoscere legatum bestiarum sibi relicto ex testamento Bar. vt dictas chlamydes præstaret filiis dicti Bar.in l.imperator.in prin.ff.de leg.2. cũ simi.& sic est merè dispositio fauorabilis filiis dicti testatoris absq; eo, quod fieret præiudicium Catharinæ in aliquo iure, iam sibi tunc quæsito, quia tunc sibi non debebantur illa animalia legata . hoc dico ne fortasse videretur obstare, id quod no.gl.in l.j.C.de test. tu. & quod not.Bart.in l.impuberi.per illum tex.ff.de adm.tut. cum concor. Et si per testes probaretur * quod per modum contractus dicta Catha.tempore testamenti prædicti se obligauit, post mortem testatoris ad dictas chlamydes dandas filiis testatoris adhuc clarum est, quod peti possent saltem cum esset actus habens dependentiam ab ipso legato relicto d.Catharinæ.l.hæredes palam.§.fi. cum glo. & ibi doc.ff.de testa.& no.Cyn. & alii in l.cum antiquitas.C. de test.& probatur in l.ex sententia.in verbo, promisisse.ff.de test.tut.& in l.non est mirum.ff.de pig.ac. cum si.& pater potuit ex contractu acquirere & stipulari post mortem suam filiis suis.l.quodcunq;.§.si quis ita.ff.de ver.obl.& plenè no.in l.quod dicitur.eo.ti. Alex.

ADDITIONES.

ª Voluerit partem .] Nota quod pars testamenti potest fieri sine scriptis,vt colligitur ex no.per Bar. in d.l.fi ff. de iure codicil. vbi vult, quod nuncupatio hæredis,facta coram legitimo numero testium,sine ulla scriptura valeat,ut testamentum.

* Per testes probaretur .] Nota quod aliquis potest se obligare tempore testamenti,ad implendum ibi contenta,adde tex in l.fi.C. de fidei com.liber.& tex.in l.in tacitis.& ad eum Bal.ff de leg.j.& tex.in l.uxorum in verbo consensisse.ff.de fal.& in l. spadonem.§.j.ff. de excusatio. tuto. Natta.

EPITOME.

STATVTVM quod vir lucretur dotem vxore prædecedente, postquam ducta fuerit in domum viri, locum habet si sponsa aliunde adducta fuit in ciuitatem,vbi uir habet domicilium, & mox antequam solenniter in domum viri duceretur,decesserit.& in hoc attenditur statutum domicilij viri. & prædicto casu,is qui promiserat vestire & ornare sponsam,tenetur dare vestes ob eam causam iam factas.

CONSILIVM CXXIX.

1 Super primo dubio, videtur prima consideratione dicendum,ꝙ maritus non lucretur dotem , † quia statutum loquitur de muliere prædecedente, postquam est in domum viri trasducta,vel quæ virum duxerit, ergo tale statutum non debet extendi ad alium casum.l.si vero.§. de viro.ff. solu.matr.l.si seruum.§.non dixit prætor.ff. de acqui.hæred. c.quæ a iure,de reg.iur.in 6. attento ꝙ tale statutum est exorbitans a iure communi.quia soluto matrimonio dos reddi debet mulieri,seu patri mulieris.l.ij.in prin.ff. soluto matrim.l. dos a patre.C.eo.tit.¶Accedit quia vbi lex vel statutum requirit aliquid cum certa qualitate,debet utrunque probari , alias non habet locum dispositio legis vel statuti.l.j.§. ait prætor: ff.ne quid in flu.publi.l.ij.§.docere.ff.vi bonorum rapt.l.denunciasse.§.quid tamen.cum ibi no.per Bar.ff. de adul.c.j.de homi.lib.6.cum ibi not. per Ioan. And. in nouella. ¶Ad hoc 2 in proposito†quod no.Bal.ª in l. non fine.C.de bo.quæ libe: a vbi voluit, quod si quæritur , an statutum de dote lucranda prædecedente muliere habebit locum in muliere solum desponsata per verba de præsenti , debet attendi per quæ verba statutum loquatur , vnde dicit, quod si statutum diceret, quod si præcedat uxor in matrimonium copulata maritus lucretur dotem,tunc propter illud verbum copulata,non sufficeret eam esse desponsatam , sed requiritur consummatio per copulam carnalem.& dicit , quod ratio est, quia ante ductionem maritus non sustinet onera, ergo nec lucra habere debet l. manifestissimi.§.j.C. de fur. & in regula secundum naturam.ff. de regul.iur. & tale lucrum dotis non dicitur esse verum lucrum , sed datur in recompensatione expensarum , & onerum, vt not. in l. si donaturus.§.fin. in glo.in verbo duntaxat.de condi.ob causam. & hoc intelligitur esse verum , nisi statutum aliter diceret, vel nisi stetisse per mulierem , quominus traduceretur per l.Deo nobis.C.de episcop. & cleric.ubi 3 etiam dicit se dixisse.¶Nec obst.si diceretur , † quod uxor videtur traducta ad domum viri ex eo, quod sæpe ibat ad domum viri, & ibi stabat per aliquot dies & noctes, & de die stabant & conuersabantur inuicem ut uir & uxor, & solus cũ sola nisi sunt in camera super lecto , quia respondetur , quod per hoc mulier ipsa non intelligebatur in domum viri trãsducta,cum esset ibi ad tempus , & simul de nocte non dormiebant in eodem lecto ut uir & vxor. facit l.j.§. habitare.versic. hospes.ff.de his qui deier. vel effu.l. postliminii ius . in fin.ff. de capti.& l.debitor.ff.de pign. & l. ex facto proponebatur . post medium.ff. de hær. insti. & per easdem rationes non videtur obstare alia pars statuti,quæ dicit , vel quæ virum duxerit,quamuis maritus fugiẽdæ pestis causa accesserit cum uxore ad domum uxoris in Lunensi diœcesi optimè facit tex. in l. in lege censoria, versi. quid esset domum ducere. cum seq.ff. de verb. sig. & sic cum verba statuti non conueniant casui nostro , non uidetur conuenire etiam dispositio statuti.l. ita tamen , in princ.ff. de administra. tuto.l.3.§.toties.ff. de damn. 4 infect.c.indemnitatibus.de elect. lib.6. ¶Sed præmissis†non obstantibus videretur contrarium esse de iure verius . nam præsuppono,ꝙ ratio finalis dicti statuti fuit maritum lucrari dotem in recompensatione onerum & expensarum, quę plerunq; per maritos supportantur,per not.per gl. in d.l.si donaturus.& not.Barto.in auth. præterea , in pen.col.C. vnde vir & uxor.& in d.l.non fine,in princ. & Salic. in l.cum in re.C. de dona.ante nup.facit l.dotis fructus, in princ.ff.de iure do. & l.de diuisione.cum gl.j.ff.solu.matr. & not. expresse Ange. in l.j.§. si vero. per illum text.C. de imponenda lucra. descr. iuncta gl.ibi in verbo lucrum . & clarè Ang. in consi. 180. incip.Præmitto ad euidentiam, &c. nec ulla alia redditur ratio per doc.nec ulla alia uidetur reddi posse & qui aliã allegat eã probet,vel ostendat,per no.per gl.in l. cum de lege.ff.de proba.& ꝙ not.Bartho.in l. conficiuntur.§. codicilli. in fin.ff.de iure codicil.& ff.de oper.nou.nuntia. in rubri.in vltima col. & in l. si constante. in j. quæst. primæ partis.ff.solu.matri.& in l.decem.ff.de verb.obl.& Ang.& Moderni in l. cum ex ea. ff.de re iud.& in l.mutum.§.j. de acquiren.hæredi.¶Præsup5 pono† & secundò quod vbi ratio scriptaᵇest in statuto, tunc b fit exceptio de casu scripto in statuto ad casum habentem similem rationem,vt colligitur ex not.per glo. in cle. j. in verbo,eligatur.de elect.& no.expresse Bald.in authen.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.in 2. col. & cum eo transeunt etiam Moder.ibi.qui vna cum Bald.mouentur per l.his solis. C. de reuo.do.& per tex.in auth.de hære.ab intest.§.ex his.Bene facit l.cum mulier.& ibi per illum tex.hoc no.Ray.ff.sol. mat. & quod per Dy.in c.fi.de reg.iur.in 6.& per Cynũ. in l. vna. in 5.q.C.de his qui ante apertas tab.hoc etiam voluit Bal.in l. fi.ff.de hæred.insti.& sensit Bar.in l.liberorum. ff.de ver. sig. in 7.vel 8.col.in versi.his pręmissis veniamus,&c.in fi.illius. q:facit.l.emptor.§.ancilla.ff.de rei ven.& l.in fideicommissi. 6 §.cum Pollidius.ff.de vsur.† Et idem vbi ratio non est expresc sa in statuto,tamen vnica ᶜ est,quia illa pro expressa habetur . vt est glo.not.quam ibi ad hoc ponderat Bald.in l. quamuis. C.de fideicommiss. vnde tunc sub tali statuto comprehenditur alius casus cui conuenit dicta ratio statuti , & non dicitur tunc interpretatio extensiua sed intellectiua,secundum Bald. ibi.& voluit hoc plenius Bal.in l.maximum vitium. in 4.col. C.de libe. præter.& Rapha.Cu.& Pau.de Cast.in l. si verò. §. de viro.ff. solu.matrim.vbi Rapha. pro hoc etiam allegat no. per Nic.de Mat.& Bald.in authen.si qua mulier.C. ad vellei. & idem sequitur Pau.de Cast.in d.l.quamuis.& in consil.suo 234.incip. In Christi nomine præsens casus modicam dubitationem,&c.facit l.ij.ff.de libe. & posthu.l. & fundus, qui 7 locatus.ff.de fun.instr.leg.¶Istis sic præmissis dico † ꝙ attento,ꝙ pro parte dicti mariti factæ erant expensæ pro traducendo uxorem ornatã dę proximo ad domũ viri(vt et verbo fert)

N 3 uidetur

videtur quod iste casus decidatur per dictum statutum, ut
maritus lucretur etiam hoc casu dotem. hoc videtur decidere
apertè Sal. in l. cum in te. C. de do. ante nup. vbi voluit, ꝙ etiã
quando statutum requireret mulierem esse copulatam viro
per copulam carnalem ad hoc, vt muliere prædecedente vir
illius dotem lucraretur, & de facto contingat, quod mulier
erat ducta, vt viro coniungeretur, tamen ante coniunctionem
decessit mulier, maritus lucrabatur dotem ac si cõiuncta fuis-
d set, quia pro cõiuncta & copulata habetur, quæ de proximo d
coniungenda est. allegat in argumentum. l. pen. ff. de mili. test.
l. item in legato. ff. de leg. 3. & in auth. vt exactio. instan. dot. §.
fi. bene facit l. & si non sint. ver. quid ergo si cœptum. ff. de au-
ro & argen. leg. & non refert, an dictas expensas vestium & si-
milium fecerit ipse maritus, vel alius coniunctus suus, quo ca
su præsumuntur factæ esse contemplatione mariti, & perinde
habetur ac si a marito factæ essent l. sed si plures. §. in arroga-
8 to. ff. de vulg. & pupil. & ibi Bar. cum si. ¶ Confirmo † & secun
do per tex. no. in c. præsenti. §. fi. de præb. in 6. & quod per il-
lum ibi nota. Dominicus de Sancto Gemi. vbi colligit ex illo
text. ꝙ vbi res est destinata de vno loco ad alium, effectus su-
perueniens antequam res locum destinatum attingat, cense-
tur factus in loco, vbi destinabatur, & nõ in loco, vbi effectus
imprimitur, quod esset not. ad statutum disponens, ꝙ muliere
moriente in ciuitate maritus lucretur totam dotem, & con-
tingit quod maritus contraxit cum vxore in loco multum re-
moto ab illa ciuitate, & volebat ad ciuitatem ducere, & ipsa
moritur in via, vel in dicto loco remoto, vbi contraxerat ma-
trimonium, debeat dotem lucrari, ad quod etiam dicit esse vi
dendum id quod no. in c. j. de spon. Sed ista mulier fuit, post
desponsationem traducta de diœcesi Lunensi, vbi erat domi-
cilium suum, ad ciuitatem Parmæ, vbi erat domicilium viri,
ea intentione & destinatione, vt cum parata essent ea, quæ op
portuna erant ad ornatum mulieris, & nuptiarum accederet
ad domum viri, & cum eo copularetur. ut etiam indicabat il-
la solennitas missæ virginitatis, quam simul in ecclesia audi-
uerunt, quamuis igitur postea impedimento casus fortuiti,
hoc perfici non potuerit, tamen debet hr̃e locum statutum cũ
peruentum fuerit ad actus proximos, sicut dicunt præfati do-
9 cto. ¶ Tertio, quia † hoc apertè voluit Fulg. in d. l. non sine, in
fi. vbi concludit, ꝙ si statutum de dote lucranda etiam qñ re-
quireret vxorem esse copulatam viro actuali copula habeat lo
cum in ea vxore, quæ destinata erat ad copulam, licet nondũ
copulata fuerit, dummodo maritus substinuerit onera & ex-
pensas, quia cum in dicto statuto secundum eum non possit
assignari, nisi vnica ratio. s. compensationis & onerum expen-
sarum illa habetur pro expressa, & propterea vbi habet locum
dicta ratio statutum sibi locum debet vendicare. alle. not. per
glo. & Bal. in d. l. quãuis. & d. l. his solis ¶ Quarto per id quod
dicit Raph. Cum. in l si cum dotem. § transgrediamur. in fin.
ff. soluto matrimo. vbi similiter in dicto statuto dotis lucran-
dæ facit istã distinctionem, scilicet aut maritus sustinuit one-
ra, nam dicit ipse plerunque fiunt magnæ expensæ antequã
vxor copuletur viro, quia mittuntur iocalia & vestes, & tunc
dicit, ꝙ etiam si non interuenerit copula, habeat locum statu-
tum dotis lucrandæ propter rationem dictorum onerum, &
expensarum, in quibus fundata est mens statuti. ¶ Quinto
10 † probatur, nam dicta mulier fuit, post desponsationem tra-
ducta de diœcesi Lunensi ad ciuitatem Parmæ, in qua est lo-
cus originis, vel domicilii ipsius mariti, & traducta propter
causam huius matrimonii, ergo ista mulier potest dici tradu-
cta ad domum viri, quia saltem largè domus accipitur pro lo
co, seu ciuitate, in quo vel qua quis habet domicilium, seu ori
ginem, vt ff. de iud. l. ij. §. legatis. cum gl. in verbo, ius datur. &
in §. ei quoq;. & in §. omnes. & in c. præsenti. §. loca. de præb.
in 6. ergo cum dicta ratio statuti, scilicet recompẽsationis one
rum, tanquam vnica habeatur pro expressa operabitur, ꝙ sta-
tutum comprehendat casum nostrum, qui poterat comprehẽ
di sub casu expresso a statuto saltem inspecta lata significatio-
ne vocabuli, per no. per gl. & Ang. in auth. ut hi qui oblig. in
prin. colla. 6. & in cle. auditor, in gl. in verbo beneficio. de re-
scr. & glo. in cle. j. in glo. pen. de rerum permu. & in c. j. in ver
bo, collationem. eodem titu. lib. 6. & not. Pau. de Liaza in d.
cle. j. de elect. & Ioan. de Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto
matr. in ver. fallit. secundo secundum quosdam quando ra-
tio est expressa, &c. & in d. l. fin. ff. de hære. insti. facit l. filium
habeo. ff. ad Maced. & l. senatusconsulto. & l. libertum. §. j. ff.
11 de ritu nup. ¶ Sexto corroboratur, † quia verbo fertur, quod
postquam vir & vxor se coniunxerunt carnaliter, steterunt ac
dormiuerunt de nocte, in eodem lecto continuè per plures
menses, vt fecerunt prædicti extra propriam domum mariti,
ꝙ de consuetudine dictæ ciuitatis Parmæ est, ꝙ postea absque
publico & sumptuoso apparatu vadit mulier ad domum viri
sui, & sic præsumitur ꝙ nullum alium solennem apparatum
nuptiarum facturus erat dictus maritus in reditu suo cũ vxo-
re, quia quis præsumitur velle id, quod consuetum est in si-
milibus fieri. l. si. in fin. C. de fideius. l. prius. §. rectè placuit. ff.
de aqua plu. arcen. l. ex ea, in prin. cum ibi no. ff. de verb. obli.
l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edic. no. præcise Bald.
in l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de leg. 3. ergo in proposito no-
stro nulla potest esse maior ratio in muliere ista quæ tempore
quo decessit, non erat aliter ad domum viri traducta quam si
decessisset postquam ad ciuitatem Parmæ, & ad domum viri
rediissent. pro quo etiam facit, quia non videtur, ꝙ statuentes
multum ponderauerunt expensas, quæ fiunt per maritum in
die nuptiarum, quia voluerunt, ꝙ etiam si vxor ducat virum
ad domum suam lucretur maritus dotem, & tamen illo casu
a cõiter accidentibus maritus non consueuit facere expensas,
quæ fiunt in illa die nuptiarum, sed mulier & ad ea, quæ fre-
quenter fiunt, adaptantur leges. l. nam ad ea. ff. de legi. ¶ Acce
12 dat etiam † ad robur prædictorum si maritus dicto tempore
quo fuerunt extra ciuitatem Parmæ supportauit onera matri
monii in his, quæ erant necessaria vxori. Et ubi etiam appare
ret, ꝙ non fuisset traducta ad domum uiri propter moram vel
culpam eius, qui dotem dare debebat, certum videretur quod
etiam omnino dotem lucrari deberet, per ea quæ notabiliter
tradit Bar. consi. 135. inci. Statuto. & Bal. in l. fi. C. de dotis pro
mis. in 2. col & Ang. in d. consi. 183. & Pau. de Cast. in l. iube-
mus. §. sanè. C. de sacros. eccl. ¶ Non aggredior illum articulũ
in quo dubitatur, an statutum loquens, simpliciter de lucro
dotis predecedente muliere, intelligatur habere locum in mu
liere, quæ solum fuit desponsata per verba de præsenti, & non
fuit traducta ad domum viri, vel non fuit copulata viro, quia
sumus in casu, quo statutum expressam facit mentionem de
traductione. Ita similiter in casu non dubitatur de copula, cũ
etiam in domo uiri fuerit visus maritus in lecto solus cum so
la, & postea in hospitio in territorio Parmensi in eodem lecto
pernoctarunt simul ut uir & vxor, & etiam in diœcesi Lunen-
si, similiter per plures menses, c. literis. cum seq. de præsump.
Ex prædictis apparet responsio ad allegata in contrarium, quia
de ista muliere iudicatur, vt traducta ad domum uiri per præ
dicta, secus quando prædicta non intercessissent, quia tunc
procederent contraria. ¶ Super secundo dubio † quo quæritur
13 an debeat attendi locus domicilii mariti, an uxoris, posito quod
in domicilio uxori sit diuersum statutum super lucro dotis a
statuto domicilii viri? & in hoc non insisto, quia communi-
e ter concluditur quod attenditur statutum domicilij uiri, e vt
l. exigere dotem, & ibi no. Bar. & alii. ff. de iud. & in l. cunctos
populos, circa 4. vel 5. col. C. de sum. Tri. & no. Archi. 13. dist.
illud. & canonistæ in c. j. de spon. & Bal. in auth. omnes pere-
grini. iuxta medium. C. commu. de succes. in ij. col. & in c. j. §.
fi. de inuesti. de re. alie. fact. & in l. fi. C. si a non compe. iud. fa
cit quod no. Bal. in d. auth. omnes peregrini. iuxta medium
per illum tex. & quod no. Spe. in tit. de sen. §. qualiter. versic.
item pone. & tanto magis hæc procedunt, quia præsupponi-
tur contractum dotis & numerationem fuisse factam Parmæ
& sic in domicilio viri, per ꝙ non obstant not. per Bal. in l. fi.
C. si a non compe. iud. quæ decisio nullo modo est in casu no-
14 stro. ¶ Circa tertium, † an ille, qui promisit vestire & ornare
sponsam prædictam, si dictus filius Sebastiani acciperet dictã
mulierem in vxorem, teneatur dare vestes, quas iam fecit, li-
cet mulier diutius non uixerit, & saltem quo ad illas iam fa-
ctas, in quibus non oportet discutere, an promissor fuerit in
mora faciendi, vel non, dico promissorem teneri, & hoc ue-
rum esse uidetur, si facta fuit promissio solenniter ut per sti-
pulationem, scilicet præcedente interrogatione, & secuta re-
sponsione, iuxta l. iurisgentium. §. quod ferè. & §. igitur nu-
da. cum ibi no. ff. de pact. posito autem, quod esset facta pro-
missio, sine stipulatione, id est non, sine præcedente in-
terroga-

terrogatione, & tunc si fuit promissio dictarum vestium, vt ille, cui facta fuit promissio curaret contrahi dictum matrimonium, & sic fuit promissio dare, vt facias, & tunc cum ille, cui facta fuit promissio, adimpleuerit pro parte sua, potest agere ex illo contractu innominato. l. ex placito, cum l. seq. & l. rebus. C. de rerum permu. aut fuit facta per dictionem, si id est si curabis quod contrahatur matrimonium cum tali muliere promitto vestes, &c. & tunc fuerunt opiniones, quia quidam tenuerunt, ꝙ cum in isto casu ex implemento talis conditionis nihil adsit illi promissori, non transeat in contractũ innominatum, & sic non possit agi contra eum, si non intercessit stipulatio, vt no. Guil. de Cu. & Bar. in l. si quis cum debitore. ff. de iureiu. & Bar in l. siue apud acta, in vlti. col. C. de transac. & in l. intra. ff. de pac. alii vero tenent, quod etiam isto casu, q̃n ex implemento conditionis, nihil adest, seu nihil acquiritur ei, cui impletur, ꝙ tamen possit agi, vt tenuit Ang. in d. l. si intra, & sentit Bal. in l. q̃m. C. de rer. permu. & expressius Io. de Imo. in l. hoc iure. §. Labeo. ff. de dona. & Fulg. in d. l. siue apud acta. per no. in l. naturalis. §. quod si faciam. ff. de præscrip. verb. & l. solent. & quod ibi no. Bar. eo. ti. & l. periculi. ff. de nauti. fe. tamen hoc vltimum non pono pro constanti, scilicet quod q̃n facta esset conuentio per dictionem si, sine stipulatione possit agi impleta conditione. ¶Nec etiam audeo ponere pro constanti, ꝙ in dicta promissione, quæ intelligatur facta animo donandi dicto marito per d. §. in arrogato. cum ibi no. per Bar. & per Bal. in l. ij. in j. q. C. de iure do. iunctis no. per Bar. in l. eum qui. ff. si cer. pet. circa tertiam col. & l. fi. in fi. C. ad leg. falc. habet locum dispositio. l. si quis argentum. §. pe. C. de dona. quæ vult, ꝙ agi possit efficaciter ex pacto nudo, seu propter pactum nudum donationis, licet quidam tenuerunt habere locum etiam in donatione ob causam, vt expresse firmat Io. Fab. in §. aliæ. instit. de dona. & colligitur ex not. per gl. in l. cum pater §. Mæuio. de leg. 2. & in l. ij. C. de iure dotium. cum pleriq; contrarium teneant. & cum videatur esse donatio præsumpta. Quinimo in casib. in quibus dixi agi posse tanquam intelligatur dicta promissio facta animo irreuocabiliter donandi, intelligo hoc verum saluo semper arbitrio boni viri, qui habebit hoc arbitrari ex qualitate, & quantitate impensæ & personarum, & ex aliis concurrentibus coniecturis iuxta l. virum. ff. de don. inter uirum. l. ex duobus. §. fi. cum gl. ff. de neg gest. & per Bart. & alios in l. in his. §. j. ff. sol. ma. & in d. l. cum quid. cum si. Ale.

ADDITIONES.

a ¶Bal. Adde Bal. consi. 290. lib. j. Corn consi. 258. lib. 2. Soc. l. si fuerit. de cond. & demon. Pan. consi. j. lib. j. Dec. consi. 540. consi. 577. col. j. Hyp. Marsi. consi. 94. latè And. Tiraq. rep. l. si unquam. ver. donatione largitus. nu. 175. cum seq. C. de reuoca. dona.
b ¶Scripta. Cur. senior. consi 89. col. j. ij.
c ¶Vnica sup. eo. consi. 53. nu. 10. sup. lib. 6. consi. 89. nu. 4.
d ¶Proximo. Marsi. sing. 106. fac. sup. eo. consi. 42. nu. 3. Io. Igneus in l. j. §. serui appellatione. col. fi. ad Syll. limitat istud dictum ut procedat in fauorabilibus, secus in odiosis.
e ¶Viri sup. lib. 4. consi. 100.

EPITOME.

LICITVM est Christianis negotiari, & mercari cum Saracenis & barbaris cum quibus non est bellũ, & ad eos res quascunque exceptis specialiter prohibitis deferre, & in dubio mercatoribus, & commercijs fauendum.

CONSILIVM CXXX.

1 Super eo de quo quæritur, videlicet an fideles possint, † apud barbaras nationes, vt apud Mauros & similes mercari & mercimonij causa nauigare. & ad regiones illas mercaturas deferre nullo inter nos & barbaros illos existẽte genere belli? videretur fortasse prima consideratione dicendum ꝙ non, per l. j. & ij. C. quæ res exportari non poss. vbi ad barbaros vinum, aut oleum, aut alia aliquamina deferre non licet causa negotiationis, vel commerciorum, & idem dicit gl. in d. l. j. esse in quibuscunque aridis, scilicet victualibus, non solum in uino oleo, & alio liquamine, quia est eadem ratio, & idem est in ferro & omni armorum genere, vt habetur in d. l. ij. & contrafacientibus capitis pœna cum bonorum confiscatione imponitur, ut in d. l. ij. & l. cotem, in prin. ff. de publi. & ibi dicitur in cotibus, seu lapidibus, qui sunt ad ferrum acuẽdum, & idem ibi expresse dicitur in frumento & sale. & hoc etiam declaratur in l. j. cum gloss. C. de littorum & itenerum cust. lib. 12. vbi gloss. dicit quod merces, quæ prohibitæ sunt ad nationes barbaras, sunt victualia & arma, nec denique mercatoribus nostris, licet aurum pro mancipiis, aut quibuscunque speciebus comparandis ad barbaros transferre. l. ij. C. de commer. & merca. nec animalia transducere in barbaricum solum. l. vsurpatione. & ibi no. C. de vecti. & com. Et ista etiam videntur pariter statuta de iure canonico, vt in c. ita quorundam, in c. significauit, in c. quod olim, in c. ad liberandam, de Iudæ. vbi etiam exprimitur idem in deferentibus ad Saracenos lignamina galearum, & contrafacientes vltra iam dictas censuras pœnam excommunicationis incurrunt, & insuper capientium serui efficiuntur, & idem in vendentibus eis galeas vel naues, vt in d. c. ad liberandam, nec attenditur, an deferens prædicta apud barbaros, hoc faciat ea intentione, ut Christiani impugnentur secundum docto. in d. cap. ita quorundam. & plus probari uidetur tex. in d. cap. significauit, ꝙ nullæ res vel merces ad Saracenos, seu in Alexandriam deferri possint, ex quibus possit Saracenis aliquod commodum, vel subsidium peruenire, nisi deferrent pro recuperandis captiuis Christianis apud barbaros existentibus & puniuntur, tam deferentes per se, quam illi, qui per nuncios destinassent. dicit tamen Hostien. in summa de Iudæ. & Sarace. §. qualiter erga ipsos. ver. nedum autem. cum ver. seq. quod licet ex identitate rationis fiat extensio, ut non solum vinum oleum & alia liquamina, verum etiam & fructus aridi non possint p Christianos deferri ad Saracenos per not. in d. l. j. C. quæ res expor. non poss. tamen quia quo ad dictos fructos aridos non reperitur imposita de iure pœna capitalis, erit pœna arbitraria. arg. c. de causis, de offic. dele. c. postulasti. de Iudæ. l. j. §. expiratores. ff. de effrac. tamen uidetur quod in hoc Host. non rectè dixerit, quia imo etiam quo ad illos, videtur imposita pœna capitalis, vt habetur in d. l. cotem, in princ. ¶† Sed præmissis
2 non obstantibus, puto esse aduertendum, aut nos quærimus de Saracenis, ac de illis barbaris, qui sunt hostes Romani imperii, aut præter istos quærimus de aliis. Primo casu in Saracenis & hostibus imperii Romani, puto esse verum, quod illa, quæ in specie prohibita sunt in dictis legibus & iuribus deferri non possint, secundum quod specificè supra retuli, nec etiã tpe guerræ inter nos & ipsos possumus ad ipsos deferre ullas merces, vel res, vt secum mercimonium haberemus. ita hr̃. in d. c. quod olim. cum aliis supra alle. secundum verum & magis cõem intellectum. licet gl. j. in prin. in d. c. significauit. videatur velle restringere illum tex. ad merces prohibitas tantũ, & sic velit, ꝙ etiam tpe guerræ solum prohibitum sit deferre merces specificè prohibitas, non alias. & etiam secundum magis cões conclusiones tempore guerræ non est licitum deferre merces prohibitas etiam pro redemptione captiuorum, dato ꝙ aliter captiuos Christianos redimere nõ possent, ut per gl. & doc. in d. c. significauit. Sed cessante guerra, seu inita pace, vel treuga licitum est indistinctè mercimonii causa secum habitare, & ad eos merces & res quascunq; transferre, ex quibus possit Saracenis & prædictis commodum & subsidium prouenire. dummodo non sint de rebus specificè prohibitis, quas enumeraui supra, ita probatur in d. c. significauit, & in d. c. q̃d olim. & no. Host. in summa. in d. tit. de Iudæ. & Sara. §. fi. plus sensit gl. in d. c. significauit in verbo excõicationis. in fi. ꝙ tpe pacis licitũ est deferre merces prohibitas ad infideles, de quo dubitat Host. in d. c. ꝙ olim, tamen Inn. ibi & cõiter docto. tenent, ꝙ tempore guerræ nullæ merces deferri possint etiam illæ, quæ non sunt specialiter prohibitæ, sed tempore pacis non possunt deferri merces prohibitæ, sed aliæ sic, per illum tex. & illos intelligimus esse Saracenos, qui nec nouum testamentum, nec vetus recipiunt, seu Deos plures colunt, ut per Host. in summa, in ti. de Iudæ. & Sara. §. qui sunt Saraceni. cũ §. seq. & Spec. in tit. de Iudæis, vbi dicunt quosdam Saracenos recepisse libros quinq; Moysi, sed prophetias abiecisse. Com-
3 probantur prædicta quia † secta Saracenorum est minus mala, quam secta Iudæorum, iuxta uerbum Domini nostri dicentis Iudæis, Tolerabilius erit Sodomæ in die Iudicij, quam

 vobis,

vobis,vt hr̃ Matt.11.c. & j.q.j. in c. nonne.& ibi glo. assignat
rationes, quare Iudæi peiores sint Saracenis,quia Saraceni le
gem naturalem tantum transgressi sunt, sed Iudæi etiam scri-
ptam.Item Saraceni prædicatores non habuerunt, sed Iudæi
sic ẽt Christum, & apud Saracenos nulla miracula, sed apud
Iudæos multa facta sunt. Et præterea Iudæi Christum crucifi
xerunt,& ꝙ sint peiores Iudæi Saracenis. patet, quia cum ec-
clesia in die parasceue oret pro omnibus, tamen pro Iudæis
non flectit genua, sed pro paganis sic, & per hanc rationem
probat hoc Oldr.in consi.51.incip. Iudæus transiuit ad sectã
Saracenorum.&c. & in consi.87. quod incipit. Quæritur an
princeps.& in consi.263.quod incipit.Illa videtur. &c. Sicut
ergo inter Christianos & Iudæos inter quos cessat bellum,est
licitum mercari & negotiari.l.nemo,la i.C. de Iudæ.c.postu
lasti.c.cum sit. & c. penul.de Iudæ.quinq; enim excipiuntur
in quibus Christiani prohibentur cõicare Iudæis, vt legitur
& nota 28.q.j.nullus c.Iudæi,el ij. de Iudæ. quia non debent
ad inuicem cohabitare, seu communicare, nec in balneo si-
mul stare,nec aliquem Iudæorum in infirmitatibus suis voca
re,aut medicina ab eis percipere,aut agriua eorum comedere,
ergo debet licere cum Saracenis commercium similiter habe
re.Tolerari enim debet à nobis secta Saracenorum & Iudæo-
rũ donec quietè viuant.l.Christianis.C.de sacrifi.pag.& tem-
po.c.& si Iudæos.de Iudæ.& per plura probat Old. in consi.
supra allegatis.& Ioan.And.in add.Specu.in d. rubr. & patet
ex no.per Inn.& alios in c. ꝙ super. de voto. intantum quod
4 dicit Old.in d. consi.86.† ꝙ principes Christiani tenentur di-
ligere Iudæos & Saracenos, inquantum sunt naturæ nostræ
participes, vt habetur de pœni.dist.ij.charitas. & ex ista chari-
tate, quæ eis debetur tpe necessitatis tenemur eis subuenire,
& eleemosynas facere 43. dist. quiescamus 16.q.j.86. dist.nõ
satis.pro hoc etiam alleg.id quod habetur in c.pen.& fin.23.
q.4.vbi infidelis appellatur proximus, quem quis debet dili-
gere, vt seipsum, ex quibus concludit nullas nouitates eis fa-
ciendas in terris Christianorum, nec esse expellendos,sed be-
ne tractandos,vt etiam sonat tex.46. dist. qui syncera.& in l.
Christianis.C.de sacrific. paga. & templis. & latè probat.Pet.
de Anch.in commento regulæ, peccatum. in 7. vel 8. charta
magna & dicit Bar.in d.l.Christianis. quod si quæratur quare
ergo ecclesia inducit bellum Saracenis.respondet,quia Sara-
ceni detinent terram nostram, nam terra Hierusalem & terra
promissionis,quam ꝓmitit Dominus Abrahæ & semini eius,
est debita nobis, quia sumus filij Abrahæ secundum Aposto-
5 lum.Et si dicatur† quare ecclesia inducit bellum contra Tur-
cas,respondet Bart. ꝙ hoc ideo, quia non possumus aliter ire
ad Saracenos,quia ergo non permittunt nos ire ad Saracenos,
& sic uideretur per hoc attentare, aliquid turbulentum & iu
ri contrarium secundum eum. vel etiam possumus responde-
re quod ideo ecclesia inducit Turcis bellum, quia ipsi Chri-
stianos persequuntur 23.q 8.dispar. & ita per hãc rationem,
& alias plures concludit Oldr.in consi.72.inci. An contra Sa-
racenos Hispaniæ sit licitum bellum indicere,&c. Vr̃ etiam di
cta principalis conclusio de mente Bar.in l. hostes.ff. de capt.
circa 2.& 3.col.dum dixit,ꝙ inter populos extraneos quidam
sunt cum quibus habemus pacem, ut cum Tartaris & merca-
tores nostri vadunt ad eos, & illi ad nostros, quidam sunt cũ
quibus non habemus pacem, neque guerram, nec aliquid fa-
cere,vt cum illis de India,quidam sunt cum quibus habemus
6 guerram indictam ut cum Saracenis & Turcis. & per hæc† sa
tis liquere potest quid dicendum in secundo casu principali,
scilicet si deferuntur merces ad alios,quam Saracenos, vel ho
stes imperii Romani, nam tunc aut nos quærimus de merci-
bus quas supra appellaui merces nõ prohibitas, & de illis cla
rum esse vr̃ quod deferri possunt postquã illæ deferri possunt
tpe pacis vel treuge etiam apud Saracenos. aut nos quærimus
de illis quas dixi.s̃.esse merces prohibitas,& puto eas posse de
ferri ad tales cum non reperiatur prohibitum,nisi qñ deferũ-
tur ad Saracenos vel hostes populi Romani, nam de talib. lo-
quuntur & iura canonica.s̃.alleg.in tit. de Iudæ. & iura ciui-
lia.s̃.alleg.ut no.gl.in d.l.2,C.quæ res expor.& aperit text.in
d.l.cotem,in prin.& gl.in l.nõ solum.C.de commer.& mer-
ca.& in l.3.cum gl.C.de ser.fug. & in l.fi.cum gl.2.C. de cap.
& no.Bal.in rub.C.quæ res ven.non poss. pro hoc faciunt ra-
tiones quas adduxi.s̃. de commerciis permissis cum Iudæis,
cum quibus videmus etiam ecclesiam licitè negotiari, & con-
trahere, vt concludit Ioan.Cal. in consi.3. titu. de loca.ar.d.l.
Christianis,& per no.Inno.in d.c.ꝙ super his.etiam consonãt
verba Bar.in præall.l.hostes.& ibi tradit, qui hodie dicuntur
7 hostes populi Romani. quinimo † in dubio in mercimoniis,
seu mercaturis deberemus mercatoribus fauere 14. dist. fra-
ternitatem.vnde dicit Inno.in c. significantibus, de offi. dele.
ꝙ mercatores censentur personæ miserabiles, quandiu sunt
in mercimoniis,sicut peregrini. facit in auth. omnes peregri-
ni.C.comm.de succes.& quod habetur in c j. & 2. de treu.&
pace.& hæc sub frequenti calamo arctatus onere instantis le
ctionis scribere non recusaui iubente excellentissimo iuriscõ
sulto & ornatissimo viro domino Vitale Lando nobilissimo
patritio Veneto ac aduocatore communis Venetiarum meri-
tissimo domino meo unicè obseruando. Ale.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli sunt solennis dispositio, quo ad legata etiam in testa-
mento relicta.*
2 *Testamentum ad pias causas, vel inter liberos nullam iuris po
sitiui solennitatem requirit, & tollit precedens solenne.nu.3.*
4 *Testamentũ interpretatur secundũ cõem modum loquendi.*
5 *Testator legauit conuentui in testamento solenni prædia ad cer
tum onus cum prohibitione alienandi, postea ad interrogatio-
nem alterius dixit, quod illud quod reliquerat conuentui vole
bat esse relictum pro fabrica conuentus. Respon. Ale. quod po
test conuentus alienare pro fabrica. nu. 6.7.*

CONSILIVM CXXXI.

Super themate & dubiis suprascriptis, quæ omnia re-
ducuntur ad vnum, s. vtrum licuerit conuentui
ecclesiæ sancti Dominici de Cæsena alienare pro fulonica bo
na eis in testamento relicta per dictum ser Thebaldum, adeo
ꝙ non dicantur fecisse contra uoluntatem dicti testatoris. in
quo concludo eis licuisse pro dicta fabrica alienare, nec pro-
pterea dicuntur offendisse voluntatem testatoris. ad qđ osten
1 dendum præsuppono, † ꝙ quo ad legata de nouo danda, vel
adimenda, vel immutanda codicilli dicuntur esse solennis di-
spositio, etiam si tractaretur de adimendis, vel immutandis le
gatis in testamento solenni relictis. firmat gl. cõiter approba-
ta in l.fideicommissum.C.de fide. & l. hæredes palam. §. si qđ
post.ff.de testa.Probatur in l.tutor datus.ff.de testam. tuto.&
insti.de admi.leg.in prin.& no.doc.in l. si ita sit ascriptum, re
a probata glo.[a] ibi.ff. de leg.j. ¶ Secundo præsuppono † ꝙ in di-
2 spositione ultimæ voluntatis ad pias causas sufficiunt duo te-
stes etiam non rogati secundum veras & cões conclusiones.c.
relatum.el j.de testa.& ibi not Io.And.& alii ibidem. & in c.
cum esses.eo.ti.& l.j.& ibi firmant Bar.Bal. & alii scribentes.
C.de sacros.eccl. & Spe. de instru. edi.§. compendiose.versic.
Item per ius canonicum. quia solum quæritur seruari in tali-
bus ius diuinum, & est derogatum solennitatibus in dictis a
iure positiuo, ut probatur in iuribus proximè alleg. sic etiam
seruatur in testamentis conditis inter liberos, in quibus testa-
mentis etiam non curatur solennitas iuris positiui.l.hac con-
sultissima.§.ex imperfecto,cum ibi no.C.de testa. & not.gl.in
l.fi.C.de codi.Bene facit l.fi.C.fami.erc.nec obstat text. in d.
c.relatum.in verbo requisitis.quia non vult text. ibi dicere ꝙ
testes in ultima voluntate ad pias causas debeant esse rogati,
sed vult dicere, ꝙ iudices ad hoc, vt possint iudicare pro reli-
ctis ad pias causas, debent requirere, ꝙ fiat probatio ipsorum
relictorum, saltem per duos testes, vt ibi ẽt dicit Ioan.de Imo.
circa fin.respondeo ad illum text.& hæc opin. est approbata,
& in iudiciis & in scholis quicquid nonnulli Moderni dixe-
rint circa rogitum testium, quorum Modernorum disputa-
tio in casu nostro nullo modo est necessaria, quia non tracta-
mus de hæredis institutione, sed tractamus de legato in codi-
cillis ultimis relicto, quo casu etiam, si codicilli non essent
conditi ad pias causas non requireretur rogitus testium.l.fi-
3 na.C. de codicil. ¶ Tertio præsuppono, † quod ubi factum
esset testamentum ad pias causas cum solennitate iuris com-
munis puta septem testium, tamen si postea fiat aliud testm̃
ad pias causas coram duobus testibus tantum per illud sequẽs
testm̃ tollitur primum ex quo illa solennitas duorum testium
est suffi-

est sufficiens solennitas ad pias causas vt dictum est. probatur hoc in l.eius militis.§.militia missus.ff.de mili.testa. vbi per testamentum conditum iure militari sine solennitate iuris communis tollitur præcedens testamentum habens solennitatem iuris communis.facit l.3.eo.tit.hoc etiam præcise voluit Pau.de Cast.li.1.consi.317.incip. Dubium facit in supra scripto puncto,&c.facit communis regula, ꝙ in testamentis, & codicillis semper statur vltimæ dispositioni.l. si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.l.4.cum vulgaribus.ff.de adi. leg.

5 ¶Quarto † præsuppono ꝙ in vltimis voluntatibus interpretandis attendi debet communis vsus,intelligendi,seu loquendi loci vnde erat testator, vel in quo ipse conuersabatur l.librorum.§.quod tamen Cassius,cum ibi not. & l. nummis.ff. de leg.3.l.Labeo,cum ibi plenè no.per Bar.ff.de sup. leg.l. si seruus plurium.§.1.ff.de leg.1.& sufficit ad probandum dictum communem vsum intelligendi seu loquendi ꝙ probetur.per testes ꝙ cōis vsus loquēdi,seu intelligendi in dicto loco fuit per tēpus 10.ann. & quod ita audierunt testes ab omnibus loquentibus vel tractantibus de ipsa re, circa quam adducitur communis vsus loquendi,vel intelligendi, vt probatur.d.l.Labeo,& ibi declarat Bar.de sup.leg.& Bar.in repe.l. 1.in vlti. col.C.de digni. lib.10.& Bal.in l.1.in vlti.col.C.si aduer.rem iud.& in l.de quibus circa pen.vel vlt.col ff.de le. & Ant.de But.in c.fi.circa vlt.col.de consue. vbi etiam plus voluit,s.ꝙ non requiratur tantum tempus,s.10. annorum.

5 ¶Modo † applicando prædicta ad casum nostrum, dico qd. ex prædictis infertur ꝙ quamuis ser Thebaldus testator in testamento reliquerit dicta bona conuentui prædicto cum hac conditione ꝙ non possint alienari, & cum onere celebrandi certas missas,& alia faciendi de quibus in dicto testamento, & cum hac clausula,ꝙ si in prædictis vel aliquo prædictorū, contra fieret,vel alienando, vel aliter contraueniendo dicta bona deuenirent ad certam societatem vel fraternitatem ibi nominatam,& valuerit talis prohibitio alienationis, vt in §. sanctissimas in auth.de alie.& emphy. & l.filiusfa.§. diui. cū ibi no.de le.1.& no in c.verum,de cond.appo.& postea testator in primis codicillis suis prædicta confirmauerit seu modificauerit,vt in puncto continetur,tamē vt deponunt quatuor vel quinque testes die 23.mensis Aprilis, qui fuit dies festi, Sancti Georgij anni 1464. dictus testator, post dictos codicillos ad interrogationem alterius respondit ꝙ volebat ꝙ bona quæ reliquerat dicto conuentui essent relicta pro fabrica ipsius ecclesiæ,seu uolebat relinquere pro fabrica dicti conuentus,& ꝙ id pluries ratificauit & confirmauit, & sic apparet ꝙ deliberatè dicta verba protulit,& dispositio inducitur saltem in vltimis voluntatibus.l.Pamphilo.§. propositum.ff. de leg.3.& quod no.Bar.in l.serui electione, in prin. ff.de le. 1.& in l.gerit.ff de acqui.hær.& in l.cunctos populos.C. de sum.Tri. bene facit quod notatur in l.in ementis. C.de contrahen.emp.& quod no.Bal.in l.cum scimus.in fi.C.de agri.& censi.li.6.& quod not.in l.iubemus.C.de testa. cum si. & non referr,an dicti testes fuerint rogati vel nō, vt dixi supra,

6 & sufficerent duo testes per ea quæ supra dixi.¶Nec obst.† si diceretur quod licet reliquerit pro fabrica,tamen non sequitur quod voluerit reuocare illam dispositionem,quam in primo testamento fecerat,dum prohibuit bona ipsa alienari, vnde intelligatur ꝙ debeant expendi in fabrica fructus dictorū bonorum,& huic intellectui deseruire videtur illa verba,de quibus deponunt vnus,vel duo ultimi testes,dū dicunt fuisse interrogatum ser Thebaldum per hæc uerba, Vultis relinquere fratribus & conuentui sancti Dominici de Cæsena, ꝓ fabrica,ea quæ eidem conuentui reliquistis amore Dei in testamento,exceptis his quæ ademistis in uestris codicillis, cæteris firmis remanentibus quibus uerbis dictus testator respōdit,ꝙ sic,licet non per omnia ambo dicti ultimi testes sic cōcordent.nam ad hoc respondetur ꝙ eo ipso quod ser Thebaldus dixit ꝙ uolebat relinquere uel relinquebat, pro fabrica dicti conuentus,satis dicitur declarasse, quod uolebat dicta bona alienari pro fabrica quia ita se habet & habuit communis usus loquendi & intelligēdi de quo est probatum per plures testes sufficientes, & secundum quem communem usum declarantur & interpretantur uerba testatoris,ut superius ꝓbaui.& ultra communem usum loquendi, uel intelligendi, ostendo ꝙ etiam ita est de iure,nam testator prædictus, reliquit in testamento prædia dictæ ecclesiæ, si ergo in codicillis factis ultimo loco de quibus deponunt testes prædicti dispo suit, ꝙ ea quæ reliquerat conuentui uult esse relicta pro fabrica,oportet quod totum ꝙ est relictum, expendatur in illū usum, ut est tex.in l.si quis pro redemptione captiuorum.C. de dona.in uerbo, omnem quantitatem, & in uerbo, sine aliqua diminutione.sed si non possent alienari dicta bona legata & expendi pro fabrica,sed solum posset hoc fieri de fructibus dictorum bonorum, non esset uerum dicere ꝙ totum illud ꝙ esset relictum dicto conuentui expenderetur sine diminutione pro fabrica,imò nihil quod esset relictum expenderetur,quia fructus bonorum non fuerunt legati sed prædia.

7 † aliud est enim legare prædia, aliud legare fructus,nam si legata sunt prædia, non censentur legati fructus prædii,sed illi ueniunt non iure actionis ex testamento, sed officio iudicis a tempore moræ seu a tempore aditæ hæreditatis secundum distinctionem de qua in l.1.& 2.cum ibi no.C. de usur. & fruc. leg.& in l.Herennius,alias incipit fructus.ff.de usur.& declarat Bal.in l.1.C.de usur.& fruc.leg.maximè in fin. sed si fructus intelligerentur legati, peterentur indistinctè actione, ex testamento sicut quælibet res legata. & ꝙ fructus non intelligantur,probatur in l.in fideicommissaria,in prin.ff.ad Treb. Fortificantur prædicta,quia illa uerba pro fabrica, &c. denotant ꝙ causa proxima & finalis propter quā prædia ipsa sunt legata,sit fabrica dictæ ecclesiæ,ut l.pen.§.1.ff.de ali.& ciba. leg.& d.l.si quis pro redemptione,ut colligitur ex no.per gl. in l.dominus Sticho,in uerbo pro quibus.ff. de pec. lega. & clarè no. Bar.consi.suo incip. Bartho. de Tuderto dedit &c. faciunt nō.per Bar.in l.2.Titio decem.ff.de dona.cum si. sed si diceremus ꝙ accessione, seu fructus solum deberent expendi pro fabrica dicta prædia non dicerentur legata immediatè pro fabrica,quia prædia non essent proxima & immediata cā fabricæ,sed fructus esset causa proxima & immediata & prædia essent causa remota.Sequitur ergo quod illa uerba. s. cæteris firmis manentibus, &c.dato ꝙ fuissent prolata a testatore,debent referri ad alia ad quæ salua ratione recti sermonis & absque repugnantia possunt referri,non autem ad prohibitionem alienationis,a qua specialiter uidetur recessum per illa uerba,quæ reliqui, uolo relinquere pro fabrica,ut probaui.facit l.sed si per prætorem.§.demum,alias. §. deinde.ff.quibus ex cau.ma.l.cohærede.§.qui patrem.ff de uulg.& pup.l. uxorem.§.felicissimo.ff.de leg.3.& l.si ex pluribus.in princi.

8 ff.de sol.cum simi. Quod autem † dicti testes potuerunt recipi ad æternam rei memoriam nō habet dubium, cum in hoc dicti fratres & conuentus non sint actores de necessitate, per l.pupillus,secundum unam lect.C.de usu.pupil.& plenè no. in auth.sed & si quis.ubi per Bar.& alios.C.de testi.& plenè, in c.Albe.& in c.significauit,de test.& in l. in lege Aquilia, si deletum.ff.ad leg.Aquil.& not.in c.quoniam frequenter, in princ extra ut lite non contest. Ex quibus concludo dictam alienationem fieri potuisse & ex ea non inferri præiudicium priuationis dicto conuentui. Alex.

EPITOME.

STIPVLATIO pœnalis non committitur, nisi contra morosum, & eum qui ex parte sua non impleuit.

CONSILIVM CXXXI.

Viso processu super causa principali & appellatione inter ser Ioannem Tigrini procuratorem Raynerii Gumerii Antonii Barberii,& Andrę Pisignoli de Bag acaualo principaliter agentem,& Ioannem de Codatiis se defendētem, breuiter sentio dictum Ioannem non incidisse, in dictā pœnam dictarum librarum 25. petitam, & consequenter ꝓnunciandum esse fuisse bene iudicatum per uicarium Lugi, in fauorem dicti Ioannis Codatii, & malè fuisse appellatum pro parte dicti Rainerii & consociorum.moueor principaliter,quia agitur ad pœnam librarum 25. promissam per dictū Ioannem Codatium d. ser Ioanni Tigrino procuratori dictorum agentium,in instrumento celebrato die primo mensis Septembris anno 1470. rogato per ser Franciscum de Pepolis,eo quia dicitur dictum Ioannem contra fecisse contentis in dicto instrumento, recusando facere dictis agentibus instrumentum

instrumentum venditionis terrarum, de quibus in ipso instrumento, & tamen non reperio in processu esse probata ea quæ incumbebant dictis agentibus, quod ostenditur sic, nam in dicto instrumento continetur q dictus Ioannes consignauit dicto ser Io. dictis nominibus duas tornaturas terræ, pro debito librarum quadraginta & solidorum decem & septem quas duas tornaturas voluit dictus Ioannes Codatius fore, & esse datas & consignatas dicto procuratori pleno titulo venditionis in casu quo dictus Io. Codatius non daret cum effectu dicto procuratori dictam quantitatem pecuniarum, per totum dictum mensem Septembris. & subiungitur in dicto instrumento, quod sic idem Io. Coda. promisit dicto procuratori dictum instrumentum per aliud instrumentum venditionis conficiendũ more solito confirmare & corroborare ad sensum sapientis dicti procuratoris, & prout ipse requisiuerit cum clausulis & capitulis necessariis & opportunis pro pretio quo æstimabuntur dictæ terre, per communes amicos
1 eligendos. modò sic, † ad hoc vt committatur stipulatio pœnalis, requiritur q fuerit commissa mora per illum qui pœnã promisit, & sic requiritur q fuerit interpellatus promissor, a creditore vt promissa obseruaret. l. si plenum. ff. quan. dies lega. ced. l. ita stipulatus. iuncta glo. 1. in fi. ff. de verb. obl. & ibi
* plenè no. Bar. *in 6. q. Sed in processu non reperio probatũ de illa legitima interpellatione vel protestatione facta d. Ioãni vt faceret dictam confirmationem venditionis, per aliud instrumentum, & dictus Ioannes verbo etiam mihi affirmat, non fuisse factam dictam interpellationem, ergo cum nunq̃ fuerit constitutus in mora dictus Ioannes non incidit in pœnam, & eo magis, quia in iudicio moto in hac causa, semper obtulit se paratum facere id quod debet secundum formam dicti instrumenti, vt patet in actis. ¶ Nec obstat si diceretur q
2 dies. s. lapsus † dicti mensis Septembris interpellauit pro homine absque alia interpellatione, iuxta l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipu. & l. 2. C. de iure emphy. quia respõdeo, quod dictum tempus. s. mensis Septembris fuit adiectũ, quo ad actum soluendi dictam quantitatem pecuniæ, & non intelligitur repetitum illud tempus in sequenti oratione cõtinente aliam dispositionem, s. conficiendi aliud instrumentum confirmationis venditionis, vt optimè probatur in l. qui fundum, iuxta prin. ff. de contrahen. emp. secundum vltimũ intellectum glo. ibi in verbo. triginta proximis, qui est communiter approbatus. & l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fi. ff. de verb. obli. secundum intellectum ibi traditum p Bar. in ver. venio ad versi. sequens, &c. & per Bar. in l. Seiæ. §. Caio ff. de fund. instr. Et q in casu nostro non intelligatur ex mente partium repetitum tempus prædictum quo ad actum conficiendi dictum nouum instrumentum, patet ex illis verbis. s. prout ipse requisiuerat, &c. & sic voluerunt attendi debere, requisitionem dicti procuratoris, qui nec requisiuit nec interpellauit. hoc idem ostenditur, quia si debebat dictus Ioannes habere totum mensem Septembris ad soluendum pecuniam & eo non soluente debebat fieri nouum instrumentum per dictum Ioannem ad sensum sapientis dicti procuratoris, & pro pretio quo æstimarentur terræ per communes amicos eligendos, sequitur q ista erant facienda, & fieri poterant post elapsum mensem Septembris, ergo tempus mensis Septembris, adiectum non interpellabat, quia postea faciendum, erat dictum instrumentum modis prædictis. quo autem die vel tẽpore hoc fieri deberet non fuit expressum in instrumento, ergo requirebatur interpellatio ad constituendum in mora. l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. l. quod te. ff. si cer. peta. ¶ Præ-
3 terea, † vt inquit Bal. in c. 1. in vlt. col. in ti. qualiter dominus propriè, priui. nisi petens pœnam conuentionalem probet ex sua parte impleuisse contractum non potest obtinere. alleg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & no. per glo. in l. si non fuerit. ff. de iureiu. Sed dictus procurator agentium non probauit se elegisse & præsentasse sapientem, ad cuius consilium debebat instrumentum fieri, nec elegisse & exhibuisse pro parte sua amicum vel amicos communes pro æstimatione terrarum facienda, ergo non possunt agentes obtinere, quomodo enim poterat facere instrumentum venditionis dictus Ioannes nondum declarato pretio, cum non possit esse venditio sine pretio certo. §. pretium, inst. de empt. & vẽ. l. emp. C. de rhe. emp. & l. 2. in fi. & ibi no. ff. e. tit. Ex quib. concludo pronunciandum esse in fauorem dicti Ioannis vt dixi supra. & victus victori debet in expensis condemnari, iuxta l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud. & l. eum quem temerè. ff. eodem titul. Alexand.

ADDITIO.

* Plene no. Bar.] Bartolus ibi dicit quod sicut requiritur interpellatio ad constitutionem moræ quo ad periculum interitus. l. si ex legati. ff. de ver. obl. & quo ad commissionem interesse. l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de collatio. bonorum ita quo ad commissionem pœnæ, per d. l. si penum. & hoc sequitur Fran. Are. consi. 72. Præsupponitur ex facto. dub. vlt. limita nisi lapsus temporis etiam taciti, & legalis insit promissioni, puta ædificandi domum. quia postquam elapsum fuerit tempus, intra quod domus potuit ædificari, promissor, absque alia interpellatione constitutus est in mora. l. si ita stipulatus essem. & ad eam Doctores, de ver. obl. & l. interdum. eo. tit. In promissione autem facti momentanei, quia nulla inest dies, requiritur interpellatio. l. quod te. ff. si cer. pet. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio si quis decesserit sine liberis, deficit semel relicto filio, qui non dicetur substitutus, sed venire ab intestato. numero. 2.*
4 *Acquisita ex officio procurationis, non sunt castrensia, nec quasi.*
5 *Onus collectarum spectat ad percipientem fructus, non ad dominum.*
6 *Filius an præsumatur quæsiisse ex bonis patris, statur coniecturis.*
7 *Conditio, si decesserit sine filijs, & filij sine filijs requirit vtrunque.*
9 *Instrumentum non vitiatur, licet postea notarius damnetur, de alijs instrumentis falsificatis, etiam si confiteatur se falso illud fabricasse.. nu. 16.*
10 *Donatio reciproca non requirit insinuationem.*
11 *Confessus crimen certum, non potest super alio sine alijs indicijs torqueri.*
12 *Indicia ad torturam debent esse propinqua & verisimilia.*
13 *Probatio vbi debet esse specifica non sufficit allegare genus.*
14 *Instrumentum producens censetur approbare notarium.*

CONSILIVM CXXXIII.

1 Stantibus his quæ in facto præsupponuntur circa primum † dubium quo quæritur, an dictus d. Iacobus & Ludouicus substituti in testamento dicti Flori habeãt ius in bonis acquisitis & emptis per dictum ser Montem notarium sub suo proprio nomine, posito quod probaretur dictum Florum tempore eius vitæ & mortis tenuisse & possedisse dicta bona, quæ dictus ser Montes poni fecerat ad æstimum dicti Flori patris sui, adeo q excludere possint dictam d. Honestinam habentem causam donationis, a dicto ser Monte, & dictos institutos a do. Maria instituta, ac substituta hærede in testamento dicti ser Montis, an vero censeantur esse propria bona dicti ser Montis, & an præsumatur acquisita ex bonis paternis, an vero ex quæstu dicti ser Montis? Breuiter respondeo quod omnino excluduntur dicti Iacobus & Ludouicus, quia præsupponitur quod fuerunt substituti sub hac conditione, si ser Montes quandocunque decederet sine filiis, & præsupponitur quod ser Montes decessit,
a superstite Petro Nico. eius filio, & sic dicitur defecisse a conditio substitutionis quamuis fuerit vnicus filius, qui postea decesserit in pupillari ætate sine filiis. hæc habentur in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Treb. & in l. cum uxori. C. quando dies leg. ced. & in l. non est sine liberis. ff. de uer. sign. unde posito quod fuissent bona Flori, tamen quia fuerunt acquisita ser Monti hæredi patris sui. s. dicti Flori, sequitur quod uenerunt illa bona in donatione postea facta per ser Mõtem d. Honestinæ cum euenerit cõditio donationis. ¶ Nec ad hoc
2 obstat † si diceretur quod Florus uidetur dicta bona uoluisse relinquere filiis ser Mõtis post mortem ser Mõtis per illa uerba cõditionalia adiecta in substitutione facta ser Monti si decederet sine filijs, & sic videntur spectasse ad Petrum Nicolã, post mortem ser Mõtis, quia respondeo, hoc non esse verum, quia

b quia immo communis b opi.eſt quod per illa verba non vi-
deantur dicti filij ſer Montis vocati ex teſtamento dicti aui,
vt firmat glo. reputata ſingula.in l.Lucins,lultima. ff.de hæ-
re.inſt. quam ibi ſequitur Ia.de Are.Cy.Fran.Tigr. Nico. de
Neapo. Bar.Bal.Ang.Raph.Cu.Io.de Imo.Io. And.in addit.
Spe.in titu. de teſt.§.1.in add.quæ incipit. huic quæſtioni,
accedit bimembris &c. Et Bar. in l.ſed & ſi ſic.ff. de leg.3. &
in l.Centurio.ff.de vulg.& pup.in ver.quæro vlterius quid ſi
teſtator dixerit,ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, vel eorum
filii &c.& in l.ſi cum dotem in princ.ff.ſol.matr.& ita conſu
luit Old. in conſi.141.incip.Thema tale eſt, dominus cano-
nicus &c.ad fi.conſilii.& Bal. in l.quod ſcitis. C.de bo. quæ
lib.in pen.col.& in l.1.C.de ſum.Tri.& fi.cathol.in 15.col.
in ver. venio ad ſecundum.ſ.ad ſucceſſionem inteſtati. & in
l.cum acutiſſimi.in vlt.col.C.de fidei.& in l. ſi emancipati.
in 8.opp.C.de colla.& Bal.in l.poteſt.ff.de vulg.& pupil. &
Io.de Imo.in l.filiusfa.§.cum quis.ff.de leg.1.& idem ibi te-
net Pau.de Caſt.in lectu.Bononienſi, vbi dicunt hanc eſſe cō
munem opi.ita etiam ibi dicit & firmat Raph. Cu. ita etiam
tenet Pet.de Anch.in c.ſi pater.in 12.no.de teſta.in 6.& in c.
licet de voto.& in repe.c.in præſentia,de proba. in ver. 10.
quæro &c.& ibi dicit quod ita conſuluit Raynerius ita etiā
conſuluit Pet.de Anch.in conſi.120.incip.Pro clariori deci-
ſione dubii.& in conſi.137.incip. Principaliter ponderandū
conſi. 426.inci.Quia ſupra conſultum &c.& Io.de Imol. &
Pau.de Caſt.in lect. Bononienſi.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad
Treb.& idem tenet ibi Lud.Rom. referens etiam ſe alias ita
terminando tenuiſſe,& ita etiam concludit Raph.Ful.in l.ge
neraliter.§.cum autem.C de inſti.& ſubſti.ſub condi. fa.vbi
etiam in pleriſque lecturis(vt vidi) refert ꝙ ita conſuluit Pe.
de Anch. Bartholomæus de Saliceto & Petr.de Nouaria,Frā-
ciſcus de Zabarellis & Card.Flo.& refert etiam Ang. in d. l.
Lucius,ita iudicatum fuiſſe.illa enim verba in quibus fit mē-
tio de filijs filij cum ſint conditionalia in illa parte non indu
cunt diſpoſitionem.l.ex facto etiam.& l. ſi quis ita hæres in-
ſtituatur ſi legitimus,cum ibi no.ff.de hæred.inſt.& l. ſi quis
ſub conditione.ff.de condi.inſtit.& hoc poteſt comprobari,
per plura quæ breuitatis cauſa omitto.poſtquam ita ſe habet
magis communis opi.a qua in iudicando non eſt recedendū
3 vt habetur in locis vulgaribus.¶ Alia ratione etiam poſſet† di
ci dictam donatariam omnibus præferendam, quia præſup-
ponitur ꝙ dicta bona acquiſiuit & emit dictus ſer Montes,
nomine ſuo.& quod exercuerit artem notariæ & officiū pro-
curationis & patrocinium cauſarum per annos 16.merito bo
na inde acquiſita dicuntur aduentitia,non dico caſtrenſia vel
quaſi, & merito vſusfructus talium bonorum pertinebat ad
patrem donec viuebat & proprietas erat filij, & mortuo pa-
tre omnia pleno iure ſpectabant ad filium,iuxta l.cum opor-
tet.C.de bo.quæ libe.& in l.1.& ferè per totum. C. de bon.
mat.ſolum enim lucrum quod acquirit notarius vel procura
tor ex ſtipendio ſibi dato de publico videtur eſſe peculium,
quaſi caſtrenſe,aliud vero dicitur aduentium tantum, vt l. fi.
C.de inoffi.teſta.ſecundum Spe.in tit.de acto.§.1.in ver. Itē
cum agitur de peculio &c. cum ver.ſeq.& Bald. in d. l. cum
4 oportet. in 6. col. in ver. de tertio genere, &c. & dato, † ꝙ
de acquiſitis per aduocatum a clientulo, vel de acquiſitis per
notarium a priuatis perſonis ꝓ ſuo exercitio notariatus fue-
rint opiniones, an illud dicatur quaſi caſtrenſe, & ſic nullus
vſusfructus acquiratur patri,an vero dicatur aduentitium,&
ſic acquiratur patri quo ad vſumfructum,vt patet ex no. per
glo. & doc.in l.fori C.de aduo.diuer.iud. & per Cy.Bald. &
Sal.in d.l. fi.C.de inoffi.teſta.& per Spe.Io.And.in addi. ſu-
per dicto ver. Item cum agit.& per Bal.& Angel. in d. l.cum
c oportet.tamen ſaltem quo ad acquiſita ex officio procuratio
nis c tenetur ꝙ non ſit quaſi caſtrenſe, vt per Bal.in d.l.fori.
5 & in d.l.cum oportet, quia non eſt officium publicum, ſed
d priuatum & vile, vt patet inſti.de exce.§.fi. † Modo ſic, ille
debet ſubire onus collectarū & æſtimi, qui ex re fructū d per-
cipit, non autem ille qui nudam proprietatem habet.l.ſi pen
dentes.§.ſi quid.& l.hactenus.ff.de vſufr.l.quæro,& ibi Bar,
ff.de vſufr.leg. l.neque,& ibi not. Bart.ff. de impen. in rebus
do.fac.not.per gl.in l.3.C de muli.& in quo lo.lib.10. & in
e l.3.& ibi no.bo.glo.C.de anno.& trib.eo.lib.Et vbicūq; capi
poteſt alia coniectura quam donationis, e illa capienda eſt,
vt non præſumatur donatio.l.cum de indebito.ff. de proba.
l.ſi cum aurum.ff.de ſo.c.ſuper hoc,de renun. ergo capien-
da eſt potius coniectura ꝙ filius fecerit deſcribere dicta bo-
na ad æſtimum patris,& paſſus fuerit ea locari & poſſideri ꝑ
patrem,eo quia in totum uel ſaltem pro parte erant acquiſi-
ta ex tali officio & induſtria ꝙ quo ad uſumfructum uenie-
bat acquirendum emolumentum patri,& per conſequens ad
patrem ſpectare debebat onus æſtimi & collectarū, & in du-
bio,attento ꝙ filius habebat exercitium notariæ, & procura
tionis ex quo uerisimiliter(ut uerbo fertur) potuiſſet lucrari
& acquirere bona prædicta, & etiam gerebat negotia patris,
debet de iure præſumi ꝙ dicta bona quæ emit nomine pro-
prio acquiſiuerit de propriis pecuniis,& nō de bonis pater-
nis,quia ſi præſumeremus ꝙ de pecuniis patris emerit no-
mine proprio,præſumeremus delictum filii,ſ. quod filius ad
miniſtrator & negotiorum geſtor patris eſſet uſus pecunia,
paterna ad alium uſum, quam ad adminiſtrationem patris,
cui uidebatur præpoſitus ex patientia patris,iuxta l.1.§. ma-
giſtrum.ff.de exerci.l.1.§.ſcientia.ff.de tribut. l. qui patitur.
ff.manda.no. glo.2.in l.1.ff.de neg.geſt.& qui ad aliū uſum
utitur re domini dicitur delinquere.l.ſi pignore.§.1.& l.qui
ee.ff.de fur.l.ſi ut certo.§ quinimo.ff.commo. ſed quoniam
6 quæritur † an illud quod filius uel alius acquiſiuit,præſuma
tur acquiſiuiſſe ex induſtria ſua uel ex bonis patris uel alte-
rius,ſemper debet præſumi in dubio id eſſe per quod non in
curratur delictum.l.defunctus.C.arbi. tute. & in propoſito
noſtro declarat Bar.poſt gl.in l.cum oportet, in prin. prealle
gata.ubi autem ceſſaret præſumptio delicti recurrendum eſ-
ſet ad cōiecturas,an pater erat pauper,& filius erat induſtrio
ſus,& præſumatur acquiſitum ex induſtria filii,ſi autem econ
tra præſumatur de bonis patris,ut no.glo.& doc. in d.l.cum
oportet.& Spe.& Io.Aud.in d.ti.de actore.§.1.uer. ſed quid
ſi dubitatur.& per Bal.in authen.de teſtamento. C. de colla.
& in l.iubemus,in prin.circa ultimam.col.C.ad trebellia.Ex
quibus concluditur ꝙ præfertur dicta donataria omnib. præ
dictis quo ad dicta bona in donatione comprehenſa. & quia
poſtea compertum eſt, ꝙ uerba teſtamenti dicti Flori, aliter
ſe habent quam in puncto contineretur, quia ſubſtitutio fa-
cta eſt ſub conditione ſi ſer Montes deceſſerit ſine filiis,& fi-
lii ſui ſine filiis, ideo adhærendum eſt illi fundamento ꝙ bo
na intelligantur fuiſſe acquiſita aliunde quam ex bonis Flo-
ri,ut ſupra probaui,uel etiam poteſt ſuſtinendo primum fun
damentum reſponderi,ꝙ etiam ex dictis uerbis non debēt ad
mitti dicti ſubſtituti,quia fuerunt ſubſtituti ſub duplici con-
ditione copulatiuè,ſcilicet ſi ſer Montes deceſſerit ſine filiis,
& filii ſui ſine filiis,& ſic requirebatur concurſus utriuſq; cō
ditionis.l.ſi hæredi plures.ff.de condi.inſti.& l. ſi is qui ducē
ta.§.utrum.ff.de reb.dub.ſed non euenit utraque cōditio co
pulatiuè, quia deceſſit ſer Montes cum filiis, ut probaui, er-
7 go &c.Nec ad hoc obſtat † ſi diceretur ꝙ illa copulatiua de-
bet ſtare de neceſſitate in uim diſiunctiuæ, cum non poſſit ue
f rificari copulatiuè,quia hoc nego f & dico, ꝙ immo poterat
uerificari copulatiuè ut uerba iacent,nam pone ꝙ ſer Mon-
tes habeat filios,qui omnes uiuo ſer Monte decedent, ſine
filiis,poſtea decedat ſer Montes ſine aliquo filio uerum eſſet
in tali caſu ꝙ copulatiue utraque conditio ſubſtitutionis eue
niſſet, & ſic dicto caſu onus fideicommiſſariæ ſubſtitutionis
uidetur fuiſſe iniunctum ſub illa duplici conditione,per no.
per Bar.in d.l.Centurio,in uerſi.ſupra alleg. & per Bal. in l.
precibus,circa ultimam col.C.de impub.& aliis ſubſtit. ¶ Et
8 ex hoc infertur † reſponſio & deciſio ad ſecundum dubium,
quo quæritur an Vitalis hæres dictæ donatariæ agere poſſit,
ad dicta bona in donatione contenta. nam dicendum eſt qđ
ſic, quia agere poſſunt contra eos qui in effectu ſunt hæredes
dicti ſer Montis tenentes dicta bona, immo uigore licentiæ
datæ de ingrediendo propria authoritate poſſet hæres dictæ
Honeſtinæ donatariæ propria authoritate ingredi poſſeſſio-
nem dictorum bonorum, ſi Honeſtina nunquam adepta fuit
poſſeſſionem dictorum bonorum, per id quod leg.& not. in
l.creditores.C.de pig.& l.pe.C.de pigno.ac.cum ſi. ¶ Venio
ad tertium dubium quo quæritur,an quia pro parte hæredū
dictæ Mariæ heredis dicti ſer Mōtis allegatur dictum inſtru
mentum donationis eſſe falſum,quia dicitur dictum ſer Mō
tem uix poſt dictam aſſertam donationem uixiſſe per dies ſex
uel

uel circa,& testes in instrumento donationis sunt mortui, &
decesserunt oppressi morbo pestilenti post mortem ser Mon-
tis,& etiã allegatur, notarium rogatum de donatione confe-
cisse aliàs instrumenta falsa,absque eo tamen ꝙ nuuq̃ fuerit,
de aliqua falsitate dãnatus vel cõuictus. & si aliquid falsi im
pingi non possit circa instrumentum donationis,an dicta do
9 natio infringi possit & annullari? † Respondeo accipiendo
ea de quib. posset probabiliter dubitari aliis omissis, & dico
ꝙ ex quo reperiretur dictum notarium alias confecisse falsa
instrumenta. non per hoc est ꝙ alijs instrumentis per eum,
g postea g cõfectis credi nõ debeat, donec per sententiam fue-
rit priuatus vel officium sibi interdictum, nã istam quæstio-
nem formauit originaliter Mart. de Fano.in l. fin. C.de fide
instr. & ibi decidit,vt dixi,ꝙ eius instrumentis confectis an-
te sententiam priuationis credatur, & eum refert & sequitur
Io.And.in add. Spe.in tit.de instr.edi. §.restat.super versi.qd
si tabellio confecit aliquod instrumentum falsum.hoc etiam
ibi tenet Spe.in dicto versi. Et Spe.in eo.tit.§.instrumentum
ergo,ver.Item opponitur quod tabellio allegat.l. post cõtra-
ctum.ff.de don.& l.Lucius.ff.de his qui no.infam.& l.14.C.
de accus.idem tenuit Bar. in consi.incip. Ser Ioannes &c. &
Inno.in c.fraternitatis,de hæret.& Tancre.de Cor.in compẽ
diosa sua in rubrica 8.q.10.& sentit Bal.in l.2.§.miles. ff.de
his qui no.infa.& in l.& militib. C.de testamento militis. &
ibi hoc expressius firmat Pau. de Ca. vbi dicit ꝙ etiã si mille
instrumenta falsa fecisset,etiã si non est lata sententia, valerẽt
instrumenta postea facta.hoc idam tenet Bal. in l.2. C.de fide
instru. & etiã Bald.in l.si quis decurio.C.de falsis. vbi dicit,
de hoc esse casum ibi in verbo,sed non statim &c. etiã secun-
dum eum si iam confessus esset se fabricasse multa instrumen
ta falsa.& no.Bal.in l.1.in 6.col.in versi.3.casu.&c.C.de tes.
& etiã Bal.in auth.habita.C.ne filius pro patre,in 10. col.in
ver.sequitur.in tex.dignitate careãt.& pro hoc allegat glo.se-
cundũ eũ singularem in auth.de tabel.§.penult.in verbo do-
cumentis. hãc opinionem etiã tenet Bald.in l. Cassius.ff. de
sena.circa primam col. & ita intelliguntur no. in l.si quis ex
argentariis.§.1.ff.de edé.& maximè cum postea semper ges-
serit se pro publico tabellione.l.Barbarius Philippus.ff.de of
fi.præto. l.2.C.de senten.& interlocut.& quod no.Bar.in l.
eadem.ff.ad l.Iul.repe.& ꝙ no.glo.& doc.in c. decernimus,
de senten.excommu. in 6. & Arch. 3.q.4.nullius.& Inno.in
c.qualiter & quãdo,el 2.de accus.& præsumitur ꝙ commu-
ni opinione fuerit reputatus idoneus tabellio antequam sen-
tentia priuationis feratur,secundum Bal.in d.auth. habita,al
leg.not.per glo.in d.authen.de tabell. & talis communis er-
ror uel opinio facit gesta valere, vt d.l.Barbarius,cum simi.&
not.in proposito Bal.in l.nihil.C.de vindicta liber. & in d.l.
2.C.de senten.& in l. 2.in vlt.col.C.de seruitu.& aqua. in l.
cunctos populos,in 5.opposi.C.de summa Trinit.& Sali. in l.
qui depositum.C.depositi.facit l.si quis aliquid. & quod ibi
no.doc.C.de suscepto.& arca.lib.10. & tale instrumentum,
ex falsitate aliorum instrumentorum non videtur ꝙ redda-
tur suspectum,saltem tali suspicione ꝙ ei non credatur, nisi
aliud contra tale instrumentum probetur,vt est de mente Sp.
in d.§.instrumentũ.ver.sed pone tabellio confecit.& in vers.
præcedenti.facit ꝙ no. Spe.in eodem tit.§.restat.in princip.
posito ꝙ in pari cã non adeò crederetur instrumentis suis, si-
cut alrerius notarii, de quo nulla subesset suspicio.& ad cor-
roborationem prædictorum faciunt ea quæ dicentur, super
6. dubio. ¶Ex his videtur ꝙ dictum instrumẽtum probet do
nationem,nec dicta donatio videtur ꝙ possit alia rõne infrin
gi quantum ex eius inspectione percipere possum.& si illa do
natio non excedebat summam quingentorum aureorum, va-
let absque insinuatione sine dubio.l.pe.in fi.C.de do. quate-
nus autem excederet dictam summam videretur ꝙ cum nõ
fuerit insinuata coram iudice,non ualeret in ea parte, in qua
10 excederet dictam summam.l.sancimus.C. de dona. † tamen
veritas est ꝙ nullo modo vitiatur,quia in dicta tali donatio-
ne quæ fuit reciproca,non requiritur insinuatio.l.fi. & aut,
ibi posita.C.de don.ante nup. & l.fi.in princip. C. de iu.do.
& per no.per glo.& doc.in l.Aquilius.ff.de dona.hoc in ter
minis propriis decidit Io.And.in addit.Spe.in tit.de instru.
edi.§.porro.circa vltimam col.in versi.fuit etiam alia questio
de facto, duo fratres,& Oldr.in consi.138.incip. Ad haben-
dum aliqualem notitiam &c. maximè in penult. quæsito. &
Alber.de Rosa.& Sal.in l.fi.C.de pac.& Sal.ibi in versi. iuxta
hoc quæro,pone ꝙ duo fratres, &c. refert se ita consuluisse.
ita etiam tenet Ange. in l.sancimus.C.de don.& in d.l.fin.in
prin.C.de iur.do. & in l.mulier.in prin.C.de don.ante nup.
& Ang.consi. 179. incip.Visis instrumentis prædictis de eo-
rum valore &c.bene faciunt no.per Guil.de Cu.& Bal.in l.
illud.C.de sacrosan.eccle.quinimò etiam propter iuramen-
tum appositum in contructu,videtur secundum ꝙ tenuerũt,
Io.And.& Fede.de Sen.& pluresalii ꝙ non possit allegari de
fectus insinuationis,posito ꝙ essemus in casu in quo alias fuis
set necessãria insinuatio,tamen circa hoc non curo latius ex-
tendere,cum non expediat stãtibus prædictis. ¶Quòad quin
11 tum † dubium quo quæritur,an posito quod probaretur no
tarium ipsam falsitatem commisisse circa aliqua, alia instru-
menta,an iudex ad petitionem partis vel ex officio possit de-
uenire ad torturam contra dictum notarium pro inuenien-
do veritatem,si dictus notarius circa dictum instrumentum
donationis commisit falsum vel non, cessantibus aliis indi-
ciis de falsitare circa instrumentum donationis? & in hoc re
spondeo ꝙ in cã ciuili mota vel mouenda super dictis rebus
donatis,in qua disputaretur de falsitate dicti instrumenti nõ
potest recurri ad torturam alicuius liberi hominis,nec etiam
statuliberi,sed solum serui præcedentibus legitimis indiciis,
si aliter veritas haberi non potest.l.diuus,in princip. & in fi.
ff.de quæstio.& ibi no.Bar.in prin.& in proposito nostro est
tex.cum glo.in verbo, interrogatio,in l.sicut.C. ad l.Corne.
de fal.& l.cum testamẽtum.& l.filia.C.de qõ.& no. Io. And.
& alii in c.cum in contemplatione,de regu.iur. Quinimo da
to ꝙ alias posset procedi ad torturam, tamen non videtur, ꝙ
istud indicium per se sit sufficiens ad torturam inferendam,
super falsitate huius instrumenti,si non concurrit super hoc
aliud indicium quàm illud,s.ꝙ appareat notarium aljas com
misisse falsum hoc probatur per ea quæ decidit Pau.de Leaz.
in commento.c.graui,de deposito.in pen.col.in versi.sed po
ne tortus confitetur furtum &c. ubi quærit,an si tortus con-
fiteatur se commisisse unum furtum, an hoc sit sufficiens in-
dicium ut possit torqueri super alio furto uel maleficio.& di
* cit ꝙ non, si de alio non præcedant * indicia, quia quantum
ad illud aliud maleficium nulla sunt indicia.facit secundum
eum l.sicut.C.ad leg.Cor.de fal.& l.1.in prin.& l.maritus.ff.
de qõ.ita etiam tenet Albertus de Gandino, in suo tractatu
maleficiorum dum tractat de tortura sub rubrica inci. quæ-
ritur si persona nominata a torto sit malæ famæ,&c.licet di-
cat ꝙ de consuetudine in furtis,eo quia nimium frequentan-
tur,seruatur contrarium.hoc etiam uidetur decidere Bar.in
l.fi.in pe.& ult.col.ff.de quæstio.ubi inter indicia enumerat
hoc,s.ꝙ sit homo malæ conditionis & consuetus facere simi
lia.l.de minore.§.tormenta. ff.de quæstio.l. non omnes.§.a
12 barbaris.ff.de re mili.& postea dum Bar.ibi tractat † an suffi-
ciat unum solum indicium ad torturam, dicit ꝙ aut est indi-
cium remotum,& illud solum nõ sufficeret,ut quod esset ma
læ conditionis d.l.de minore. secus si esset unum indicium,
propinquum & tangens negotium,de quo quæritur,ut unus
bonus testis de uisu uel cõfessio extra iudicium.l.capite quin
to,cum ibi no.ff.de adul.& l.nullus.cum ibi no.C.ad legem
Iul.maie.ergo cum istud indicium in proposito nostro, non
tangat istud speciale falsum commissum circa istud instrumẽ
tum de quo quæritur,apparet ꝙ secundum Bar.in d.l.fi.non
est sufficiens ad torturam.& ita etiam no. Ang.& Sal.in l.fin.
C.de quæstio.& Io.de Imo.in l.fi.ff.de hær. instit.talia enim
debent esse indicia & adeo uerisimilia ꝙ sola torquendi con-
h fessio deesse uideatur h l.1.circa prin.ff.de quæstio. ut inquit
præfatus Alb.de Gandino in dicto tractatu in Rubr. de quæ-
stionibus,& tormentis,nemo autem dicit illud indicium es-
se ita uerisimile quo ad casum nostrum, unde uidetur ꝙ ubi
requiritur specifica probatio, non sufficit allegare genus.l.in
terpositas.C.de transac.ideo infert ibi Bald.& Salic.quod ad
rescindendum contractum tanquam usurarium,non sufficit
probare in genere quod contrahens erat usurarius, seu con-
suetus fœnerari,ut etiam not.Arch.in c.quãquam,de usuris.
in sexto.& Cyn.& Bal.in l.1.C.de prob.& Paulus de Leaz.in
sua dispu.inci.Contra instrumentum debiti opponitur, &c.
& Bal.in addi.in d.c.quanquam. & Ioann. Calderi. ita con-
suluit

ſuluit in c. 6.ſub tit.de vſur.maximè per no.per glo. in c.illo
vos.de pigno.ergo cum requiratur ad formam probari, per
vnum indicium ſpecificum ſeu propinquum tangens falſita
tem inſtrumenti de quo agitur, vt no.Bar. in d.l.ſi.ff.de quæ-
ſtio.non ſufficit adducere iudicium concernens in genere fal
ſum,nec ſtatutum ſub rubrica, de crimine falſi in hoc con-
trarium diſponit,ſed ſolum prouidet, q licet probetur con-
trarium eius q ſcriptum eſt in inſtrumento, non per hoc in-
telligatur falſum eſſe commiſſum niſi probetur factum fuiſ-
ſe pecunia vel precibus, vel perſonam illam fuiſſe alias in vi-
tio falſitatis deprehenſam, ſed in caſu noſtro non præſuppo-
nitur q probetur contrarium eius quod continetur in inſtru
14 mento donationis. § Quantum † vero ad ſextum dubium,
quo quæritur,an quia dictus notarius fuit rogatus de teſta-
mento ſer Mõtis,& etiam de dicta donatione poſſint illi qui
in effectu ſunt hæredes dicti ſer Montis allegare dictum no-
tarium confeciſſe falſum circa inſtrumentum donationis va-
lido remanente dicto teſtamẽto? & in hoc dico q ſi dicti hæ
redes ſer Montis vtuntur dicto teſtamento rogato per eundẽ
notarium, videntur approbare perſonam eius,adeo q nõ poſ
ſunt poſtea improbare,niſi ex his falſitatibus quas oſtenderẽt
per dictum notarium perpetratas poſt dictum teſtamentum.
ſed ſi volunt ex falſitatibus commiſſis ante teſtamentum præ
dictum arguere de falſo inſtrumentum donationis, non poſ-
ſunt ſi vtuntur, aut vſi ſunt dicto teſtamẽto niſi per liquidas
probationes in ſpecie probarent de falſitate commiſſa in in-
ſtrumento donationis,hæc probantur in l ſi quis teſtibus. C.
de teſt. 4.q.3.§.ſi quis teſtib.& no.in c. præſentium. de teſt.
vnde dicit Bal.in d.l.ſi quis teſtibus.in 1.col. quod ſi Titius
produxit inſtrumentum manu tabellionis,qui tempore con
fecti inſtrumenti erat monachus,& ſic non valebat inſtrumẽ
tum,iuxta no.in c.vt officium.de hære.in 6. tamen quia non
fuit obiectum de monachatu,vel fuit obiectum, ſed non ꝓ-
batum, obtinuit vigore iſtius inſtrumenti, & ſi poſtea manu
eiuſdem producatur in contrarium aliud inſtrumentum, nõ
poterit ille opponere q non valet iſtud inſtrumentum poſtea
productum tanquam confectum a monacho. idem ſi vellet
opponere q non fuit tabellio, quia ſemel affirmando,ſeu ap-
probando eum tabellionem, authoritatem eius in omnibus
approbant,ſecundum Bald.qui dicit hoc eſſe not. facit quod
no.Inn.in c.cum venerabilis,de excep.& hoc eſt etiam de mẽ
te Cy.in d.l.ſi quis teſtibus, in vltima q & hæc procedunt ẽt
ſi dicti hæredes vſi ſint inſtrumento dicti teſtamẽti in alia cã,
& cum alia perſona per notata per Cy.in d.l.ſi quis teſtibus,
in 5.q.cum quo omnes alij concordant.& per hæc patet re-
15 ſponſio ad quæſitum. §†Circa ſeptimum dubium quo quæ-
ritur, poſito q dicti Iacobus & Ludo. haberent ius in dictis
bonis donatis, an pro conſeruatione dictæ donationis quota
bonorum,puta legitima debita filio, in bonis dicti Flori ſui
patris,& omnis alia portio,quæ ſibi deberetur ſit obligata di
ctæ donatariæ,& eius hæredi pro conſeruatione dictæ dona
tionis? & dico q ſic. quia in legitima non potuit grauari per
dictam ſubſtitutionem dictus ſer Montes l.quoniam in ꝓrio-
ribus.C.de inoffi. teſt.l.cum patronus.ff.de leg.2. & not. in
l.ex tribus.C.de inoffi.teſt.& in l.1.§.fin. vbi per docto.ff.de
vulg.& pup.cum concordantiis. & in inſtrumento donatio-
nis pro obſeruantia contentorum in inſtrumento de defen-
ſione rerum donatarum ſunt obligata omnia bona. §Quan-
tum ad octauum, dubium quo quæritur,an quia dictus ſer
Montes promiſit de rato in dicto inſtrumento donationis, ꝓ
dicto Petro Nicolao eius filio ratione bonorum dotalium,de
quibus in dicta donatione fit mentio, dicta quota bonorum
Flori ſpectans ad dictum ſer Montem ſit obligata pro dictis
bonis,quæ fuerunt dotis matris dicti Petri Nicolai,& ad quẽ
peruenire debent dicta bona dotalia ſtantibus dictis teſtamẽ-
tis & dicta donatione? Reſpondeo q dicta quota bonorum
Flori,quæ ſpectabat ad dictum ſer Montem eſt obligata in ca
ſu euictionis dictorum bonorum, quæ fuerunt dotis prædi-
ctæ per ea quæ dixi in proximo præcedenti dubio. Ac etiam
dico q ſtantibus prædictis dicta bona dotalia ſpectarunt, &
ſpectant ad dictam Mariam eius hæredes,quæ fuit pupillari-
ter ſubſtituta dicto Petro Nicolao & ipſa Maria agnouit, vt
in themate pſupponitur.tex.eſt in l.ſed & ſi plures.§. ad ſub-
ſtitutos.ff.de vulg.& pup. quinimo quia præſuppo itur, q
etiam Maria apprehendit ſimpliciter etiam hæreditatem ſer
Montis, & etiam ſi non apprehendiſſet, tamen ipſa Maria q̃
erat ſola cohæres cum Petro Nicolao inſtituta in teſtamento
ſer Montis non poterat amplecti ſubſtitutionem pupillarem
ſeu hæreditatem pupilli & repudiare hæreditatem ſer Mon-
tis,ſed aut vtranque repudiare aut utranque amplecti l.ſed ſi
plures.§.filio. cum §.ſeq.ff.de vulg.& pup.l.quidam eulogio
& ibi plenè no. C.de iur.deli.meritò dicta Maria & eius hæ
res tanquam in effectu hæres ſer Montis non poteſt venire cõ
tra donationem ſer Montis.l.cum a matre.C. de rei ven.l. 2.
16 C.ſi in frau.pa.l.creditoribus.C.de ſer.pig.da.ma. §†Poſtre-
mo quæritur,an ſi dictus notarius confiteretur de falſo fa-
bricaſſe dictum inſtrumentum donationis, hoc aliter nõ ꝓ-
bato inualidetur dictum inſtrumentum ad excluſionem di-
* ctæ donatariæ & eius hæredum.& dico q non,* hoc decidit
Bar.in l.ſi quis in graui.§ j.ff.ad Sylla.per l.j.§.ſi quis filiũ.ff.
de carbo.edi.& per c.ſicut.de teſti. cum ſi. & Bal. in auth. ſi
dicatur.in 3.col. C.de teſti.& ibi etiam Sal.& indiuiduo po-
nit hoc Bal.& Sal. in l.generaliter,in vlt.no.C.de non num.
pe.per no.p Bar.in l.ſi librarius.ff.de re iu.& no.etiã expreſſe
Ang.in l.errore.C.de teſta.Paul.de Caſtr. in l.Seia,in princ.
ff.ad Velleia. per illum text. Bene facit l. 2. cum ibi nota. per
Bartol., & alios. C. de fide inſtrum. & in l. 2. ff. de præuari-
ca. cum ſuis concordan. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Defeciſſe ſupra lib.3.conſi.31.nu.1.vbi dixi.amplia etiam ſi addi-
derit,& ſi filij eius deceſſerint ſine filijs,quia relictis pro nepotibus
deficit perpetuo Calc. conſi. 20.col.j.

b ¶Communis.ſup. li.j conſi.108.ſup.li.2.conſi.185.

c ¶Procurationis ſup.li 6.conſi.2.conſi.109.

d ¶Fructum ſup lib.5.conſi 4.

e ¶Donationis.ſup.li.2.conſi.114.in fi.

f ¶Nego.imo veriſsimum eſt.fa.no. ſupra eodem conſi.88.col.j.

* Non procedant.] Decius in contrarium diſcedit ſententiam.ad cap.
tertio loco,de prob.circa finem.pro quo facit,quia ſemel malis, in
eodem genere malj,&c. Vide late Thomam Gram voto 13 & Bald.
conſi. 402. Qæritur an per ſolam diffamationem lib.5.Gram. deciſ.
39.col.11.& deciſ. 48. Natta.

g ¶Poſtea.Bal.conſi. 350. li.j.Pau.conſi.103.li.2.

h ¶Videatur non ſufficiunt indicia leuia, ſed debent eſſe luce clario-
ra in ſua ſpecie.Bal.in conſi. 259. col.j ad fin.ſed probabilia & veri
ſimilia vt iudex ſit quaſi certus.Bal.conſi 77.lib 3 & clara non per
functoria,& ex diuerſis non ſurgit vnum perfectum.Bal.conſi. 402.
col.2.li. 5.turſus debent eſſe certa veriſimilia & probabiliter con
cludentia.ſecundum Bal.conſi.515.col.j.li 2.hinc.decidit Aym.cõſi.
99.q duo teſtes diminuti non ſufficiunt ad torturam.

* Et dico quod non.] Facit quod Alex.ſcribit ad l.ſciẽdum.ff. de ver.
obl.de notario,qui dicit,ſe certiorem reddidiſſe & docuiſſe mulie
rem de Velleiano,vt non credatur contrarium aſſerenti. Natta.

CONSILIVM CXXXIIII.

Super præmiſſo dubio,quo quæritur, an ſi ad quære-
lam quorundam quibus quædam bona ſubtra-
cta ſunt Papa commiſit per reſcriptum domino vicario epi-
ſcopi,q ſi eidem conſtiterit nominatos in ſuis literis ea bona
ſubtraxiſſe, eoſdẽmonitione præmiſſa excõmunicet, niſi abla
ta reſtituant, ſit dandus libellus & ordine iuris ſeruato pro-
cedendum.viſis his quæ copioſe & eleganter allegata ſunt, p
clariſſimum iuris vtriuſque doctorem dominum Balthaſarẽ
1 Gabriellum mihi tanquam fratrem hon. † Sentio quod fa-
cta legitima monitione & probatione furti abſque alio ordi
ne iudiciario procedi poſſit ad ſententiam excommunicatio
nis in ſcriptis ferendam abſque libello & alijs quæ regulari-
ter requiruntur in cauſis ordinarijs,& hoc tam per aliqua ex
allegatis per præfatum dominum Balthaſarem, quam ex in-
fraſcriptis.nam præſuppono quod de ſententia excommuni-
cationis iudicatur vt de interlocutoria.c. ſacro. de ſenten. ex
commu.c.paſtoralis,de app.no.glo.3.q.9.decernimus.& gl.
& doc.in c. venerabilibus.§ porro.de ſen.excommu. in 6. &
Spe. in tit. de ſen.prola.§.ſpecies.ver.diffinitiua.not. Inn. &
alii poſt eum in c.per tuas,de app.ſed ad hoc ut perueniatur
ad interlocutoriam ſententiam non eſt neceſſaria litis conte-
2 ſtatio,vt de ſe patet. vnde uidemus q præceptum † de ſoluẽ
do q facit iudex debitori confitenti, ſi ſit lite non conteſtata,
non

non est diffinitiua sententia, sed accedit ad interlocutoriam,
no. per glo. & doct. in l. 1. C. de lit. conte. in l. fi. §. necessitate.
C. de bo. quæ li. & in l. 1. C. de confessis. & glo. & doc. in cap.
dudum. el 2. in verbo. positiones & responsiones. de elect. &
in c. ex parte. el j. de uerb. sig. cum si. & hoc quo ad interlocu
toriam non requiratur litis contestatio. traditur etiam per
Bar. in l. prolatam. in 2. col. C. de senten. vbi dicit testes pro-
duci posse lite non contestata quando producuntur pro in-
terlocutoria ferenda, quia ad interlocutoriam nō requiritur,
litis contestatio. alegat glo. quam dicit esse no. in l. præsenti.
3 C. de his qui ad eccle. confu. modo † sic, vbi non requiritur
litis contestatio, non requiritur libellus, vt no. Spe. in tit. de
libe. conce. §. nunc dicendum. ad fi. ver. generaliter autem,
quam doctrinam sequitur Ant. de But. in c. 1. de lib. obl. in
4 3. col. in ver. 5. casus. &c. ¶ Secundo moueor † per ea quæ no.
per glo. & expressius per doc. in c. 1. de exces. præla. nā tex.
ibi dicit ꝙ non debet ferri sententia excommunicationis sine
iudiciario ordine. vnde glo. & doc. ibi quærunt, quis est iste
iudiciarius ordo qui in tali casu requiritur? & respondent ꝙ
requiritur monitio legitima, & quod probetur causa iusta. c.
sacro, de senten. excom. 2. q. 1. nemo. & 24. q. 2. de illicita. &
quod sententia feratur in scriptis. c. 1. de sen. excom. in 6. &
5 ita est de mente glo. q. 1. in summa. ¶ Tertio probatur, † quia
videmus quod quando petitur absolutio a sententia excom-
municationis, non requiritur libellus, & de plano procedi-
tur, vt expresse no. Inn. & alii post eum in d. c. sacro, ergo nec
etiam quando petitur quem excommunicari, quia solemni-
tas quæ requiritur in confectione actus, requiritur etiam in
eius dissolutione, auth. econtra si filij. C. de repu. l. prout quis
que de so. c. 1. de reg. iu. in antiquis vnde dicit Bal. in l. fi. in
vlt. col. C. de fideicom. dominus. Car. Flo. & Io. de Imo. in
c. relatum, de testa. quod si ex forma legis vel statuti duo te-
stes requiruntur in confectione testamenti, ita duo testes, in
eius dissolutione sufficient. & vbi non requiritur libellus, ibi
non exigitur processus ordinatius, ita inquit Bald. in cap. 1.
§. insuper. in 2. col. de prohib. feud. alie. per Fede. & patet
ex his quæ no. in cle. sæpe. de verb. sig. & in auth. offeratur,
cum ibi no. de lit. contest. cum si. Ex quibus resideo præmis
sam conclusionem esse veram. Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Priores non possunt obligare communitatem sine speciali man dato.*

2 *Ratificatio non dicitur nisi cognitis qualitatibus, & conditionibus.*

3 *Scriptura publica non probat, nisi de eo, quod tunc factum fuit.*

4 *Protestans ei qui non gessit actum, debet etiam certificare.*

CONSILIVM CXXXV.

Viso processu inter Pasquutium Antonij de Castro Bar
nii agentem, & communitatem Fani se defenden
tem, mihi videtur de iure concludendum, partes iudicantis
esse in absoluendo dictam communitatem & eius syndicum
a petitis pro parte dicti Pasquutii, & primo quia Pasquutius
agit contra communitatem ex contractu celebrato cum asser
* tis prioribus dictæ ciuitatis Fani. Sed ita est ꝙ priores * non
possunt obligare dictam communitatem, nisi eis sit speciali-
ter vel liberè commissum, ita voluit glo. notabilis magis com
muniter approbata in l. item magistri. ff. de pac. bene facit l. j.
& quod ibi no. doct. C. de præben. salar. lib. 10. Preterea per
reformationem factam ante celebrationem dicti contractus,
per consiliarios ciuitatis, qui dicuntur de iure repræsentare,
totum populum, vt no. glo. in rubrica. C. quæ sit long. consue.
& in l. aliud. §. refertur. ff. de re. iur. & in l. sed ex dolo. §. 1. ff.
de dolo. fuit prouisum ꝙ priores vna cum vicario gabellarū,
ac referendario & depositario communis possint deliberare,
quicquid eis videbitur super dictis molendinis. sed in dicto
contractu celebrato cum dicto Pasquutio non interuenit cō-
sensus vicarii gabellarum referendarii & depositarii, ergo nō
valet actus non reseruata forma dictæ prouisionis. l. cum hi.
§. si prætor. ff. de transf. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de ver. obl. l.
prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. ¶ Nec obstat si in con
trarium adduceretur quod per aliam reformationem posteà
factam anno 1469. die quinta Augusti fuit ratificatus dictus
contractus celebratus per dominos priores cum Pasquutio,
non obstante defectu consensus vicarii gabellarum, refenda-
rii & depositarii communis, nam per dictam sequentem re
formationem sub die quinta Augusti fuit prouisum, ꝙ domi
ni priores eligerent vnum ciuem qui iret & videret molendi
na a sacca si bene starent prout debebant, & tenebantur acce-
ptimation. relapsare, quia respondeo ꝙ ex hoc non resultat,
approbatio primi contractus facti cum Pasquutio, & supple
tio defectus, quia non apparet quod consiliarii ciuitatis repre
sentantes commune & populum dicta die 5. Augusti haberēt
scientiam continentiæ dicti contractus celebrati per priores
cum Pasquutio, & quod scirent non interuenisse consensum
vicarii gabellarum, referendarii & depositarii, & per conse-
quens non potest dici ratificatus & approbatus dictus contra
ctus, & suppletus dictus defectus seu derogatum esse illi defe
ctui, l. fi. C. plus valere quod agitur. l. in repudianda. ff. de ac-
quir. hære. c. 1. de consti. in 6. & non præsumitur scientia ni
si probetur, vt in d. c. 1. & l. verius. ff. de prob. l. fin. ff. pro suo.
& quod no. glo. in c. statutum. in prin. in verbo lucratur, de
rescri. in 6. & in cle. & si principalis. eo. tit. ¶ Et similiter non
obstat si diceretur probari de dicta ratificatione & approba-
tione ex his quæ continentur in libro registri bulettarum, in
quo inter cætera continetur sub die 11. Augusti 1469. Pas-
quutio de Bartio ducati cento per parte de duca. 250. li qua-
li li dona la comunitate per refare lo molino de la sacca per
lo termino de Zugno proximo passato. & ista alia similis bu
letta ducatorum duodecim pro alia parte dictorum ducato-
rum 250. quia non apparet dictas commissiones bulettarū
emanasse a consilio ciuitatis. & posito quod hoc constaret,
non apparet ꝙ concilium habuerit notitiam defectuum, qui
interuenerunt in dicto contractu, sed de defectu, s. consensus
vicarii gabellarum & aliorum prædictorum, & per conse-
quens non potest videri approbatus contractus & suppletos,
esse defectus prædictos, per ea quæ proximè dixi. ¶ Non ob-
stat etiam ꝙ in eodem libro bullettarum registri contineatur
postea vna in qua sub die 24. Decembris anni 1468. dicitur
Pasquutio de Bartio a compagni acceptatori de le moline de
la sacca de commādamento vel conseglio fatto a 23. Octobr.
1458. lib. trenta de bolog. per la tratta de some 50. de grano,
le quali lui de hauere de la communitade per subsidio a refa
re ditti molini &c. quia respondeo primò ꝙ concessio & con-
tractus cuius occasione agitur, fuit celebratus cum Pasquu-
tio prædicto, vt continetur in libello & in dicto instrumen-
to, & non cum aliquo socio Pasquutii, de quibus sociis fit mē
tio in dicta posta, & sic non videtur dicta posta loqui de con
tractu producto, ex quo agitur in libello. c. cum Ioannes, de fi
de instru. & no. doc. in l. 2. C. de errore aduo. & in l. 2. C. de
bon. pos. secundum tab. Item respondeo, ꝙ non probatur per
dictam postam ꝙ illud quod ibi continetur processerit ex cō
missione concilii, quia illa posta est scripta per cancellarium
die 24. Decembris anni 1468. & continet illud quod dicitur
fuisse factum seu commissum a consilio per plures dies, ante,
3 scilicet die 23. Octobris eiusdem anni, quo † casu scriptura pu
blici officialis hodie facta non plenè probat illud quod alio
tempore factum fuit, vt no. Inn. & doc. in c. quoniam contra
de proba. & in c. 1. circa medium. de fide instr. ibi dum dicit,
* Inno. * Item continere debet scriptura tempus rogati instru.
in anth. de tabel. §. vlt. quod quidem tempus debet esse idem
cum tempore celebrati contractus. si enim aliud tempus con
tinere, ferret testimonium de preteritis, & non valeret scriptu
ra. c. tua, de coha. cle. & mulie. no. etiam Inno. in c. cum in iu-
re. de offi. deleg. & Bal. in l. ex his. C. de testa. mili. & Ant. de
But. in c. post cessionem, de proba. in uer. sextus casus &c. Itē
respondeo ꝙ in dicta posta non dicitur ꝙ concilium habue-
rit scientiam de forma contractus prædicti celebrati, cum
Pasquutio sine consensu uicarii gabellarum & aliorum præ-
dictorum, ergo non potest dici ꝙ sit per cōcilium suppletus
& probatus dictus defectus, de quo non apparet concilium,
habuisse notitiam per ea quæ supra dixi, & iisdem uitiis labo
rat alia postea sequens scripta in eodem libro registri buletta
rum de libris uiginti quatuor pro tracta grani similiter. ¶ Et
licet

licet prædicta sufficerent pro victoria dictæ communitatis, tamen vltra prædicta adducitur Pasquutium obtinere non posse quatenus petit salmas centum grani, quas dicit ꝙ fuisset superlucratus si potuisset habere pacificum vsum dictorũ molendinorum pro diebus 16. de mense Augusti, & per totũ mensem Septẽbris, Octobris & Nouembris, quibus fuit impeditus habere vsum dictorum molendinorum, eo quia dicit, fuisse destructa dicta molendina per gentes armorum durante quadriennio comprehenso in concessione facta dicto Pasquutio, attento ꝙ fuit dictum commune interpellatum, vt pro dicto tempore trium mensium & dierum 16. præstarent patientiam dicto Pasquutio vtendi dictis molendinis secundum formam instrumenti dictæ concessionis, & non præstitit, quia respondeo ꝙ in instrumento ex quo agitur conuenit quod si durante termino dictorum quatuor annorum vigeret guerra, qua mediante Pasquutius non posset vti dictis molendinis, debeant sibi redintegrari tempora, quibus occasione dictæ guerræ fuisset impeditus, sed Pasquutius non petiit hoc, sed petiit salmas centum grani pro interesse suo, ergo petijt aliud quam id quod promissum extitit. ¶ Nec obstat si diceretur † ꝙ dictus Pasquutius protestatus fuit dominis prioribus & concilio ciuitatis, vt sibi consignarent dicta molendina pro mensibus tribus & diebus decem, quibus dixit se fuisse impeditum propter guerram, & ideo ratione moræ vult dicere Pasquutius succedere obligationem, ad interesse. l. si quis ab alio. de re iud. l. stipulationes non diuiduntur, versi. Celsus. ff. de ver. obl. quia ad hoc respondeo, ꝙ illa protestatio non potuit constituere in mora, eo quia facta non illis ꝓpriis qui erant priores tempore contractus, sed erant successores eorum & protestando illis de concilio, cum quib. non fuerat celebratus contractus concessionis prædictæ debuit, coram eis exhiberi dictum instrumentũ contractus, debuitq; per dictum Pasquutium mediantibus fide dignis probationibus certiorari dictum concilium de impedimento prædicto & eius qualitate, alias interpellatio & protestatio non constituit in mora l. si quis inficiatus. ff. deposi. l. qui in alterius. ff. de re. iu. l. quod te. ff. si cer. pet. & l. nomen. C. quæ res pign. ob. pos. & in omnibus dictis locis no. Bar. & in cle. causam. & ibi no. de elect. & plenè per Bar. in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nun. cum suis concordantiis. sed hoc seruatũ nõ fuit per dictum Pasquutium, vt patet ex copia instrumenti ꝓtestationis, ergo &c. omitto velut non necessarium probationes factas pro parte communis ad arguendum culpam dicti Pasquutii, in quibus probationibus etiam apparet per plures testes communis probatum, ꝙ anno. 1469. de mense Septẽbris & mensibus sequentibus facta rebellione comitatus Fani dicta molendina poterant macinare, cuius contrarium deponunt testes Pasquutii, s. illi qui probant de impedimẽto guerræ, quia dicunt ꝙ immo non poterant macinare, & sic sunt ad inuicem contrarii, tamen (vt dixi) circa hoc sum arbitratus insistere non oportere. Alexand.

ADDITIONES.

Quod priores.] Intelligo in Prioribus, & vocatis Ministralibus ad aliud deputatis, quia non erant administratores reip. vnde secus est in syndico, qui habet liberam, quod intellige quando est electus ab vniuersitate, quia habetur loco tutoris, secus si eligatur ab his, qui regunt vniuersitatem, quia æquiparatur simplici procuratori, & sic non habet liberam, ita declarat Alexan. ad l. præses prouinciæ. 1. no ta. C. de transac. Natta.

Dicit Inn.] Hoc Innocentij dictum sequitur etiam Fel. ad d. c. qm̃ contra. col. 19. & Alex. consi. 179. col. 2. infra. eo. lib. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditate priuantur, qui non adhibuerunt peritos medicos defuncto.*

3 *Negligentia, & culpa debet certa & limita probari.*

5 *Hæredi non potest opponi, quod sit indignus & priuandus, nisi à fisco.*

CONSILIVM CXXXVI.

Viso processu inter dominam Rengardam filiam quondam Bonini agentem, & Marconum & Raynaldũ fratres de Rubeis, & quosdam alios de Rubeis se defendentes. Sentio proculdubio ex pluribus dictam Rengardam obtinere non posse, præsertim ex infrascriptis. Primo † quia agit
1 procurator *generalis Rengardæ petitione hæreditatis, & nõ constat eam adiuisse hæreditatem nec per actus gestos ab huiusmodi ꝓcuratore generali in iudicio vel extra potuit induci aditio hæreditatis. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hære. l. Pau. respondit. cum ibi not. eo. tit. Secundo, quia dicta Rengarda excluditur a successione Palamidis filii sui decedentis ab intestato ex dispositione statuti existentibus patruis & consanguineis vsque in quartum gradum prout extant, nam rei conuenti sunt de illis, vt patet in processu. nec
2 obstat † ꝙ pro parte dictæ Rengardæ opponitur ꝙ ipsi sunt exclusi, eo quia non adhibuerunt medicos peritos ad curandam infirmitatem dicti Palamidis, ꝙ propterea debent excludi ac si eum occidissent, per id quod legitur & no. in l. ab hostibus. § si. ff. so. ma. & l. indignum. ff. de his quib. vt indi. cum ibi no. quia respondetur primo ꝙ ista negatiua, tu non adhibuisti medicos peritos est fundamentum intentionis dictæ Rengardæ ad excludendum prædictos de Rubeis a successione delata eis a statuto, igitur incumbebat ei onus illa probandi. l. si quis cõsortium. C. de fabricen. l. 11. l. hoc iure. §. ita stipulatus. versi. quod si ab initio ff. de ver. obl. & plene. no. Bar. in l. in illa. eo. tit. & per Inn. & alios in c. super his. de accusa. Sed non est probatum quod dicti rei contrauenti non adhibuerunt medicos peritos in dicta infirmitate. Nam testes Rẽgardæ qui sunt medici, deponunt se fuisse vocatos ad curandum Palamidem, & licet vnus eorũ. s. magister Rizardus deponat ꝙ filius suus etiam medicus petiit mercedem suam, ꝓ medendo ab vno de Rubeis & noluit sibi dare, tamen in hoc est singularis, & sic non probat. c. licet cãm. de proba. l. iurisiurandi. C. de testi. Præterea ipse ignorat quis fuerit ille, de Rubeis qui noluit soluere mercedem, & sic talis probatio est obscura & nihil releuat. c. in præsentia. de probatio. l. Pomponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei ven. & dicit se ignorare, an illi de Rubeis adhibuerint alium medicum, & sic non concludit de negligentia dictorum reorum in non adhibendo peritos medicos. ¶ Alius testis etiam. s. magister Antonius dicit quod dictus Marconus de Rubeis cõduxit ipsum testem medicum ad curandum dictum Palamidem, & quod voluit pacisci secum de dando sibi decem aureos si volebat assumere onus firmiter liberandi eum, & quod aliter nolebat ꝙ se intromitteret, & ꝙ dictus Antonius noluit hoc facere, & in hoc etiam iste testis est singularis, & subdit etiam quod dicti de Rubeis potuerunt adhibere alium medicum, & quod ipse testis hoc nescit, & sic non concludenter probant negligentiam & culpam, quæ semper debet obiici & probari certa & limitata, vt inquit Bar. consi. 193. inci. Commune lignam
3 locauit † &c. allegat c. ut circa. de elec. li. 6. c. præsentium. de testi. eo. li. l. prætor edixit. in prin. ff. de iniur. ¶ Tertius testis dictæ Rengardæ est Zanninus filius dicti Rizardi, qui similiter deponit ꝙ dicti de Rubeis potuerunt adhibere alium medicum ipso inscio, & sic etiam iste non probat culpam & negligentiam, prout oportebat, & ꝙ nihil scit ꝙ dicti de Rubeis negauerint soluere medicis offerentibus se liberare dictum Palamidem ab eius infirmitate, & sic in hoc contradicit pa-
4 tri suo, & quando duo † sunt testes quorum vnus contradicit alteri, neuter probat, vt inquit Io. An. & alii post eum, in ca. in nostra, de testi. quinimo dicti de Rubeis probant per plures testes se adhibuisse diligentiam in curando personam dicti Palamidis tanquam filii, & in adhibendo medi-
5 cos. ¶ Et posito † etiam quod nullam adhibuissent curam dicta hæreditas Palamidis quæ ab intestato eis deferebatur, dato quod propter hoc debebet eis auferri non applicatur dictę Rengardæ, sed veniret applicãda fisco. d. l. dignum l. Lucius, ff. de iure fis. & l. cum ratio. ad fi. & ibi no. ff. de bo. da. & declaratur per Iac. But. in l. fi. ff. de his qui. vt indi. & in d. l. si ab hostibus. §. fi. per Bald. in l. 1. ff. vnde vir & vxor. & in l. hęreditas. C. de his qui vt indig. & in l. eam quam in 4. col. C.
a de fideicom. cum si. & ideo alius quam fiscus[a] ante factam dictam priuationem non potest obiicere dictis de Rubeis, ꝙ ipsi non sint hæredes, quia immo interim sunt hæredes, vt est glo. no. in l. his consequenter, iuxta princi. in verbo pertinere. ff. fa. erc. & l. ex facto. §. Iulius Longinus. ff. de vulga. & pupil.

pupil. & declarat Bald. & Sal in d. l. hæreditas. agit ergo sine actione dicta Rengarda, igitur repellenda. l. si pupilli. §. videamus, ff. de neg. gest. l. quoties. §. qui temporali. ff. de admi. tut,
6 & hæc est tutissima responsio. ¶ Prætereà † dicit Bal. in l. si qs incesti. in fi. C. de incestis nup. ad fi per illum tex. in ver. ita tamen, vbi inquit, no. ar. ad q. dicit statutum ꝙ filius interficiens patrem non succedat, & quæratur quid de nepote nato ex tali homicida, nam secundum eum ille tex. facit ꝙ si nõ fuit culpabilis in morte succedat, secus si fuit culpabilis, ex quo videretur quod posito quod Marconus fuisset culpabilis circa curam dicti Palamidis non deberet nocere aliis nõ culpabilibus agnatis dicti Palamidis vocatis a statuto, & ꝑ hoc quod notat Bar. in d. l. cum ratio, tamen hoc vltimum non pono pro constanti quia non expedit stantibus aliis supradictis, illud autem † certum est quia † contra Petrum Sanctum
7
8 & Gallasium non potest procedi ad diffinitiuam sententiã, condemnatorium quia contra eos non competebat nec competit petitio hæreditatis, quia respondendo libello & interrogatoriis non concordant se vt hæredes Palamidis, imo dicũt, se possidere solum iure familiaritatis dictorum Marconi, & Raynaldi qui erant in iudicio, & sic nomine alieno dixerunt se possidere, ideo contra eos non datur petitio hæreditatis, hæc probantur in l. nec vllam. §. si quis absentis. aliàs est sub. l. etiam. ff. de petit. hær. & l. 2. C. vbi in rem actio. & quod ibi no. Bar. maximè in ver. quæro vtrum conuentus actione mixtã, & in ver. quæro an iste qui nominat dominum in iudicio habet probare &c. iuncta l. qui iure familiaritatis. ff. de acqu. pos. & ideo dicta Rengarda contra eos temere prosequens iudicium debet in expensis condemnari & ipsi ab instantia absolui. l. eum quem temere. ff. de iudic. l. properandum. §. sinautem alterutra. C. eo. titul. Alexan.

ADDITIO.

a ¶ Fiscus. Lancel. Dec. Ias. l. si seruus plurium. § pe. de leg. j. Corn. consil. 150. in fin. l. 2. Ias. l. ex facto. §. Iulianus. col. j. de vulg. & pup. Soc. consi. 78. col. fi lib. 4. Hierony. Cagno. l. fin. col. 14. nu. 119. C. de pact. limitat Bar. l. fi. in fi. de condi. sine causa.

SVMMARIVM.

1 *Actio legis aquiliæ datur etiam bonæfidei possessori.*
3 *Relationi officialis statur de damno dato.*
4 *Probatio debet necessario in indiuiduo concludere.*
6 *Consuetudine in generali probanda, admittuntur testes, etiam quos negotium tangit.*

CONSILIVM CXXXVII.

Viso processu accusationum super damnis datis institutarum pro parte Dyni de Serauallе contra nõnullos accusatos, & visis defensionibus allegatis pro parte eorum qui accusati sunt, & etiam allegatis pro parte Vgolini Gerardi de la Chelda tanquam massarii communis montis Vrselii, & aliorum quorundam tanquam consiliorum dicti communis, mihi breuiter de iure videtur concludendum illos in ꝓcessu nominatos, qui damnum dederunt dicto Dyno, in nemore contento in accusationibus esse condemnandos, & eis non suffragari allegationes & defensiones factas etiam pro parte dicti asserti massarii & consiliariorum, maximè ex infra
1 scriptis. nam † actio legis Aquiliæ quæ pro damno dato competit, conceditur illi qui est vel dominus rei in qua damnum datum est, vel quasi dominus seu bonæ fidei possessor. cum titulo. l. item Mela. §. legis. & §. sed & si seruus bona fide. & l. si dominus seruum. ff. ad l. Aquil. sed de titulo dicti Dyni in dicto nemore est probatum per instrumentum emptionis factæ per Dynum prædictum a Stephanino quondam Perini de Pelatis de Placentia, ex quo titulo præsumitur bona fides,
2 l. pen. C. de euic. Est etiam † probatum de possessione dicti Dyni, quia per plures testes est probatum quod dictus Stephaninus possidebat tempore dictæ venditionis per eum factæ anno 1372. dicto Dyno. & cum in dicto instrumento venditionis constituerit dictus Stephaninus se possidere nomine dicti Dyni, & sic per dictum constitutum translata fuit omnis possessio Stephanini in dictum Dynum. l. quod meo. in princip. & ibi plenè no. per Bar. & in l. interdum. in prin. ff. de acqu. pos. & in c. cum venisset, de rest. spo. & no. in l. 2. C. de acqui. pos. cum si. quinimo etiam per aliquos testes maximè per Ioannem Laurentii & Vgolinum quondam Ioannis, & Petrum Bertini & Bartholomæum Dominici & Matthæum Iuliani, est plenè probatum ꝙ dictus Dynus a tẽpore dictæ emptionis & citra possedit. ¶ De damno † autem dato per accusatos
3 & eius æstimatione puto esse probatum, quia in actis dicitur quod Salinarius ita retulit, & quod æstimatores æstimarunt. in his enim causis damnorum datorum communiter ex consuetudinibus vel statutis locorum est prouisum vel quod stetur vsque ad certam summam iuramento accusatoris, iuxta l. si quando. C. vnde vi. vel relationi Salinarii seu officialis. nã
a eius relationi [a] credendum est secundum quod habetur in l. 1. §. qui est ff. de offic. præfec. vrb. in c. cum parati, de app. & in l. diuus. la ij. cum ibi plenè no. per Bar. ff. de cust. reo. & per alios in l. ea quidem. C. de accusa. & posito ꝙ essemus in casu, in quo de iure communi soli denunciationi officialis, non deberet stari quo ad plenam fidem, iuxta plenè not. per Bar. in d. l. diuus, in versi. 3. quæro quid sit effectus &c. tamen (vt dixi) quia communiter per Italiam ex consuetudine vel dispositione statutorum est prouisum contrarium, puto ita seruari in loco quod stetur dictæ relationi Salinarii. ¶ Nec
4 obstat prædictis si diceretur quod pro parte eorum † qui accusati sunt & dicti massarii communis & consiliariorum allegatur quod dictum nemus spectabat, ad dictum commune montis Orselii, & per consequens non potuit acquirere dictus Dynus a Stephanino in præiudicium dicti communis, quia respondeo primo, quod non est probatum legitimè, ꝙ nemus de quo est quæstio, fuerit & sit dicti communis. & licet quidam testes videantur deponere quod dictus Stephaninus habuerit de nemoribus dicti communis, tamen non dicitur quod istud nemus de quo est quæstio sit illud, & sic probatio talis nullo modo concludit. cap. auditis, de præscr. iunctis his quæ ibi notabiliter traduntur per Ioann. An. dum lo-
b quitur de equo [b] locato Bidello, qui postea probabat vnum equum esse mortuum, & dicebat esse illum quem conduxerat, tamen aliter de identitate non probabat, nam non sufficit. facit. in cap. in præsentia. cum si. de prob. nec etiam est ꝓbatum quod ille Vgolinus sit massarius communis & habeat mandatum a communi ad hanc causam. & idem dico de his qui tanquam consiliarii communis comparuerunt, debuerũt .n. probare se esse tales quales asseruerunt. l. nõ ignorat. C. qui
5 accu. non pos. c. in nostra, de procur. ¶ Plus dico † ꝙ etiam posito ꝙ probaretur dictum nemus fuisse dicti communis, tamen quo ad causam damni dati dicto Dyno bonæ fidei possessori titulum prædictum habenti non potest negari, quin dicto Dyno competierit & competat ius agendi. d. l. si dominus seruum. & licet dictum nemus etiam fuisset dicti communis, tamen non licebat singularibus personis de vniuersitate incidere ligna in dicto nemore. nisi aliter fuisset prouisum per illos ad quos spectabat, quia illud quod est vniuersitatis, non est singulorum de vniuersitate. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. præterea posito (vt dixi) quod probaretur dictum nemus fuisse dicti communis, probatum est pro parte dicti Dyni quod consuetudo est in loco quod de illis nemoribus possint homines ibi commorantes etiam propria authoritate accipere, & posteaquam illud pro suo acceperunt, possunt de illo disponere etiam alienando, & consuetudo potest inducere quod aliquis priuetur re sua. l. venditor. §. si constat. ff. communia predi. & ibi no. doc. & not. per Bar. in l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. & in prima constitutione digestorum, cum si. præcedentia tamen fundamenta sunt tutiora, & illis
6 magis adhæreo. ¶ Nec † prædictis obstat si diceretur quod dicti testes sunt suspecti, eo quia dicunt se possidere de terris & nemoribus dicti communis, quia respondeo primò per id qd notabiliter dicit Io. And. in regula sine possessione, in mercurialibus, vbi voluit quod consuetudo generalis de non soluẽdo quartam episcopo poterit probari per clericos, & recto-
c res [c] ecclesiarum illius loci deponentes de suo facto negatiuo ad ipsorum commodum, non enim principaliter deponunt ad commodum eorum, præterea cum deponant qualitud nemus

mus de quo est quæstio, sit de nemoribus communitatis prædictæ, vt iam dixi, sequitur quod dato q ipsi testes asserant se possidere de terris dicti communis hoc nihil facit ad rem. Ex quibus omnibus concludo in fauorem dicti Dyni contra dictos accusatos prout supra dixi. Alex.

ADDITIONES.

a Quia agit procurator.] Vide Bal. consi. 200. Berta. sciens. lib. j. Nat.
a ¶Relationi. Spe. in tit. de teste. §. j nu. 39. §. restat. versi. 18. Bar. l. ea qui dem. C. de accu. Ang Aret. trac. malefi. versi. necnon ad denuncia. col. 16. Paris de Puteo trac sindica. fo. 185.
b ¶Equo. infra eo. consi. fi. nu. 3.
c ¶Rectores. Ang. de Cast. inter consi. Bal. consi. 405. lib. j. repetito con fil. 10. lib. 3. Bal. consi. 361. lib. 5. Ang. dispu. Astensis. Bal. consi. 293. col. fi. lib. 3. Panor. consi. 113. col. 4. lib. 2. Alex. supra lib. 2. consi. 172. col. 2. vbi contradici potest tamen sustineri concurrentibus alijs conjectu ris vt per Aymo. consi. 73. nu. 31.

EPITOME.

AN statutum disponens quod consanguinei, proximiores & vicini possint domum venditam retrahere ab emptore intra mensem a die publicationis contractus factæ per præconem in platea publicè, operetur, quod si non fuit facta dicta publicatio: tamen elapso mense a die quo sine publicatione ipsi proximiores vel vicini habuerunt notitiam cōtractus excludantur? decidit Alex. quòd sic. & malè.

CONSILIVM CXXXVIII.

Viso puncto & dubijs de quibus quæritur in causa Baptistæ quondam Francisci de Induiunis de Rauenna, & statuto ciuitatis sub rubrica, de præsentatione fienda sit per rebus immobilibus per proximiores in gradu & per vici-
1 nos colllaterales. Omissis non necessarijs, † breuiter conclu-
a do non posse a per dictum Ioannem in casu proposito intentari dispositioné dicti statuti ex infrascriptis. & primo quia præsupponitur q dicitur Ioannes aduersarius d. Baptistæ habuit scientiam acquisitionis factæ per d. Baptistam de dicta domo per menses & annos, antequam comparuerit ad exbursandū pretium d. Baptistæ secundum formam dicti statuti, quamuis non fuerit facta publicatio dicti contractus per publicū præconem super platea communis vt dictat statutū. nam vbi quis certus est, non est opus eum per aliam publicationem vel denunciationem certiorare. l. 1. in fi. ff. de acti. emp. & in c. eum qui certus, de re. iu. in 6. pro hoc tex. in l. Item veniunt. §. petitam. el ij. ff. de peti. hære. & ibi Bart. colligit doctrinam ex illo tex. q vbicunq; denunciatio est facienda ad notificandū, tunc
2 sufficit scientia absq; denunciatione, vt ibi. vbi † verò denunciatio requireretur non solum ad notificandum, sed ad incitandum vt aliquid fiat, vel ad prohibendum ne quid fiat: & tunc simplex scientia non sufficit. l. denunciasse, circa prin. ff. de adul. & ibi Bar. & Ang. vnde dicit Ang. in d. §. petitam. hoc esse notandum contra syndicos, qui sub pęna tenentur capere malefactores. nam vt in pœnam incurrāt, sufficit qualitercunque in eorum notitiam deueniant prædicta ad eorum malitiam & negligentiam conuincendam per §. petita. similiter videmus quod ad hoc vt emptor possit habere regressum de euictione contra venditorem, non sufficit quod venditor scierit, litem esse motam emptori, sed requiritur quod sibi venditori emptor denunciet quod vadat ad assistendum liti, & ad eum defendendum in causa secundum magis communé opi. quia iura requirunt non solum denunciari & notificari venditori litem esse motam emptori: sed requirunt quod incitetur & requiratur venditor q vadat ad defendendum. l. 1. C. de peri. & commo. rei ven. Et ibi no. doc. l. si parētes. & l. empti. & ibi no doc. C. de euic. & per doc. in l. emptor. post gl. ibi. & l. qui absentem. & ibi no. omnes. ff. de procu. & no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de emp. & ven. §. fi. in ver. sed nunquid. vbi clare firmat quod vbi quis tenetur ad notificandum, tunc nō requiritur notificatio, vbi aliunde habita est scientia, per iura supra alleg. secus vbi quæritur aliud quam notificatio, vt in emptore qui tenetur ad aliud quàm ad notificandum litem esse sibi emptori motam: nam tenetur emptor requirere venditorem quod eum defendat. d. l. si parentes, in fi. cum si. & idem no. Bar. in l. non solum. §. morte, circa vlti. char. ff. de ope. no. nun. & in l. 2. §. fi. ff. so. ma. & Ang. in l. cum in causa, & in l. in executione. §. in solidum. ff. de verb. obli. ¶Idem etiam uoluit
3 † Io. An. & alij in c. fi. de emp. & ven. & ibi ad propositum dicunt bonum verbum, videlicet, quod vbi est dubium ad qué finem denunciatio exigatur: quod in dubio vī potius exigi ad certiorādum, & ideo sufficeret sola scientia absq; alia denunciatione. & ita videtur fuisse de mente Dy. in d. c. eum qui certus. & Cy. & Iac. de Bel. in d. l. emptor. ergo siue dicamus qđ statutum prædictum exigat dictam publicationem solum ad finem certiorandi consanguineos & vicinos, vt videntur satis apertè sonare verba dicti statuti: præsertim ibi dum dicit, vt vnusquisq; notitiam habere possit de prædictis: & ēt quia statutum non requirit nisi publicari contractum: non autem requirit quod exprimatur seu denuncietur quod proximiores & vicini veniant ad comparendum & exbursandum pretium si velint domum recuperare, siue etiam dicamus quod verba statuti clarè nō aperiant ad dicta publicatio requiratur ad certiorandum tantum, an verò etiam ad incitādum proximiores vel vicinos ad cōparendum & exbursandum, adhuc habemus intentum: quia in dubio præsumitur q ista pubicatio requiratur ad certiorandū tātùm: & sic sufficiat scientia, vt inquit
4 Io. An. in d. c. fi. cum concor. sup. alle. ¶† Fortificantur prædicta ex distinctione Iac. de Bel. in d. l. emptor. C. de euic. quæ est multum accommodata ad casum nostrum: vbi dixit distinguendum esse: quia aut exigitur denunciatio ad commodum denunciantis, aut exigitur ad commodum eius cui fit denunciatio. Primo casu, si quidem exigitur denunciatio, vt denuncianti acquiratur efficaciter ius agendi vel accusandi, & tunc non sufficit sola scientia. d. l. denunciasse, & l. 4. C. de noua. & quod no. gl. in l. nomen. C. quæ res pig. ob. poss. si vero exigitur denunciatio, vt quis constituatur in mora, tunc etiam non sufficit scientia. l. mora. in prin. ff. de vsur. l. si ex legati causa. ff. de ver. obl. Si autem exigitur denunciatio, vt quis efficaciter malæfidei, tunc sufficit scientia, vt d. §. petitā. si verò exigitur denunciatio vt denunciaretur & acquiratur ius transmittēdi tunc non sufficit scientia, vt l. quemadmodū. ff. de inoffi. test. Secundo casu principali. s. qñ exigitur denunciatio ad cōmodum eius cui fit denunciatio, & tunc scientia sola sufficit. l. 1. §. fin. cum si. ff. de act. emp. & ex hoc vltimo dicto infert q cū denunciatio fienda per emptorem venditori de lite suscipienda & defendenda fieri videatur magis ad commodum venditoris quam ad commodum emptoris denunciantis. s. vt vēditor præparet defensiones, ne teneatur de euictione: ideo sufficiet sola scientia venditoris: vnde in proposito nostro quoniā prouisio dicti statuti cum publicatione prædicta fuit principaliter inducta ad fauorem proximiorum & vicinorum: non autem principaliter fuit inducta ad fauorem emptorum quia nisi fuisset dicta prouisio nullum ius comparendi habuissent de iure communi dicti proximiores vel consanguinei. l. dudum. C. de contrah. emp. c. constitutus. de resti. in integ. & dato q per dictam publicationem dicantur incitati proximiores & vicini ad comparendum & recuperādum rem, incitantur ad id quod concernit commodum & fauorem eorum, si volunt: non autem ad commodum & fauorem emptoris seu ad acquirendum primo emptori aliquod ius agendi vel simile, prout loquuntur iura dicentia q non sufficiat scientia: ergo sufficere debet scientia. & licet Io. And. in addi. Spec. in tit. de emp. & ven. §. fi. reprehēdat dicta verba Iac. de Bel. in præalle. l. emptor, tamen non reprehendit eum inquantū ipse dicit q si denunciatio exigitur ad cōmodum eius cui fit, q tunc sufficit scientia. sed reprehendit eum inquantum dicit q denunciatio quam habet facere emptor venditori pro lite defendenda dicatur magis esse ad cōmodum uenditoris cui fit, quam ad commodum emptoris, & propterea sufficiat scien-
5 tia † quia imò secundū Io. An. talis denunciatio quā facit emptor, fit ad fauorem emptoris qui denunciat. patet, quia omissio talis denunciationis releuat uenditorem ut non teneatur de euictione, & nocet emptori. d. l. j. C. de peri. & commo. rei uen. cū alijs supra alle. & econuerso denunciatio releuat emptorem & grauat uenditorem: ergo non potest dici q fiat in fauorem uenditoris: unde non debet tunc sufficere scientia cū emptor denuncians uelit ex denunciatione acquirere ius efficaciter agendi de euictione per doctrinam eiusdemmet

Iac. de Bel. in primo membro. eſt bene verum ſecundum Io.
And. ꝙ in fauorem venditoris eſt inductum ꝙ denunciatio
ſibi fieri debeat congruo tempore, iuxta.l.ſi rem quam.§.quo
libet tempore.cum ibi no.ff.de euic.& no.in d.c.fi.& cum di
cta diſtinctione Iac.de Bel.etiam tranſit Bal.in c. 1. ſi de feu-
6 do vaſallus ab aliquo interpellatus fue. vbi dixit † ꝙ ſi quæra
tur vtrum ſcienti ſit denunciandum dicendum eſt ꝙ aut de-
nunciatio fit ad commodum denunciantis, & tũc requiritur
denunciationem fieri etiam ſcienti.d.l.denũciaſſe.aut denun
ciandum ad ſimplicem inſtructionem aduerſarii & eius com
modum, & non eſt neceſſe ꝙ ſcienti denuncietur: quia habi-
to effectu ſcientiæ non curamus de modo.allegat.d.l.item ve
niunt.§.petitam.& §.a quo.& l. quidam decedens. §. ex quo
innotuit.ff.de adi.tut.alias eſt in l.pater tutelam.§.fina. & ita
dicit voluiſſe Iac.de Bel.in ſuis ſolennibus ſolutionibus con-
trariorum.bene facit etiam quod not.per glo. & doc.in c. 2.
in gl. 4.de conceſ.præben.& in c.non iniuſtè. in gl.fi.de pro-
cur.poſſet etiam pro hoc adduci id quod not.Bart.in d.l.no-
men.C.quæ res pig. ob.pol.& in l.facta.§.ſi heres.ff.ad Treb.
& ꝙ no.in l.fi.ff.de tranſa.tamen quia ille paſſus habet cõtra-
dictores: ideo tutiora ſunt ea quæ ſuperius adducta ſunt.be-
ne facit quod no.glo.& doc.in c.cum inhibitio, de clandeſti.
7 deſpon.in verbo, voluerit. quæ vult ꝙ † publicatio cum præ-
fixione termini quæ aliàs erat neceſſaria, non requiratur quò
ad ſcientes.& ſcientia idem operetur, quò ad excluſionem qđ
operabatur publicatio cum lapſu termini, quò ad ignorantes.
¶ Ex alio capite etiam non poteſt dictus Ioannes obtinere:
quia præſupponitur ꝙ probabitur ipſum non feciſſe effectua
lem exburſationem pretii dicto Baptiſtæ ſecundum quod exi
8 git dictum ſtatutũ. † vnde niſi Ioannes probet ſe ſeruaſſe for-
b mam [b] traditam a dicto ſtatuto cum omnibus ſuis qualitati-
bus: & ſic feciſſe effectualem exburſationem dicto Baptiſtæ:
non poteſt obtinere.l. 1.§. ait prætor. & ibi not.ff.ne quid in
flumine publico.l.prætor.§.ducere ff. vi.bo.rap. & ꝙ ſignan-
ter no.Io.An.in c.1.de homi.lib.6.in nouella.& reaſſumpſit
Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.circa quartam colum.C.de
epiſc.& cle.& pulchrè Bal.in l.ceſſante.C.quomodo & quan
do iu.in vlt.col.in ver.ibi tres.&c.& quod no.gl. & ibi Bald.
in c.1.in uerbo, tertiam.de milite vaſallo qui contu. eſt.& gl.
in cle. 1.in uerbo, tertio, de vita & hone.cle.& Bald.in l.non
ſunt liberi.ff.de ſta.ho.cum multis ſimilibus quæ ad hoc faci
lè poſſent adduci.facit.l.cũ hi.§.ſi prætor.ff.de tranſa. ¶Poſ-
ſet & alio fundamento iuuari Baptiſta quò ad dimidiam, quę
fuit quondam Benedicti fratris ſui, quam non acquiſiuit ab
Oſtaſio de Raſponis nec ab habente cauſam ab eo, ſed reco-
gnoſcit titulo emphyteutico ab eccleſia ad quam res fuit de-
uoluta propter lineam finitam & propter culpas commiſſas
per dictum Benedictum in non ſoluendo canonem & nõ ob-
ſeruando conuenta, cui caſui non adaptantur verba nec mens
dicti ſtatuti: tum quia iſtud fundamentum iuuaret dictũ Ba-
ptiſtam tantum pro parte & non in totum, vt faciunt ſuperio
ra fundamenta: ideo in hoc arbitror ſuperuacuum latius inſi
ſtere.Ex quibus igitur concludo contra dictum Baptiſtam nõ
9 poſſe exerceri remediũ dicti ſtatuti. ¶† Nec primò dictis ob-
ſtat ſi dicatur ꝙ dictum ſtatutum videtur requirere publica-
tionem ad alium effectum, quàm ad certiorandum: quoniam
abſque alia publicatione conſanguinei & vicini præſumun-
tur ſcire facta vicinorum & conſanguineorum.l.octaui.ff.vn
de cognati.l.de tutela.C.de reſtitu.in integrum.l. ſi ita.in fi.
ff.de fun.inſtru.l.ſi vicinis.C.de nup.c.quoſdam. & c.quan-
to, de præſump.quia reſpondetur ex notatis per Bal.in l.quo
niam ſororem.per illum text C.de iure delib.& in l.conuen-
ticulam.C.de epiſco. & cler.& in l. 1. C.de colluſio.deteg.&
per Pau.de Caſt. in l. 1.ff.ſi cert.peta.vbi volunt quòd prædi-
cta locum non habeant in actibus momentaneis, vt eſt con-
tractus, teſtamentum, & ſimilia. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Non poſſe.imò ex quo ſemper eſt intra tempus ſtatuti, ꝙ non inci pit niſi poſt publicationem, quæ non eſt facta, vt dixi in conſu.Pariſ. §.13.gl.nu. 5.Adde no.ſuprà lib.4.conſi.24. hoc niſi lapſa eſſet præſcriptio iuris communis puta triginta annorum vel longi temporis contra alium ſucceſſorem ſingularem, vt dixi in conſu. Pariſi.§.173.

b ¶Formam.And.Tiraquel.in conſuetu. Picto.titu.retract.§.3 gloſſ.1. & gloſſ.7.

EPITOME.

ALLEGANS laudum latum per dolum, ſemper debet audiri, non obſtãte ſtatuto, pacto vel renunciatione quantumcunque generali.

CONSILIVM CXXXIX.

Viſo puncto & copia duorum ſtatutorum ciuitatis Mu
tinæ & allegationibus aduocatorum vtriuſq; par-
tis adeo accommodatè & ſignanter in propoſito allegantium
vt fortaſſe parum aut nihil accommodatius adduci potuiſſet.
1 Videretur prima † conſideratione dicendum petitionem re-
ductionis ad arbitrium boni viri non eſſe admittendam prin
cipaliter vigore ſtatuti ſub rubrica de compromiſſis. præſer-
tim vbi tractando de compromiſſis inter coniunctos & affi-
nes & de poteſtate compromiſſariorum vtitur his verbis vi-
delicet: omni appellatione, in integrum reſtitutione vel ſup-
plicatione prorſus reiectis. quæ verba prolata a lege operan-
tur plus, quam quando in reſcripto appoſita ſunt. quia licet
prolata in reſcripto non operentur quin poſſit appellare in
caſibus expreſſis a iure.c.paſtorales.c.vt debitus.de appel.c.li
a cet in corrigendis.de offi.ordi. tamen ſecus [a] eſt quando a le-
ge vel ſtatuto remouetur appellatio.l.1.& ita ibi per illũ text.
no.Bal.in prin.ff.de offi.præfe.prætorio. & Hoſtien.& Ioan.
And.in c.paſtoralis.§.prætereà.& in §.fi.de offi.deleg. & ibi
hoc ſequitur Ant.de But.reputans ſingulare & no.etiam ipſe
in præal.c.paſtoralis.licet Ludo.Roma.in rub.ff.de arbi.poſt
medium dum tractat, an per ſtatutum tolli poſſit appellatio,
de prædictis mentionem non faciens, dixerit inaduertenter
contrarium, putans ꝙ ſtatutum remouens appellationem de-
beat intelligi de friuola, ſicut dicimus in reſcripto.alleg.c.pa
ſtoralis, & c.ex parte, el ij.de offi.deleg.& tamen conſtat dictá
petitionem reductionis eſſe ſpeciem appellationis. l. non di-
ſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbi.ſecundum Bald.in l.2.
2 C. ut lite pen. ¶ † Secundò & fortius hoc videtur probari ex
eodem ſtatuto inferius dicente, quòd illud quod inter partes
prædictas per arbitratorem vel arbitratores fuerit laudatum
vel pronunciatum, debeat per poteſtatem executioni manda-
ri, ſiue illud fuerit emologatum, ſiue non: quia pro emologa-
to ipſo facto haberi diſponimus, &c. nam ſi habetur pro emo
logato, ergo non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri
nec aliter impugnari, ſed executioni mandandum eſt.l. cum
antea.C.de arbi.l.ad ſolutionem.C.de re iudi.l.ab eo.C.quo
modo & quan.iud.c.quod ad conſultationem, de re iudic.&
ponderanda eſt dictio illa, ipſo facto, quæ idem importat ꝙ
ſtatim ſeu ipſo iure abſq; aliquo hominis miniſterio, vt not.
Arch.in c.1.in prin.in verbo ipſo iure.de reſcri.in 6.& in c.ſ.
de homici.& in c.felicis, in verbo infamis.de pęnis.eo.lib.nã
idem eſt dicere ipſo facto quod ipſo iure vt notatur in dictis
locis.& no.Bar.poſt gl.in l.1.in prin.ff.de his qui no.infa.no.
gl.in c.in pęnis, de re.iur.in 6.& in c.quicunque, in verbo in
nouetur.de hæret.& in c.cupientes.§.cæterum.in glo.in ver-
bo, ſuſpenſos.iuncto tex.de elec. eo.li.ad hoc tex.in c.in cleri
cis.§.pen.in fi.de immuni.eccle.in 6.& in c. ad apoſtolicæ.§.
pe.de re iudi.& in c.ſi religioſus, de elec.eo.lib.& l.fi.C.loca
ti.& Bal.in auth.habita. circa pen.col. C.ne filius pro pa.vbi
ad hoc alleg.notata per Io. And.in c.perpetuæ.de elec.in 6.in
nouella.& dictio ipſo iure, & mox, vel ſtatim ſunt ſinonyma.
in auth.de inceſtis nup.in prin.cum gl.& no.gl. 11.q. 3.in c.
cum excommunicatis.no.Bart.in l.Imperator.ff.de iure fi.&
in l. 1. ff. iudi. ſolu. ergo important prædicta acſi ſtatim lato
3 laudo eſſet a partibus facta emologatio. ¶ † Tertiò pro hoc
no.Bal.in addi.Spe.in ti.de arb.in 8.co.in verſi.ſed quid ſi ſta
tutum dicit &c. vbi voluit ꝙ ſi ſtatutum dicat ꝙ cõtra laudũ
nihil obiici poſſit, non poterit peti reductio.ar.l.1.§.ꝙ autẽ.
ff.de aleator.Idem ſecundum eum ſi dicat ꝙ nihil poſſet exci
pi: quia cui denegatur exceptio, etiã denegatur actio per quá
deueniretur ad excipiendum.l. nec intentio. C.de tranſac.&
l.cum mulier.ff.ſol.mat.nec etiam tunc ſecũdum eum poſſet
peti in integrum reſtitutio per minorem. allegat notata per
Cy.in

Cy.in l.in causæ.ff.de minoribus quod reputat not.dignum
sed si statutum diceret ꝙ non posset agi, bene posset excipi,
quia qui excipit, non propriè agit. allegat notata per Inno.in
c.2.de ca.pos.& ad ea quæ in contrarium viderentur posse ad
duci posset responderi, vt per egregiè deductum est in alle-
gationibus Antonii per clarissimum eius aduocatum & mi-
hi fratrem honorandum quæ breuitatis causa non refero.
4 ¶†Sed istis non obst.contrariam sententiam de iure probabi
a liorem esse puto, videlicet ꝙ si in petitione* reductionis pro-
ducta per Iacobum est deductus dolus arbitratorum, vel ꝙ
dolo Antonii fuerit dictum laudum ita latum debeat admit-
ti non obstantibus dictis statutis, secundum tamen quod in-
fra declarabitur, hoc in primis videtur voluisse Bal.in l. cum
antea.C.de arbi.in pe.col.in ver.sed quid si per statutum.vbi
quærit, vtrum per statutum petitio reductionis ad arbitrium
boni viri tolli possit, & arguit ꝙ sic per notata per Iac.de Are.
in l.1.C.si aduer.li.& concludit se credere istud esse verum,
nisi dolo vel culpa lata arbitratoris hoc intercesserit. hoc di-
cit probari per l.diem proferre.§.stari.ff.de arbi. iuncta.l. 3.
cum ibi notatis.C.de arbi.& d.l.non distinguemus.§.cũ qui
dam.hoc idem voluit Pet.de Anc.in rep.c.canonum statuta.
de consti. in 33. charta.in 14.q. in versi. accedit hic. quæro,
de statuto quo cauetur ꝙ laudum &c.vbi dixit ꝙ si statuto ca
uetur ꝙ laudum non possit redargui de iniquitate vel nulli-
tate, vtrum poterit impugnari ratione doli, & cõcludit, ꝙ sic,
quia dicit lex quod stetur sententiæ arbitri siue æquè siue ini
què, vt in d.§.stari.& tamen potest redargui de iniquitate, si
proueniat ratione doli vel fraudis.d.l.3.C.de arbit.statutum
enim debet reduci ad intellectum iuris communis, & per il
lud distingui maximè ne quis indebitè damnum patiatur. l.
2.C.de noxa.l.Cæsar.ff.de publica.l.fi.§.in computatione.in
glo.C.de iure delib.c.cum dilectus.de consue.adducit etiam
pro hoc illud quod in simili disputando concludit Io.Cald.
in sua disputatione de qua facit mentionem Io.An. in addit.
Spe.in ti.de arbi.§.fi.vbi tenuit, ꝙ ille qui cum iuramento ꝓ
misit non petere reductionem ad arbitrium boni viri nõ ex-
b cludatur a petitione reductionis si velit ostendere laudũ fuis-
se latum dolo [b] arbitratoris.idem voluit etiam Pet.de Anch.
in consi.207.incip.In quæstione supradicta hunc ordinem
obseruabo. vbi dixit ꝙ licet statuto cautum esset, ꝙ laudum,
non possit de nullitate vel iniquitate redargui, tamen poterit
redargui dictum laudum & reduci quando redarguitur pro-
pter fraudem litigatoris pro quo laudum latum fuit, vt si cor
rupit arbitratorem, vel obrepsit ei falsum, vel testes sunt te-
stificati falsum quia statutum non posset expresè disponere,
ꝙ valeret & effectum haberet laudum latum per pecuniam,
vel per falsos testes, ergo non debet talis casus includi sub ge
nerali dispositione, ne plus operetur tacitũ quam expressum
l.qui ad certum.ff.loca.& si diceremus contrarium, sequere
tur ꝙ per statutum auferretur ius alterius sine causa & iniu-
stè, quod fieri non potest etiam per Imperatorem vel Papam,
vt not. Inno.in c.quæ in ecclesiarum, de consti.cum concor
dantiis vulgatis, adducit etiam quod no.Spe.in ti. de renunc.
& conclu.§.1.uer. sed pone ubi secundum eum uoluit ꝙ ge-
neralis renunciatio non extenditur ad illa super quibus spe-
cialis renunciatio non ualeret sed tali iuri non posset renun-
ciari, quia inuitaretur quis ad delinquendum.l. cõuenire. ff.
de pac.dota.c.quemadmodum, ad fi.de iureiur. pro hoc etiã
adducit illud quod dicimus de sententia arbitri quod ei stari
debet siue sit æqua siue iniqua, & tamen potest ratione do-
li redargui de nullitate uel iniquitate per d.l.3.cum ibi nota
tis.C.de arbi.& l.ita demum.eo.tit.Idem uoluit Lud. Rom.
in rubrica.ff.de arbi.post medium.in uer.subsequenter quæ-
ritur an ualeat statutum ꝙ sententia arbitri, &c. ubi uoluit
idem quod Bal.in d.l.cum antea.& pro hoc adducit quia in
generali dispositione non uenit id quod dolo fieret. l.credi-
tor.§.Lucius.ff.mandati.& l.filiusfa.cum ibi not. per docto.
ff.de dona.Idem uoluit ipsemet Roma.in consi.90.inci. Viso
thomate quæstionis mihi propositæ super eo quod quæritur
& cęt. ubi concludit, ꝙ licet statutum prohibeat quem dice-
re seu probare esse ex laudo læsum uel grauatum, tamen hoc
non obstante poterit dici de læsione enormi, mouetur per il-
lud ꝙ dicunt doc.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff. pro soc.
maximè Bal.in l.cum antea.& Ang.in dispu.inci. Duo adin-
uicem litigantes.& canonistæ in c.quintauallis, de iureiu. cũ
infinitis concordantiis, dum concludunt, ꝙ quantumcunq,
compromittentes dederint arbitratoribus potestatem læden
di in parua & magna quantitate pro libito uoluntatis; atta-
men non prohibetur enormiter lęsus petere reductionem ad
arbitrium boni uiri, & quia in quacunque generalitate intel-
ligitur excepta enormis Læsio.d.§.Lucius. & l. si libertus. ff.
de operis liber.& l.3.C.de dotis promis.& æquiparat pactũ,
legi uel statuto, iuxta l.non impossibile.ff. de pac. & prout ẽt
in hac materia facit Anto.de Bu.in d.c.pastoralis.§.fi.in fi.de
5 offi.delega.¶Pro hoc †adducit, quia uerba statuti non sunt
iudaicè intelligenda l. si cui. ff.de serui. no.glo.in l.damni.§.
si is qui ædes.in uerbo aliquas.ff.de dam.infec.no. Bald.in l.
quicunque in antepe.col.C.de ser.fug.& in l. omnes populi,
in 14.col.ff.de iust.& iur.& debet interpretari, ut quanto mi
nus fieri potest, lædat ius commune, ut est dictum, unde ibi
de iure communi modicè lædere potuisset arbitrator, ut legi
tur & notatur.in l.si de meis.§.recepisse.ff.de arbi.tunc uigo
re statuti possit lædere mediocriter, secundum eum, allegat
etiam dictum §.stari, iuncta.d.l.3.& quod no. Bal.in d. l.cũ
antea.& ꝙ non debet intelligi quod statutum uoluerit dare
materiam delinquendi.ar.d.l.conuenire, & l.si unus.§.illud
ff.de pac.quinimò secundum eum si statutum tale intellige-
retur ꝙ excluderet facultatem dicẽdi de iniquitate laudi cau-
sata a dolo non ualeret, quia statutum tanquam nutriens aut
inducens peccatum non ualeret.allegat.c.fi. de consue.& ꝙ
no.Host.in summa in tit.qui fil.sint legi.§. nunc uidendum.
uersi.quid si Imperator.& Bal.in l.eam quam.C.de fideic.cir
ca 12.col.dum allegat 4. distinc. §.erit autem lex &c.bene fa
cit quod no. Bar.in l.si quis sub conditione.ff. de condi. in-
sti.& Bal in l.fi.§.in computatione, in fi.C. de iure deli. ubi
uolunt quod statutum generaliter loquens non debet intel-
ligi ꝙ comprehẽdat casum illicitum & illum permittat, nec
etiam ad ea circa quæ statuentes non haberent potestatẽ sta-
tuendi per dictam l.si quis sub conditione.& arg.l. qui taber
6 nas.ff.de contrahen.emp.Ad illud etiam † quod dixi, ꝙ tale
statutum non debet intelligi quando latum fuisset laudũ do
lo illius qui obtinuit, bene facit quod no.Bar.in l.3.§.fi.ff.de
condi.ob turp.causam.per illum tex.ubi uoluit quod benefi
cium seu præmium concessum à statuto alicui, nunquam in
telliguntur uerificari, in illo qui dolum, uel fraudem com-
misisset circa id cuius occasione beneficium conceditur. &
idem no. Bar.in l.3.§. si ex stipulatu.ff.ad Syll. & Sali.in l.
ea quidem.C.de accusatio.dum tractat de denunciatore pu-
blico circa finem illius tractatus.& Sali.in l.1.C. de mulieri
bus quæ seruis propriis se iunxerunt.& per Bal.in l.1.C. de
cond.ob.tur. causam.facit l.si prætor.§.Marcellus, cum ma-
teria.ff.de iudi. ita in proposito beneficium concessum à sta-
tuto illi pro quo laudum latum est, ut mandetur executioni,
siue fuerit emologatum siue non, nullo modo debet intelli-
gi concessum ei qui fuisset particeps doli circa dictum laudũ.
7 ¶Accedit † ad confirmationem prædictorum, quia etiam po
sito ꝙ aliqua in contrarium adduci possent, tamẽ non potest
negari quin saltem ꝓpter authoritates & rationes prædictas
articulus reddatur dubius, ut no. in l. & ideo.ff.de legi. & in
l.cum de nouo.C.de leg.& in prima constit.C. in §. quibus.
in glo.in uerb.certas.l.cum prolatis cum ibi no.ff. de re iud.
no. Bar.in l.qui Romæ. §.duo fratres. in 6.op.ff. de uer.ob.
ergo in dubio admittenda est ipsa petitio reductionis, sicut
dicimus ꝙ quando est dubium an sit deferendum appellatio
c ni, debet in dubio deferri, [c] ut no.glo.in c.ut debitus, in uer
bo rationabili causa.& ibi Io.An. de ap.Spe.in ti. de appella-
tione.§.nunc dicamus quid sit officium.uer.1.& uer. circa,
hoc in fi. & Arc. in c.1.in uerbo delatum.& in c. si a iudice,
de app.in 6.& doct.in cle.1.de dolo & contu. & Bal.in l. de
statu.ff.de testa.& in l.properandum.§. sin autem reus. C. de
iudi.ad hoc tex.in c.cũ spãli.§. excessu.de ap.cũ aliis alle. per
hoc in dictis locis.& no.Bar.in l.j.ff.nil nouari ap. pen.& sic
qñ est dubium an articuli & interrogatoria super quibus de-
bẽt recipi testes sint pertinentia uel non debent in dubio ad-
mitti per iudicem, ut inquit Host.& alii post eum in cap. per
8 tuas, de test. ¶Habet tñ in primis iudex † coram quo petitur
reductio cognoscere saltem summariè, an dolus deductus in
petitione reductionis fuerit cõmissus, & sic an sit locus peti-

tioni reductionis,& cognito summariè de hoc, & cõstito de
dolo habebit postea cognoscere plenariè de causa reductio-
nis & super ea pronunciare, ita colligitur ex dictis per Inno.
in c.pastoralis, in glo. in verbo suspendatur.de offi. deleg. &
ibi hoc expressius volunt Ant.de Bu.& alii.in §. præterea, &
no. Bar.in l.sciendum.ff.de app.recip.& Angel.in l. 1. ff.nil
nouari app.pen.post ea quæ ibi notantur in glo. 3.ad hoc, ꝙ
habetur in c.Romana.§.si autem post. de app. in 6.& quod
no.glo.magna in cle.si ante,de do.& contu.& quod no. Inn.
in c.Romana.§.contrahentes.de for.compe.in 6.& ibi Ioan.
And.& alii.& glo.magna in c. 1.de offic.deleg.in 6. & Inno.
in c.cæterum,de iudi.& Iac.Bu.in l.præscriptione,& ibi ma
gis communiter alii. C. si contra ius.& Io.Cald.in c.de illis,
de rap.in 4.q. in repetitione.& Bal.in l.si quis ex aliena, de
iud.& Ant.de But.larè in c.si clericus,de foro compe.& in c.
super literis,de rescr.& legistæ in l. 2. ff. si quis in ius vocan.
non ierit.& Ioan.de Imo.in l.quidam cõsulebant, in vlt.col.
ff.de re iud.vbi autem non constaret iudici de dolo, habebit
pronunciare non esse procedendum super petitione reductio
nis. In re tamen dubia potius erit procedendum super causa
reductionis quam non, per ea quæ dixi supra allegando glo.
in c.vt debitus,cum aliis supra allegatis. Et per hæc apparet,
allegata in contrarium non obstare, quia illa possent procede
re vbi nõ deduceretur dolus in petitione reductionis, vt ostẽ-
dunt rationes & argumenta sup. alleg. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Secus.supra li.6. consi. 120.nu.13.14.
* Quòd si in petitione.] Vide etiam Soc.consi.220.col.pe.li.2. Natt.
b ¶Dolo.Bal.consi. 380.li.j.Cald.consi.j. de arbi.Paul.consi. 70. col.
1.consi. 260.col.2.li. j.Deci.Tholo. 268. Deci.consi. 533.cons.587.
in fin.consi.632.col.2.
c ¶Deferri.supra li.5.consi.113.nu.2.

CONSILIVM CXL.

Lege sup. li.2. consi. 208. quod hic duplabatur.

EPITOME.

STATVTO Bononiæ cauetur ꝙ per matrẽ non
excludatur patruus, & filius patrui nisi in vsufructu.
deinde in alio versiculo, ꝙ sorores excludant agnatos,
nisi concurrant cum patruis quo casu pariter admit-
tantur nu.7.in fi.& in alio versiculo, ꝙ disposita in ca
sibus separatis habeant locum in coniunctis, nu. 13.
ad fin. accedit ꝙ Christophorus decessit relicta matre
& sororibus & Nanne patruo. Respon. Alex.quod pa
truus non excluditur, sed succedit viriliter cum soro-
ribus defuncti quo ad proprietatem, quia sorores ca-
piunt viriles suas pleno iure proprietatis & vsusfruct.
sed in parte patrui, mater quam diu viuet vidua habe
bit vsumfructum,& bene. plus dicit Alex. nu. 15. vsq;
ad fi. quod iste patruus præfato modo succedet in om
nibus bonis etiam immobilibus vbicunque extra ter
ritoriũ Bononiæ sitis, ex quo omnes isti hæredes sunt
de subditis Bononiæ, sed in hoc pessimè loquitur, sal-
uo inquantum loquitur de actionibus personalibus,
debitis defuncto, quæ censentur de territorio vel loco
creditoris, licet debitores morarẽtur Ferariæ vel alibi.

CONSILIVM CXLI.

* Viso statuto ciuitatis Bonon,* sub rubrica de successio-
nibus ab intestato ascendentium & collateralium
& consideratis aliis de quibus in themate fit mentio, videre-
1 tur prima consideratione dicendum primò, † dictum statu-
tum locum in præsenti casu, sibi non vendicare. & per conse
quens de iure matrem & sorores Christophori ad eius suc-
cessionem admitti cæteris remotioribus exclusis, vt l.fi.& in
auth.defuncto.C.ad Tertul.non enim videtur casus iste, a
2 statuto prouisus, & † sic remanet in dispositione iuris com-
munis.l.si extraneus.ff.de condi. ob.cau.& l.commodissimè.
ff.de libe.& posthu.Nec ad hoc obstat dictum statutum, in
versi.ipsi quidem fratres.eorumque filii &c.iuncto versi. Et
si cum patruis &c. vbi statutum videtur velle ꝙ si mater per-
sonæ defunctæ concurrat cum patruis per se defunctæ, seu
cum filiis masculis patruorum personæ defunctæ, prout cõ-
tingit in casu nostro, ꝙ tunc præferãtur patrui & filii patruo-
rum, præter quàm quo ad vsumfructum totius hæreditatis,
qui spectare debeat ad matrem, donec vixerit vel ad alia vo-
ta trãsiuerit vel vsusfructus aliter sit extinctus, præstita tamẽ
satisdatione, prout latius in dicto statuto, quia ad hoc potest
responderi ꝙ casus noster non est ibi comprehensus, quoniã
ibi statutum loquitur quando extaret mater ex vna parte, &
patrui seu filii patruorum, sed in casu nostro extat nedũ ma-
ter. sed etiam sorores personæ defunctæ. s. Christophori, de
quibus in dicta particula statuti non est facta mẽtio, & ita vi-
detur probari in l. illam.C.de colla.& ibi not. Bal. in princi.
3 ubi † quærit, pone ꝙ statutum dictat ꝙ mater non succedat
extantibus agnatis defunctæ personæ, cõtingit ꝙ extant agna
ti, & aliqui cognati transuersales, qui de iure communi suc-
cederent, an dicti cognati puta nepos sororis & similes exclu
dantur vi statuti ? & primo arguitur ꝙ sic, per rationes quas
posuit Bar.in l.2.§.videndum.ff.ad Tertu. quas breuitatis cã
omitto. finaliter decidit contrarium per dictam l. illam. cir-
ca medium, ibi, eo ꝙ nulla &c. & quia exclusio statuti nõ de-
bet trahi ad casum omissum, tanquam odiosa.l. 1.§. quare. ff.
de ven.in pos.mit.& respondet ad allegata in contrarium, vt
ibi per eum, & cum eo transit Pet.de Anch.in repet. c.cano-
num statuta, de consti.post medium in ver.quæro vlterius de
4 alia quæstione &c. ¶Secundo † hoc idem videtur dicere Bal.
in l.quicunque.C.de seruis fugi.in 4.col.vbi quærit, statuto
cauetur ꝙ existente patruo non succedat auus maternus, po-
ne contigit extare patruum & auum maternum & etiã auiam
a maternam, concludit patruum tunc excludi, a & succedere
auum & auiam arg.l.fi.C.de leg.hære. quod reputat esse no-
tandum. ¶Tertio videtur probari in l.2.§.si sit agnatus. ff.ad
Tertul. vbi licet pater existens in adoptiua familia vincat ma
trem, tamen si supersit pater prædictus existens in adoptiua
familia, & extet agnatus, & etiam mater, quia agnatus vincat
patrem in adoptiua familia existentem, & mater vincit agna-
tum, & præfertur sola mater, quia supererat persona quæ ex-
cludebat illum qui matri obstabat. i. supererat agnatus qui ex
cludebat patrem excludentem matrem, ita in proposito su-
persunt sorores quæ excludunt patruum & filium patrui de
iure communi. & ipsæ non sunt in isto casu prohibitæ succe-
dere a statuto, & sic sorores tollunt matri obstaculum ꝓpter
quod ipsa excludebatur. & ex illo tex. Bar. in l.1.§.filium. ff.
de bo.pos.contrata. colligit doctrinam inferentem in mate-
ria similis statuti illud quod proximè dixi, & Bal. in l. si quis
filium. in 4.q.C.de inoffic.testam. ¶Quarto videtur probari
per tex.in d.l. 2.§.si sit consanguinea.ff.ad Tertul. vbi licet,
pater uincat matrem, tamen si concurrat cõsanguinea, soror
& mater & pater in adoptiua familia uel emancipatus. & sic
desiit esse agnatus quia soror tanquam agnata excludit patrẽ,
uocatur mater cum sorore, sicut alias uocaretur si pater non
adesset, ita hic propter sorores debet uocari mater cum eis,
4 sicut si patruus non adesset. ¶Quinto uidetur † probari, per
tex.in l.si quis.§.sinautem. C. ad Tertul.& quod ibi per illũ
tex. notat Bald. ubi quærit si statuto cauetur quòd fratres pa-
trueles excludant matrem, & statutum nihil dicat de amita,
modo quæritur si supersunt fratres patrueles mater & amita,
quis succedat? & dicit quod ille tex. melius quàm alius, fa-
cit ꝙ mater succedat tanquam habens iura humaniora. sicut
enim text. uult quòd licet patre existente mater ex senatuscõ-
sulto Tertulliano nõ admittebatur.l.2.§.obiicitur. ff. ad Ter
tullia. tamen si superest frater defunctæ personæ, qui cum pa
tre concurrit, tunc mater non excludetur a patre, quia non
sumus in terminis & dispositione exclusionis. ita in proposi-
to non excludetur mater extantibus sororibus defunctæ per-
sonæ, quia non sumus in terminis, & dispositione exclusionis
5 statuti. ¶† Sexto uidetur in terminis nr̃is iste casus decisus ꝑ
Petr.de Anch.in repe.d.c.canonum statuta, de consti. uersus
finem rep. in uersicu. inter consilia quæ habeo &c. ubi q̃rit,
statuto cauetur ꝙ existente patruo mater non succedat filio,
ut stirpes domorum & familiæ conseruentur, modo contin-
git quòd extabat mater, & patruus, & etiam soror defuncti,
de qua non est facta mentio in statuto, utrum ergo patruus
excludet

excludet sororem, & si non excludet, utrum mater admittetur cum sorore defuncti? & arguit primò quòd soror excludatur a patruo propter causam finalem statuti durantem, quę debet esse causa extensionis statuti, sicut si cessaret causa finalis deberet cessare statutum. l. generaliter. de episcop. & cleri. pro hoc adducit: quia exclusa una persona debet intelligi exclusa sibi similis in qua est eadem ratio excludendi, ut no. Bar. l. 2. §. uidendum. ff. ad Tertul. ubi concludit Bar. quòd si per existentiam agnatorum excluditur mater: ita etiam excludetur auus maternus, & si statutum excludit filias uidetur excludere nepotes ex eis, ut per Cy. in l. 1. C. quæ sit longa consuetu. & in l. 1. C. de adult. & per Bart. in l. liberorum, de uerb. significatio. & Bal. in l. fin. de libe. præte. cum concordantiis. sed Pet. de Anch. in loco præallegato refert quod in proposita. q. contrarium consuluit collegium Perusinum [b] scilicet ꝙ patruus non excludat sororem defuncti: quia de ea excludenda statutum nihil disponit. & respondet ad ea quæ dicta sunt suprà de auo materno & nepote ex filia: quia illi succedunt loco exclusorum: & est quædam repræsentatio in eidem: sed non sic in matre & sorore, quæ diuerso iure ueniunt ad successionem defuncti, una tanquam mater, alia tanquam soror. & ideo concludit Petrus de Anch. secutus præallegatum consilium quòd mater & soror excluso patruo pariter admittentur. & dicit quod hoc in simili uoluit Bal. in d. l. illam. & si diceretur quòd per dictum statutum in uersicu. agnati namque masculi &c. est prouisum ꝙ sorores defunctæ personæ concurrentes cum patruo debeant pariter admitti, quia potest responderi ꝙ illud statutum loquitur quando extarent sorores & non mater, & sic est casus omissus, per ea quæ dicta sunt suprà. ¶ Postremò, dato quòd ex forma statuti Bononiæ deberent patrui admitti in totum uel in partem contra ius commune, tamen illud statutum non debet habere locum quò ad bona sita extra territorium Bononiæ, quia tale statutum tanquam odiosum & contra ius commune debet extendi ad bona extra territorium, ut decidit Bart. in l. cunctos populos, in 6. & 7. q. principali. C. de summa Trinita. per l. ex ea cum ibi no. ff. de postulan. ¶ Sed præmissis non ob. contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto. & dico in primis quod non uidetur esse dubium quod Nannes patruus Christophori admittebatur pariter ex forma statuti una cum sororibus Christophori ad hæreditatem Christophori, saltem quò ad proprietatem, † quam hæreditatem Nannes dum uixit uidetur adiuisse possidendo res hæreditarias, domos hæreditarias habitando. latè probat Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hæredit. in uersic. circa tertium principale, iuncto uer. sequenti. & plenè no. in l. 1. C. de repudi. hære. & per Bal. in l. non hoc. C. unde legitimi. & notatur in l. 1. C. si ut se ab hæred. absti. & an Nannes possederit animo adeundi, quando aliter non apparet, statur dicto hæredis Nannis, ut per Barto. in d. l. gerit, in 4. col. per nota. in l. si quis a filio. §. si quis plures. ff. de lega. primo.
7 quinimò ex forma statuti Bononiensis etiam hæreditas non adita transmittitur. Et ad hoc † ostendendum præsuppono, prout in themate quòd dicti Nannes & Philippus sunt origine ciues Bononienses, & per consequens statuta ciuitatis Bononiæ habent locum in eis tanquam in subditis, quia ista a pari [c] procedunt, uidelicet quem forum in loco sortiri, & quem legibus uel statutis localibus subiici, ut notat gloss. 8. distin. quæ contra mores. & 12. distin. in cap. illud. & no. docto. in rubrica extra de consuetu. & in cap. quòd clericis, de foro competen. & Ioan. Cald. plenè in dispu. incip. Quidam Florentinus docto. in d. l. cunctos populos, & ibi expresse Sal. in q. de Anglico uult quòd ratione originis statuta ligent. & idē Bal. in l. si arrogator, circa antepenult. colum. ff. de adop. non est enim dubium quòd ratione originis quis remanet suppositum. l. libertus. §. præscrip. ff. ad municip. C. de incolis. l. ciues. lib. 10. & ibi potest agere & conueniri, ut latè probat Iacob. de Aret. Cy. & Bald. & communiter alii in l. secunda. C. de iurisdic. omnium iudic. & Bart. in l. assumptio. §. primo. ff. ad municipa. & canonistæ. in cap. accedens. el secundo, ut lite non contesta. & in cap. fin. de foro competenti. & per Bald. in l. fin. C. si a non compet. iudic. ¶ Hoc præsupposito dico quòd casus noster est decisus per dictum statutum. in uer. ipsi quidem fratres, cum uersic. sequenti incip. & si cum patruis &c. iuncto uer. agnati namque masculi &c. nam in uer. ipsi quidem fratres &c. cum uersicu. sequenti est prouisum quòd per matrem non excluditur patruus & filius patrui, nisi in usufructu. per uersiculum autem agnati &c. est prouisum quòd sorores excludant agnatos præterquam, quando concurrunt
8 cum patruis, quo casu pariter admittantur &c. Modo sic, † in fauorabilibus dispositio facta de utroq; simplici comprehendit casum mistum. l. si ita scriptum, & ibi no. docto. ff. de lib. & posthu. l. Titiæ textores. ff. de legat. 1. & not. plenè Barto. & alii docto. in l. 2. in principio. ff. de uerborum obligatio. cum simili. Sed dictum statutum excludens sorores a certa parte propter patruos, ac etiam excludens matrem a proprietate propter patruos censetur fauorabile, ut probabo, ergo &c.
9 † Quòd autem sit fauorabile, primò probatur ex his quæ notat in terminis Bald. in l. secunda. C. qui ad libe. perue. non poss. ubi per notat. per glo. dicit quòd statutum disponens ꝙ frater succedat fratri exclusa sorore, intelligitur fauorabile, licèt fauor sit causa odii, secus dicit in statuto quod excluderet filiam ab hæreditate patris, in cuius potestate esset, quia diceretur auferri dominium filiæ quæ est in potestate, quod est odiosum. l. in suis. ff. de liber. & posthum. & l. maximum uitium. C. de liber. præte. & sic uult Bald. quòd statutum tunc dicatur odiosum præferendo masculos fœminis, quando excludit filias in quas continuari dicitur dominium, per d. l. in suis. sed statutum nostrum non est huiusmodi, ergo &c. Ad idem tex. in l. si defunctus. in uerbo, simili æquitate. C. de suis & legi. per quem dicit Bald. quòd statutum præferens genus paternum generi materno, est æquum. & est ratio secundum eum, quia tendit in honorem familiæ siue agnationis. l. 1. §.
10 denunciare. ff. de uentre inspi. ¶ Comprobatur † ex his quæ quæ decidit Bald. in l. sancimus. C. de nep. ubi fortius dicit ꝙ statutum disponens quòd filia dotata non succedat extantibus masculis. dicitur esse fauorabile [d] inspecta ratione naturali ipsius ciuitatis statuentis, quia inductum fuit in fauorem familiarum conseruandarum. allegat not. per Iacob. de Aret. & Cyn. in l prima. C. de adul. & istud etiam probat text. in dicta l. defunctus. C. de suis & legi. in uerbo, simili æquitate. & idem uoluit Bald. in l. de quibus. ff. de leg. ubi dicit quòd tale statutum est fauorabile, quia principalis causa motiua est fauore agnationis & familiarum conseruandarum quæ per masculos conseruantur. l. secunda. §. primo. ff. de suis & legi. l. pronunciatio. §. fina. cum l. sequenti. de uerbo. significatio. & institu. de legi. agna. succes. in princip. ergo debet reputari fauorabile. l. qui exceptionem. in princip. ff. de conditio. inde. & l. si is qui nec causam. ff. si certum petatur. & ita refert & sequitur Paulus de Cast. lib. 2, consi. 83. inci. Præsens casus &c. & idem dicit Bald. in d. l. cunctos populos, in penult. charta. ubi dicit quòd tale statutum est principaliter fauorabile inspecta ratione propter quam fuit inductum, per dicta l. qui exceptionem. & propterea reprehendit ipse ibi Barto. qui dicebat quòd tale statutum erat odiosum. & mouebatur Barto. per d. l. maximum uitium. ad quam respondet Bald. in rep. magna illius. l. cunctos populos. in 18. colum. uer. item quomodo cognoscam &c. uidelicèt quod uerum est quòd continet odium secundariò, tamen per hoc non dicitur odiosa, per d. l. qui exceptionem. & idem tenet Salice. in d. l. cunctos populos. ubi ultra rationes Bald. adducit quòd tale statutum habuit ortum a lege Mosayca, ut habetur Numeri 27. ubi etiam habetur quod talis lex erit perpetua & sancta filiis Is-
11 rael sicut præcepit Dominus Moysi, & præsertim † procedunt prædicta in casu nostro, in quo tractatur de extensione casuum simplicium ad casum mistū. nam hoc casu non possumus considerare istam extensionem magis ex persona mulierum quàm ex persona patruorum, & sic non potest hic adaptari id quod not. Bald. in l. uenia, alias est in l. fin. C. de in ius uocan. Præterea dato quòd aliqualis posset esset dubitatio in statuto disponente quòd filia in bonis patris non succedit extantibus masculis, tamen in statuto excludente trāsuersales fœminas extantibus masculis Bald. clarè decidit in d. l. 2. C. qui ad lib. perue. non possunt. quod est fauorabile. & idem in statuto præferente genus paternum generi materno, ut dicit Bald. in d. l. si defunctus. C. de suis & legiti. & expresse in statuto excludente matrem tenuit hoc Bald. in l. prima. in fin. C. de sec. nup. ubi dicit quòd quando statutum excludit matrem, si queritur an ratio prohibitionis uel exclusionis

sit fauor uel odium, debet attendi aut illa exclusio concernit delictum vel malos mores,& tunc præsumitur odium, vt ibi. aut concernit fauorem vel prærogatiuam alterius, puta agnationis, & tunc est fauor. & idem tenuit Ang. expressè in consi.
12 68. incip. Martinus Ioannis de Florentia. sed ita est ꝙ † tale statutum fauore masculorum contra ius commune intelligitur esse factum fauore agnationis, vt not. Ia. de Ra. & Cy. in d.l.1.C. de adul.& Bal. in locis supra allegatis, & Bal. & Ioan. de Imo. in l. Titia cum testamento. §. Lucius. el ij. per illum tex. ff. de leg. 2.& Bald. in d.l. maximum vitium. in 4. col.& Ang. d. consi. 68. Pau. de Cast. d. consi. 83. li. 2. ergo manifestè apparet quod tale statutum est fauorabile. nec mirum quia magis fauetur descendentibus, quàm ascendentibus & transuersalibus. vnde si quis decedat relictis descendentibus, ac ascendentibus & transuersalibus præferuntur descendentes. l. si matre. C. de suis & legi.& in auth. de hære. ab intest. §. 1. & ideo dicit Bald. in l.1.§. ius naturale. in fi. ff. de iust. & iur. ꝙ statutum facilius potest tollere legitimam matribus quam
13 descendentibus. ¶ Quinimò plus videtur † ꝙ etiam posito ꝙ dictum statutum esset odiosum, cuius contrarium est verum, tamen adhuc sub simplicibus comprehenditur casus mistus, quando ad casum mistum verisimiliter potest adaptari mens
c statuentis propter identitatem rationis, vt est text. [c] notandus, & ibi no. Ia. de Are. Bal. & Io. de Imo. in l. si ita facta. ff. de iniusto testa. quod colligitur secundum Bald. ibi quando de vtroque simplici priuando disponens mentionem fecit, prout in casu nostro, in quo statutum voluit patruum succedere tam existente matre, quàm extantibus sororibus, nec maior est ratio quare statutum non voluerit ita admitti patruũ, extante matre & sorore simul, sicut extante matre tãtum, vel extantibus sororibus tantum, cum per neutram ipsarum conseruetur agnatio. quæ ratio, s. agnationis conseruandæ fuit rõ motiua statuentium, vt est dictum. ¶ Nec ob. l. vim passam ꝑscriptione, de adul. quia ad illam respondet Io. de Imo. in d.l. si ita facta, ꝙ ibi delictum mistum ex duobus simplicib. erat maius ex quo concurrebat in eiusdem persona quam esset delictum simplex, ꝙ ideo maius tempus requiritur in ipso præscribendo quam si esset delictum simplex, sed in casu nostro, ratio statuentium quæ fuit propter agnationem conseruandã vt est dictum, non magis militat in casu simplicium, quàm in casu misto. ¶ Denique dico ꝙ casus noster est apertè decisus, in dicto statuto in versiculo, volentes insuper & declarantes, ꝙ omnia contenta in præsenti statuto disposita in casibus suprascriptis si separatim aut diuisim contingãt, locum habeãt in dictis casibus etiam si simul vel coniunctim contingant, quotcunque sint casus insimul uel coniunctim contingentes quatenus possint adaptari, &c. ecce quod statutum expressè vult quod disposita in casibus simplicibus & separatis trahãtur ad casum mistum & coniunctim contingentem, sed iste casus mistus & coniunctim contingens optimè potest adaptari, quia mater propter patruum perdere debet proprietatem, & consequi usumfructum saltem in parte, quæ ad patruum peruentura est, sorores autem propter patruum non possunt consequi totam proprietatem, sed pro rata concurrunt cum
14 patruo scilicet cum Nanne. ¶ Et per ista est † responsum ad omnia allegata in contrarium, quia omnes illæ decisiones militant & apertè loquuntur quando non erat separatim prouisum quod persona quæ præferri uolebat in casu misto (prout est patruus in casu nostro) excluderet in utroque casu simplici personas quæ secum concurrebant, immo erat prouisum contrarium exemplum patet in l.2.§. si sit agnatus. ad Tertu. nam ibi pater existens in adoptiua familia qui in casu nostro est patruus, licet uinceret matrem secum cõcurrentem, tamẽ non erat prouisum quod uinceret agnatum concurrentem, immo excludebatur ab agnato. & eodem modo in d.l.2. §. si sit consanguinea. licet pater in adoptiua familia uel emancipatus uinceret matrem, tamen non erat prouisum quod uinceret sororem, immo excludebatur a sorore, & sic a contrario sensu in dictis duob. §. est tex. a contrario sensu pro opin. quã tenui. & ita sonant uerba doctorum. s. Bald. in d.l. illam, & Petr. de Anch. in d.c. canonum, cum concordantiis, quia expresse ponunt casum quando concurrebat aliqua alia perso-
15 na de qua non erat facta mentio a statuto. ¶ Nunc restat † respondere ad illud quod dicebatur ꝙ tale statutum non debet extendi ad bona quæ sunt extra territorium Bononiense, eo quia tale statutum est odiosum, quia respondeo quod imo dictum statutum est fauorabile ut probaui supra, ergo debet ex-
f tendi etiam ad bona alibi sita [f] ut probat Bar. in d.l. cunctos populos. in 6. q. ubi secundum eum uidemus quod interdictio bonis facta prodigo à iudice operatur effectum suũ ubique.& sic etiam extra locum iurisdictionis iudicis l. Iulianus ff. de cur. fur.& l. is cui bonis. ff. de uer. ob. hoc expressè tenet Sali. in d.l. cunctos populos. in uer. ex prædictis infero ad decisionem &c. ubi concludit ꝙ quando statutum præferẽs aliquos contra ius commune ad successionem est principaliter fauorabile, seruari debet etiam in bonis extra territorium situatis.& ultra superius allegata adducit, quia tutor simpliciter datus ab uno iudice habet administrationem etiam patrimonii positi extra iurisdictionem illius iudicis, l. propter litẽ §. licet. ff. de excusa. tut.& l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. & no. Ia. de Are.& Cy. in l.1.C. ubi petantur tuto.& Dyn.& Bar. in l. pupillo. ff. de tuto.& cura. da. ab his. ¶ Pro hoc etiam
16 adducit Sali. † quia tali statuto omnes de ciuitate intelliguntur consensisse, & secundum illius dispositionem uelle intestatos decedere. arg. l. si quis cum nullum. ff. de iure codi. etiã in uniuersis bonis ex quo nulli alii legi per domicilium, uel incolatum se subiecit. nec ob. quod ibi no. Bart. dum dicit ꝙ statutum excludens fœminas & præferens masculos cum sit odiosum, non extenditur ad bona extra territorium, quia dico ꝙ Bar. loquitur quando statutum esset odiosum, sed in casu nostro statutum in ascendentibus & transuersalib. est fauorabile, ut probaui, ergo secundum opinionem Bar. debet seruari statutum etiã in bonis extra territorium. quinimo plus uoluit ibi Sali. ꝙ etiam in casu in quo loquitur Bar. statutum seruetur etiam in bonis extra territorium, sed hoc non est necesse pro modo differere. Istud etiam uidetur tenere Fulg. in l. cunctos populos. ubi recitat finalem opinionem, in qua re fidere uidetur.& dicit ꝙ in omnib. attendi debet locus originis illius de cuius successione tractatur, quia uidemus in muneribus personalibus attendi debere locum originis personæ, ut d.l. ciues. C. de incolis.& l. rescripto. §. fi. ff. de mune.& ho. sed cum nunc quæratur de iure hæreditatis, quæ repræsentat personam seu succedit in locum personæ. l. hæreditas. ff. de
17 acq. re. do. & l. nihil aliud. ff. de uerb. sig. ¶ † Pro hoc bene facit id ꝙ no. Bal. in rep. d.l. cunctos pupulos. in 30. col. in uer. quinto quæritur, statutum Perusinum &c. ubi concludit ꝙ si statutum Perusinum uxore mortua defert certam partem dotis uel hæreditatis marito, trahetur ad bona existentia Florentiæ, quia secundum eum quando tractatur de re corporali attenditur locus ubi res sita est. secus in corporali sicut est hæreditas. ff. de pe. hær. l. hæreditas.& dicit ita esse de mente Ia. Bu. in d.l. cunctos populos. Idem secundum eum debet esse, in dote quæ est ius uniuersale. l. quod dicitur. ff. de impensis. & notant doc. in rubrica. C. solu. matr. ideo hæreditas & dos rei non cohærent secundum eum per iura præal. sed si statutũ diceret ꝙ uir lucretur bona immobilia uel mobilia, tunc quia statutũ concernit rẽ, attendetur statutũ loci, ubi res sita est, sed statutũ de quo quæritur, loquitur de uniuersali succes-
18 sione, ergo &c. Istud ẽt firmat † Io. Cald. consulendo in cõsil. 54. posito sub rubrica de test. ubi in proposito cõcludit, ꝙ si statuto Bononiæ cautum est ꝙ extantib. masculis fœminæ nõ succedãt, & si nõ essent dotatæ, dotentur iuxta facultates defuncti, & moritur pater relictis filio & filia relictis bonis Padue Bono. & Venetiis, & q̃ritur qualiter in dictis bonis succedatur.& dicit ꝙ tale statutũ excludẽs fœminas a successione, uel ab hẽditate defuncti, excludet ẽt filiã, quo ad bona q̃ sunt extra territorium, si talis filia erat subiecta statuentib. quia filia nulla bona capere põt nisi ut hæres, unde si priuatur potẽtia consequẽdi uniuersale sub quo particularia cõtinẽtur, priuata est ẽt potentia cõsequẽdi oĩa particularia inclusa sub uniuersali. l. si quis cũ totũ in prin.& §. fi. ff. de exce. rei iud.& sic
19 adhæret doctrinæ Bal. proxi. relatæ. ¶ Nec ad hoc ob. † si quis diceret, dato ꝙ dictũ statutũ Bononien. faciat admitti patruũ in bonis sitis in territorio Bonon. tñ non põt eidẽ patruo accrescere portio in bonis positis extra territoriũ Bono. qa cũ succedat patruus de iure speciali contra ius cõe, non debet gaudere beneficio iuris accrescendi. l. mulieri & Titio. ff. de condi.& demon: quia respondeo primò ꝙ illud est uerũ, q̃n patruus

patruus haberet portionem in bonis positis in territorio Bo-
g nonienſi contra g voluntatem defuncti.ita loquitur tex. in d. l.mulieri & Titio ſecundum Bar.& doc.& ibi Bal. in l. 1. C. quando non peten.partes.ſecus qñ non haberet contra volũtatem defuncti.l.filium.in fi.ff.de leg.præſtan.ſed in propoſito patruus non habet contra voluntatem defuncti, immo potius præſumitur habere cum volũtate defuncti, quia Chriſtophorus videtur voluiſſe ad ſuam ſucceſſionem venire illos qui ſecundũ ſtatuta loci cui origine & domicilio ſe ſubiecit vocantur.l.ſi duo.ff.de acq.hære.iuncta l.conficiuntur. & l.ſi quis cum nullum.ff.de iure codi.& not.Bar.in l. hæredes mei.§.cum ita. circa medium.ff.ad Tertul.¶Secundo reſpon
20 deo † ꝙ patruus illud ꝙ conſequitur Bononiæ ex ſtatuto Bononienſi non dicitur conſequi de iure ſpeciali,ſed de iure cõmuni,quia illud ſtatutum dicitur ibi eſſe ius commune.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.& ita in propoſito noſtro dicit Bal. in l.1.in quarta qõ.in fi.C.quando non peten.partes.vel melius illud ꝙ habetur in d. l. mulieri & Titio habet locum in legatis ſecus in hæreditatibus, vt l.ſi duob.in prin. ff. de bon. poſ.contra tab.& l.1.§.ſi quis ex nepotibus.ff.de coniung.cũ eman.lib.ſecundum Bar.in d.l.mulieri.& in l. re coniuncti. circa pe.chartam.ff.de leg.3.vbi hoc expreſsè dicit in terminis ſtatuti excludentis fœminas extãtibus maſculis.illud certum eſt ꝙ actio competens contra dictos Philippum & Seuerinum hæredem Nannis habitantes Ferrariæ non iudicatur
21 eſſe de bonis Ferrarienſibus, † ſed de bonis territorii,cui ſuppoſitus erat creditor, vt no.Bald.in l.mercatores. C. de commer. & merca.per illum tex.vbi plus dicit ꝙ idem eſſet in rebus mobilibus exiſtentibus Ferrariæ,quia illæ non circũſcribuntur territorio,& conſtat ꝙ actio competens ad pecuniam
h & ſic ad rem mobilem iudicatur eſſe res mobilis, h vt no. gl. in auth.de non alie.§.1.& no.Dy.& Bar.in l.poteſt.ff. de aut. tuto.& glo.doc.in l.1.C.ſi aduer.tranſac.& Bar.in l. mouentium. de ver.ſig.& Io.And.in addi.Spe.in tit. de fructi.& intereſſe. ſuper verſ.ſed quid ſi debeo.& Ang.in l.1.§.fuit quæſitum.cum ſi.ff.ad Treb.& ꝙ actiones non cohærent territorio debitoris declarat & comprobat per plura Bald.in l. 1.ff. de ſtatu ho. & in propoſito ſtatuti noſtri decidit hoc Sali. in d.l.cunctos populos,& in pe.col.dum dicit ꝙ bona mobilia exiſtentia in certo loco, ſi non ſunt deputata vt ibi perpetuo maneant,non cenſentur eſſe de territorio illius loci. arg.l. ex facto,el ſecundo. ff.de hære.inſti. cum aliis ibi allegatis, per eum.vide Lapum allegatione 91.alias 191.ſicut ergo de aliis actionibus Chriſtophori competentibus cõtra debitores Bononienſes, verum eſt ꝙ debent ſpectare illos qui ſuccedunt, ſecundum formam ſtatutorum Bononienſium, ita & in iſta actione competente contra dictos Philippum & Nannem, quia actio cohæret perſonæ creditoris & ab eius oſſibus non ſeparatur.l.quis ergo caſus. ff.de pecu.l.3.ff.pro ſocio. tamẽ hæc diſputatio nõ eſt neceſſaria,quia etiam ſi cenſeretur iſta actio eſſe de bonis ſitis in territorio Ferrarienſi, tamen omnino in eis ſeruandum eſt ſtatutum Bononiæ, vt ſuprà, opportune oſtenſum fuit. Alexand.

ADDITIONES.

Ciuitatis Bononienſis.] In alia ſimili quæſtione idem conſuluit Alex.per eadem media,conſi.144.lib.6. Natta.

a ¶Excludi.ſupra eo.conſi. 45.nu.7.

b ¶Peruſinum.iſtud conſ.habetur inter conſi. Ang. Peru.conſi. 210. in c.ſtatutum ſupradictum.& hanc puto eſſe veritatem vt ceſſet ſtatutum.idem Bal.Alex.d.l illam.col.j.Cor. l.ſi.col.j.in ſi.C.ad Tert. & conſi. 90.li.3. conſi. 271. li.4 Iaſ.conſi.130.col.pe.& ſi.li. j.ita Alex.ſupra.li.1.conſi.80.li.2.col.97. ſupra lib.6.conſi.36.conſi.89.ſa.quæ dixi,eo. conſi.45. nu.7.nec Alexander.hic colum. ſequenti contradicit quia loquitur in ſtatuto loquente in longe diuerſis terminis, vt oſtendi in Epitome,quamuis in contrarium faciat Albe. 2. part. ſtatu. quæſtio. 11.Pet. Ancha.conſi. 334. Pau.in dicta l. illam. quẽ ſequitur ibi Deci.Corn. conſi. 188. colum.ij.li.ij. ſed veriorem puto ſententiam Anch. dicto c. 1. de conſtitu. colum. 97. & Alexand. in d. l. illam.

c ¶Pari.ſup. li.ij conſi. 120. col.j.

d ¶Fauorabile.ſup.li.6.conſi 144.num. 7. Curt. ſenior conſi. 9. Curt. iunior conſi. 9.ſed contrarium verius vt late Alber.Bru.trac.de ſtatu. exclu.fœmi.fo.5 cum ſeq.

e ¶Tex. doc.ibi & in l.ij. in prin. de verb. oblig.ſophiſtico ſuo multiloquio nihil aliud quam perplexum, & obſcurum reddiderunt, tex. illum clariſsimum omni quæ nodo per ſe carentem ſiue dictionem attendas, ſiue ſententiam breuis & clara veritas eſt ꝙ in toto illo tex. non agitur de certo quodam mixto ſed duobus ſimplicib. per ſe ſtantibus & ſeparatis. & deciditur ꝙ oratio hypothetica, de qua in dicto tex.comprehendit vtrunque quod ipſa ſermonis proprietas & mens oſtendit.

f ¶Si ita. Idem Cur.iunior conſi. 9.Sed Alexan. hic & Cur. ibi peſſimè loquuntur, quia huiuſmodi ſtatuta neceſſario locis ſuis, tanquam limitata potentia cauſæ clauduntur no.ſupra li.1.conſi. 16.ſupra lib.6 conſi. 19.

g ¶Contra.Soc.d.l.mulieri.Bulgarus diſpu.inci. Sempronius. col.25. Iaſ.l. re coniuncti. col. 38. cum ſeq.de leg.3.& ibi Lancel.poli.col. 41. vbi male nituntur contra Bar.dixi Alibi.

h ¶Mobilis.Et ſecundum territorium creditoris.ſecus de annuo reddito ſuper certis prædijs alibi ſitis vt dixi in conſu.Pari.§.58.§.145.

EPITOME.

STATVTVM de dote lucranda non habet locum ſi mulier nullam dotem conſtituit. nec videtur in dubio bona dediſſe in dotem etiam ſi maritum diu frui paſſa ſit.& dote conſtituta nõ poteſt vir ſecundus plus lucrari,quàm habeat vnus fratrum primi matrimonij vxoris minus habens.

CONSILIVM CXLII.

Viſo ſtatuto ſub rubrica de reſtitutione dotis mortuæ vxoris,quo cauetur ꝙ ſi vxor deſponſata a viro matrimonio legitime conſummato ſine liberis communib. prædeceſſerit, lucretur & lucrari debeat maritus dimidiam dotis. & quæritur vtrum vltimus maritus Catharinæ filiæ, quondam Maſii lucrari debeat aliquid de bonis dictæ Catharinæ,quæ nullum contractum dotis cum ipſo vltimo marito neque etiam cum aliis prioribus maritis fecit attento qđ ipſa deceſſit in vltimo matrimonio ſuperſtitibus duobus fil.is primi matrimonii vno maſculo & vna fœmina, & dictus maritus vltimus per duos vel tres annos cõſtante iſto vltimo matrimonio ſciente & patiente dicta Catharina adminiſtrabat bona dictæ Catharinæ, & fructus in domum & communem vſum conſumpſit, & breuiter reſpondeo ꝙ nihil lucratur de iure communi, vel vigore dicti ſtatuti. Nam de iure communi non debet lucrari,quia etiam ſi dos conſtituta fuiſſet, illa ſoluto matrimonio non debet remanere apud maritum ſuperſtitem,ſed tranſit ad hæredes mulieris, vel ad patrem, a quo profecta fuiſſet ſi pater habens filiam in poteſtate ſupereſſet.l.vnica.§ illo.C.de rei vxo. act.l.illam.& ibi no. C. de colla.& plenè in l.dos a patre.C.ſol.mat. ſed dicta Catharina deceſſit præmortuo patre,ideo clarum eſt ꝙ etiam ſi dos data fuiſſet vltimo marito,non lucraretur maritus totam dotem neque partem,ſed totum peruenire deberet ad hęredes mulieris, & ſic ad liberos quos ipſa ex primo matrimonio reliquit,qui ſunt eius hæredes,non debet etiam vigore ſtatuti, lucrari partem bonorum,quia ſtatutum loquitur de dimidia dotis, & hic nulla fuit dos conſtituta, ergo verba ſtatuti non poſſunt adaptari ad caſum noſtrum, & per conſequens, nec eius diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de damn. infect.l.ita autem, in prin.ff.de adm.tuto.c.indemnitatibus.§.pe.de ele.li.6.¶Nec
2 obſt.† quod mulier videatur dediſſe omnia bona ſua in dotem marito,ut no.in l.mulier bona,in prin.ff.de iure do.ubi glo.refert,quod iſta fuit opi.Ariſtotelis,quia reſpondeo, qđ
a communiter tenetur contrarium, a quando mulier neq; iſti viro neque alteri priori marito dotem dederat per l. fin.C. de repu.& in auth.de nup.§.ſi quis enim. & plenè no. Bart. in ſua diſp.inci.Quædam mulier habens magnum matrimonium.& eſt de mente Bar.in l.ij.in prin.circa 2.col. ff. ſolu. mat. & clare no.Bald.in l.nulla.C. de iur. dot. vbi dicit hoc eſſe utile pro ſtatuto diſponente quod maritus dotem lucretur uxore prædecedente, quia hoc caſu nihil lucrabitur, niſi ſecundum eum probaretur ꝙ mulier dixiſſet marito,ergo cõmitto ſeu trado me & mea bona tibi. quamuis non dixerit ꝙ dabat in dotem, ſi tamen dignus erat dote tali, ſcilicet aſcendente ad quantitatem dictorum omnium bonorom mulieris,poſſent tunc uideri data in dotẽ ſecundũ eũ,& in hoc caſu ſaluat opinion. Ariſtotelis notatam per glo.in d.l.mulier. ſed iſta non præſumuntur interueniſſe in caſu noſtro,& uerbo fer-

bo fertur, ꝙ maritus vltimus non erat dignus dote vltra quã-
titatem librarum vigintiquinque, ergo non possunt videri di-
cta bona data in dotem, & sic cessat etiam opinio Marti. de Fa
no relata per Bar. in l. si constante, in princ. ff. solut. matri. in
4. q. 3. partis princ. & ꝙ in dubio etiam non videantur bona
mulieris in dubio data in dotem. tenuit etiam Bald. in authẽ.
res quæ. C. communia. de leg. in 3. colu. in versic. quæro, nun-
quid mulier &c. nisi secundum eum generalis consuetudo lo
ci esset dare omnia bona in dotem. & hoc casu dicit posse sal-
uari dictã opi. Arist. facit. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. ff. de ędil.
edic. & l. exceptio. C. lo. l. si prius. §. rectè placuit. ff. de aqua
plu. arc. l. fi. in fi. C. de fideiuss. cum si. Istam opin. etiam tenet
Sali. in d. l. fi. C. de repu. & Bal. in l. fin. C. de sen. quæ sine cer.
quanti. & Ioan. de Imo. in l. j. in 7. col. ff. solu. matr. & Pau. de
Cast. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. per illum textum.
vbi præsupponitur quod matrimonium erat sine dote & mu
3 lier tamen erat locuples. Et dato † etiam quod dicta Cathari
na patiente dictus vltimus maritus per biennium vel trien-
nium dicta bona Catharinæ tenuisset, & fructus ex eis simpli
citer percepisset, & in vsus communes conuertisset, per hoc
non induceretur titulus dotis, vt per Bar. in dicta disputatio-
ne per no. glo. in l. 2. C. de acquir. poss. & responder Bar. ad id
quod habetur in l. quod autem. ff. de iure do. ꝙ ibi agebatur,
quod daretur pro causa dotis, vt ibi etiam no. glo. plus tenuit
Bar. in dicta dispu. ꝙ etiam si dicta patientia interuenisset spa
tio decem annorum, non induceretur titulus dotis cum aga-
tur de magno præiudicio, per id quod habetur in l. nullo. C.
de rei vendi. & per no. in l. pe. C. communi di. & per doct. in
l. cum de in rem verso. ff. de vsur. cum si. ad hoc etiam bene fa
cit ratio quæ colligitur ex l. qui iure familiaritatis. cũ ibi not.
per doct. ff. de acq. pos. Et tantò magis procedunt prædicta in
bonis quę per dictam Catharinam fuerunt donata dictis suis
filiis ob causam ante contractum matrimonium cum isto vl
timo marito, vt constat instrumento inde rogato per publi-
cum notarium, quia cum illa essent iam alienata, non cadebat
circa ea præsumptio ꝙ videtur ea voluisse in dotem dare ma-
rito. lege perfecta. C. de do. quæ sub mo. l. cum hic status. §. j.
ibi, ꝙ si in obscuro sit &c. ff. de do. inter virum. cum si. ¶Præ-
4 tereà † dictum statutum alia ratione locum habere nõ potest
in casu nostro, quia etiam posito quod constaret bona omnia
mulieris fuisse data in dotem vltimo marito, si diceremus ꝙ
maritus deberet lucrari dimidiam dotis, sequeretur quòd ma
ritus vltimus haberet de bonis mulieris plusquam vnus filius
vel vna filia ex primo matrimonio suscepta, quod esse non de
bet, quia non debet maritus vltimus posse lucrari ex bonis
b mulieris præcedentis plusquam vnus [b] ex filiis prioris matri
monij, etiam habito respectu ad illum filium vel filiam, qui
vel quæ minus consequitur quàm alij ex bonis matris. l. hac
edictali, in princ. C. de secun. nupt. cum his quæ ibi no. Bart.
& alij vbi hoc expresè voluit. & Bart. in disputatione præal-
legata. & Bald. in l. vnica. C. inoffi. dot. cum suis concordan.
Ex quibus concludo contra dictum maritum vltimum stan-
tibus prædictis. Alex.

ADDITIONES.

* Attento quòd.] Cautè hic loquitur Alex. quia dos data primo viro, videtur repetita. Nat.

a ¶Contrarium. s. lib. v. consi. cxliiij.

b ¶Vnus. s. lib. v. consi. clviij.

CONSILIVM CXLIII.

STatutum prohibet habentem partem domus vel sedimi-
nis posse alienare illã non requisito consorte habente aliã
partem, contingit ꝙ dictus qui habebat partem illam cũ plu-
ribus petiis terræ vno pretio non requisito consorte alienauit
in clericum partem suam locatam dicto consorti cum dictis
petiis terræ ad affictum & francandum. quæritur an aliena-
tio illa sit nulla in totum, an vero solum quo ad domum vel
sedimen prohibita alienari per statutum non loquẽs de aliis
petiis terræ.

VIso statuto Mediolanensi & his quæ narrantur in the
mate suprascripto cum his quę elegãter & copio-
sè deducta sunt per celeberrimos dominos suprà consulẽtes,
concurrens ego in eandem sententiam breuiter affirmo dictã
venditionem factam presbytero Gasparino per dictum Ste-
phanum esse nullam, non solum pro rata sediminum de qui-
bus loquitur dictum statutum, sed etiam pro omnibus com-
prehensis in dicta venditione facta dicto presbytero, ac pari-
ter comprehensis in locatione facta dictis fratribus de Men-
1 goxiis de Placentia, & hoc † confirmatur ex rationibus tradi
tis notabiliter per Bart. in l. cui vsusfructus. ff. de vsufruc. leg.
vbi refert se consuluisse in ciuitate Spoleti. quidam emit fun-
dum a duobus hoc pacto quod debeat fundum reuẽdere eis
intra mensem si voluerint reemere. modo vnus ex illis vult
reemere partem suam intra mensem, alius non. quærebatur
an emptor teneretur illi soli reuendere partem illam. decidit
quod non, si emptio vno pretio facta fuerat de ambabus par-
tibus, per l. quod autem. §. fin. cum l. sequen. & l. quod si vno.
ff. de in diem adiect. & quia non est verisimile quod ille pri-
mus emptor vnam partem retinere vellet sine alia. l. si quis a-
2 liam. ff. de sol. vbi etiam per Bar. Item † quia secundum eum
venditio ita facta vno pretio dicitur quid indiuiduum. nam
venditio continet rem tradi quod est indiuiduum. l. stipula-
tiones non diuiduntur. in princ. ff. de verbo. obligat. iuncta.
l. j. & l. ex empto. in princ. ff. de actio. empt. hoc etiam esse in-
diuiduum probat, quia non affert tantam vtilitatem in parte
respectu partis, quantam in toto respectu totius per dict. l. si
aliam. & l. fundus ille. cum glo. ff. de contrahend. empt. nam
præter intentionem suam incideret in communionem, quod
est inconueniens, vt no. in d. l. fundus ille. facit. l. cum pater.
§. dulcissimis. de leg. 2. & sic non afferat tantam vtilitatem in
parte respectu partis quantam in toto respectu totius non de
bet dici diuiduum. l. j. §. si pecuniam. & ibi Barto. ff. depositi.
& latè tradit Barto. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in 3.
q. maximè per l. in executione. versi. 2. ad opus. eod. tit. & tra-
dit Bald. in l. si plures. C. de condit. insertis. ergo in proposito
venditio illa facta de dictis bonis presbytero Gasparino dici-
3 tur quid indiuiduum, sed ita est quod secundum omnes † in
indiuiduis vtile per inutile vitiatur, vt l. j. §. Trebatius. & §. il-
lud. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. Pedius. ff. de arb. & l. græcè.
§. illud iunctis ibi plenè notatis per Barto. ff. de fideius. & per
Ray. Ang. & alios in l. prima §. pen. ff. de verb. obli. & Io. Fabr.
in §. si quis aliter. insti. de inuti. stip. & cano. in ca. cum super.
de offi. deleg. cum concordantiis, de quibus in dictis locis, &
cum dicta conclusione tradita per Barto. in d. l. cui vsusfru-
ctus. concordat etiam Bald. in l. 2. in fi. C. de pact. inter empt.
& vendi. & bene probatur etiam per legem si duos. ff. de con-
trahend. emptio. allegatam per dictos dominos consulentes
iuncta doctrina Barto. in l. scire debemus. ff. de verbor. oblig.
& Bald. in l. fina. §. præterea. in 3. vel 4. colum. C. de iure dot.
4 ¶Accedit quod † emphyteusis quæ concedi poterat vsque in
tertiam generationem tantùm si fuerit concessa in perpetuũ,
vitiatur in totum, eo quia est vna concessio sicut in casu no-
stro vnica fuit venditio, prout est dictum, vt probatur in §.
emphyteusim, in auth. de non alien. quem ad hoc ibi ponde-
rat Ange. & firmat Bald. in l. quæcunque. circa princip. C. de
bon. quæ lib. post Barto. in authen. qui rem. de sacr. san. eccle.
& in suo consilio incipiente, Visa quadam constitutione epi
scopi. & per Bald. in l. si pupillorum. §. fina. ff. de reb. eo. & est
magis communis conclusio, saltem quò ad istum casum, sci-
licet quando vnica est concessio, vt per Ioã. de Imol. in l. quod
dicitur. in fin. ff. de verbo. obliga. ¶Et per ibi dicta appareat re
sponsio ad ea quæ possent adduci in contrarium. & per eun-
dem in c. ex parte, in antepen. colum. de feud. & per Moder-
nos in l. prima §. pen. ff. de verbor. oblig. Et dictum statutum
5 †Mediolanense volens talia sedimina non posse alienari nisi
seruata illa solennitate & forma, etiam valet quantum ad li-
gandum clericum ementem non seruata illa forma. Et hoc
per plura probari posset, sed sufficiant no. per Fed. in consil.
80. alias 85. incipiẽ. Statuto ciuitatis Perusinæ cauetur quòd
nullus comes &c. per Salic. in authent. cassa, in vlt. colum. de
sacr. sanct. eccle. & per do. Abbatem in repetitione c. ecclesia
sanctæ Mariæ. in antepen. colum. de consti. & per Bal. in cap.
clerici. de iud. & in c. quæ in ecclesiarum. in 2. colum. de con-
sti. cum simil. ¶ Ex quibus concludo dictam venditionem fa-
6 ctam † presbytero Gasparino ex toto fuisse nullam, & con-
sequenter

sequenter dictum præceptum, attento q fuit factum parte adversa prius non citata & in eo fuit apposita clausula, si senseris te grauatum compareas, &c. non potest præcepti effectum habere cum comparuerint dicti de Placentia in termino apposito, & dixerint se grauatos, & contradixerint, vt patet ex notatis per Inno. in c. fi. de cohabi. cle. & mulie. & per Bart. & alios in l. 1. per illum text. C. de exec. rei iudi. & per Ange. & Modernos in l. de pupillo. §. meminisse. de oper. no. nun. & Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in 5. col. ff. de off. proconsul. & Bald. in rub. C. commina. vel episc. & Sal. in l. 1. & Iaco. Butr. Bald. & Sal. in l. actione. C. de transac. & Bald. in l. 1. §. 1. ff. de iure delib. & in l. ea quidem. C. si manci. & in l. 2. C. de epis. audi. Alex.

EPITOME.

STATVTVM de compromittendo non habet locum in spurio nec etiam in legitimato, si petens cõpromitti impugnat legitimationem.

CONSILIVM CXLIIII.

Viso statuto sub rubrica de litibus & quæstionibus propinquorum vel affinium & quorumcunque aliorum per arbitros terminandis, & visa petitione porrecta pro parte Lucæ filiæ quondam Ioannis Iacobi de Alferis contra & aduersus Franciscum tanquam contra filium spurium seu nefarium & incestuosum domini Andreæ de Gandulfis, qui dominus Andreas præsupponitur natus ex sorore dicti quon
1 dam Ioannis patris dictę Lucæ. † Quæritur an possit dictus Franciscus ad petitionem agentis cogi ad compromittẽdum
2 in causa. in quo breuiter respondeo q non [a] saluis his quæ infra dicentur. & omissis non necessariis, moueor, quia de iure communi non potest cogi quis compromittere quia compromissum fit transactio in authenti. vt diff. iudi. circa prin. & ibi no. & non potest inuitus quis ad transigendum compelli per iudicem, vt not. gloss. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui nota. infa. ex qua infert ibi Baro. & Ange. non posse quem inuitum cogi ad compromittendum in arbitratores, quod reputãt notandum. & idem dicit Bald. & Salic. in l. ex stipulatione. C. de sen. & interlo. omn. iud. per illum text. quod licèt partes possint per iudicem suaderi ad concordiam, non tamen cogi. & per hoc inferunt q quamuis possent partes suaderi, non tamẽ possent cogi ad compromittendum in arbitratorem, & idem no. Bald. in c. 1. §. fin. de pace tenen. in l. 1. in vlti. colum. C. de arbi. Non potest etiam compelli dictus Franciscus vigore dicti statuti compromittere in arbitros & arbitratores cum potestate procedendi & examinandi de iure & de facto, ut dispo nit dictum statutum fieri debere inter coniunctos linea consanguinitatis vsque in quartum gradum de iure canonico cõputandum, quia cum lis mota sit contra Franciscum tãquam
3 contra spurium † & incestuosum & incapacem successionis paternæ non venit Franciscus appellatione dictorum coniunctorum de linea consanguinitatis. l. si spurius. ff. vnde coh. instit. de suc. cog. §. vulgo. attento q tractamus de coniunctione. quæ allegatur inter dictum Franciscum & alias personas quæ dicuntur ipsi Francisco coniungi per patrem ipsius Francisci, non autẽ per matrẽ ipsius Francisci, & vnde cum coniunctis patris dicti Francisci non dicitur Franciscus spurius habere coniunctionem ratione agnationis vel cognationis, & ideo inter eos nulla cadit successio, vt est glo. reputata notabilis in l. hac parte, in glo. fin. ff. vnde cog. quæ dixit q si quis duos habebit filios illegitimè natos ex diuersis matribus, non dicuntur tales fratres ad inuicem coniungi agnatione vel cognatione. & ideo adinuicem non succederent, nec etiam cognatus patris succederet, etiam si essent legitimati, vt ibi per glo. quã reputat singularem Ioan. de Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in 12. colum. ff. ad Treb. & not. Barto. in l. certum. C. vnde legi. in 6. colum. in versi. sed pone bastardus. & in l. in testamento. in 9. q. C. de test. mili. & Ange. in d. l. certum, in prin. bene faciunt notata per Cy. in auth. itaque ad fin. C. com. de succes. & id quod habetur in §. filium in authen. quib. mo. na tu. effi. sui. & id quod not. Inn. & Host. in c. nõnulli, de rescri.
3 & per Barto. in l. 1. in 2. colum. ff. de accu. ¶ Hoc † etiam præcisè voluit Dy. conf. 16. inci. Diligenter considerato. refert & sequitur Bald. in l. id quod pauperibus, in penu. colum. C. de epis. & cle. vbi dicunt, q appellatione coniunctorum non venit spurius, allegant id quod habetur in §. fin. in authẽ. quib. mod. na. effi. sui. §. fin. & d. l. si spurius. & ideo Ioã. de Imol. in d. §. si quis rogatus. in 14. colum. in ver. & per prędicta potest inferri ad multa &c. expresè dicit q stante statuto q coniuncti vsque ad quartũ gradum possint cogi ad compromissum, & contingat q naturalis vel spurius habeat quæstionem cum fratre nato ex eodem patre, non poterit cogi compromittere, quia tale statutum est exorbitans a iure communi. arg. l. 3. §. tametsi. ff. de arbit. & l. in re mandata. C. mand. & est constitutio iuris ciuilis, iuxta. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. ideo non videtur comprehendere naturales vel spurios. l. 5. C. ad l. Iul. de adult. per id quod legitur & nota. per gloss. & Pau. de Liazar. in clem. 1. de baptis. & instit. de seruili cogna. in princ. cum glo. & l. ex libera. C. de suis & legi. & per nota. per Iac. de Are. & Cyn. in d. §. si quis rogatus. & per Gui. de Cune. Bald. & Ang. in l. parentes. ff. de in ius voc. & per Cyn. in l. cum pater. §. volo. ff. de leg. 2. pro hoc etiam adducit Ioan. de Imol. in d. §. si quis rogatus. in d. versic. & per prædicta &c. quia tales
4 spurii non videntur dici coniũcti, † nisi quò ad matrimoniũ, per. l. non facilè. §. affines. ff. de gradi. iuncta. d. l. spurius & d. l. hac parte cum gl. ideo tales non succedunt adinuicem, etiã tanquam cognati, vt ibi nor. & idem etiam dicit esse si statutum arctans ad compromissum loqueretur de quęstionibus vertentibus inter consanguineos, quia consanguinei propriè dicuntur illi qui sunt agnati & legitimati ex eodem patre nati. l. post consanguineos, in princ. ff. de suis. & legi. & d. l. si spurius. & tantò magis vera videtur ista conclusio in proposito nostro, quia persona petens compromissum non est persona cui dictus Franciscus etiam si esset legitimè natus deberet reuerentiam seu quam non posset in ius vocare sine venia, & sic cessat ratio d. l. parentes, cum ibi not. per Guil. de Cun. ff. de in ius voc. Præterea id quod habetur in d. l. parentes, procedit quando lex vtitur verbo naturali, puta pater vel filius, sed nos loquimur in statuto cõtra ius commune loquẽte per nomina iuris, vt coniunctus &c. quo casu non ita comprehenditur illegitimè natus saltem spurius, sicut quando sumus in dispositione loquente per nomen naturale, vt plenè per Ioan. de Imo. in §. si quis rogatus. facit. l. tutelas. cum ibi
5 not. per Barto. ff. de cap. dimi. ¶ Istam q. etiam † in proposito decidit Pau. de Cast. consi. 178. lib. 2. inci. Super eo verò quo quęritur, vtrum dicti legitimati. vbi concludit quod dictum statutum de compromissis non habeat locum saltem donec vertitur quęstio super legitimatione facta de illo qui diceretur coniunctus. nam cum dictum statutum non habeat locũ in aliquo modo in quæstione vertente cum spurio, vt supra probatum est, & etiam ex his quæ dixi, apparet quòd non habet locum quando quæstio verteretur cum legitimato, per not. in d. l. hac parte, cum aliis supra allegatis. tamen posito q posset habere locum quando quęstio aliqua verteretur cum legitimato, illud solum haberet locum quando ab vtraq; par-
6 te præsupponeretur legitimatio pro valida, † sed vbi petens compromissum nõ affirmat legitimationem, imò impugnat, vt in casu nostro, tunc non potest dictum statutum locum habere et in tali legitimato, quia oporteret priusquam esset locus statuto, quod declararetur super legitimatione, eò quia ante non potest dici constare inter dictos litigantes esse dictã coniunctionem. & sic cessare debet dictum statutum. l. Diuus Traianus, cum ibi nota. per Barto. in ratione sui. ff. de mili. testa. & per nota. per Barto. in l. prima. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & istud est quod decidit Paul. de Castr. in d. consilio. & cum dictus agens contra Franciscum asserat Franciscũ non esse legitimatũ nec capacem successionis paternę si modò petendo compromissum vellet dicere Franciscum esse legitimatum & comprehensum a dicto statuto esset sibi contrarius, & per consequens repellendus. c. si a subdelegato, in fin. de off. deleg. in 6. c. solicitudinem, de ap. & l. 1. C. de fur. & q primum aduersarius fateretur legitimationem valere, sopita esset omnis quęstio principalis, & omnis dubitatio super lite esset extincta, idcirco in re tunc clara non esset opus compromisso. l. post rem. ff. de transact. & ibi Barto. c. exposita. de ar-
8 bi. & per Bal. in l. prima. ff. de transa. ¶ Fortius cõsuluit † Pau. de Cast.

de Cast. in consi. 65. incip. Visis & consideratis omnibus q dictum statutum uolens quem posse cogi ad compromittendū, si non declarat ad cuius partis instantiam debeat fieri, debet intelligi ad instantiam illius contra quem mouetur controuersia: quia in eo cessat omnis suspicio calumniæ. non autem ad instantiam eius, qui controuersiam mouet, nisi cōtrarium iudici uideretur: quia aliàs aperta esset uia unicuique indebitè & iniustè uexandi aliquem & ab eo indebitè extorquendo faciendo eum citari, quamuis nullum ius uel actionem prætendere posset contra eum ut ipsum deduceret ad compromissum in communes amicos, qui interdum præter omnem iustitiam grauant unum & alteri tribuunt prædam, ut experientia docet, & hoc euitare debemus. alle. l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transac. cum his quæ ibi no. Ang. contra illos qui fingunt lites ut ueniant ad compromissum, superiora tamen fundamenta magis me mouent tanquam tutiora. ¶† Si aūt agens
9 uellet petere cogi Franciscum ad compromissum ex secunda parte statuti uer. si uerò inter aliquas &c. ubi statutum uult q etiam quando inter non coniunctos uel inter coniunctos ultra quartum gradum uerteretur lis seu controuersia ultra libras centum imperialium teneatur rector ad requisitionē alterius partium cogere litigantes ad compromittendum in arbitros & arbitratores, qui habeant dictam litē examinare summariè, & sine figura iudicii, cum hoc tamen q debeant diffinire & determinare de iure tantùm, & tunc est attendendum q si lapsi sunt 20. dies utiles a die descriptæ petitionis in actis & citationis subsequutæ non potest amplius agens petere cōpromissum, ut in d. statuto expressè cauetur. aliàs autem esset locus compromisso cum potestate terminandi de iure tantum, nisi appareret per calumniam compromissum peti. l. 2. C. ad l. Cor. de fal. & d. c. exposita. & l. ille aut ille. §. cū in uerbis. cum ibi no. per Bar. ff. de leg. 3. & per Bal. in l. quæ ex relationibus. C. de legi. & habetur in d. § & cum lis. cum ibi not. per Ang. & in l. 1. eo. tit. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Quòd non. latè supra lib. 2. consi. 60. col. 2. & 3.

EPITOME.

HOMICIDA qui fugit ad templum uel monasterium, non potest capi per iudicem secularem etiā in terris imperij. & si captus sit, debet pristinę libertati restitui. quod ad claustrum dormitoriū, & relinquas domos fratrum intra ambitum murorum monasterii extenditur.

CONSILIVM CXLX.

Viso themate & his quæ eleganter & copiosè consulendo deducta sunt per eximium iuris doctorē & dilectissimum mihi tanquam fratrem quōdam discipulum dominum Ioannem Mariam Riminaldum in eius sententiam concurrens de duobus est uidendum. ¶ Primò an ille qui in terris imperii extra ecclesiam commisit homicidium si ad ecclesiam confugiat, possit inde extrahi authoritate iudicis secularis. ¶ Secundò posito quòd non, utrum hoc procedat si extrahatur de domibus monasterii, & seu de dormitorio fratrum dictæ ecclesiæ S. Dominici ciuitatis Regii, attento q domus & dormitorium sunt annexa & adhærentia dictę ecclesię, & intra septa & claustra ipsius ecclesiæ & intra ambitum murorum dicti monasterii. ¶ Circa primum uideretur
1 † prima consideratione dicendum, homicidam de ecclesia extrahi posse, per tex. in c. j. de homi. cum ibi no. per gl. ubi homicida qui non casu sed ex proposito occidit hominē & confugit ad ecclesiam, non gaudet immunitate q inde non possit extrahi. ¶ Secundò per §. neque autem homicidis. in authen. de manda. prin. & no. gl. in l. fidei. C. de his qui ad eccle. confug. & ibi plus uoluit gl. s. q nedum pro homicidio, sed quòd etiam pro quocunque maleficio possit de ecclesia extrahi per d. §. neq;. ¶ Tertiò pro hoc facit distinctio Pet. & Cy. in l. præsenti. C. de his qui ad ecc. confu. ubi finaliter residere uidentur, quod si liber homo delictum ex proposito commisit stimulo naturali, ut in rapiente mulierem, & tunc nō potest extrahi de ecclesia ad quam confugit. 36. q. j. de raptoribus. aut sine stimulo naturali commisit delictum ex proposito, puta homicidium, uel simile, & tunc possit inde extrahi, ut in d. §. neque. & per hunc modum uolunt concordari debere ius canonicum cum iure ciuili. ¶ Quartò pro hoc facit distinctio Anto. de But. in c. inter alia, in fi. de immu. eccle. ubi finaliter dicit q si liber homo capiēdus est pro delicto minimo, & confugit ad ecclesiam, non poterit inde extrahi. ita intelligit. l. 2. C. de his qui ad ecclesiam confug. aut capiendus est pro delicto atroci, & tunc poterit extrahi per d. §. neque. Quintò pro hoc facit opin. Pet. de Anch. in d. c. inter alia. ubi concludit q per ius canonicum non sit correctus tex. in d. §. neque. & consequenter q homicida qui ad ecclesiam confugit, licet extra ecclesiam deliquerit, possit inde extrahi, quia secundum cum debet distingui ius ciuile per ius canonicum in dubio, nō autem debet induci correctio. ar. l. sed & posteriores. ff. de legi.
2 & c. cum expediat. de elec. lib. 6. † vnde secundum eum debemus dicere q de iure canonico sit inductū q publicus latro, item nocturnus depopulator agrorum, possit de ecclesia extrahi, licet extra ecclesiam deliquerit. 17. q. 4. sicut antiquitus. & d. c. inter alia. non tamen per hoc intelligitur de iure canonico inductum q homicidæ & alii enumerati in d. §. neque. non possint extrahi de ecclesia. nam ubicunque constitutio aliquos casus excipit, non per hoc dicitur firmare regulā in oībus aliis casibus si ex hoc resultaret correctio iuris, imò in casibus non exceptis stabitur dispositioni iuris. l. serui nomine. cum ibi no. per glo. & Bar. ff. de usuc. & in l. ob æs. C. de prædiis mi. & no. Bar. in l. 3. §. cum Titio. ff. de adi. leg. probatur in c. ad audientiam, cum ibi no. de cle. non resi, & in cap. quoniam frequenter in princi. cum glo. ut lite nōn contesta. ¶ Sextò pro hoc facit, quia posito quod etiam esset uerum q dispositio iuris ciuilis posita in d. §. neque, corrigeretur p ius canonicum quò ad homicidam, ut not. glo. in d. c. sicut antiquitus, & in d. c. inter alia. & dicetur infrà, tamen quia sumus in terris imperii uidetur standum dispositioni iuris ciuilis, ut no. in c. 2. de reg. iur. in 6. & in c. 2. de arbi. eo. tit. & plenè no. per legistas in l. priuilegia. C. de sac. sanc. eccle. & fortasse fuit hoc in proposito nostro de mente Sali. in auth. si quis. C. de adul. in fi. dū dixit q de iure canonico non potest delinquens extrahi de ecclesia, præterquam in casibus qui habentur in d. c. inter alia. & in c. fin. de immu. ecc. ad quod dicit esse aduertendum per illos qui sunt de terris ecclesiæ quasi uelit q illa dispositio iuris canonici non erit seruanda in terris imperii.
3 ¶ Sed præmissis † non obstantibus contrariam sententiam ut de iure ueriorem approbo, præsertim ex infrascriptis, quia iura saltem canonica concedunt hanc immunitatem ecclesię. s. q liberi homines delinquētes nō possint ab ecclesia extrahi. 17. q. 4. reum. & c. si quis contumax. & in c. diffiniuit. & c. id constituimus. & 22. q. 5. reos. el j. etiam si sit delictum graue, nec per prælatos ecclesiarum debet permitti q inde eximantur, nisi sint securi quod non puniantur pœna corporali, ut in dictis iuribus & in d. c. de raptoribus, nisi sit delictum seu homicidium commissum in ecclesia. c. fi. de immu. eccl. & d. c. inter alia. uel nisi sit publicus latro seu nocturnus depopulator agrorum, ut dixi sed dictum homicidium non fuit commissum in ecclesia, ergo &c. ¶ Secundò probatur per id quod no. Host. in summa de immu. eccl. §. in quo uer. si uerò maleficium. ubi dicit q tam de iure ciuili quàm canonico, ille qui commisit homicidium uel aliud delictum extra ecclesiam, & confugiat ad ecclesiam, non potest inde eximi, per iura suprà proximè allegata. pro quo bene facit. l. 2. C. de his qui ad eccl. confug. quæ generaliter dicit delinquentes qui ad ecclesias confugiunt non esse inde abducendos, & respondet ipse ad d. §. neque. q ut non inducatur discordātia legum & canonum debet intelligi ille tex. quando homicidium commissum fuisset in ecclesia uel iuxta ecclesiam, ut in cemiterio & incontinenti ingressus est ecclesiam intendens per ecclesiam liberari, & aliàs non erat commissurus tale delictum, quia tunc nō gaudet immunitate, & sic cōcordabit cum d. c. fi. & hunc intellectum etiam approbat Abb. Sic. in d. c. inter alia, in 9. col. & dicit pro hoc facere, quia in d. §. neque. nulla fit mentio de fugiente ad ecclesiam, sed duntaxat dicitur ibi q illi delinquentes debent extrahi de ecclesia. & secūdum eum ista opi. est tutior. ¶ Tertiò probatur per id quod not. Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imo. in clem. j. de pœn. & remiss. ubi dicunt quòd in hoc

in hoc non discordat ius ciuile & canonicum, & quod text. in auth. de manda. prin. §. quod si delinquentes, & §. sequenti, non contradicit canonibus, imò concordat, quia ibi intelligitur quando delictum fuit commissum intra ecclesiam vel cemiterium vel propè insidiosè, vnde secundùm eos si aliquis occideret hominem in ecclesia, & appareat quod non fecerit insidiosè, ecclesia debet eum defendere, allegant notata per Innocen. in d. c. inter alia. ¶ Quartò probatur per id quod voluit Card. Flor. in preal. ca. inter alia. vbi dixit quòd etiam in homicidio & similib. Gaudet ecclesia immunitate predicta per iura suprà allegata, & respõdet ad dictum §. neque. quod intelligitur ibi in aliis priuilegiis per quę induceretur impunitas. nam talibus priuilegiis non gaudebunt homicidiæ & alij specificati in d. §. neque. non autem intelligitur de immunitate quam habet confugiens ad ecclesiam, quia per talem immunitatem non inducitur impunitas, nam bene punitur pecuniariter & secũdum quod habetur in d. cap. reum & in d. cap. id cõstituimus. ¶ Quintò probatur per id quod voluit Abbas in d. c. inter alia. in 10. colum. vbi inquit, dici posse quòd de iure ciuili secundum tempora codicis nõ reperitur differentia inter ius canonicum & ciuile, quia etiam de iure ciuili ecclesia gaudet dicta immunitate, etiam in delictis grauibus regulariter. d. l. secũda. & ferè per totum. C. de his qui ad ecc. confug. & habito respectu ad illud ius loquitur text. in dicto cap. inter alia. dum ibi Papa facit mẽtionem de iure ciuili & canonico. nec Papa secundum eum curauit de iure autenticorum posito in dicto §. neque. tum quia decisio posita in dicto §. neque, videtur dubia, vt patet per prædicta, tum etiam quia si Imperator voluisset reuocare priuilegium quod prius dederat ecclesiis non potuisset, cum priuilegium fuisset datum non subdito per ea quæ notant Innocen. & alij post eum in ca. nouit. de iudi. dicit etiam Abbas in dicto c. inter alia, in 7. colum. in versicu. oppono contra text. in eo &c. & etiam in 12. colum.† quod in hac materia stãdum est iuri canonico, non ciuili, posito quod verum esset quòd ius ciuile aliter diceret, quia non potuit Imperator in dicto §. neque, per suum ius nouissimum præiudicare immunitati ecclesiæ per leges aut canones concessę. Et probatur vltra eum per id quod habetur. 10. dist. in cap. primo. cum duobus seq. vbi nõ potest Imperator per suas leges derogare alicui iuri ecclesiarum, nisi quatenus reperiretur approbatum à canone, vt ibi etiam declarat Arch. & not. Hostien. & Ioan. And. in ca. fina. de solu. & Ioan. Calde. in cap. primo. de oper. no. nun. & no. etiam doc. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitu. ergo Imperator nen potuit per suam legem vel constitutionem derogare immunitatibus concessis per ius canonicum ecclesijs. & hæc (meo iudicio) est vrgens & potissima ratio. ¶ Et quod in hac materia sit standum iuri canonico, & non ciuili, tenet simpliciter Fulgosius in l. fideli. C. de his qui ad eccle. cõfug. & dicit etiam Ioan. Fabri in §. sed hoc tempore, insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. quod quamuis de iure ciuili diceremus homicidam; qui extra ecclesiam deliquit, si ad ecclesiam confugiat posse authoritate iudicis inde extrahi, tamen de iure canonico secundum eum est secus, per iura suprà allegata. & dicit quod dispositio iuris canonici est approbata de consuetudine. & ex his satis apparet responsio ad allegata in contrarium, tamen specialius respondendo dico, quod in primis non obstat id quod habetur in cap. primo. de hom.† quia respondeo quòd ille text. intelligitur in eo qui occidit aliquem per insidias, id est proditoriè, quod est quando aliud verbis & aliud mente gerit, vt nota. in l. prima. ff. de prœua. & l. 4. ff. ad l. Iul. maie. & not. Barto. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pe. cum si. ut si veniens tecum tanquam socius in itinere te percutio. & ita declarat Petr. de Anchara. in d. cap. primo. de ho. & potest esse ratio, † quia propter illam proditionem delictum est grauius, vt probatur in l. prima. C. de malefi. & mathe. vbi grauius est necare hominem veneno quàm gladio, & venenare est species proditionis, vt inquit Iac. But. & Bal. in l. nemo. C. de summ. tri. & Bald. & Salic. in l. cum fratrem. C. de his quibus vt indig. vel secundum Innocen. in d. ca. primo. de hom. ille tex. potest intelligi in altaribus veteris testamenti, quæ non erant tantæ authoritates quantę sunt nostra, & ideo confugientes ad talia altaria non erant tuti. vel secundum eum potest intelligi de publicis latronibus qui insidiabantur in stratis publicis, indigni enim sunt immunitate vt in d. c. sicut antiquitus. & in d. cap. inter alia. vel vt dicit Abb. in cap. primo. de homi. si quis velit intelligere illum text. probare quod occidens hominem ex proposito & confugiens ad ecclesiam debeat inde extrahi, posset procedere secundum dispositionem veteris testamenti, quo tempore non emanauerant leges humanę cõferentes immunitatem ecclesiis, sed postea non. & dicit probari per text. in d. cap. fin. de immu. ecc. per locum a speciali, quia si est speciale in eo qui committit homicidium in ecclesia, ergo in cõtrarium est ius commune in alio. pro quo etiam allegat text. in d. cap. inter alia. vbi confugiens ad ecclesiam quantumcunque graue delictum commiserit, non debet extrahi inuitus, vel etiam secundum eum potest intelligi quod text. in d. cap. 1. velit quod occidens hominem per industriam seu per insidias euellatur ab altari. i. ab ecclesia generali hoc est a communione fidelium per excõmunicationem, & hoc modo dicitur mori. nam vbicunque
7 † in canonibus fit mentio de morte, prout fit in dicto capit. primo. intelligitur de morte ciuili, hoc est de sententia excõmunicationis. & hoc optimè probatur secundum eum in ca. per venerabilem. qui fil. sint legi. vbi lex antiqua incorporata a canone facit mentionem de morte, & intelligitur de morte vt separetur a communione fidelium per sententiam excommunicationis. & hoc dicit procedere in laico occidẽte, in clerio autem occidente dicit, quod text. in dicto cap. primo. in verbo, vt moriatur, posset intelligi. i. vt deponatur & sic de morte ciuili. vel etiam secundum eum posset in clerico intelligi de morte naturali, vt quando homicidium esset ita qualificatum, & non videatur sufficere ipsa pęna depositionis, quia tunc debet tradi curię seculari, vt notatur iuxta ea quę habentur in cap. primo. de his qui fil. occi. & in cap. cum non ab homine. de iudi. alios etiam habet intellectus text. in dicto cap. primo. de ho. quos ibi ponit Ioan. Andr. & Petr. de Anchara. in regula, ea quę. in ver. 19. quæro &c. secundum quos intellectus & quemlibet eorum apparet illum text. in aliquo non
8 obstare.† Præterea quando text. recipit varios intellectus, nõ potest allegari ꝓ decisione alicuius quæstionis, nisi quatenus per alias rationes vel leges comprobetur l. in ambiguo. & ibi not. hoc Barto. ff. de reb. dub. ¶ Non obst. etiam secundum argumentum de d. §. neque. quia aut ille text. non contradicit iuri canonico intelligendo in eo qui occidit in ecclesia vel cemiterio, vt tenuit Host. & alij quos retuli suprà. vel posito, quod contradicat iuri canonico, dico quod in hoc standum est iuri canonico cum tractetur de derogando immunitatibus ecclesiasticis, quibus Imperator derogare non potest, saltem quatenus sunt concessę a iure canonico, vt superius rationibus & authoritatibus opportunè comprobasse puto. Ad
9 tertium † argumentum scilicet, de his quę not. Petr. & Cyn. in d. l. præsenti. dum distinguit an delictum ex proposito sit commissum stimulo naturali, vt in raptu mulieris, & tunc ab ecclesia extrahi non possit, an verò aliter, & tunc secus. respondeo qđ istud communiter damnatur. nam hoc reprehendit Ia. de Bel. in d. §. neque. per id quod habetur in §. si verò. in authen. de mona. ibi humana natura enim quodammodo labitur ad delicta. & per. §. cum igitur. in authent. de non eligen. secundo nub. & in authen. de resti. & ea quę par. §. pen. & fin. bene facit id quod habetur. 12. q. 1. omnis ætas. & quod not. in procemio decretalium, in prin. in glo. quę incipit, & nõ solum. ¶ Præterea distinctio Pet. & Cyn. in d. l. pręsenti. est contra text. in d. c. fina. de immu. eccle. per argumentum a speciali, & contra text. & glo. in d. c. sicut antiquitus. & in d. c. inter alia. & ibi expresè domi. Abb. & Archid. in d. c. id constituimus. ¶ Circa quartum argumentum de eo quod refert Anto. de Butr. in d. c. inter alia, distinguendo inter delicta atrocia, & delicta minima, respondeo prout etiam dicit Abb. in d. ca. inter alia 9. colum. scilicet quod ibi Anto. de But. voluit recitare opinionem quorundam legistarum qui fuerũt locuti habito respectu ad ius ciuile per dictum. §. neque. & dicit quod lectura Ant. de But. super tertio reperitur multùm corrupta, quia eam non publicauit in vita. & quod dicta distinctio est contra casum in d. c. inter alia. ibi dum text. dicit quantum-
10 cunque grauia maleficia commiserit. ¶ Non obstat † quintũ argumentum scilicèt circa opinionem Petr. de Anchara. tenẽtis quod ius canonicum non contradicat illi. §. neque. & qđ ille tex.

ille tex. remaneat incorrectus, adeo quod homicidę & alii ibi specificati possint de ecclesia extrai etiam si deliquerunt extra ecclesiam, quia respondeo ꝙ istud est contra communē opin. & est contra tex. in d.c. de raptoribus vbi raptor mulieris confugiens ad ecclesiam est securus, & tamen est de specificatis in d.§. neque. item quia vt dicit Abb. in d.c. inter illa. alia opinio est contra. c. fin. eo. titu. per argumentum a speciali, vbi probatur quod occidens ex proposito dummodo non occidat in ecclesia est tutus, si ad ecclesiam confugiat. est etiam secundum eum contra tex. in d. ca. sicut antiquitus. est etiam contra notata per Ioan. And. in d.c. 1. de homi. Præterea secundum eū sumus in materia ecclesiastica & animam concernente ac ecclesiarum decorem & priuilegia, & canon specificè disponit ponendo regulam etiam in delictis grauibus cum exceptione aliquorum casuum, vt patet in d.c. inter alia. & in aliis multis iuribus suprà allegatis. ideo non est curandum de iure ciuili aliter disponente, & ideo secundum eum non supplet in hoc ius canonicum per ciuile. & pro hoc dicit se allegare notabile dictum Innoc. in ca. 1. de reb. eccl. non alie. in 6. vbi voluit quod licet ius ciuile multa requirat in alienatione rerum ecclesiasticarum, vt patet in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro. san. eccl. tamen ex quo ius canonicum in hoc statuit pauciora requirendo, standum est iuri canonico, quia statuta ciuilia super rebus ecclesiasticis non ligant ecclesiam, nisi ea acceptauerit. 96. dist. bene quidem. & c. fin. de reb. eccl. non alie. ¶Non obstat vltimum argumentum ꝙ standum sit iuri ciuili in terris imperij, quia supra est responsum, ꝙ imò stari debet iuri canonico disponenti super immunitate ecclesiarum, vt suprà probaui. nec Salic. in auth. si quis. attingit præcisè istum articulum, vtrum statutum sit in terris imperii iuri ciuili, nec aliquid ad hoc allegat, sed simpliciter dicit, nota tu qui es de terris ecclesiæ. & si aliter sensisset opin. sua non procederet, vt supra est probatum. Præterea si vellemus adhærere opinioni Sal. in d. auth. si quis. ipse voluit quod de iure ciuili iudex secularis quando vult delinquentem extrahi de ecclesia, iuxta dicto §. neque debet prius requirere episcopum, qui sibi tradere faciat delinquentem per id quod habetur in d. auth. si quis. & per d.§. neque. ibi dum text. dicit, auxiliabatur autē tibi ad hoc etiam Dei amabiles ecclesiarum defensores &c. nō tamen pono pro cōstanti, quod in hoc vltimo Sal. bene loquatur, nec illa disputatio est hic necessaria attentis supradictis.

11 ¶Circa secundum † dubium scilicet an dicta immunitas habeat locū, quò ad dictas domos monasterii seu dormitorii &c. ero breuior, quia (vt verbo fertur) in hoc non tanta fit dubitatio, & breuiter dico quod sic, per id quod habetur in c. frater, & in c. si quis contumax, & in c. quisquis, & in c. diffiniuit. 17. q. 4. vbi tutus est fugiens ad septa ecclesiæ seu ad porticus quomodocunque adhęrentes ecclesiæ seu ad domos ecclesiæ non longè separatas ab ecclesia, vnde etiā cemiteria gaudent huiusmodi immunitate, c. fi. de immu. ecc. & licèt tex. in d. ca. sicut antiquitus. 17. q. 4. & i d.c. quisquis. & in d.c. diffiniuit. dicat statutum esse ꝙ excepta matrice ecclesia aliæ ecclesiæ inferio-

12 res habeāt per circuitum 30. passus ab ecclesiæ ianuis. & † passus est quinque pedum, & pes est. 15. digitorum, vt per glo. in d.c. sicut antiquitus. & no. per gl & Bar. in l. 3. ff. de verb. sign. & Bald. in l. 1. ff. si quis cautio. tamen illa iura non remouent quin ecclesiæ maiorē circuitum habere possint, quàm ibi exprimatur, secūdum Archi. post Pet. & Hug. in d. ca. diffiniuit. vnde dicunt ipsi ibi & expressius Io. de Fantu. ibidem. & in d. c. sicut antiquitus. quod si ecclesia reperiret occupare de spatio vltra 30. passus, reus confugiens ad ecclesiam, & existēs vltra illos 30. passus non posset de ecclesia extrahi. & ideo concludunt quod dicta iura dicentia tutum esse illum qui est intra 30. passus circuitus ecclesiæ debent suppleri. s. vel plus, si plus de spatio habeat. ar. d.c. quisquis. Et ideò licèt dictus circuitus 30. passuum non sit statutus quò ad ecclesias quæ construuntur in castellis vel ciuitatibus propter angustiam locorum, sed in ecclesiis quæ sunt extra castella vel ciuitates, vt in d.c. quisquis. cum ibi no. per Archi. tamen qua ratione habet immunitatem ecclesia cum suis domibus & porticibus & cemiteriis extra castella & ciuitates etiam vltra circuitum 30. passuum si plus occupat ecclesia, ita eadē ratione ecclesia quæ est intra castella vel ciuitates debet immunitate gaudere, quatenus ędificia prædicta occupare reperiuntur. ¶ Confirman-

13 tur † prędicta per id quod not. Archid. 12. q. 1. nulla. & glo. in c. 1. in verbo exempto. de priui. in 6. vbi dicunt, quod si monasterium, est exemptum, etiam cemiterium & domus & monasterium, atria, hortus & areæ & totus mansus quæ sunt iuxta monasterium, intelliguntur exempta. ¶Est verum ꝙ illud quod ibi not. de horto & areis & toto manso quæ sunt iuxta ecclesiam restringitur per Archi. in d.c. 1. si sunt intra 30. passus quò ad ecclesias inferiores existentes extra castella seu ciuitates vel intra quadraginta passus, quò ad ecclesias matrices existentes extra castella vel ciuitates. si autem essent intra castella vel ciuitatem, non gauderent illa exemptione concessa monasterio, per id quod habetur in d.c. quisquis, & in d.c. sicut antiquitus. tamen in proposito nostro quò ad ea quæ sunt in domibus religiosorum seu in dormitorio non attenditur dictum spatium, vt concludunt pręfati doc. in d.c. diffiniuit, & in d.c. sicut, per prædicta. pro quo etiam bene facit text. in d.l. pręsenti, in princ. ibi dum tex. dicit, ex ipsis ergo locis eorumque finibus &c. per quem dicit ibi Bar. ꝙ ista immunitas concessa ecclesiis de qua tractamus, habet locum nedum pro ecclesiis sed etiam pro locis ecclesiarum circunstantibus ipsi ecclesiæ. & similiter per illum tex. dicit ibi Guido de Suza. & Io. And. in additio. Spe. in titulo de immunitate ecclesiarum

14 in rubrica in fi. † ꝙ si statutum dicit, ꝙ vulnerans aliquem in ecclesia debet puniri in 10. eadem pęna punietur ille qui vulnerauit iuxta ecclesiam pro quo etiam allegant. l. prędiis. ff. de leg. 3. & l. 2. ff. de verbor. significatio. & l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de fun. instr. & si aliter diceremus scilicet quod fugiens ad ecclesiam posset capi in dormitorio vel in aliis locis monasterii pro necessitate naturę deputatis, sequeretur quòd tale refugium ad ecclesiam non esset tutum, cuius contrarium probatur, maximè in d.c. diffiniuit. ¶Cum igitur nō fuerit facta dicta captura rite in ecclesia debet captus restitui pristinę libertati, vt not. Barto. in præal. l. præsenti, in princip. per id quod habetur in l. 1. & 2. ff. de libe. ho. exhi. & sequit Abb. in d.c. inter alia. in antepenul. colum. vbi pro hoc dicit esse bonū text. in cap. miror. 17. q. 4. & pro hoc etiam allegat ea quæ traduntur per Old. in consi. 54. & quę no. per Bart. in l. fi cui. §. fi. ff. de acc. & taliter debet relaxari vt non possit per relaxantem de facili iterum capi, vt not. Barto. in l. 1. §. 1. per illum text. cum seq. ff. de acqui. re. do.

EPITOME.

SI mulier fideiussit cum iuramento, tenetur cum effectu, etiam si aliter non renunciauit Velleiano nec certificata fuit.

CONSILIVM CXLVI.

Allegationes.

Viso themate supralscripto & verbis instrumēti promissionis indemnitatis factę per dictam Beatricē, bre-

1 uiter puto † concludendum dictam obligationem Beatricis

a valuisse,[a] & successiuè hæredes suos teneri non obstante beneficio senatusconsulti Velleiani. moueor principaliter ex iuramento pręstito per dictam dominam in dicta promissione, quo casu etiam posito ꝙ ipsa videretur intercessisse pro alio, s. pro dicto Marco, tamen dictus contractus obligationis firmatur iuramento, sicut firmatur contractus alienationis fundi dotalis, ita concludit Bart. in l. si quis pro eo, in quinto membro. ff. de fideiuss. per id quod habetur in c. cum contingat, de iureiur. & melius probat in c. ex rescripto, & ibi not. doc. post glo. eo. ti. & ibi clarè dicit Ioan. de Imol. ꝙ siue renunciauerit Velleiano cum iuramento, siue simpliciter ꝓmiserit cum iuramento, non iuuatur Velleiano per illum tex. & ita etiā not. ipse in d.c. cum contingat, in quinto membro, & dicit do. Ab. in d.c. ex rescripto, ꝙ non solùm propter iuramētum mulier obligatur vt ibi, verum etiam firmatur contractus fideiussionis iuramento, per not. per Barto. in d. l. si quis pro eo. quod dicit esse bene notandum. pro quo allegat. c. secundū de pac. in 6. cum ibi not. ad idem bene facit quod voluit Ant. de Bu. in c. si diligenti, de fo. compe. circa 6. col. vbi dixit licèt alias mulier intercedens pro alio non obligetur efficaciter nec excludatur a beneficio senatusconsulti Velleiani etiam si renunciasset. l. doli. ver. diuersum. ff. de nou. & ibi not. Doct. & l. si mulier. C. ad Velle. & plenè no. in l. fi. e. ti. tamen fallit in muliere

liere intercedente cum iuramento, quia iuramentum roborat
renunciationem, quia mulier intelligitur propter iuramentũ
venire deliberata per d.c.ex rescripto. & ꝙ tunc non requiri-
tur ꝙ sit certiorata de dicto beneficio, allegat nota. per Archi.
1 in d.c.2. de pac. in 6. ¶ Hoc idem probatur esse verum † per
id quod no. Bar. in l. sciendum, de verb. oblig. in vlti. colum.
in ver. iuxta prædicta quæro reperitur &c, ubi iuxta ibi not.
per glo. uolentem ꝙ si reperitur in instrumento mulierem fi-
deiussisse, non per hoc præsumeretur mulierem Velleiano re
nunciasse & certioratam fuisse, infert Bar. ibi ad quæstionem
si in instrumento reperitur ꝙ minor iurauit non venire con
tra contractum, an videatur renunciasse beneficio restitutio-
nis in integrum, & finaliter cõcludit ꝙ sic, referens se ita con-
suluisse. quia sufficit iurari super facto, vt l. si duo patroni. §.
idem Iul. & §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. & cum Bar. tran-
sit Ang. in d.l. sciendum, in repe. & etiam magis communiter
alii moderni ibi. & ista opin. probatur per text. in auth. sacra-
menta puberum. C. si aduer. vendi, ibi dum dicit tex. inuiola-
biliter obseruari præcipimus. & idem ibi tenet Bart. Ange. &
Mod. & ibi dicunt sufficere ꝙ iuramentũ sit simpliciter præ-
stitum super contractu, & ita etiam tenet Bar. in l. 2. C. de re-
scin. ven. & Bar. & Moderni in d.l. si duo patroni, §. idem Iul.
& do. Abb. in l. pen. de emp. & ven. licet quidã tenuerint con-
trarium, vt referunt Doc. in dictis locis. sed ista opin. videtur
verior per tex. in d. auth. sacramenta, & per d.c. ex rescripto.
& ita etiam tenet Bal. in d.c. ex rescripto. vbi dicit per illum
tex. probari quod quando apponitur iuramentum non est ne
cesse quod mulier renunciet beneficio Velleiani, quia ubi iu-
ratur non est de iuris apicibus disputandum. & idem dicit in
3 minore iurante. ¶ Confirmo superius dicta, † quia in dicto
instrumento dicta Beatrix renunciauit omni suo iuri, actioni
doli mali, in factum, condictioni sine causa, vel ex iniusta cau
sa seu nulla vel falsa indebiti vel per errorem seu pro alio vel
alieno facto omniq; alii suo iuri fideiussorio & beneficio no-
b uarum & veterum constitutionum, & epistolæ diui Adriani,
omnique [b] etiam suo iuri communi, generali & speciali, quo
cõtrafacere vel denuò posset vel vellet modò vel in futurum
aliqualiter aut se tueri quoquo modo. Sed ita est quod di-
cta generalis renunciatio extenditur etiam ad beneficium se-
natusconsulti Velleiani, vt not. Bart. in auth. matri & auiæ. C.
quando mulier tute. offic. fungi possit. in vlt. colum. ver. quæ-
ro quid si non renunciauit secundis nuptiis neque Velleiano
specialiter. &c. & Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de testam.
tute. circa pen. vel antepen. col. in uer. quæro quid si renun-
ciauit secundis nuptiis &c. & idem dicit Sal. in d. auth. ma. &
auiæ. saltem extra casum positum in d. auth. ma. & auiæ. bene
facit quod no. Bal. in l. antiquæ. §. fin. C. ad Velleia. Stantibus
ergo prædictis teneo dictum contractum & obligationẽ mu
lieris valere, nec infringi posse per beneficium senatusconsul-
ti Velleiani, & attento quòd dictus contractus roboratur &
firmatur iuramento secundum Barto. in d.l. si quis pro eo. vt
4 dixi suprà, sequitur † quod illa virtus iuramenti quò ad ro-
bur cõtractus transit ad hæredes dictæ mulieris, vt in c. quam
uis, cum glo. fin. ff. de pac. in 6. & ibi no. Ioan. And. in nouella.
& not. Feder. de Se. consi. 281. incip. Casus talis est statuto ca-
uetur quod donationes, & Bald. in rubri. ff. de iureiur. in fi. &
in l. fi. in 6. colum. C. de pac. & in d. auth. sacramenta. in fi. &
in l. emptione. C. plus vale. quod agi. & Ant. de But. in c. cum
sit generale, de foro compet. & in d.c. cum contingat, sub ter
tio casu in versic. nunquid autem. & etiam in fi. & Ange. in l.
qui superstitis. ff. de acquir. hæredit. vbi per hoc allegat text.
in auth. iusiurandum quod præstatur ab his. §. 1. cum si. nam
obligatio quæ oritur ex ipso contractu firmato debet transire
in hæredes. l. & depositi. l. ex contractibus. ff. de act. & obl. li-
cet quò ad vinculum spirituale animæ & quò ad pœnã periu
rii non transeat ipsum iuramentum in hæredes, vt per Inno.
in c. veritatis, de iureiur. & Ioan. And. in c. fi. de foro compet.
lib. 6. in nouella. cum suis concordantiis. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Valuisse. idem Pau. consi. 8. lib. 2. Auffre. in addit. decisi. Tholo. 37.
Anth. de Petru. repe. l. 1. de iureiur. effec. 10.
b ¶ Omnique. Ego dico ꝙ ista tam exacta & generalis renunciatio præ
sertim in persona captioni obnoxia tantum ferè stipulatori nocet
quatum prodest, tum quia stipulator videtur sibi diffidere & ali-
quid sinistri ex his quæ renunciatur subesse, quia maiorem inductio
nem & captionem renunciantis arguit.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ex falsa causa est nullum.*
3 *Hæreditatis petitio datur contra possidentem titulo nullo vel putatiuo.*
4 *Cohabitans cum aliquo presumitur scire an sit furiosus.*
5 *Gestum an præsumatur tempore furoris.*
7 *Furiosus semel certis mensibus, semper talis præsumitur. num. 10. 12. & 14.*
9 *Decreto statur de curatore tanquam furioso dando.*
11 *Damnatus semel de falso semper repellitur a testimonio.*
13 *Confessio mariti dotis rectè præsumitur animo donandi.*
15 *Testes affirmantes furorem præferuntur, in quo debent reddere rationem etiam interrogati. nu. 16.*
17 *Opinio communis non operatur in substantia actus.*
20 *Testes singulares probant furorem.*

CONSILIVM CXLVII.

Viso themate & dubiis & attestationibus vtriusque par
tis & instrumento dationis curatoris in persona di
cti Sẽpronii vt furiosi, & prouisione facta per dominos prio-
res & alios de regimine, prouidentes ꝙ dictus Sempronius vt
furiosus esset sub regimine officialium pupillorum: præsup-
pono pro indagatione veritatis eorum de quibus quæritur;
1 ꝙ † adiudicatio & decretum [a] facta seu factum ex falsa causa
a puta pro debito non vero super quo nulla alia præcessit diffi
nitiua sententia, est ipso iure nulla & nullum. l. 1. §. hæc ver-
ba. ff. ne vis fiat ei. l. cum verò. §. subuentum. ff. de fidei. li. l. 3.
§. puberi. ff. de carbo. edic. l. magis puto. §. pen. ff. de reb. eo. l.
Seiæ egressæ. & ibi not. maximè per Bart. & l. tutor si fuerit. ff.
de tut. & cu. dar. ab his: plenè per Bart. in l. iustè. ff. de acquir.
pos. bene ad propositum nostrum no. Bar. in l. Fulcinius. §. 2.
in fi. ff. quib. ex cau. in pos. eatur. & per alios in l. 2. C. quando
prouo. & per canonistas in c. 1. de re iudi. cum si. vnde si osten
detur ex infrascriptis do. Beatricem non fuisse creditricem;
& nihil sibi debitum fuisse ex allegato contractu dotis, tan-
quam nullo & facto a demente vel furioso. sequitur quod il-
la adiudicatio seu decretum adiudicationis erit nullũ, & pote
rit dici nullum si statutum de quo succinctè in puncto fit ali-
qualis mentio non obstet: quod statutum non vidi: quia non
est transmissum, & fateor ꝙ in dubio tale statutum disponens
quod postquam decretum adiudicationis transiuit in rem iu
dicatam non possit audiri debitor vel eius hæres, prout est di
ctus Titius non obstaret dicto Titio: quia decretum adiudi-
cationis interpositum ex falsa causa nunquam transit in rem
iudicatam tanquam nullum, vt dictis iuribus. Præterea si sta-
tutum dicit ꝙ debitor vel eius hæres non possit audiri, non
posset habere locum in casu nostro: quia nec d. Titius nec au-
thor eius, id est Sempronius nuncupatus reus fuerunt debito
res, stante ꝙ d. Sempronius tempore dicti asserti contractus
2 dotis esset furiosus, de quo infrà dicetur: & sic † verba statuti
non possent adaptari ad casum nostrum: ideo nec eius dispo-
sitio debet locum habere. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. ita au
tem. in prin. ff. de admi. tut. c. ad nostram, el iij. de iureiur. c.
indemnitatibus. §. pen. de elec. in 6. facit. l. diuus Traianus. &
quod ibi Bar. cum suis concor. ff. de mili. test. accedit: quia sta-
tutum debet interpretari secũdum ius cõe saltem ne quis in-
debitè damnum patiatur. l. 2. C. de noxa. l. quãuis. ff. de in ius
vo. c. cum dilec. de consuet. plenè declarat Bart. & alii in l. oẽs
populi. in 6. q. principali. ff. de iusti. & iur. & in l. non dubiũ.
3 C. de legi. ¶ Secundò præsuppono † quod petitio hæreditatis
põt dari ꝯ possidentem cũ titulo nullo, seu cum titulo qui hr̃
ꝓ nõ titulo: vt quia sit inualidus. l. nec vllã. §. j. & 2. ff. de peti.
hære. & no. in l. 2. C. eo. tit. etiam si ille titulus nullus esset ac-
quisitus concurrente errore et iusto & probabili: quia titulus
putatiuus acquisitus & causatus ab errore iusto, licet tribuat
iustam causam ad vsucapiẽdum. l. Celsus. ff. de vsucap. l. quod
vulgo. ff. pro emptore, tamen non operatur quod contra ha-
bentem talem titulum non possit agi petitione hæreditatis an
tequam vsucapio vel præscriptio sit completa: sed postquam
est

eſt completa verum eſt, quod non poteſt agi contra eum peti
tione hereditatis, vt eſt glr. no.quam ad hoc ibi ponderat Ba.
in l. 1.in prin.ff.quo.bo.& glo.in l.Iulianus,in prin.aliàs in-
cipit,non ſolū,[a]& ibi no.Bar.ff.qui.ex cau.ma.& gl.& ibi cla-
rius Bald.in rub.C.quo.bo.& glo.in l.pro hærede.ff.de peti.
here.ita intelligitur glo.in l.fi.ff.pro legato. ſecundum Ang.
ibi qui intelligit, quod poſtquam vſucapio eſt completa per
eum qui vſucapit rem mobilem titulo pro legato, non poſſit
dari petitio hæreditatis,ſed antequam ſit completa ſic.& hoc
clarius voluit gl.in l.hereditatem.C.quib.non obſt.long.tēp.
præſcript.hoc clarè firmat Iac.But.in l.1.C.quo.bo.& Io.Fa
bri.inſti.de interdi.in §.ſequens.& Bal.C.de edic.diui Adri.
in l.fi.in 15.oppo.in verſic.aduerte &c.& Ange.in conſi.84.
inci.In cauſa prædicta &c. & ſecundum iſtam diſtinctionem
ſaluatur glo. in d. l. nec vllam.& præſertim in caſu noſtro in
quo iſta mulier non videtur habere titulum adiudicationis
cauſatum ab errore iuſto,quia ſi ipſa contraxit matrimonium
4 cum iſto, † & per conſequens ſecum conſuetudinem habuit
veriſimiliter præſumitur certiorata cuius conditionis fuerit
iſte Sempronius. & ſic ſi erat furioſus tempore contracti ma-
trimonii preſumitur ſaltē ex poſt ipſam ſciuiſſe. ar.l. Octaui.
ff.vnde cognati.& l.de tutela.C.de in inte.reſti.& l.ſi vicinis.
C.de nup.& l.ſi ita.§.fi.ff.de fun.inſtr c.quoſdam.& c.quan-
to,de præſum.& in propoſito declarat Barto. in l.2.§.ſi a pu-
pillo,ad fin.ff.pro emp.& ſic debuit ſcire ꝙ ille contractus do
tis celebratus fuerit nullus, & pro dicta opinione quod peti-
* tio hereditatis detur contra poſſidentem titulo putatiuo* fa-
cit optime,quia tunc ceſſat ratio reddita per Bar.& alios in l.
pro hærede.ff.de peti.here.dum dicunt ꝙ ideo non datur pe
titio hæreditatis contra titu. poſſidentem, quia in pari cauſa
potior eſt conditio poſſidentis, nam hic cauſa eſt diſpar,
quia agens habet verum titulum. ¶ Tertiò preſuppono,
quòd ille contractus dotis confeſſatum celebratus (vt dici-
tur)per dictum Sempronium,non valuit, ſi Sempronius tūc
erat furioſus.c.dilectus,de ſponſa.l.furor.ff.de ſpōſa.l.in ne-
gotiis.ff.de reg.iu.l.2.in prin.cum ſi.C.de contrahen. empt.
¶ Iſtis præſuppoſitis videndum reſtat, an dictus cōtractus qui
fuit celebratus anno 1418.& die 6.Decembris intelligatur eſ
ſe factus tempore furoris adeò quod ſit nullus ſtantibus pro-
bationibus vtriuſque partis in cauſa factis, in quo videretur
prima conſideratione dicendum ꝙ ſic, quia videtur probatū
per plurimos teſtes pro parte dictę dominæ Beatricis ꝙ iſte
Sempronius tempore dicti contractus nō erat furioſus.& ſtā-
dum eſt maiori numero teſtium.l.ob carmen.§.fi. ff. de teſti.
c.in noſtra.& ibi plenè not.extra de teſti.¶ Prætereà dato ꝙ re
ducendo ad concordiam dictos teſtes vtriuſq; partis iuxta. c.
cum tu. de teſti.poſſet dici ꝙ Sempronius quandoq; eſſet de-
mens & quandoq; eſſet extra dementiam,& ſic haberet dilu-
cida interualla, tamen dictum contractum facere potuit ille
qui habet dilucida interualla ſi non appareat ꝙ tēpore actus
celebrati erat in furore,quamuis vt furioſus curatorem habe
ret.l.pe.C.de cura.furio.l. 2.in fi. C.de contrahen.emp.l. fu-
5 rioſum.C.qui teſt.face.poſ.l.2.ff.de teſta.¶ Accedit † qđ not.
Bal.in d.l.furioſum.C.qui teſta.fa.poſ.vbi quærit, quid ſi nō
apparet an actus fuerit celebratus tempore furoris,an in dilu
cidis interuallis, & concludit ꝙ aut tēpus celebrati actus erat
vicinum tempore furoris, aut erat ab eo multum remotum
primo caſu refert aut qualitas depoſitionis actus arguit ma-
gis ad partem ſani cōſilii,vt quia eſt celebratus ille actus, pro
ut conuenit cuilibet homini ſanæ mētis, & preſumeretur tūc
fuiſſe ſani intellectus,ſi autem his contraria diſpoſuit,preſu-
meretur non fuiſſe ſanæ mentis.l.pen.ff.de cōd.inſti.l.is qui.
ff.de tut.&cura.dat.ab his.l.Titia.ff.de inof.teſt.l. patronus.
§.fi.cum ſi.ff.de leg.3.& ſi in illo actu celebrato permiſſa ſunt
ea quæ ſapiunt furorem.& ea quæ non ſapiunt, tunc omnia
ſunt nulla,per illam.l.furioſum,vt ibi dicit Bald.& Ang. ¶ Se
cundo verò caſu principali quando apparet ꝙ tempus celebra
ti actus erat multum remotū a tempore furoris, tunc ille qui
ſemel eſt furioſus,non preſumitur ſemper eſſe furioſus,maxi-
mè ſi eſt probatum, ꝙ medio tempore fuerit qualitas furori
contraria ſecundum Old.vt refert Bald. in præal.l.furioſum.
Sed ita eſt ꝙ in dicto inſtrumento contractus dotis nihil vide
tur contineri, quod non conueniat homini ſanæ mentis, &
etiam non fuit celebratus ille contractus tempore vicino fu-
rori, vt probat per teſtes dominæ Beatricis, ergo nihil obſtat
6 quin dictus cōtractus valere potuerit.¶ Bene facit † quod no.
Bar.in ſuo pleniore tractatu de teſte,in c.incipiente,oppoſita
prudentiæ quod ſi conſtat furioſum habuiſſe dilucida inter-
ualla, & dubitatur an actus geſtus fuerit in quiete & ſanitate
an in furore, tunc ſecundum Bar.dicendū eſt quod ipſe actus
hoc oſtendit.quid enim ſecundum eum ſi matrem vel filium
vel coniunctum offendit? certè talis actus oſtendit ꝙ in quie-
te & in ſanitate conſilii non fuerit.ſed ſi actum fecit quē quiſ
que diligens feciſſet, oſtendit ille actus eum in mentis quiete
fuiſſe.Subdit etiam ibi Bar.quid ſi multa verba ordinata pro-
ferebat inter quæ aliqua fatua inſeruit? certè in toto illo actu
fatuus præſumitur.alleg.l.pe.ff.de condi.inſti.vbi fatuus iudi
catur ille,qui poſt actum inſtitutionis hæredis dixit velle cor
pus ſuum in mari proiici.bene facit quod refert Bal.in c.1.in
princ.in tit.per quos fiat inueſti. vbi teſte Valerio dicit teſta-
mentum cuiuſdam furioſi fuiſſe per ſenatores approbatum,
quia rectè diſpoſuerat.Præterea non videtur ꝙ releuet proba
tio facta per teſtes dicti Titij, quia videntur eſſe ſingulares in
probatione actuum furoris, & per conſequens non dicuntur
ſufficienter probare.c. licet cauſam de proba.ca.bonę.el j. de
elec. 3.q.9.teſtes.& cap.nihilominus. ¶ Sed his non obſtanti-
7 bus † puto in propoſito contrarium eſſe verius,moueor quia
ille qui certo tempore fuit furioſus præſumitur in poſterum
b fuiſſe furioſus,[b] niſi contrarium legitimè probetur, vt eſt glo.
iuncto tex.3.q.9.indicas.in verbo,oſtenderis,& glo. in c. fin.
in verbo,compotem.de ſucceſ.ab inteſt.quam ibidem ſequū-
tur Inn.Io.And.Ant.de But.& Abb.Sicu. illam glo. ſequitur
Io.And.in addi.Spe.in tit.de proba.§.probare.ſuper ver. po-
ne quidam erat furioſus.& Domini. de ſancto Gemi.in c.1.§.
ſi verò,de cle.ęgro.li.6.& etiam Sali.in d.l.furioſum.& Ioan.
de Imol.in c.dudum.in 6.colum.de præſum.& canoniſtę ma
ximè do.Car.Floren.& Ioan. de Imol.in c. cum inter canoni-
cos.de elect.& Paul.de Liaza.in cle.1.de homi.vbi pro hoc al
legat id quod habetur in c.ſemel malus de regu.iur.in 6.& il
lud quod ibi no.Dyn. dum dicit ꝙ accidens quod eſt contra-
rium naturæ vel preter naturam,tollit effectum preſumptio-
nis ipſius naturę,& illa doctrina Dyn. procedit ſecūdū Paul.
de Liaz.in d.clem. 1.in accidenti durabili ſaltem aptitudine,
vt eſt accidens dementiæ & furoris, alias autem contra natu-
ram nō præſumeretur duratio ipſius accidentis. allegat id qđ
not.per Inno.compo.& Abbatem antiquum in d.ca.cum in-
ter canonicos bene facit quod not.glo.in d.c.cum inter cano
nicos,in verbo recuſatus,quam ibi ſequunt omnes, quæ vult
ꝙ paſſiones huiuſmodi.& morbi tales preſumuntur durare,
niſi probetur contrarium,& maximè in modo furoris,qui nō
conſueuit de facili recedere,ſecundum do. Cardinalem & Io.
de Imol.ibi allegant not.per gloſſ.in d.c.indicas.& in d.c.fin.
Iſtud rectè intuenti voluit Barto.in l.ſecunda ad fin.ff.de bo.
poſſ.furio.& infanti delata.nam Barto.ibi vult quòd ſi proba
tur quem certo momento puta tali die fuiſſe ſurdum vel fu-
rioſum, nō per hoc ſequitur quòd in poſterum fuerit ſurdus
vel furioſus,quia illud potuit contingere propter aliquod ac-
8 cidens.l.nutu,in princip.ff.de lega.3.vnde ſecundū Bar.† de-
bet probari quem fuiſſe furioſum aliquo certo tēpore ſeu ali-
quibus menſibus,non autem ſemel ſeu vnico momento, vt po
ſtea preſumatur in poſterum furioſus.allegat.l.1.ff. de cura-
tore fur.iuncta.l. pretia rerum.ff.ad l.fal. vbi ad probandum
quod res pura ſtarium frumēti valuit 20.ſolidis iſto anno nō
ſufficit probare,quod vna die iſtius anni venditum fuit 20.ſo
lidis,ſed oportet probari,quod per plures dies venditum fuit
communiter 20.ſolidis, vt etiam declarant doc.in d.l. pretia.
& ſic vult in effectu Bar.ꝙ ſi probatum eſt quem fuiſſe furio-
ſum certis mēſibus preſumatur in poſterum furioſus. Sed ita
eſt quod probatum eſt,quod ſaltem de anno 1418.& per illū
annum & etiam ante & poſt dictus Sempronius erat furioſus
& demens faciendo actus furoris & dementię vt probant, ma
ximè Petrus,Dominicus,& aliqui alii teſtes, & quod eſt publi
ca vox & fama ꝙ ita erat furioſus per tempora de quibus in
c.probatur etiā hoc per teſtes tres vel quatuor,qui deponunt
quod de anno 1415. per duos menſes & vltra viderunt eum
eſſe furioſum, & tunc ſibi vt furioſo datus fuit curator, &
9 † pro tali decreto iudicis decernētis curatorem furioſo pre-
c ſumitur,[c] vt no.Spe.in tit.de emp.& vendi.§. nunc dicēdum.
el j.

el j.ver.hoc quoq;.cum ver.seq.& Bal.in addit.Spec.in ti.de ap.in 15.colu. & Bal.in l.qcũq;.C.de bo.quæ li.& in l.nõ aliter.ff.de adop.& in l.fin.C.de præd.mi.& in l.quæcunque.§.fina.ff.de publicia.& in l.cum hi.§.prætor.ff.de transl.arg.l.i.C.de prædiis curia.li.10.l.manumissio per lictores. ff. de manu.vindi.l.ab ea parte.in fi.ff.de prob.l.2.C.de offici.iudi.ca. accepimus.de æta.& quali.c.in præsentia, de renunt. cum si. & in specie bene facit quod no.Bal.in l.cum te. C. de proba. & in l.2.§.quod obseruari.in 5.colũ.C. de iura. colũ. & in l.idem fieri.ff.de test.tute.& Ange.in d.l.cũ te.C.de proba. vbi dicunt, ꝙ licèt aliàs habeamus ꝙ illi incumbit onus probandi, qui se fundat ex ætate, tamen fallit in eo qui pro se adducit decretum iudicis per quod apparet tali datum esse curatorem vt minori,quia tunc præsumitur ꝙ fuerit minor,& onus probandi cõtrarium semper incumbit aduersario.¶ Compro
10 bantur prædicta † per ea quæ not.Petr.Anch.in cle.1.de homi.vbi dixit ꝙ si probatum est quem fuisse aliquo tempore furiosum,& ex aduerso probatur ipsum postea fuisse sanæ mentis,non sufficit hoc ad validandum actum gestum a tali, nisi probetur fuisse sanæ mentis in actu gesto, quamuis probetur quod ante actum gestum fuerit sanæ mentis post furorem. & ita dicit se obtinuisse.allegat in simili nota.per Dyn. in reg. semel malus.idem etiam tenet d.Card.Flo.d.cle.1.in 3.colũ. de homi.vbi dicit quod si agebatur ex cõtractu mutui,& opponitur ꝙ debitor tempore contractus erat furiosus, & replicetur ꝙ habebat dilucida interualla, quod probato de furore ante contractum infringitur contractus. nec sufficit ad sustinẽdum contractum ꝙ probetur de dilucidis interuallis, nisi specialiter probetur ꝙ tempore contractus erat sanæ mentis. allegat notata per glo.in d.c.indicas.& not.per Dyn.in d. ca. semel.& ita refert se consuluisse, vnde istæ decisiones videtur decidere casum nostrum.nam apparet ꝙ etiam de anno 1415. Sempronius erat furiosus, vt apparet ex decreto dationis curatoris facto causa cognita & cum examinatione testiũ hoc probantium. & ad hoc non cõtradicunt testes partis aduersæ,saltem in sufficienti & æquiuallenti numero, vt etiã apparebat ex his quæ dicam infra impugnando testes rei seu eorum dicta. & etiam apparet ꝙ anno 1418. magnifici domini priores artium, vexillifer iustitiæ vna cũ aliis consiliariis solenni deliberatione præmissa firmarunt ꝙ iste Sempronius velut furiosus esset sub cura & administratione officialium pupillorum per quod etiam apparere intelligitur ꝙ tunc erat furiosus,per ea quæ dixi supra,de præsump. decre. oporteret ergo ad hoc vt sustineretur instrumentum contractus dotis ꝙ esset probatum ꝙ in illo instanti quo dictus contractus fuit celebratus, fuisset sanæ mentis in ipso actu dictus Sempronius, sed hoc non est probatum per testes partis aduersæ,quia illi testes nõ deponunt se interfuisse contractui dotis excepto primo teste, cuius dictum non obstat, tum quia in illo dicto est vnicus & singularis.cap.in omni,de testi.& l.vbi numerus.ff.de testi.tũ
11 quia dicitur eum fuisse condemnatum de falso de anno 1423. licet postea reperiatur cancellatus per gratiam.Sed ita est † ꝙ semel condemnatus de falso repellitur a testimonio.l.3.§.lege Iulia.ff.de testi.iuncta.l.1.cũ ibi no.ff.de pub.iudi.c.testimonium.de testi.ca.1.de exce.& si reperiatur ꝙ postea fuerit sibi concessa indulgentia, oportet videre an sit concessa simplex indulgentia,& ob illam causam fuerit cancellatus,& tunc nõ intelligatur restitutus ad famam,adeò ꝙ possit esse testis l.generalis.C.de senten.pass.aut fuit concessa indulgentia nõ simplex sed per viam restitutionis.aut per verba æquipollẽtia, & tunc aliud esset,vt l.1.eo.titu.secũdum quod plenè distinguit Barto.in l.fin.in vlti.colum.post Cy.e.ti.& Bart.in l. non solum.§.fina.ff.de procu.& in l.1.§.si quis vltro.ff.de.quæstio. & per Bal.in d.l.generalis.& in repe.l.cũ mulier.ff.solu. matrimo.& in l.si qua pæna.ff.de his qui sunt sui.& in l. emanci
12 patione.C.de si instr.& doc.maximè Pau.de Liaza.in cõmento.d.c.testimonium.Ioan. † de Imol.in hac materia in l.qui testamento.§.nec furiosus.ff.de testa.& in l.2.§.fi.de ver.obl. dicit ꝙ glo.in d.c.indicas vult ꝙ sufficiat probare quẽ semel fuisse furiosum ad hoc vt præsumatur posteà fuisse furiosum tempore actus postea gesti, tamen secundum eum Bart.in d.l. 2.ff.de bo.poss.furioso & infanti delata,tenuit contrarium vnde ipse concordat opiniones,ꝙ aut actus fuit gestus ex interuallo saltem lõgo post tempus quo probatur eum fuisse in furore,& tunc incumbat onus probandi ei qui allegat ꝙ erat in furore tempore actus gesti.& ita procedit opin.Bart. aut non intercessit dictum interuallum saltem longum & tunc præsumatur fuisse in furore tempore actus gesti.& ita procedat tũc opi.dictæ glo.arg.l.si ventri.§.in bonis.ff. de priuil. cre. cum ibi no.& c.officii.de elec.cõsiderandum est igitur quod Bart. in l.2.de bo.pos.furio.& infan.dela.tunc demum vult quod non sufficiat probasse quem fuisse furiosum ante cõtractum, quando probatur quod certo breui momento fuit furiosus. & ita intelligitur concordia Ioan. de Imo.in dictis locis dum allegat ipse ꝙ Bar.vult ꝙ non sufficiat probare ꝙ quis aliquo tempore fuerit furiosus vt in posterum præsumatur.sed vbi ꝓbatur ꝙ quis fuit certis mensibus furiosus, tunc non video ꝙ aliquis in hoc reprehendat Bart. volentem quod præsumatur posteà furiosus.nam Bald.in d.l.furiosum, loquitur quando probatur quod quis semel tantum fuit in furore,quo casu nõ præsumitur quod postea sit furiosus,quod etiam fatetur Bar. sed quando probatur quod per aliquot menses laborauit tali morbo,tunc Bald.non contradicit Bar.plus dicunt Ang. Ful. & Pau.de Cast.in d.l.furiosum, quod siue de proximo siue ex interuallo a furore appareat fuisse celebratum actum, debeat attendi qualitas actus,quia aut erat actus conueniens homini sanæ mentis,& præsumatur sanæ mentis, secus si non homini sanæ mẽtis.l.si.C.de hær.inst.& si verba erant mista,ita qđ poterant conuenire furioso & homini sanæ mentis,tunc præsumitur in dubio illum tunc fuisse furiosum,per id quod habetur in l. pen.ff.de condi.institu.ita dicit Ange. in d.l.furiosum.¶ Cui autem magis dicatur conuenire ille actus cõfessionis dotis cum de actuali sceptione non appareat, an homini sanæ mentis an non sanę mentis, videtur quòd potius homini non sanæ mentis,cum potius tẽdat ad dissipationem.l.prima.§.si mutuam.in fin.ff.si quid in frau.pat.iuncta.l.is cui.in fi.ff.de tut.& cu.da.ab his.& l.prima.in prin.ff.de cur.fur.&
13 præsertim in confessione facta † ex causa dotis per maritum, quæ in dubio videtur facta animo donandi.l. prima. cum ibi not.per Bald.C.de dona.ante nupt.& Ioan.And.in addi.Spe. in titu.de dona.inter vir.super rubrica ad fin.& Ioan.de Imo. clarè in l.si constãte,in princi.in antepen.colum.ff.solu.mat. vbi hoc dicunt esse verum etiam ante contractum matrimonium.& rectè intuenti hoc etiam vult Bal.in rub.C.de priui. dotis.circa 3.colum.dum dicit quod si maritus cõfitetur dotem recepisse & renunciat exceptioni non numeratæ dotis, illa renunciatio est quædam donatio.l.si quis delegauerit.ff.de dona.vnde an valeat vt donatio distinguitur,an fuerit constãte matrimonio an ante.bene faciunt not.per Barto.& alios in l.si diuortio,cum suis cõcor.ff.de ver.ob.& sic apparet quod iste actus potius conuenit homini non sanæ mentis,cũ sit donatio & dilapidatio propterea etiam si talis actus gestus fuisset ex interuallo longo a tempore quo probatum est eum fuisse furiosum,adhuc præsumeretur eum fuisse tunc furiosum, secundum Ang.Fulgo.Pau.de Castr.& Ludo.Roma.in præalle.l.furiosum,argu.d.l.penulti.de condi.institu.& l.his qui.
14 §.fina.de tuto.& cura.da.his.¶ Et per prædicta † satis apparet responsum ad allegata in contrarium,nam nõ obstat quod testes plures partis aduersæ conẽtur probare quod anno 1418. & die sexta Decembris quo die fuerunt cõtracta sponsalia inter dictum Sempronium & dominam Beatricem, & qua die fuit facta dicta confessio dotis & tempore factæ dictæ confessionis dotis dictus Sempronius erat sanæ mentis,quia respondeo quod constat quod ante cõfessionem dotis erat furiosus non solum vno instanti sed per menses & vltra, vt ostensum est suprà & qui vult sustinere contractum ab eo factum vt validum, oportet ꝙ probet quod in illo instanti quo factus est contractus,erat sanæ mentis, quia præsumitur tunc fuisse furiosus,vt probaui; licet ergo plures testes deponerẽt quod eo die quo fuit facta confessio dotis esset sanæ mentis,tamen nõ sequitur quod in illo instanti quo fuit factus contractus dotis esset sanæ mentis, vnde ista probatio non concludit,nisi testes deponant se interfuisse contractui dotis & cognouisse tũc per tales & tales actus inferentes sanam mentem ꝙ ipse erat sanæ mentis,& per consequens dubia probatio seu non concludens,nõ releuat,c.in præsentia,de proba.l.neq; natales. C.de probat.nulli autem sunt testes qui dicant se interfuisse contractui dotis,nisi vnus qui non probat, vt dixi supra. ¶ Præterea

15 rcà † testes actoris deponunt affirmatiuè de actibus furoris,
quos uiderunt, testes uerò partis aduersæ dicunt ꝙ uiderunt
& audiuerunt illum respondere ad interrogata & ad proposi
tum &c. & quod non uiderunt eum facere actus furoris: &
non dicunt ꝙ non potuisset facere actus furoris quin ipsi vi-
dissent. quo casu ad probandum illum non fuisse furiosum,
saltem per dilucida interualla, non sufficit deponere, prout
deponunt testes rei deponentes negatiuè ꝙ non uiderunt eũ
facere actus furoris, cum non adiiciant illa uerba ꝙ non po-
tuissent Sempronius facere illos actus furoris quin ipsi uidis
sent. ita est in effectu doctrina Bart. & aliorum in l. hæredes
palam, in priu. in uersi. ult. hæc lex. &c. ff. de test. circa intelle
ctum gl. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. & not. Inn.
in c. quid per nouale, de ver. sign. & glo. notabilis, in ca. 1. in
gl. fi. de præscr. in 6. & glo. in §. sin verò absunt, in auth. de hę
red. & Sal. & Io. And. in c. ex tenore de testi. & Bal. in c. 1. de
contentione inter me & dominum. & in l. actor. post Cy. C.
de prob. & in l. cũ hi. §. 1. ff. de transl. & in l. 1. C. de bo. pos. se
cundum tab. & Ang. & Mod. in l. si binæ. ff. de iniust. testa. fa-
cit quod no. Bar. in l. j. §. si quis neget. ff. quemadmod. testa.
ape. ita ꝙ isti testes rei deponentes super negatiua furoris nõ
videntur contrariari nec præualere probationibus actoris su
per affirmatiua furoris. pauci etiam sunt inter testes rei qui
deponant de sana mente Sempronii, de an. 1418. die 6. Decẽ
bris vt patet in depositione Mariotti Bartoli, & in depositio-
ne Barth. Stephani. & licet iste videatur dicere ꝙ ipse cogno-
uit Sempronium de an. 1409. vsque in tẽpus mortis, & quod
semper cognouit eum sanæ mentis, tamen nõ reddit causam
scientiæ aliquam concludentem ꝙ esset sanæ mẽtis de dicto
16 an. 1408. & mense Decembris, † nam quando testis deponit
circa ea quæ percipiũtur intellectu potiusquàm visu vel alio
sensu corporis, vt quãdo deponit quem esse furiosum vel nõ,
d requiritur quod etiam non interrogatus reddat causam [d] di-
cti sui concludentem, vt no. Bal. in l. solam. C. de testi. & Bal.
& Mod. in d. l. furiosum per not. per Inno. in c. cum causam,
de testi. sed iste testis non deponit per aliquam causam scien-
tiæ quod cognouerit Sempronium esse semper sanæ mentis,
nisi quia dicit ꝙ cognouit eum semper esse sanæ mentis, & ꝙ
ipse nunquàm vidit eum facere aliquem factum furiosum.
interrogatus in causa scientiæ, dicit se audiuisse. certè iste te-
stis non probat concludenter saltem respectu dicti temporis
nec ante, quia vt dicit Sal. post Bal. in d. l. solam, in 2. vel 3. co
lum. quando tractatur de probatione super furore vel alia si-
mile re, quæ percipitur intellectu, non creditur testi, nisi red-
dat causam dicti sui talem per quam colligitur eum non erra
re, sed verum dicere. & dicit Bar. in l. si is qui. §. diuus. ff. de
tut. & cura. da. ab his, quod quando testis interrogatur de ali
qua qualitate animi alicuius, debet testificari per actus exte-
riores quos vidit, per illum tex. & notat in proposito Bal. in
l. 2. ff. de testam. vbi dicit ꝙ sanitas mentis non percipitur vi-
su vel auditu, sed iudicio rationis, sed iste non exprimit quo-
modo cognouerit istum esse sanæ mentis, nisi quia dicit ꝙ
non vidit eum facere actum furiosum. certè istud nõ conclu
dit, quia potuit esse quod fecit actus furiosos & iste nõ vidit,
cum non dicat Sempronium non potuisse facere actus furio
sos, quin vidisset, vt dixi suprà, quinimò si testis deponeret su
per tali negatiua non coarctata loco & breui tempore præsu-
meretur falsum deponere. c. cum ecclesia, cum ibi no. per In-
no. extra de causa pos. & licet postea super interrogatoriis re-
spondeat quod vidit illum respondere bene ad propositum,
tamen non deponit ibi quo tempore hoc viderit, licet præce-
17 dentes responsiones sint tutiores. ¶ Non obst. etiam qđ † iste
testis & plures alii dicunt quod ita tenebatur & reputabatur
sanæ mentis, quia respondeo, quod in hoc non attenditur cõ
munis opi. licet enim illa attendatur in his quæ concernunt,
solemnitatem actus, vt l. 1. C. de testa. l. Barbarius. ff. de offic.
præto. tamen non operatur in his quæ concernunt substãtia-
litatem. vnde si communis opi. erat qđ pater Titii esset mor-
tuus, vel quod Titius esset emancipatus, & apparet quod nõ
ita erat, an valebit testamentum factum à Titio tanquam ab
homine sui iuris? certè non, ita decidit Bal. in l. 2. C. de sen.
& interlo. om. iud. per l. post mortem. ff. de adopt. & per alia
ibi allegata per eum. cum ergo testes actoris, dicant de veris
actib. furoris qui ẽt censebantur inesse tpe cõtractus, vt pro-
baui, debet illud attendi, & non quod reputaretur furiosus. &
attendatur etiam ꝙ iste testis non deponit ꝙ de ann. 1415. iste
Sempronius reputaretur furiosus, quia capitulum ad quod
se refert testis non concludit necessario de illo tempore, li-
cet dicat capitulum de anno 1418. & ante, per no. per doct.
in c. licet causam, de proba. & per Bar. in l. Celsus, cum vulga-
tis concor. ff. de vsucap. hoc dico vt intelligatur ꝙ iste testis,
non contradicit testibus receptis de anno 1415. quando fuit
datus curator Sempronio. Paulus Raynerii alius testis etiam
dicit ꝙ non vidit eum facere actus furiosos, & quod a pueri
tia eum cognouit vsque ad tempus mortis, & ꝙ bene respon-
debat interrogantibus, tamen (vt dixi) non excludit quin po-
tuerit facere actus furoris. Prætereà, posito quod iste aliquid
probaret, tamen quo ad tempus pueritiæ Sempronii & abin-
de postea continuè est singularis, & sic non probat. Cechus
Antonii alius testis nihil probat, quia deponit de tempore re
moto a contractu dotis & post cõtractum dotis. & similiter
deponit Dominicus Bartoli. Zenobius alius testis deficit in
probatione negatiuæ, quia dicit quod non vidit eum facere
actus furoris. & sic non probat contra probata per actorem,
vt dixi. & ita etiam in hoc deficit Marcus sequẽs testis Chri
stophorus alius testis non probat. quia non deponit de tem-
pore contractus dotis sed longè posteà. ita etiam facit sequẽs
testis, scilicet Bastianus & Pierus Bernardi & Dominicus Pie
ri. Bartholomæus alius testis etiam deficit in probatione di-
ctæ negatiuæ sicut faciunt plures alii, vt dixi. Ioannes Domi-
nici deficit in tempore prout faciunt multi alii ex dictis testi
bus. Dominicus Saluii alius testis non probat, quia dicit, ꝙ
sunt anni 45. a dicto tempore citra vel circa ꝙ cognouit Sem
pronium & quod in veniendo Florentiam & inde redeundo
ad villam multoties obuiauit Sempronio & secum semper lo
quebatur & visum fuit quod esset homo sanæ mentis, quia re
spondebat ad propositum. nam si iste testis est examinatus de
anno præsenti 1464. vel etiam de anno 1463. non inducit ne
cessario tempus celebrati contractus. ¶ Minus probat Franci-
scus Bartoli, qui deponit de tempore remotiori a contractu
dotis & solum post contractum dotis. & ita etiam facit Mi-
chael Pieri. Matthæus Ioannis etiam non probat, tũ quia non
dicit se interfuisse contractui, vt requirebatur, attenta proba-
tione antiquiori de furore præcedenti, vt dixi. item quia po
tius deponit iste de fama quàm de facti veritate, & etiam non
reddit bonam rationem dicti in proposito. nam assignat ratio
nem, quia dicit ꝙ bona sua conseruauit. nam hoc potuit pro-
cedere ex eo, quia habuit curatorem & administratorem, qui
18 conseruauit, & sic † ratio debilis infringit. d. l. cum pater. §.
dulcissimis. ff. de leg. 2. & no. specificè Bal. in l. conuenticulã.
in 6. col. C. de epis. & cle. in l. data opera. in 18. col. C. qui ac-
cusa non pos. per no. in l. si is qui animo. ff. de acqui. poss. &
in d. l. solam. alii duo vltimi testes deficiunt in tẽpore. ¶ Non
19 obst. † etiam no. per doct. in d. l. furiosus. quia illa intelligun-
tur secundum no. per Bar. in l. 2. ff. de bono. poss. furio. & in-
fanti delata. quæ decisio est pro actore. Item no. † per doct. in
d. l. furiosum, sunt in fauorem dicti actoris, quia debet attẽ-
di qualitas actus etiam gesti ex interuallo a tempore proba-
ti furoris, vt ibi tenet Ang. & communiter alii post eum, &
qualitas huius actus cadit potius in hominem non sanæ mẽ
tis, vt supra probaui, & comprobatur ex authoritate glo. in d.
c. indicas. & in d. c. fi. cum aliis supra alleg. declarata, vt facit
Pet. de Anch. & do. Card. in cle. 1. de homic. prout supra rela
20 tum est. ¶ Non ob. † ꝙ testes agentis sint singulares quia rñde
tur primo, quia sufficit decretum dationis curatoris ad ostẽ-
dendum furorem prout supra declaraui. Item testes qui fue-
runt examinati tẽpore quo fuit datus curator sunt contestes,
e quasi omnes. Prætereà testes singulares [e] ad probandum quẽ
in genere fuisse furiosum vel infamem, vel hæreticum suffi-
ciunt, vt no. Inn. & alii in c. qualiter & quando. el ij. de ac-
cu. & Spe. in ti. de inqui. §. 1. ver. quid si vnus. & in §. nunc
tract meus. ver. quid si ille. cum ver. seq. & in tit. de teste. §. iã
de interrogatoriis, versi. idem de tempore. & versi. seq. & Iac.
But. in l. Arriani. C. de hære. & Pau. de Leaza. in dispu. inci.
Contra instrumentum debiti, & glo. & Iac. Butr. in l. ob car-
men. §. fi. ff. de testi. per Cy. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. &
Bartol. in l. de minore. §. 2. versi. sed quid si testes. ff. de quæ-
stio. per glo. & Archi. 3. q. 9. in c. nihilominus. Bald. in l. 1.
C. de

C.de testa.& in l.actor.C.de proba. & in l. 1.qui nume.tute.
& Ang.in l.ea quidem.in vlt.col. C. de accu. & in l.de quib.
ff.de legibus. & per Ant. de But.& Io. de Imo. in c.cum opor
teat.de accu.& Io.de Imo.in l.inter pares.ff. de re iudi. ¶Nec
21 obstat† ꝙ notarius rogatus de contractu dotis esset vir bonæ
opinionis, quia istud nihil releuat.nam etiam si notarius in in
strumento scripsisset. Sempronius sanus mente, &c.illa ver-
ba prolata a notario, quæ verba non continent illud negotiũ
de quo rogatur a partibus, non probarent, vt no.Bal.in l.2.ff.
de testa.& Ang.in l.pen.ff.de condi.insti.& Saly. in d.l.furio
sum.& Bal.in l.1.C.de confes.in 11. colum. in ver. modo se-
quitur alia quæstio, &c. bene facit quod not. Fede. de Senis
consi. 199. incip. Quæritur an do.Margarita. cum ius verba
vbique sequuntur scribentes, & maximè Ant.de Bur.in c.quo
niam contra, in 15.col.de probat.& d.Abb.in c.cum causam,
in 8.col.de test. Ex quibus infertur dictam dominam Lucem
teneri dicta petitione hæreditatis non obstante dicto allega-
to titulo. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Decretum.Cor.consi.271.col.2.lib.1.Alcia.tract. de præsum.reg.3.
Præsum.10.in fi.Alex.infra.eo.consi.207.nu.7.
Titulo putatiuo.]Adde Sal in materia in rub.C.quorum bonorum.
Et Pau.de Cast.in §.omnibus distinguen.inter titulum putatiuum in
ualidum errore facti, vt non detur petitio hæreditatis.secus si erro-
re iuris. Nat.
b ¶Furiosus.supra lib.1.consi.141.col.2.nu.4.
c ¶Præsumitur. Bertran.consi.48.Ex processu.col.4.5.lib.1.
d ¶Causam.Ias.consi.2.col.3.lib.1.
e ¶Singulares supra lib.1.consi.141.& lib.2.consi.96.

EPITOME.

PROMITTENS simpliciter se facturum, & curaturum quòd Titius ratificabit sub pena, intelligitur intra tempus quo commodè fieri potest, quo lapso sine alia interpellatione cadit in pœnam.

CONSILIVM CXLVIII.

Viso themate de quo supra, & instrumentis de quibus
in themate, omissis argumentis ad partes, quia veri
tas huiusce rei consistit in paucis, deueniendo ad veras con-
1 clusiones presuppono† primò ꝙ pœna adiecta promissioni fa
cti est exigibilis, & non præsumitur adiecta in fraudem vsura
rum.l.sed & si quis.§.fi.& ibi no.ff.si quis cau.l.Lucius, cum
ibi not.ff.de act. empt. & l. si dictum.ff.de euic. & plenè not.
doc.in l.cum allegas.C.de vsu.& in l.cum seruus. ff. de con-
2 ditio.& demonstra.in c.tuam.de pœnis. ¶Secundò† præsup-
pono ꝙ ille qui sub pœna promittit mihi se facturũ, & cura-
turum ꝙ Titius tale quid faciet, puta ratificabit talem contra
ctum, non requiratur ꝙ per me interpelletur, vt faciat, & cu-
a ret adimpleri factum, quod promisit, sed satis[a] est ꝙ ipse sciat
se teneri facturum, & curaturum ꝙ illud fiat, vt egregiè deci-
dit Bal.in c.domino guerram.§.ad hæc.in titu.hic finitur lex
Corra.& incip.consue.reg.allegati in ar.l.1.C.de priua.car.l.
in lege locationis.ff.loca. & l. non impossibile. ff.de pact.&
ideo in proposito Iacobus qui anno 1441.sub certa pœna ꝓ-
misit se facturum, & curaturum, ꝙ Paulus. & Lacrosus legiti-
mè in forma solemni ratificarent dictam cessionem, & omnia
contenta in instrumento cessionis incidit in pœnam promis-
sam ex quo intra tam longum tempus annorum decẽ, & octo
vel circa non fecit nec curauit ꝙ dicta ratificatio fieret. & p̃-
sertim cum non appareat dictum Iacobum fecisse quicquid
potuerit* vt dicta ratificatio sequeretur, & sic non põt allega-
re ꝙ a cõmissione dictæ pœnæ fuerit excusatus propter diffi-
cultatem,*vt in proposito nostro inquit Fed. de Sen.in consi-
lio suo 122.incip.Martinus promisit.& Ant.de But. in c.Gẽ-
ma.de spon.& per.l.2.§.1.& ferè per totam legem. ff. si quis
cau.& l.si vehenda.§.idem iuris.ff.ad l. Rhod. de Iac. tp̃s aũt
3 sufficiens† & requisitum ad faciendam dictam ratificationem
videtur esse elapsum, quia satis est ꝙ habuerit tãtũ tp̃s intra ꝙ
cõmodè illud explicare potuisset arbitrio boni viri. l.si ita sti
pulatus essem abs te. l. continuus. §. item qui insulam. ff. de
ver.obl.facit.l.ꝙ dicimus.ff.de sol. cum ibi notatis. iudex er-
go arbitretur si intra annos 18.quicunq; ẽt negligentissimus
curare potuisset quãtum in se fuisset ꝙ dicta ratificatio fieret.
quando autem non promisisset expresse se facturum, & cura-
turum quod prædicti ratificarent, &c. vt supra, sed simplici-
ter promisisset ꝙ si ratum non haberent, soluerent tãtũ noĩe
interesse, vel pœnæ, tunc hẽt locum id quod legitur, & not.in
l.ratum.ff.de solu.& in l.quo enim.§.1. & 2.ff.rem ratam ha-
be.s.ꝙ si ille de cuius ratihabitione actum erat, quam primũ
fuit de illo actu ratificando certioratus, & intra modicũ tẽpus
ratum non habuerit, cõmittitur pœna, quia videtur ratũ non
habere si erat actus præiudicialis illis cuius ratihabitio expe-
ctabitur, vt per doc.in d.l.quo.n. & per Bal. in l.si tutor. C.in
quib.cau.in integ. rest. non est necessa. & sic etiam tantò cla-
rius commissa esset ista stipulatio pœnalis, si appareret de dis-
sensu.& contradictione dictorum Pauli, & Lacrosi asserentiũ
se non habere ratam dictam cessionem, prout in themate nar
4 ratur. ¶Difficultas† ergo solum consistit in considerando an
per quoddam assertum instrumentum societatis productum
per dictum Iacobum dicatur esse doctũ de ratificatione Pau
li, & Lacrosi. in quo dico quod si in illo instrumento deficit
nomen Imperatoris seu Papæ prout dicitur, & non constet ali
ter de consuetudine loci contractus, certè tale instrumentum
redditur nullum, quia in terris imperii debuit exprimi nomẽ
Imperatoris, in authen. vt præponatur nomen Imperator. in
prin.& in terris ecclesiæ debuit exprimi nomen Papæ, vt no.
Ioan.Andr. & alii post eum in procemio decretalium. in ter-
ris enim ecclesiæ Papa habetur loco Imperatoris per ea quæ
habentur in c.si duobus.§.1.de appel. & in c.per venerabilẽ,
qui fil.sint legi.& ꝙ debeat in instrumentis prædictis apponi
nomen Papę tenuit glo.iuncto tex.in c.quoties.1.q.7.& Gui
do de Suza.in l.cum de consuetudine.ff.de legi. ¶Sed dato, ꝙ
dictum instrumentum esset validum; tunc duæ sunt clausulæ
illius instrumenti ponderandæ, vna est in qua sunt hæc for-
malia verba, & generaliter se inuicem prædicti ser Paulus, &
ser Iacobus absoluerunt, & finierunt & liberarunt ab omni
eo, & toto quod sibi inuicem petere possent vigore, & occasio
ne cuiuscunque gestionis, & administrationis gestę, vel factæ
de bonis communibus ipsorum fratrum, & seu ad eorum v-
trunque spectantibus, & pertinentibus, & aliter quomodocũ
que, dicentes, & affirmantes ipse partes ꝙ cõpensatis compen
sandis firma remanente cõione omnium eorum bonorum de
qua supra sibi inuicem est integrè satisfactum, &c. Secunda
est clausula faciens ad propositum, cuius verba sunt hæc vide
licet, hoc tamen pacto inter ipsas partes apposito, & solemni
stipulatione firmato, ꝙ omne id quod per ipsos ser Paulum,
& ser Iacobum, vel alterum eorum de bonis communibus vẽ
ditum, & alienatum fuisset similiter, & etiam omnia debita, &
credita contracta per eos, vel alterum eorum, vsque in præsen
tem diem cedant, & cedere debeant ad commodum, & in-
commodum dictorum ser Pauli, & Iacobi, dicentes, & prote
stantes ipsæ partes se plenissimam habere notitiam, veram
scientiam, & cognitionem de omni eo, & toto quod ipsi &
eorum vterque ac ipsi Lacrosus Bartholomæus gesserunt, gu-
bernarunt, administrarunt, & vendiderunt, emerunt & per-
ceperunt, & inde & super his diligenter cogitasse, &c. ¶Sed
his clausulis non obstãtibus dico pœnam fuisse commissam.
Primò, quia instrumentum cessionis in quo promisit Iaco-
bus se facturum, & curaturum quòd Paulus, & Lacrosus ra-
tificarent, fuit factum ante dictum instrumentum societatis
bene per annos decem, vel circa, vt constat ex inspectione di-
ctorum instrumentorum, quia instrumentum cessionis fuit
factum 1441.& instrumentum societatis fuit factum 1451.&
sic ante dictum instrumentum societatis factum iam erat
commissa pœna propter negligentiam Iacobi, per ea quæ su-
prà dixi, attento quòd in dicto instrumento cessionis non
5 fuit dictum † ad omnem requisitionem stipulatoris Iacobus
faceret, & curaret quòd Paulus, & Lacrosus ratificarent
6 prout cautius agentes faciunt. ¶† Nec ob. si diceretur quòd
potuit Iacob. moram purgare ex quo in dicta promissione
erat adiecta tantum pœna, & non dies.l. si ita quis.§.Seia.ff.
de verb. oblig. quia respondeo ꝙ iuramentum erat appositũ
in instrumento propter quod iuramentum secundũ oẽs non

b admittitur moræ b purgatio.l.si quis maior.& ibi nota. C.de transac.per Bar.& omnes in l.si insulam. in q.fi.de verb. obli. & Bal.in l.si pacto quo pœnam. C. de pactis. & in l. & si post tres.ff.si quis cau.Præterea quando est adiecta dies potest purgari mora ante litem contestatam. dummodo purgetur intra modicum tempus,vt in d.l.si ita quis.§.Seia.& no.Bar.in d.l. si insulam,in 2. opposi.& Iaco. But.Bald.& Ang. in l. si post tres.ff.si quis cau.& Pet.& Cy.in l.si maior annis. C.de trans. de quo latius non expedit disputare stantibus aliis fundamentis, & responsionibus. Item respondeo ꝙ dato ꝙ dictum instrumentum societatis induceret saltem tacitam ratificationē quò ad personam Pauli, tamē non inducit quò ad personam Lacrosi,quia prima clausula instrumēti, de qua dixi supra,respicit tantū bona cōia ipsorum fratrū, & non Lacrosi,ad quē tamen spectabat quò ad proprietatem pars bonorum,& iuriū hæreditatis de quibus est facta cessio prædicta, cum fuerit ēt Lacrosus pro parte hæres institutus, vt in themate præsupponitur.l.cum oportet.& l.fi.C.de bo. quæ lib. Item dicta clausula concernit absolutionem factam Iacobo de eo quod Paulus ab eo petere posset occasione administrationis factæ per Iacobum,sed de eo quod petere posset Lacrosus occasione administrationis factæ per Iacobum ibi de hoc nihil dicitur. Secunda etiam clausula minus obstat, quia nullo modo concernit personam Lacrosi, vel aliquam eius ratificationem,fateor ꝙ si fuissemus in casu in quo tantum subsisteret hæc sola vltima responsio, verum esset dicere ꝙ pœna non esset commissa nisi pro dimidia, s.pro rata Lacrosi per c.suam, alias incipit, tuam,de pœnis.& per nota.per Bal.in l. si seruus. §. si pluriū, in fin.ff.si quis cau.& in l.4.§.Cato.in vlti.oppo. in fi. & in l. stipulationum.aliæ.§.fi.de verb.obli.& not.Doc.in c. dilecti, de arbit.attento quod sumus in terris ecclesiæ vbi seruari debet ius canonicum, iuxta nota in cap.2.de regulis iuris in 6. & in cap.2.de arbit.eod.libro & per Docto.in c. fin. de solu. cum simi. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Satis supra.libro 6.consi.157.

* Fecisse quicquid potuerit.]Ideo bonum est vt in instrumento promittat aliquis se facturum cum effectu, & sine defectu,omni iuris, & facti exceptione remota,ita quòd non excusetur etiam possibilia faciendo,vel dicatur.Casum proprium faciendo,vel dicatur, Quod promisit conseruare indemnem, vel soluere de proprio, secundum Dec.ad l.fi.§.1.ff.si cer.pet.& ad l.impossibilium.ff.de reg.iur.& consi.345.in fi.Nat.

* Propter difficultatem.] Quòd difficultas excuset latè tangit Dec. consi.313.& tenet oppositum Ias.ad l.Titia col.5.ff.de ver.obl. Vide Rui.ad §.Cato in 9.q.Bar. Nat.

b ¶More.Imò vt dixi supra eod.consi.9.num.5.

SVMMARIVM.

1 *Filia cui vna cum fratribus delata erat hæreditas matris renuntiauit pro certa summa sibi data in dotem.*

2 *Hæreditati maternæ,& paterne in manibus patris recipientis pro se,& hæredibus suis.*

5 *Portio delata filię in successione matris an accrescat fratribus & hæredibus filiæ.Respon.Alex. quòd non,sed cedit commodo patris & eius hæredum.nu.6.7.8.*

9 *Lex fi.C.de dot.promis.fallit si pater incipit à traditione, uel si erat impar tacitæ doti.*

11 *Libri non censetur à patre dati filio, qui non studuit,vel quando pater non tradidit,vel plures filios reliquit, & libri erant magni pretij.*

CONSILIVM CXLIX.

1 Viso themate, & dubijs nec non instrumentis renuntiationum dictarum filiarum Bitini super† primò dubio, quo queritur an quò ad bona matris dictarum filiarū quæ fuit secunda vxor Bitini nuncupata Samaritana, talis renuntiatio cesserit ad commodum dicti Bitini, & successiue eius heredum in totū pro partibus spectantibus ad dictas filias in hæreditate materna, an vero cesserit ad commodum filiorum masculorum dictæ Samaritanæ qui pro aliis partibus erant hæredes dictę eorum matris ab intestato? Videretur prima consideratione dicendum hanc secundam partem esse de iure veriorem. s. ꝙ cesserit ad commodum dictorum filiorū, quia cum de iure communi delata esset hæreditas materna pariter filiis tam masculis qui fœminis.l.fi.C.de libe.præte.l.lege.C. de legit. hæred.renuntiatio facta per dictas filias debet augere portionem cohæredum idest filiorum masculorum non renuntiantium,l.3.§.fin.cum duabus.ll.seq.ff.de bo.pol. l.1.C.quando non peten.part.l.vnica §.his ita.C.de cad.tollen.videtur expresse voluisse Dyn. consi.6.inci.Ex testamento domini Alberti,&c. vbi voluit ꝙ si vnus ex pluribus fratribus ante aditam a se hæreditatem renuntiat vni tātū ex fratribus portionem suam hæreditatis, talis renunciatio prodest non solum illi cui renunciatio facta est,sed etiam cæteris fratribus
2 cohæredibus, quia de natura † iuris accrescendi est ꝙ portio accrescat portioni,non personæ,vt l.si totam. ff.de acquir.hære.& ibi Dy.& Bar. & l.hæc scriptura.§.fi.ff. de condi. & demon.l.si ex pluribus.ff.de suis, & legi.no.Bar.ff. de leg.3.in l.re coniuncti.in ver. 5.quæro an ius accrescendi transeat in singularem successorem, &c. & declarant alii maximè Bal.in l.1. in 4.q.C. quando non pet.par.& cum dicta conclusione Dy. consi.præalleg.concordat Io.And.in add.Spec. in tit.de testa. §.1.in addi.incip.ꝙ de præcedenti.&c.circa finem illius additionis.& Bald.in l.pactum. in 8.q.C.de colla. ¶Secundo pro hoc facit tex.in l.fi.C.de dotis promissi. vbi si pater dedit dotem pro filia,& dixit se eam dare tam ex suis bonis propriis q̄ matris ipsius filii,vel ex rebus debitis ipsi filiæ, tamen nisi pater laboret inopia, intelligitur patrem dedisse de suis bonis propriis pro officio dotandi, ad quod de iure tenetur, & salua manet filię obligatio quam ex alia causa habebat contra patrem, puta pro rebus hæreditatis maternæ. ¶Sed præmissis
3 †non ob.contraria sententia in proposito videtur omnino de iure verior. nam pręsuppono quòd renunciatio illa patri facta per filias de omni eo quod petere possent, vel habere deberent in & super bonis, & hæreditate dicti Bitini occasione dotis,& bonorum dictæ Samaritanæ, & hęreditatis dicti Bitini earum patris, &c. prout latius in instrumentis prædictis continetur, valet nedum vt excludātur filiæ ab hæreditate patris propter iuramentum præstitum, vt in c. quamuis. de pac. in 6.sed etiam valet quò ad excludendum eas ab hæreditate matris tunc præmortuæ, vt clarè firmat.Io.And.post Specu.in titu.de testa.§.1.super ver.pone filius, &c. vbi dixit post Vbertum de Bo.quòd licet contractus inter patrem,& filiam in potestate non valeat.l.2.ff.de contrahen.emp.tamen ex illo contractu oritur naturalis obligatio.l.frater a fratre.ff. de condi. indeb. ex qua naturali obligatione competet patri exceptio pacti.l.iurisgentium.§.sed cum nulla.ff.de pac.& l.creditori. C.eod.& secundum eum in tali renunciatione facta patri de hæreditate materna non habet obstare tex.in l.pactum. C.de colla.& l. si quando §.1.& sequen. C.de inoffi. testa.quia illa iura loquuntur in renunciatione facta circa hæreditatem uiuentis, nos autem quærimus de hæreditate matris tunc defunctæ.consuluit tamen quòd filia iuret, vel quòd prius emancipetur,& postea cum ea contrahatur.& in proposito nostro interuenit iuramentum.& quòd talis renunciatio ualeat, firmat etiam Bal. in authen. sacramenta puberum, in penulcolum.C.si aduer.uen.& dato quòd nonnulli dixerint quòd renunciatio facta per filiam patri secundum formam dicti.c. quamuis, non excludat eam a successione si contingat postea patrem decedere ab intestato, vt referunt domini de Rota in decisionibus antiquis decisi.379.quæ incip.Vtrum filia.quasi pater intestatus decedendo videatur reliquisse tacitè propinquioribus,& sic omnibus filiis,& filiabus.l.conficiuntur,& l. si quis cum nullum. ff. de iure codi. tamen ipsi concludunt contrarium, & ita communiter tenetur, quia ratio allegata in contrarium procederet, vbi pater non fecisset filium renuntiare iuri hæreditatis, postquam enim semel pater fuit in hac
4 † intentione quod filia esset exclusa ab hæreditate præsumitur in ea durare cap.maiores, de baptis. l.cum tacitum. ff. de prob.& præsertim vbi viuerent filii masculi ipsius patris, put viuūt in casu nostro,quorū contēplatione verisimiliter vī motus pater ad dictam renunciationem faciendam, secus si post renunciationē essent mortui, ita concludit Saly.in l. pactum ꝙ dotali.C. de pac.& Io.de Imo.in l. qui superstitis.ff. de acqui.

quir.hære.& Pau.de Cast.& Lud.Ro.in l. pactum. C.de col la.post Bald.ibi in 4.q.& Do.de sancto Gemi.in d.c. quãuis. in fin.Præterea illi qui dicunt hanc renũciationem non excludere filiam si pater decedat intestatus loquuntur quando renunciatum est hæreditati viuentis, item loquuntur quando filia debebat succedere ab intestato patri,cuius hæreditati renuntiauit.sed in loco ubi quæstio vertitur, arbitror uigere statutum prout magis communiter est per Italiam ꝙ extanti bus masculis filia dotata non succedat ab intestato patri. & sic cessat ratio quæ allegabatur in contrarium. ¶Istis sic† præ
5 suppositis, dico ꝙ de iure portiones dictarum filiarum quæ
a sunt exclusæ augent uniuersam hæreditatem Bitini, ᵃ & sic cesserunt ad commodum patris & successiuè omnium hæredum eius.quod probatur, nam dictæ filiæ uoluerunt dictam renunciationem facere contemplatione patris principaliter & immediatè, ut probant clarè uerba instrumentorum dicentium ꝙ fecerunt dicto Bitino pręsenti pro se & suis hæredibus stipulanti & recipienti finem remissionem, quietationem & pactum perpetuum de ulterius non petendo &c. unde debet prodesse solum dicto Bitino,& non cohæredibus dictarum filiarum.de hoc est tex.secundum primam lecturam glo.approbatam in l.si actione.C.de pact.& per illum tex.dicit ibi Bald.ꝙ si duæ sunt sorores quibus una cum fratre erat delata hæreditas patris, & illa quæ nubi facit fratri pactum de non petendo hæreditatem paternam, certè hoc pactũ nõ proderit alteri sorori cohæredi, sed solum fratri cui pactum factum est nil accrescet alteri sorori. & cum illa decisione Baldi transeunt etiam Moderniores ut Paul. de Castr. in l. si actionem.hoc idem in proposito nostro si rectè consideretur uoluit Bald.in d.l. pactum.in 8.q.C.de colla.vbi quærit, soror renunciauit hæreditati paternæ,& hanc renunciationem fecit uni fratri suo præsenti & recipienti, quęritur an accrescat tam sibi quàm aliis fratribus?& refert Dyn.in d.consi.6. tenuisse ꝙ accrescit omnibus quod dicit Bal. esse uerum nisi appareat præsumptio donationis in recipientem collatæ.allegat.l.in ædibus.§.pe.ff.de don. l. si actionem.& l. creditori. cum gl.C.de pact. quòd autem dictæ filiæ hoc fecerint contemplatione patris & eius hæredum,patet ex dictis uerbis instrumenti dũ dicit quòd fecerunt dicto Bitino præsenti pro se & suis hæredibus stipulanti & recipienti finem &c.idem sequitur Pau.de Cast.in l.planè.§.si duob.ff.de leg.1. d. l. pactum.C.de colla. & ibi addit quod aut filia renuntians adierat prius hæreditatem cui renuntiat, & tunc sine dubio renunciatio non prodest cohæredibus,sed solum acquiritur illi personæ cui fit renuntiatio. nam portio hæreditatis adita per filiam & sibi semel acquisita non potest amplius tanquã deficiens accrescere,quia ita se habet regula præterquam in vsufructu.l.1.ad fi.& ibi gl.in uerbo admittit.ff.de usufruc. accre.l.aquam.in fi.ff.quemad.ser. amit.& no.per doc.in d. l.re coniuncti.ideo non potest uideri per filiam acquisitum alteri quam patri qui presens erat, non autem fratribus qui pręsentes non erant, nec alius recepit pro eis. iuxta notata per glo.in l.illud C.de sacrosan.eccle.& not.Bar.in l.absenti. in prin.ff.de dona.& Io.And.in titu.de instr.edi.l.2.§. nunc
6 uero aliqua.uersi.sed an pauperes. † ubi autem non adiuisset filia illam hereditatem cui renuntiat,adhuc concludit quòd quando apparet ꝙ contemplatione unius renuntiauit, uidetur filia tacitè adire prius,& successiuè illam hęreditatem renuntiare illi cum quo contraxit.arg.l.illud ff.de acqui.hęre. & quod no.glo.& Bar.in l.alio.in prima oppo.ff.de ali.& ciba.leg.¶Idẽ confirmatur per no.Bal in l.fi.C.de pac.in6.col. in uersi. sed hic incidenter quæritur si ista filia. dum dicit ꝙ cautius est quando filia renuntiat hęreditati,ꝙ verba renunciationis non concipiantur in modum simplicis renunciationis,sed magis in formam pacti de non petendo, prout etiam fuit in casu nostro, quoniam tunc secundum Bald.talis renũciatio habet vim donationis,per notata in l.si quis obligatione.ff.de reg.iur.& per doc.in l.Modestinus.cum concord.ff.
7 de dona.¶Casum nostrum† etiam decidit Bal.in l.duobus.ff. de leg. 1.ubi per illum tex. dixit quòd si filia renuntiat hęreditati, quia dicat se dote contentam. uel quia aliquid aliud percipit, quod tunc legitima sua portio alteri non accrescit per ius accrescendi;quia non est mera repudiatio,sed est quędam satisfactio. & illud dictum etiam sequitur simpliciter Pau.de Cast. ibi. & ꝙ hoc casu quando filia aliquid recepit pro sua parte alij fratres per hoc non consequantur maiorẽ portionem,fuit de mente Bar.in l.1.§.filium.ff.de bon. poss. contra tabul.in 4.q.per l.1.§.aduersus.ff.si quid in frau. patro.& sequitur Bal.in l.1.in 6. q. C. quando non peten.par. circa finem illius.q.& Bald. in d. l. pactum. in 6. quęstio.&
8 etiam in 2.quęstio.C.de collatio.in terminis† formaliter nostris decidit quæstionem istam etiam Pau.de Castr.in consi. incipien. Viso puncto suprascripto & narratis in eo.ubi quęrit;pater ex primo patrimonio duas filias infantes habebat,& duas alias maiores,& Baptistam filium masculum maiorem, postea transiuit ad secunda uota,& fecit quod illę filię maiores cum nuberent renunciauerunt ipsi patri pro se & suis hęredibus recipienti omne ius quod ipsę habebant occasione successionis & hęreditatis maternę, quęrebatur postea mortuo patre an portiones hæreditatis paternę quibus renunciauerant illę filię maiores spectarent ad patrem seu eius hęredes, an uero ad sorores & fratres illarum quę renunciarunt? & concludit quòd ad patrem & eius heredes, pręsertim per notata in dicta l.si actionem,& in dict.l.pactum.per Bald.vt ibi plenius per eum ita concludentem & insistentem an per tales renunciationes uideantur dictæ filiæ simpliciter adiuisse hæreditatem.& per prædicta apparet respõsum ad ea quæ in primis allegabantur pro parte contraria, scilicet ad id qđ notat Dyn. in dicto consi. cum concor. quia illa procedunt quando illa renunciatio fuisset facta in formam simplicis renunciationis, & non per uiam pacti de non petendo. Item non procedit quando appareret quòd solum contemplatione vnius magis quàm alterius fieret,uel quando filia non recepisset aliquid loco illius iuris renuntiati alteri ut in casu
9 nostro,prout supra probaui. ¶Non ob. †id quod habetur in l.fin.C.de dot. promiss. quia respondeo primò, quòd illud quod habetur in dicta l.fi. procedit quando pater non incipit ab actuali traditione, sed solum a promissione; & ideo glossę paruæ ibi in uerbo,dedit,& in uerbo,fecit,exponunt, scilicet per destinationem;nam tunc quando pater promisit dare pro filia dotem simpliciter, uel promisit dare tam de bonis sui quàm filiæ,vel debitis,filię,& non expressit quantũ de bonis suis, & quantum de bonis filię, tunc postea dando dotem prout promisit,intelligitur dedisse de bonis ipsius patris tantum si diues erat, ut ibi. sed ubi pater incepit à datione,tunc non habet locum illud quod ibi dicitur, ut ibi per Barto.in 2.columnn.sed dictus Bitinus incepit à datione non à promissione, ut expresse confitentur dictæ mulieres in dictis instrumentis,ergo &c.Præterea tex.in dicta l.fi. habet locum quando pater habebat substantiam idoneam adeo quòd inspecta qualitate personarum & liberorum & quantitate patrimonij potuisset dare tantam dotem filiabus de suo proprio patrimonio patris quantam dedit absque eo quòd daret bonis maternis,vt in dicta l.fina.in uerbo idoneam. cum gloss.bene facit l.filiæ.ff.de lega.2.& ibi no.Barto. & l. quęro.ff.de iure do.sed iste Bitinus,ut uerbo fertur, non potuisset commodè de suo tantum patrimonio dare in dotem tantam quantitatem cuilibet dictarum filiarum quantam dedit. absque eo quòd compensaret cum bonis maternis ipsarum filiarum attenta quãtitate patrimonij & numero liberorum,
10 ergo cessat illa dispositio.¶Denique † in casu dictę. l. si filia cum iuramento non renunciauit prout in casu nostro merito renunciatio ualet,& eam excludit,ut probaui supra. iuramentum enim ex quo potest seruari sine interitu salutis ęternę debet seruari.cap. cum contingat.& c.si uerò, de iureiur. & d.c.quamuis,cum ibi notatis, maximè per Ioã. de Imo. & Dominicũ de sancto Georg. & Io. de Imo.& Lud. de Rom. in d.l.qui superstitis.& Io.de Imo.& in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de uer.ob.& in c.cum contingat,in 12.char. & in c.quintauallis,in antepe.& pen.char. de iureiurã. cum concor.allegatis per eos,ubi concludunt quod dispositio d. c.quamuis habeat locum etiam quando filia nihil à patre recepisset pro renunciatione quam iuramẽto uallauit. priores tamẽ responsiones minus scrupulosę sunt.Ex quib.remanet firma conclusio, quod portiones dictarum filiarum uigore renunciationis, & quietationis factę per eas augent hereditatem Bitini & ueniunt diuidendæ inter hæredes uniuersales Bitini pro hæreditariis portionibus, sicut alia bona

11 Bitini. ¶ Modò † aggredior secundum dubium an libri tex-
* tuales * iuris canonici cum alijs libris boni pretij & magni
quos tradidit Bitinus Iacobo eius filio & præposito ecclesiæ
cathedralis dum eum misisset ad studium debeant esse præci-
pui ipsius Iacobi, an vero sint communes hæredum Bitini, at-
tento quod Iacobus rediit in patriam per plures annos ante
mortem patris absque eo quod vnquam assumpserit gradum
doctoratus? & in hoc passu satis tuto si vellem omnium sen-
tentias referre, longissimum esset, & vt arbitror, superuacuũ,
attingam solum ea ex quibus casus noster deciditur omissis
superfluis. dico igitur dictos libros non esse præcipuos Iaco-
bi nec videri fuisse donatos a patre: quia vt dicit Oldr. quem
sequitur Bald. in authen. ex testamento, in versi. quid ergo de
libris. C. de colla. dato quòd alias quando libri sunt empti no-
mine filij & traditi ei possint præsumi aliquo casu donati: ta-
men vbi pater habet magnum numerum liberorum, vt in ca-
su nostro, & libri sunt magni pretii, vt præsupponitur, nõ præ-
sumitur donatio, arg. l. filiæ. ff. fam. ercisc. & dicit Bald. ꝙ hoc
sæpe contingit quando pater emit libros filijs præbendatis:
ita etiam concludit Bal. in l. 1. ff. solu. mat. & in l. filiæ. C. fam.
ercisc. idem tenet ibi Sali. & Ange. in l. filiæ licet. C. de collat.
vbi etiam subdit ꝙ si talis filius remansisset ignorans, non vi-
detur fuisse intentio patris in eo casu donare libros. argu. l. 3.
§. fi. cum l. seq. ff. de adi. leg. Et hoc etiam expresè tenet Ray.
in d. l. si donatione. C. de collat. s. ꝙ libri in dubio non censen-
tur donati scholari malè studenti, l. generaliter. C. de episc. &
cler. l. 1. cum ibi no. C. de tyronib. lib. 12. & l. qui sub prætex-
tu. C. de sacrosan. eccle. & ita etiam vult Bald. in l. si filius. C.
fami. ercisc. vbi concludit ꝙ si filius talis non studet, & sic li-
bri non sunt eius arma, non sunt eius præcipui. & idem etiã
est in simili de mente Bar. in l. si pater, in princ. ff. de donat. &
in suo tractatu de duobus fratribus. circa fi. arg. l. vtrum. ff. de
dona. inter vir. s. ꝙ propter magnum numerum liberorũ non
præsumatur donatio a patre filio. & l. quæsitum. §. sed & Pa-
pi. ff. de fundo instru. Præterea Bart. & sequaces tenentes ꝙ li-
bri sint præcipui ipsius filij & ꝙ cẽseantur donati loquuntur
quando pater emit libros nomine filij & ipsi filio tradidit,
per l. filiæ, cum ibi no. C. fam. erci. & l. 2. C. si quis alteri vel si-
bi. & l. 1. C. de cast. pecu. mili. lib. 12. Sed vbi non appareret ꝙ
pater emisset nomine filij prout non præsupponitur in casu
nostro: quia potuit esse ꝙ pater emit suo nomine proprio, &
eos tradidit filio, vel eos habebat in domo & tradidit filio abs-
que eo ꝙ emeret nomine filij: tunc non est verum ꝙ in dubio
pater videatur habuisse animum donandi si non præcesserunt
aliqua specialia merita filij: imo præsumuntur concessi in pe-
culium profectitium, vt concludit Bar. & alij communiter in
l. si donatione. C. de colla. & in l. 1. §. nec castrense in vlti. col.
ff. de colla. bo. per l. quod fructuarius in prin. ff. de acquiren.
rerum domi. l. fi. ff. de pecu. lega. & l. cum pater. §. pater pluri-
bus. & ibi gl. 1. & Bar. ff. de leg. 2. vbi bonus tex. quem ad hoc
etiam alleg. Bal. in l. pe. in 12. col. C. de execu. rei iudi. merito
veniunt inter omnes hæredes diuidendi. l. certum. C. fam. er-
cisc. & ita etiam videtur tenere Bal. in l. Macedoniani. C. ad se
natuscon. Maced. Ex quibus concludo dictos libros fore in-
ter præfatos hæredes Bitini diuidendos. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Decretum. Cor. consi. 281. col. 2. lib. j. Alcia. tract. de præsum. reg. 3. præsum. 10. in fi. Alex. infra eo. consi. 207. nu. 7.

b ¶Libri. supra lib. 2. consi. 113. col. fi. & Alex. auth. quod locum col. fi. l. si donatione. de colla. C. Ias. l. 2. eo. tit. Dec. d. l. si donatione. col. fin. Fab. de Giochis. repe. auth. nouissima. q. 26. C. de inoffic. testam. Bart. consi. 37. lib. 2.

* Cui renunciat.] Ex simplici renunciatione, non inducitur aditio, nisi accedat cessio iurium vel donatio; ita Crauet. post alios consilio 200. Affiic. decis. 141. Vide tamen Craue. consil. 288. col. 2. vbi aliter dicit, & sequitur Alex. hic. Nat.

* An libri textuales.] Vide de hac quæstione Alex. ad l. si donatione. col. antepe. C. de collat. Ias. ad auth. quòd locum. colum. 3. C. eod. vbi etiam tangit de fratribus facientibus expensam studij, an imputent in parte fratris studentis. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum fundi extenditur ad res quas testator sub eodem no-
mine appellabat. et aliud est legare vsumfructum fundi, aliud
fundum ad vsumfructum, quia hoc secundo casu videretur le-
gata proprietas, quæ similiter per prohibitionem alienationis
legata videtur.*
2 *Ecclesia restituitur aduersus præscriptionem 40. anno. & ex
capite ignorantiæ. nume. 3. & intra quadriennium a tempore
scientiæ. num. 5.*
6 *Ecclesia propter nouas mutationes prælatorum, vel enormissi-
mam læsionem, post 40. annos restituitur.*
7 *Hæres extraneus præsumitur scire testamentum, vnde non po-
test præscribere contra ecclesiam legatariam.*
8 *Res prohibita alienari potest impune alienari cum consensu sub-
stituti.*

CONSILIVM CL.

Viso themate & his quæ copiose scripta sunt per cele-
berrimum dominum supra consulentẽ, super pri-
1 mo dubio, videlicet † an sub illo legato terrarum de Villano-
ua veniant etiam terræ aliæ existentes extra Villanouam, quas
omnes testator vocabat possessiones de Villanoua, non insistã,
quia de se satis clarum est ꝙ sic, per l. prædijs. §. Titio. & quod
ibi no. ff. de leg. 3. & l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de fun. instru. leg. cũ
multis simili. Et licet testator dixerit ꝙ relinquebat dictas ter-
ras dicto conuentui quantum ad vsumfructum tantum, & ꝙ
dicti fratres, & conuentus non possent dictas res alienare, sed
in perpetuũ fructus percipere: tamen intelligitur legata pro-
a prietas [a] cum prohibitione alienationis. attento ꝙ testator di-
xit, relinquo terras quantum ad vsumfructum: non autem di-
xit, relinquo vsumfructum terrarum: vt probatur in l. dona-
tiones. §. species. & ibi no. Bart. quem alij sequuntur. ff. de do-
nat. l. species. ff. de auro & argen. lega. & l. 4. & ibi Barto. ff. de
ali. & ciba. lega. l. fi. ff. de vsufru. earum rerum quæ vsu consu.
& not. glo. Cy. & Bal. in l. si mulier. C. de iure dot. & probatur
etiam in l. Proculus. ff. de vsufruc. per quem text. fortius dicit
ibi Bald. quòd si testator reliquit vxori vsumfructum fundi,
& prohibet vxorem posse alienare fundum illum quòd per il-
b lam prohibitionem [b] videtur sibi relinquere proprietatem.
& per consequens in casu nostro etiam dato quòd testator di-
xisset tantum se relinquere vsumfructum, tamen propter il-
lam prohibitionem alienationis terrarũ videretur relicta pro-
2 prietas. ¶Circa † aliud dubium quo queritur, vtrũ dicto con-
uentui obstet exceptio præscriptionis quadraginta anno. &
vltra. Respondeo breuiter quòd si per reum conuentum op-
poneretur exceptio præscriptionis; tunc poterit procurator
ecclesiæ in eadem causa incidenter petere restitutionem in
integrum aduersus præscriptionem: videlicet quatenus de-
cursa esse reperiretur: cum secundum magis opin. ecclesia re-
stituatur in integrum aduersus talem præscriptionem, vt te-
net Innoc. in cap. 1. de restitu in integrum. & Hostien. in cap.
contingit. de transa. & Hostien. in summa de restitutio. in in-
tegrum. §. vtrum. versicu. præscriptiones autem. & in §. quan-
do. ver. item obijcitur, ad fin. & §. in quibus. versicu. in præ-
scriptionibus. & in summa in titu. de præscrip. rerum immo.
§. quæ exigantur. ver. res etiam dominica. & Paulus de Leaza.
Zenzelinus. & Stepha. & Cardina. in clemen. prima, de resti.
in integrum. quicquid ibi dixerit glo. & istam opinionem di-
cit Anto. de Butr. & Cardina. & Ioannes de Imo. in d. cap. au-
ditis, de restitutio. in integr. esse veriorem, & probant ipsi per
plura, & maximè per text. in dicta clementina prima, de resti-
tutio. in integrum. vbi indistinctè conceditur restitutio in in-
tegrum ecclesiæ aduersus læsionem causatam ex cursu tem-
poris. Item quia videmus quòd ecclesiæ conceditur restitu-
tio aduersus vsucapionem rerum mobilium, vt nota. gloss. in
§. pro temporalibus. in authenti. de ecclesia. titu. ergo eut
non eadem ratione idem dicendum in præscriptione rerum
5 immobilium. † potest etiam ecclesia ex alio capite restitui
aduersus dictam præscriptionem: quia cum habuerit ec-
clesia & conuentus probabilem causam ignorantiæ dicti le-
gati & euenientis casus sub quo legatum relictum erat. leg.
finali. ff. pro suo. le. qui in alterius. ff. de regulis iuris potest
petere restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua
mihi iusta causa ex capite ignorantiæ, vt nota. gloss. in leg.
si partem. §. primo, in verbo, non vtendo. ff. quemadmo.
ser.

ser. amit. & in l. prima. C. de patria potes. & firmat Specu. in titu. de præscrip. §. 1. versicu. pone colonus. & Bartol. & Ang. in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de iti. actuque priua. per illum tex. cum glo. & Ang. in l. hæredem. alias est in l. annus. ff. de cal. & in l. fi. C. de præscrip. long. temp. & in l. fi. ff. si quis testam. libe. & Ludoui. Roma. in leg. qui vniuersas. §. fin. ff. de acq. possess. & in l. si vero. §. de viro, in quinquagesima prima fallentia. ff. sol. matr. & Ioan. de Imo. in l. Pantonius. ff. de acquir. hæred. quod est verum etiam in præscriptione 40. ann. secundum Ioan. de Imo. in repet. c. fin. de præscrip. in 12. charta, & Abbatem Modernum in c. vigilanti, de præscrip. in terminis illius decretalis quæ de tali præscriptione loqui-

4 tur. & sensit Ang. in d. l. in hæredem. pro hoc facit: † quia vbi cunque præscriptio currit contra aliquem impeditum iusto impedimento facti, semper conceditur restitutio. l. Attilicinus, alias incipit, hi qui. ff. de serui. rusti. prædio. & in d. §. si quis autem propter. cum gl. no. Petr. & Cyn. in l. quoties. C. de preci. Impe. offe. & per Guil. de Cu. & Bar. in l. senatus. ff. de offic. præsi. sed impedimentum probabilis ignorantiæ dici tur esse iustum impedimentum propter q alicui subueniatur. d. l. qui in alterius, cum ibi no. c. 2. de consti. c. cum illorum, ad fi. de senten. excom. & faciunt ad prædicta ea quæ nota. gl. & Doct. in l. 2. C. de iure emphy. & in l. cum filius. §. in hac.

5 cum simi. ff. de verb. obl. ¶ Nec obstat † si diceretur q forte vltra quadraginta annos est lapsum quadriennium præfixum ad petendam, & consequendam restitutionem in integrum. l. fi. C. de temp. in inte. resti. pe. c. j. de in integ. resti. lib. 6. & in cle. 1. eo. tit. quia potest primo responderi, quòd tale quadriennium non currit nisi a die scientiæ, quia quo ad sui initium dictum tempus est vtile, licet postquam cœpit currere sit continuum, vt probatur in d. l. fi. C. de tempo. in integ. resti. pet. & ideo si per centum annos staret læsus, quòd non peteret restitutionem in integrum nunquam sibi ignoranti currere tempus restitutionis petendæ, ita egregiè dicit Bal. in l. falsam. C. si ex fal. instrumentis. & Zenzelinus, & Car. in cle. 1. in 25. q.

6 de resti. in integ. † Secundò potest responderi per id quod no. gl. fi. in d. c. 1. de resti. in integ. in 6. vbi glo. dixit q etiam post quadriennium à die læsionis auditur ecclesia ad petendam restitutionem in integrum si ecclesia a die læsionis multas nouas mutationes prælatorum habuit, vel si damnum esset eminentissimum, & intelligitur eminentissimum, vel nō arbitrio iudicantis inspecta qualitate rei legatæ, & ecclesiæ, sicut dicimus quod in considerando quæ sit enormissima læsio illata per sententiam arbitratoris committitur iudicantis arbitrio inspecta qualitate, & quantitate rei & causæ, & inspecta qualitate personæ secundum Bal. in l. cum antea. C. de arbit. argu. eorum quæ habentur in l. sed si susceperit. §. si libertus. cum ibi no. ff. de iudi. & eorum quæ not. in auth. Præterea. C. vnde vir. & vxor. & in auth. quod locum. C. de colla. & no. Io. de Imo. in c. quintauallis. de iureiur. & ideo dabit operam aduocatus ecclesiæ allegare ignorantiam dicti legati, & casus contingens sub quo erat relictum legatum ecclesiæ, videlicet post mortem vxoris testatoris, & probare q a tempore completæ allegatæ præscriptionis in ecclesia fuerunt factæ multæ nouæ mutationes prælatorum, & etiam ad cautelam probare de excessiuo damno ecclesiæ si per præscriptionem excluderetur a dicto legato, probando valorem dictarum rerum, & quod inspectis facultatibus dicti conuentus istud esset & communi opinione reputatum fuisset a tempore 10. & 20. annorum & citra, & de præsenti reputaretur eminentissimum damnum dictæ ecclesiæ, & ista procederent quando ecclesia ageret contra tertios possessores, qui spatio 30. anno. possedissent dictas res. Sed vbi ecclesia ageret contra hæredes testatoris non est dubium q præscriptio non obstaret quo ad dictas terras qua

7 rum proprietas legata esse videtur non vsufructus, vt dixi † qa

d cum dicti hæredes non esset de descendentib. testatoris præsumuntur habuisse notitiam contentorum in testō, [d] vt no. in l. cum hæres. ff. de lib. leg. & in l. quidam ita. §. si quis filium. ff. ad Treb. & plenè probat Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 3. q. ff. de verb. obli. & Dy. & Bal. in l. cætera. §. fi. ff. de leg. 1. & Bal. & Moder. in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. & per consequens dicti hæredes ratione præsumptæ scientiæ legati. & sic propter malam fidem non potuerunt præscribere. c. fi.

8 de præscri. & in regula, possessor. ¶ Quantum † autem ad aliud dubium, videlicet an reus conuentus possit opponere q fratres, & conuentus ceciderunt à iure suo propter dictam alienationem domus factam per eos stante dispositione testatoris, qui eos alienare prohibuit, & si ad aliquem actum alienationis deuenirent voluit eos esse priuatos pleno iure dicto legato, & illud peruenire voluit ad hospitale domus Dei, certè non potest reus istam exceptionem opponere, quia hospitale consensit alienationi, & sic ille in cuius fauorem facta est prohibitio consensit, vnde quantum ad dictam ecclesiam dicta alienatio non fuit actus illicitus l. quoties ab omnibus, & ibi Doct. maximè Ang. C. de fideicom. l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. & ibi Bart. per hoc patet non esse opus aggredi aliud dubium, quid operetur circa hoc confirmatio alienationis facta authoritate apostolica. Laus Deo. Alexander.

ADDITIONES.

a ¶ Proprietas. Vide supra lib. 2. consi. 123.

b ¶ Prohibitionem. idem Ang. d. l. Proculus. Pau. consi. 376. lib. 1. Rom. consi. 206. Fran. Cre. sing. 27. Alexan. l. si constante. in princi. colum. 1. solu. mat. Hyppo. Marsil. singu. dixi. Thomas Ferra. cautela. 2. Alc. l. rectè dicimus. gloss. 1. de verbo. signi. Alber. Bru. consil. 35. sed ego nō puto verum nec simplicem prohibitionem sufficere, nisi aliud concurrat, vt hic testator voluerat ecclesiam perpetuò frui.

c ¶ Communem. Socin. consi. 266. colum. 10. lib. 2. sed verior opi. glo. & practicatur vt non detur restitutio nisi appareat de extrinseca iusta causa adde no. supra lib. 2. consi. 151. in fi. & alioquin iura præscriptionum essent elusoria.

d ¶ Testamento. Hoc non sufficit ad positiuam malam fidem quæ allegari, & probari debet, vt dixi in consue. Pari. §. 68.

EPITOME.

Statutum potest annullare contractum non obstante iuramento.

CONSILIVM CLI.

Viso themate suprascripto, & statuto Veronensi sub rubrica de minoribus, & instrumentis duobus de q. bus in themate fit mentio, in quib. continentur duo cōtractus celebrati inter Petrum de Catijs, & D. Antonium de Orsatis

1 anno 1405. Res ista videtur † ad hoc finaliter deduci, an dictū statutum annullans contractum factum à minore 20. ann. eo modo quo facit dictum statutum, vendicet sibi locum in dictis duobus contractibus in quibus appositum fuit iuramentum per dominum Petrum, attento q in themate præsupponitur mihi quòd dominus Petrus dicto tempore celebratorum contractuum erat minor viginti annis completis? & videtur prima consideratione dicendum, quòd dictum statutum non possit infringere dictum contractum iuratum, vt videtur velle Fede. de Senis in consi. 272. inci. Factum tale est statuto ciuitatis Perusinæ cauetur &c. vbi voluit quòd si statutum disponat, quòd promissio facta per filiumfa. sine cōsensu patris non valeat etiam si sit iurata, tamen si filius promisit sine consensu patris cum iuramento obligabitur. mouetur, quia videmus quòd iuramentum obligat in casibus. in quibus minus debuisset obligare, vt in casu posito in auth. sacramenta pube. C. si aduer. ven. vbi obligatio erat prohibita de iure communi, & tamen iuramentum obligat; multò magis in casu in quo erat consultus Federicus debebat obligare secundum eum, quia de iure communi filiusfamiliàs sine consensu patris regulariter potest obligari. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. l. si filiusfamilias ex omnibus. ff. de actio. & oblig. ¶ Confirmatur,

2 † quia disponere super iuramento non videtur spectare ad seculares, vt not. Hostien. & Ioan. And. in c. quemadmodum, de iureiur. hoc expresse in statuto firmat Anto. de But. in c. cum contingat, de iureiur. circa primam, vel secundam chartam magnam in ver. tertius casus &c. quia iuramentum principaliter dirigitur in deum. c. debitores. & c. & si Christus. de iureiur. meritò non debet esse subiectum legi saltem ciuili. & c. licet. de reg. simile secundum eum videmus in dispositione ad pias causas quæ non subijcitur legi ciuili. c. relatum. el 1. de testa. & quod not. Bart. in l. 1. ad fin. C. de sacrosanct. eccl. & ideo concludit Anto. de But. in d. c. cum contingat, quod licet statutum dicat q non valeat contractus celebratus cum

minore sine consensu duorum consanguineorum etiam cum
iuramento, ꝙ nihilominus si minor contrahat cum iuramen
to non seruata solennitate statuti obligabitur propter iura-
mentum. & idem dicit si statutum præsumeret fraudem: quia
sequeretur quod statutum semper posset fingere fraudem ad
excludendum obligationem iuramẽtalem, & sic per viam in-
directam permitteretur id quod recta via fieri nõ posset, con
tra id quod habetur in c. cum quid vna de regu. iur. in 6. & in
l. fin. C. si mancipium ita venie. ne prosti. idem videtur tenere
Abb. in d. c. cum contingat, in sua distinctione. pro hoc quia
iuramentum tanquam spirituale spectat ad ecclesiam. c. vene-
rabilem. de elec. c. nouit. de iudi. meritò statutum laicorũ non
potest disponere. c. tuam, de ordi. cog. c. ecclesia sanctæ Ma-
riæ. de constitut. pro hoc facit: quia statutum videtur aperire
viam periurijs quod fieri non debet. l. 2. C. de indi. vidui. & l.
1. C. si aduer. ven. & in l. quæ sub conditione. ff. de condi. in-
sti. & sicut non valet pactum dans materiam delinquendi. l. si
vnus. §. illud. ff. de pac. l. conuenire. ff. de pac. dot. ita nec vale-
re debet statutum, iuxta notata per glo. in rub. C. de decre. de-
curio. lib. 10. Item quia Imperator in auth. sacramenta. C. si
aduer. ven. in ver. inuiolabiliter præcipimus, videtur prohibe
re fieri dicta statuta: ergo non valent. vt in auth. nauigia. C. de
3 fur. & in auth. omnes. C. communia de suc. ¶ Tamen † præ-
missis non obstantibus contrariam sententiã in proposito pu
to esse de iure veriorem. s. quod ex dictis cõtractibus & instru
mentis ac contentis in eis non possint d. Paulus & Franciscus
de Pompeio consequi id quod petũt. hoc enim primò tenuit
Bar. in l. omnes populi, in 3. q. prin. ff. de iusti. & iur. vbi dixit
ꝙ quando statutum disponit quod contractus minorum etiã
iuratus non valeat sine consensu duorum consanguineorum,
& ꝙ talis contractus factus sine consensu dictorum consan-
guineorum præsumatur initus dolo, seu intelligatur talis mi-
nor dolo inductus ad contrahendum; tunc valet statutum, &
contractus non sortietur effectum: quia propter præsumptũ
dolum iuramentum potest contemni. d. c. cum contingat. &
c. 2. de pac. in 6. & c. licet mulieres. de iureiur. eo. li. & sic pro-
pter præsumptum dolum cessat causa peccati: licet non serue
tur iuramentum sed statutum prædictum infringit dictũ con
tractum celebratum a minore 20. annis etiam si interuenerit
iuramentum, & præsumitur contractum esse per dolũ & frau
dem celebratum, & iuramentum esse vitiosè extortum quan-
do in dicto contractu non interuenit pręsentia iudicis & triũ
agnatorum, vt latius in dicto statuto continetur, ergo cum di
cta solennitas seu præsentia iudicis & agnatorum non inter-
uenerit in dictis contractibus non valent ipso iure, vt statutũ
disponit. & dicit Bar. in d. l. omnes populi. se vidisse ita iudica
ri, & ꝙ ita sentit Iac. de Bel. in quadam disputatione. & ita et
tenet Bal. in l. non dubium. in 21. opp. C. de leg. & Bal. & Sal.
in auth. sacramenta. C. si aduer. ven. & Pet. de Anch. in repet.
c. 1. de consti. in 6. q. prin. Card. Flor. in d. c. cum contingat. &
Pet. de Anch. consi. 338. incip. Visa copia cuiusdam instrumen
ti. Quinimo Bal. in d. l. omnes populi. circa octauam colum.
in versicu. item quæro an statutum quod iuramentum &c.
4 † fortius tenet, volens quod statutum etiam absque præsum-
ptione vel fictione doli inducta a statuto possit disponere qđ
non valeat iuramentum minoris præstitum in contractu ce-
lebato sine certa solennitate, puta sine authoritate curatoris:
quia ius ciuile potest ex causa reprobare iuramẽtum præstan-
dum. & tenet in hoc lex locum apostolici. allegat. l. si quis in-
quilinos. §. fin. ff. de leg. 1. bene facit. d. l. non dubium. licet sit
verum ꝙ post iuramentum pręstitum non possit lex ciuilis il
lud infringere. & ideo secundum eum statutum prædictum
non valeret quatenus traheretur ad præterita: tamen ante fa-
ctum potest, quod non quæratur ius ex tali iuramento reci-
pienti. & ideo potestas ciuitatis debet tale statutum seruare.
& plus dicit ibi Bal. quod episcopus non posset mandare iudi
ci seculari quod faceret tale iuramentum seruari: quia episco
pus non potest ampliare iurisdictionem secularem vltra for-
mam statutorum. vnde posset tunc iudex secularis respondere
episcopo: nequeo adimplere quod iubes, quia non habeo iu-
risdictionem secularem vltra formam statutorum. arg. l. 2. ff.
de offi. procon. & l. ad res. ff. de ædili. edic. & pro hoc adducit
authoritatem Iaco. But. in auth. statuimus. C. de episc. & cler.
quia sicut posset ciuitas non habere forum causarũ vllo mo-
do: ita & secundum quid. ff. de excu. tut. l. si duas. §. decem. &
cum dicta decisione Bald. transit simpliciter Pet. de Anch. in
repe. c. canonum statuta. de cõsti. in 15. charta magna, in vers.
5 & per prædicta infert &c. ¶ Istam † opi. etiam tenet Bal. in l.
pactum. C. de collatio. in 1. & 2. col. in 5. q. & in vlt. colum. in
21. q. vbi vult ꝙ statutum possit prohibere iuramentũ: & tunc
non possit contra iurantem excipi de tali iuramento. allegat
no. in l. 2. C. ne fideiussor. dot. dentur. & in l. inuitus. §. fi. ff. de
reg. iur. & quia lex ciuilis habet vim apostolici seu Papæ circa
remissionem iuramenti, alleg. glo. quæ in hoc reputatur sin-
gularis in l. adigere. §. fin. ff. de iure patro. & idem tenet Bal. in
c. 1. §. item sacramenta, in 5. col. de pace iura. fir. & in l. nec pa
tronus. C. de ope. lib. & in d. l. non dubium, in 2. col. in nota-
bilibus. C. de legi. & in l. 1. in fin. & in l. 2. in 9. q. C. si aduer.
dona. & in l. iurisgentium. §. & generaliter. per illum text. ff.
de pac. & in rub. ff. de iureiuran. & in l. fi. ff. qui satisd. cog. &
in d. l. si quis inqulinos. §. fin. & in d. c. cum contingat. in 4.
col. & Sal. in d. authen. sacramenta. ad finem. quia non dicitur
periurus qui ex iusta causa deserit iuramentum. l. fi. ff. qui sa-
tisd. cog. item quia iuramentum potest remitti per eum in cu
ius fauorem præstitum est. c. præterea. cum ibi not. per Ioan.
And. de spon. c. consuluit, de vsur. l. fi. in princ. ff. qui & a qui-
bus. ergo debet etiam pariter posse remitti per statutum: quia
id quod potest remitti per pactum, potest remitti per statutũ.
l. fi. in fi. C. de fideiuss. notatur in d. rubrica. C. de decre. decur.
lib. 10. confirmat etiam hãc rationem: quia in eo quod fit per
statutum censentur omnes consentire, etiam qui non inter-
fuerunt statuto, vt probatur in l. quod maior, & in l. munici-
pes. ff. ad muni. & ex notatis per glo. in rubr. C. quæ sit long.
consue. & in l. sed ex dolo. §. 1. in gl. in verbo, facere possunt.
ff. de dolo. & in l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. & ideo con-
trahens cum minore sine dicta solennitate requisita a statuto
videtur consensisse ꝙ dictum iuramentum sibijpsi non pro-
sit. Istam opinionem etiam approbat Pet. de Anc. in repe. reg.
ea quæ, de reg. iur. in 6. in 3. q. & in l. fi. qui satisd. cog. & in c.
quamuis. de pac. in 6. & Io. de Imo. ibi in statuto videtur se-
qui opinionem Bartol. in d. l. omnes populi. quam etiam se-
quitur Pau. de Cast. in l. fin. ff. qui satisd. cog. quæ etiam est in
fauorem dictæ dominæ Castellanæ, vt dixi supra. ¶ Hanc opi-
6 nionem etiam quò † ad casum nostrum videtur tenere Io. de
Imo. in præall. c. cum contingat. in 3. membro prin. vbi in isto
articulo facit tres casus principales. Primus est quando statu-
tum simpliciter prohibet contractum vel personam cõtrahe-
re, nec aliquid dicit de iuramento. & iste non est casus noster,
sed est casus quem tãgit Bar. in l. si quis pro eo. in tertio mem
bro. ff. de fideiuss. & in d. authen. sacramenta. & Ioan. And. in
addi. Spe. in ti. de sent. pro la §. vt autem in additione magna.
& per Fede. de Senis in consi. 280. inci. Casus talis est statuto
cauetur quod si donationes &c. cum suis concor. & hoc casu
ipse concludit quod statutũ non habebit locũ quando in con
tractu interuenisset iuramentum: quia est casus omissus a sta-
tuto, vt ibi latius per eum: quod non prosequor: quia iste non
7 est casus noster. ¶ Secundus † casus principalis est qñ statutũ
dicit ꝙ contractus celebratus tali solennitate non seruata nõ
valeat, etiam si interuenerit iuramentum: & iste est casus no-
ster. quo casu concludit quod contractus non firmabitur iu-
ramento, ex quo expresse statutũ annullat cõtractum, etiam si
interuenerit iurm. nã potest lex ciuilis & pari ratione ipsum
statutum super ipso contractu disponere & prohibere obliga-
tionem: & illam inualidare, per id quod habetur in l. cũ lex.
ff. de fideiuss. & in l. si non sortem. in princ. ff. de condi. indeb.
vnde hoc casu non poterit secũdum eum agi aliquo modo ex
ipso cõtractu, ex quo inualidus est propter dispositionem sta-
tuti. nec poterit etiam coram iudice seculari agi ex iuramen-
to; quia de iure ciuili iuramentũ ex se non est obligatorium
regulariter, per id quod legitur & notatur in d. l. si quis pro
eo. in princ. de fideicom. & in l. vt iurisiurandi. in princ. ff. de
8 ope. lib. & in l. 1. C. de ope. lib. ¶ Et subdit † ꝙ circa hoc posset
solũ esse dubium, quò ad propositum an iudex secularis pote
rit facere obseruari iuramentum, attento quod de iure cano-
nico ex iuramento oriatur actio, vel saltem propter iuramen-
tum competit facultas implorandi officium iudicis, vt coga-
tur quis ad obseruantiam iuramenti, iuxta no. per Host. & Io.
And. in c. cum venissent, de insti. & per Inno. in c. quintaual-
lis. de

lis.de iureiur.per id quod habetur 12.q.2.quicunque.& 22.q.5.iuramenti.& ibi hoc no. Arch. & per id quod habetur, in c.fi.de foro compe.lib.6.& in d.c.cum contingat.& ibi do cto.& no.etiam Bar.in d.l.si quis pro eo,in 2.col & est communis opin. & in hoc dicit Io.de Imo.in d.c. cum contingat primo videri ꝙ iudex secularis poterit facere obseruari, tale iuramentum per id quod habetur in c.2. de iureiur. libr. 6. cum ius canonicum prævaleat in hoc iuri ciuili, inquantum ius canonicum vult cum effectu agi posse ex iuramento,licet de iure ciuili sit secus, vt dixi.& quod in hoc prævaleat ius canonicum,patet in d.c.2.de iureiuran.in 6. vbi iudices etiam seculares in suo foro cogi possunt per diœcesanos, vt faciant obseruari iuramenta quæ possunt seruari sine interitu salutis æternæ,tamen dicit Io.de Imo.in d.c.cum contingat, se credere hoc casu quod communiter in foro seculari non audiretur agens in dicto secundo casu principali propter statutum, nisi iudex ecclesiasticus cogeret iudicem laicum, secundum
9 formam dicti c.2.¶Sed circa † hoc vltimum dico primo, ꝙ iudex ecclesiasticus hoc non posset,vt voluit Bal. in d.l. omnes populi.in 8.co.& retuli verba sua superius,& dato quod alias posset iudex ecclesiasticus cogere laicum ad obseruantiam iuramenti,tamen dico quod illud posset procedere, qñ tractaretur de cogendo iurantem ad obseruantiam iuramenti,quia iuramentum operatur vt laicus ratione iuraměti sortiatur etiam forum coram iudice ecclesiastico, & sic addit forum foro.c.fi.de foro compe.lib.6.sed vbi iurans esset mortuus,vt in casu nostro,tunc iudex ecclesiasticus non potest se impedire contra hæredem iurantis laicum,vt no.Io. And. & alij in d.c.fi.de foro compe.in 6.per illum tex.in verbo,a se, & ita loquitur tex.in d.c.2.de iureiur.lib.6.in verbo, eas. & sic illa iura solum loquuntur quo ad cogendam personam iurantis.ita etiam tenet Io.An.& alii post eum in c.fi. de sepul. per id quod legitur & not.in c.veritatis,de iureiur.ita etiam firmat Bal.in rub.ff.de iureiur.in fi.& in d.auth.sacramenta in fi.& latius probat ipse in repetitione.l.2.in 45. col.ff.de iureiu.& Ani.de But.in c.cum sit generale,de foro compe. circa antep.col. Bene facit quod no.Bal.in auth.ei qui.in vltim. col.C.de bo.auth.iud.poss.dum dicit ꝙ illud quod habetur, in c.debitores,de iureiur.non habet locum in hærede iurãtis.& idem sentit in l.3.C.plus valere quod agitur. Stat ergo conclusio ꝙ in hoc secundo casu quando statutum annullat, contractum etiam si iuramentũ interuenerit,quod tunc non potest agi ex tali contractu,nec iudex secularis, qui iurat seruare statuta & habet iurisdictionem secundum formam statutorum ciuitatis,non debet audire petentem obseruantiam talis iuramenti,nec etiam iudex ecclesiasticus potest se impe-
10 dire,saltem attento quod iurans est mortuus,vt dixi. ¶†Tertius casus principalis est,quando statutum expresse infringeret non solum contractum,sed etiam iuramentum, vt quia diceret ꝙ si contractus fiat non seruata tali solemnitate, non valeat contractus nec etiam iuramentũ si præstitum sit. & iste est casus secundum Io.de Imo.in c. cũ contingat, in quo sunt opiniones.nam Bal.& Sal.& alii sequaces quos supra retuli, tenent ꝙ statutum possit infringere iuramentũ, adeo ꝙ iurans non debeat cogi ad obseruantiam iuramenti. Sed quidam alii tenuerunt contrarium de quib. feci mentionem in principio & ipse finaliter tenet ꝙ valeat statutũ quatenus annullat contractum per ea quæ dicta sunt in secundo casu, sed quatenus annullat iuramentum,tenet ꝙ non valeat, quia iuramentum est quid spirituale,& spectat ad ecclesiam,d.c.fin. de fo.comp.in 6.& ideo laici statuentes non possunt se intromittere,vt dictum est supra in principio, & ideo tenet ꝙ iurans poterit cogi ad obseruantiam iuramenti.vnde in proposito nostro quatenus statutum annullat ipso iure contractum etiam si iuramentum interuenerit, valet statutum.quatenus vero statutum videtur infringere sacramentum dicendo ꝙ intelligatur vitiose extortum secundum opinionem vltimo loco relatam, statutũ in ea parte non valeret, & sic iurans si viueret posset cogi ad obseruantiam iuramenti. sed in proposito nostro cum sit mortuus non potest iudex ecclesiasticus se intromittere vt probaui,iudex aũt secularis vigore dicti statuti non audiet petentẽ obseruari dictũ iurm̃, vt ipsemet Io.de Imo.dixit in scdo principali casu,dicens se credere ꝙ cõiter in foro seculari nõ audiretur propter statutũ. & hoc confirmatur super d.secũdo casu. ¶Ex prædictis ergo si bene inspiciatur,apparet ꝙ magis cõis opi.est pro d.do.Castellanæ pro qua est opi. Bar.Bal.Sal.Pet.de Anc.do.Car.Flor. Io. de Imo.& Pa.de Cast.vt s.retuli.& statim etiam ostendam in responsionib. ꝙ opin.Feder. de Sen. est pro ea,a qua communi opi.in iudicando non est recedendũ, vt traditur in locis vulgarib. ¶Non obst. allegata in contrariũ.& primò illud quod no.Fede.de Sen.in d.cons.272.quia rñdeo ꝙ Fede. ibi tenet ꝙ iurm̃ obliget filiumfa.promittentem sine consensu.patris, tñ dicit ꝙ attento ꝙ dictũ sacramentũ fuit receptũ contra ꝓbationem statuti,tenetur ille qui recepit iuramentũ remittere tale iuramentũ iuranti, sicut dicitur in c.1.& in c. debitores.
11 de iureiu.Sed ita est † ꝙ hæres iurantis non habet necesse petere relaxationem sacramenti,sed perinde habetur prout haberetur iurans si viueret & ei remissum esset iuramentũ in casu in quo de iure sacramentũ fuisset remittendũ iuranti, qa tale vinculũ non obligat hæredem quantũ ad hoc vt habeat necesse petere relaxationem iuramenti q̃ petere potuisset defunctus,per no.per Inn. & alios in d.c.veritatis. de iureiu.& expresse Bal.in d.l.3.C.plus valere qd agitur.in versi. quærit glo.&c.& in d.auth.ei qui.C.de bo.auth.iud.pos. in vlt.col. & sic apparet ꝙ opi. & authoritas Federici est in fauorem do
12 minæ Castellanæ. ¶ Non obstat † id ꝙ no.Host.& Io. Andr. in d.c.quemadmodũ.quia responderi potest vt colligitur ex notatis maximè per Saly. in d.auth. sacramenta. videlicet dato ꝙ verũ esset ꝙ lex ciuilis non possit improbare iuramentũ tamen secus videtur esse in statuto ciuitatis, in quo videtur adesse consensus totius populi, & sic etiam illius popularis, qui recepit iuramentũ a iurante.d.l.qd maior. & dixi supra, & sic videtur consensisse ꝙ iuramentũ habeatur pro remisso, vnde sicut potest per pactũ remitti iuramentum.d.c.2.de spõsa.ita & per statutum,cui videtur dictus recipiens iuramentũ consensisse. & eodem modo respondet ad illud quod dicitur de iuramento,quod est quid spirituale & non spectat ad seculares,& similiter per hoc dicit esse responsum, ad illud argumentũ dũ dicitur,ꝙ non debet aperiri via periurijs, qa dicit ꝙ postquam censetur remissum iuramentũm nõ incur-
13 rit periuriũ.† & ꝙ iusta cã excusat a periurio.l.fi.ff. qui satis. cog.l.fi.ff.ad munici.c.breui.& c.venientes,de iureiur. & qd iusta est cã ipsa dispositio statuti, & ratio in qua fundatur statutũ,s.ne minores propter imbecillitatem decipiãtur, in quo versabatur æquitas naturalis.l.1.in prin.ff.de mino. Et ꝓ hoc etiam dicit esse responsum ad illud quod dicebatur,ꝙ tale statutum non debet valere tanquam reprobatum a iure in dicta auth.sacramenta.iuncta auth.omnes peregini, cum simi. C. communia de succ.quia respondet, quod propter statutum censentur omnes consensisse remissioni iuramenti quod remittere potuerunt,s.quo ad ipsos in quorum fauorem præstaret iuramentum,& sic non censetur esse contra ius commune.propterea potest dici quod tex.in d.auth.sacramenta non habet clausulam derogatoriam ad sequentia statuta futura, merito sumus in regula ꝙ populi possunt statuere etiam contra ea quæ sunt disposita a legibus imperialibus,vt in d.l.om
14 nes populi.¶Vel melius † ad allegata in cõtrariũ põt rñderi ꝙ posito quod iuramentum esset omnino seruandum, non obstante statuto laicorum contrarium disponente,tamen verum est nisi in actu interuenisset dolus.d.c.cum contingat & c.2.de pac.in 6,sed in proposito videtur quod interuenerit dolus,vt præsumitur statutum,& præsumptio ꝓ veritate habetur l.siue possidetis.& quod ibi no.C.de proba. & in l.fin. in prin.ff.quod metus cã.& in c.is qui.de spon.& istud est ꝙ voluit Barto. in d.l.omnes populi,in 3.q.princ.cum concor. sup.allegatis.¶Nec ad hoc obstat ꝙ sequeretur ꝙ per indirectum permitteretur laicis statuentibus statuere super iuramẽto, vbi alias directo non possent,contra id quod habetur in d. c.cum quid vna.& c.quanto,de diuor.sed potest responderi per id quod habetur in l. 1.in prin.cum ibi no.per Dyn. & Bar.ff.de autho.tu. & l.si vnus.§. illud. ff. de pac.& per no
15 tata per Cy.in l.3. C.de iud.vbi habetur † ꝙ licet aliquid directo non permittatur,sed prohibeatur, tamen permittitur, qñ venit in consequentiam necessariam alterius actus permissi,vt in iuribus proximè allegatis. secus si non venit in necessariam consequẽtiam actus permissi, quia si non permittitur directo nec etiam per indirectum.d.l.2.C.si mancipium, ita

ueniat ne prost. l. athletas. §. siue autem. ff. de his qui no. infa. cum si. Sed in proposito statuentibus, & legib. ciuilib. est licitum inducere præsumptionem fraudis uel doli. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. l. Iulianus. §. si uenditor. ff. de ac. emp. l. si non conuitij. C. de iniurijs. l. 1. C. ad l. Cor. de sic. l. dolum cum ibi no. C. de dolo. ergo. si permissum & licitū est inducere præsumptionem doli in actu, resultat in consequentiam necessariam, q̄ iuramentum interueniens in tali actu in quo censetur inesse dolus, non sit seruandum, & per consequens non aperitur uia periuriis. d. l. fi. ff. qui satis. cog. iuncto. d. c. 2. de pac. in 6. & d. c. cum contingat. Vel & secūdo potest responderi, ut respondet Dy. in d. c. cum quid una. quod illud, quod ibi habetur procedit quando aliquid prohibetur a iure alicui in odium ipsius prohibiti. l. scire oportet. §. si mater. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. non est ambigendū. §. ubicunque. ff. de bo. pos. secus si ob alium contingentē defectum. l. 1. §. sed uidendum. ff. de succes. edic. l. quoties duplici ff. de reg. iu. cum alijs allegatis per Dy. in d. c. cum quid una. sed quod prohibeantur statuentes disponere de iuramento, non fuit inductum in odium statuētium ratione alicuius delicti statuētium uel alterius odii, sed solum ratione defectus, causæ efficientis, quia ad eos nō pertinet tractare de spiritualibus uel dependentibus ab eis. c. 2. & c. quanto. de iud. magis tamen placet præcedens responsio quam proximè dedi. ¶Vel & ultimò potest ad omnia in contrarium allegata re-
16 sponderi, † quod satis est q̄ statutum potuerit ipso iure annullare contractum etiam si iuramentum interuenerit, & q̄. uis non potuerit tollere iuramentum, tamen ad illud obseruandum non potest in casu nostro cogi hæres iurantis, stante quod contractus est nullus, & iurans decessit, ut probaui referendo opinionem Io. de Imo. in d. ca. cum contingat. & hæc etiam est tuta responsio. Ex quibus concluditur, quod ex nullo dictorum contractuum, & instrumentorū, nec ex contentis in eis agi potest ad illud ad quod actum fuit contra dictam Castellanam. potuissem discutere de præsumpta simulatione contractus, maximè ex eo, quia dictus Petrus semper remansit in possessione, & non apparet quod utique aliquid soluerit pro annua pensione, iuxta no. per Barto. in l. post cōtractum. ff. de dona. & in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mo. pigno. uel hypo. solu. & in consi. 65. inci. Petrus Nicolæ, cum suis concordantiis, sed superius dicta putaui tutiora pro defensione dominæ Castellanæ. Alexand.

ADDITIO.

* Non habet locum.] Idem sentit Felin. ibi. circa fin. vide tamen quod scribit Paul. Castr. consil. 306. Quanquam longa. col. 2. vers. videntur etiam lib. 1. Natta.

SVMMARIVM.

3 *Perceptio fructuum non probat quem possessorem, alio habente titulum.*
4 *Communicatio fructuum non arguit communionem fundi.*
5 *Socius non tenetur cōicare fundum, etiam de pecunia communi extra causam societatis emptum.*
6 *Res empta ab vno non est statim communis, sed communicanda etiam inter socios omnium bonorum.*
7 *Solicitator non est idoneus testis, nec is qui se odiosum ostendit. num. 8.*
9 *Tacens non videtur consentire, vbi agitur de actu partim utili partim oneroso.*
10 *Testis singularis non probat, nec per iuris. nu. 11.*
12 *Societas non arguitur ex communi victu.*

CONSILIVM CLII.

In causa & lite inter Paulum quondam Bernardi, ab oleo agentem, & Symonem Ruffini se defendentem, omissis non necessariis, mihi uidetur partes iudicantis esse in pronunciando, dicto Paulo non competere quoquo modo ius deductum in libello suo, & consequenter reum conuentum absolui a petitis, & maximè ex infrascriptis, quia quòd dicta possessio posita in uilla Ruinæ in totum spectauerit ad dictum Albertinum, & non ad Paulum, & de præsenti spectat ad dictum Symonem, qui eam a dicto Alber-
1 tino emit † satis probatur ex instrumento diuisionis initæ inter dictos Albertinum & Paulum ann. 1452. die ultimo mēsis Ianuarij. nam quo ad dictum Paulum, cum quo celebratum est dictum instrumentum diuisionis, constat per ipsum instrumentum diuisionis probari uera esse omnia in eo contenta. l. optimam. C. de contrahend & committen. stipula. l. quidam. ff. de proba. l. Publia. §. fin. ff. deposi. sed ibi narratur quod dicta possessio erat primo communis dictorum fratrū, & quod postea assignatur in totum ex causa diuisionis dicto Albertino, per consequens non potest dicere Paulus, quod tunc dicta possessio non spectauerit in totum ad Albertinū, nisi aliud probetur, ut etiam not. docto. in l. cum falsa. C. de iuris & fact. igno. Similiter quo ad aliam possessionem positam in uilla Vidigariæ est fundata intentio Albertini, ex eo, quia mihi præsupponitur extare instrumenta emptionis factæ per Albertinum nomine suo proprio post dictam primam diuisionem factam per publicum instrumentum. & posito quod illa prima diuisio non fuerit facta de omnibus bonis tamen allegatur per dictum Albertinum factam fuisse, aliam diuisionem de aliis bonis contentam in certa scriptura priuata, quam diuisionem factam esse etiam probatur saltem per instrumentum rogatum per ser Bartholomæum Cogium ann. 1459. die 22. mensis Februarii, in quo dictus Paulus ad instantiam dicti Albertini præsentis & stipulantis confessus est dictam diuisionem factam fuisse, & talis assertio facta præsente parte sufficit ad probationem. l. fi. ff. de interroga. act. & d. l. optimam. sed posito etiam quod non probaretur nisi factam esse primam diuisionem, apparet per eam, q̄
2 ipsi fratres † non erant in communione & societate omniū bonorum, & ideo non potest dici quod quamuis appareret, eos fuisse in aliqua communione, uel societate aliquorum bonorum, quod omnia quæ fuerunt proprio nomine, per Albertinum post ea acquisita, intelligātur communicata, aut communicanda. l. cum duobus. §. Papinianus, alias incipit, si fratres. & ibi not. doct. ff. pro socio. & l. si unus ex sociis. §. si unus. eo. titu. l. si patruus. & ibi no. doc. C. communia utriusque iudi. l. 1. §. si quis hoc interdicto. cum ibi no. per Bartol. ff. de iti. actuque priua. & plenè per Bartol. in l. Titium, &
3 Mæuium. §. altero. ff. de admi. tuto. ¶Et posito † q̄ per aliquos testes probaretur, seu diceretur quod dictus Paulus stabat in domibus dictarum possessionum, & quod possidebat illas & fructus recolligebat & similia, tamen attento quod dictus Alberti. habebat titulum acquisitionis factæ suo proprio nomine de dictis possessionibus, præsumitur quando dictus Paulus prædicta fecerit iure familiaritatis, & nomine ac ad utilitatem dicti Albertini. l. qui iure familiaritatis. & ibi not. hoc in terminis communiter doctores. ff. de acquiren. posses. l. & habet. §. hospites, & ibi doct. ff. de preca. no. Bar. in consi. incip. In quæsti one domini Cioli & clare Ang. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Bene facit quod not. Innoc. in c. bonæ. el grande, post prin. de postu. præla. † & licet ap-
4 pareret quod Albertinus communicasset fructus dictarum possessionum uel alicuius earum fortasse stando & uiuendo ad unum & eundem uictum communiter, seu alio modo fructus prædictos simpliciter communicasset, non per hoc uideretur uoluisse communicare proprietatem ipsorum prædiorum, ut specifice decidit Sal. in d. l. si patruus, per tex. in c. 2. in titu. de fratribus de nouo beneficio inuestit. & per id qd habetur in d. l. cum duobus. §. si inter fratres. Bene faciunt notata per Bald. in l. fi. C. de collatio. & in cap. 1. de benefic. fratris. non enim uoluntarii actus agentium operantur ultra qui inferat qualitas ipsorum actuum. dicta l. 1. §. si quis autem hoc interdicto. l. fin. C. ne uxor pro marito. l. tutori. C.
5 de neg. gest. ¶Confirmantur prædicta † per id quod in specie dicit Bar. in d. l. Titium & Mæuium. § alieno. dum inquit q̄ si fratres in aliqua negotiatione simul negotiabantur, & unus eorum emit fundum proprio nomine, non tenebitur,
a illum communicare, etiam a si emerit de communi pecunia illius negotiationis, quam simul exercebant, sed tenebitur tātum communicare pecuniam si communis erat, per l. si unus §. si unus. & in dubio præsumetur emisse de pecunia propria, ut inquit Bar. in l. cum proponas. per illum tex. C. pro soci. & Bar. in d. l. si patruus. & Bal. in l. pe. C. si quis alteri uel sibi
6 arg. l. si defunctus. C. arbi. tute. cum si. ¶Fortius † dico quod etiam

etiam posito quod probaretur eos fuisse socios omnium bonorum tempore quo Albertinus suo nomine proprio dictã possessionem acquisiuit, tamen non intelligeretur per hoc ꝙ dicta possessio esset effecta communis dictorum Paulini & Albertini, sed solùm competere potuisset actio [b] personalis.s.ꝓ socio ipsi Paulo contra Albertinum ad communicandum dictam possessionem.l.si quis societatem vniuersarum, la j.& l. si quis societatem contraxerit.ff.pro so.no.gl.& doc.maximè Bal.in l.j.C.si quis alteri vel sibi.& no. etiam in l.pe.eo.tit.& in d.l.si patruus.cum gl.& sic nulla per hoc competeret actio Paulo contra d.Simonem singularẽ successorem d.Albertini. l.1.§.si hæres.ff.ad treb.l.fi.in fi.ff.de cõtrah.emp.quantò magis ergo in casu nostro dicendum est non fuisse acquisitũ aliquod dominium d.Paulo pro aliqua parte,cum non essent socii omnium bonorum,per ea quæ supra dixi,prout etiam apparet tam per multas attestationes testium receptorũ pro parte d.Albertini,quàm etiam per instrumenta multorũ actuum gestorum tam per Paulum quàm per Albertinum qui nomine suo proprio non aũt communi nomine gerebant. Vnde si qua superest difficultas.videtur solum cõsistere in discernendo, an nonnulli testes producti pro parte d.Pauli ad probandum ꝙ d.Albertinus post acquisitas per eum dictas possessiones eas communicauit cum d. Paulo videantur obstare dicto Albertino?in quo quidem dico ꝙ non.nam in primis nõ obstat id quod deponit Franciscus Bagarotus super capitulis secundo loco productis, inquantum videtur deponere se audiuisse d. Albertinum dicentem ac confitentem & consentientem qualiter ipse Albertinus volebat & intendebat ꝙ omnia & singula quæ ipse Albertinus & Paulus per retroacta tempora fecerant, emerant & acquisiuerant, ac vendiderant tam simul quàm diuisim,& tam nomine ipsorum amborum,quàm nomine alterius eorum tantùm,& seu per eorum alterum tantùm facta essent, intelligeretur in cõem vtilitatem,& pro cõi vtilitate ipsorum fratrum.& quod ad eorum vtrunque dimidia spectabat & pertinebat, spectaretque & pertineret pro indiuiso,quibuscunq; in contrarium facientibus non obstantibus,& maximè ꝙ si quæ acquisitiones,quotquot essent & apparerent factæ per ipsum Albertinum proprio nomine, qm̃ asserebat Albertinus id euenisse.s.si d.Paulus nominatus non fuerat potius propter absentiam ipsius ser Pauli qui sæpenumero erat foris & in villa pro negotijs communibus ipsorũ fratrum,& maximè pro rebus eorum fratrum de Ruina, pro quibus pendet præsens iudicium. & non poterat adesse contractibus factis de prædictis, ac etiam propter simplicitatem ipsius Pauli quàm ꝙ ad ipsum Paulũ re vera non intelligeret dimidiam tanquam ad eius fratrem socium eius omnium bonorum spectare.& eidem Paulo dictam dimidiam quærere & quæsitam esse vsq; in dictum tempus dicti consensus & probationis dictorũ verborum præsente d. Paulo intelligente & acceptante.¶Nam iste testis† non est idoneus,quia fuit solicitator [c] in causa pro d.Paulo, & dicit se fecisse vt d.Paulus haberet portionem suam eo ꝙ fuerit solicitator. apparet etiã ex testificatu Francisci. ꝙ autem ille qui fuit solicitator in causa non sit idoneus testis,tenuerunt domini de Rota sua conclu. 112.aliàs 148.quem referunt & sequuntur Ant. de But.in c. cùm a nobis.ad fi.de testi.& sequitur ẽt hoc ibi Io. de Imo.& Abb.in c.insuper.de testi. & Pet.de Anch.in consi.227. inci. Ad corroborationem prædictorum. per id quod habetur in c.fi.de testi.in 6.& in l.fi.ff.de testi.& idem consuluit Ang.in consi.175.incip.Quædam domi.Margarita. ¶Secundo non probat iste testis,eò quia in dicto suo est vnicus,& ab alijs discesserat,vt infra proxime ostendam referẽdo dicta aliorum, ergo non probat.c.in omni negotio,de testib.c. licet causam. de probat.c.bonæ.el j.de ele.cum si.¶Diminuitur † etiam de fide ipsius testis propter contumeliosa & iniuriosa verba quę fuerũt inter ipsum testem & dictum Albertinum, vt ipsemet testis affirmat.l.3.in prin.ff.de testi. nam cõmittitur iudicantis arbitrio quæ sit sufficiẽs offensa seu inimicitia, saltem quò ad diminuẽdam fidem testis,vt no.gl.3.q.5.accusatores, aliàs est in c.accusatoribus.in gl.quæ incipit,argu.& no.gl.Innoc. & alij in c.cum oporteat.C.de accu. & Bald.in auth. si dicatur.C.de testi.plus dicit Pet.de Anch.in consil.superius allegato,quod quando testis ostẽdit se multum odiosum ei contra quem producitur vel multum habere affectum ei ꝓ quo producitur, non facit semiplenam probationem, per not.in l.j.C.qui & aduer.quos.quod autem iste testes videatur multum habere affectum Paulo,deprehenditur,tum quia fuit solicitator in causa, vt dictum est,tum etiam quia fatetur se dixisse pluries quod dictus Paulus omnino victoriam reportaret in præsenti causa.bene facit quod no.Ioan. And.in addit. Spec.in titu.de teste.§.opponitur.super ver.item administrator.¶Non obst.id quod deponit alius testis, videlicet Franciscus qui attestatur quod Albertinus dixit & confessus fuit in præsentia dicti Pauli audientis & intelligentis quod quæcunque fecerat & gesserat dictus Albertinus nomine suo, & licet in his non esset nominatus dictus Paulus, volebat & intendebat quòd fuissent acta & gesta ad communem vtilitatem ipsorum fratrum, & quòd omnia quæ debebat dictus Albertinus & acquisiuerat, volebat & intendebat quod essent communia ipsorum amborum fratrum, & quod ad vtrunque eorum spectarent & pertinerent pro dimidia, & quod omne commodum & incommodum eorum quæ fecerat, & gesserat & acquisiuerat, & quæ habebat vsque tunc essent communia inter eos, non obstante quod aliàs dicti fratres separatim habitassent,& non obstante quod instrumenta pro acquisitionibus vel aliter factis in personam dicti Albertini, & per ipsum Albertinum sonarent in personam dicti Albertini quia ipse Albertinus ita fecerat propter absentiam dicti Pauli existentis in rure,& ne deuiaret eum a rure, & quod alia viceaudiuit eum Albertinũ dicentem; quello che io ho fatto e fazzo ho fatto e si fo per ti e per mi.quia respondeo qđ iste testis non probat, maximè ex infrascriptis rationibus. ¶Primò, quia iste testis non dicit quod Paulus acceptauerit ac consenserit his quæ a dicto Albertino expressa fuerunt. & licet fuerit præsens & intelligens,non per hoc intelligitur acceptasse, quia cũ tractaretur etiam de obligatione dicti Pauli, eo quia ex assertione Albertini commodum & incommodum volebat esse commune,vnde tunc † vbi agitur de actu continento
9 obligationem vel aliquid onerosum, præsens & tacens [d] non intelligitur consentire.l.filiusfami.§.inuitus.& ibi no.glo.& doc.ff.de procur.& no.glo. & Dy.in c.is qui tacet.de reg.iu. in 6. & Innoc. in c.in genesi.de elec. & Bald.in l.si sine.C.ad velleia.& Sali.in l.inuitus.C.de procur.etiam dato quod ille actus etiam tenderet ad aliquod commodum tacentis, vt patet in d.§.inuitus.nam si te præsentem & tacentem constituo procuratorem, non videris consentire quamuis procurator salarium petere possit. & sic commodum & emolumentum acquirere. iuxta l. salarium, cum ibi plenè not. ff.manda.& no.maximè per Bart.in l.1.§.aduocatos.& in §.ludi.ff.de var. & extraord.cogni.& si tunc non acceptauit, non potest postea ex interuallo acceptare saltem non consentiente Albertino.l.1.§.qui præsens.& l.continuus.ff.de verbo.obl.l.si cum fundum.cum glo.1.& ibi Bart.ff.de pac.not.Bart.in l.licitatio.in prin.ff.de publica.& Anto. de But.in c.si inter virum, de spon.& Ioan.de Imo.in l.si stipuler.§. si in locando. ff. de verb.obli.bene facit.l.non erit.§.fi.& ibi no.ff.de iureiur.iuncta l.qui iurasse.§.fi.eo.tit.& quod no. Bal.in l.3.C.de repu. hæred.in versi.quæro quid si scriptus &c. iunctis his quæ ipse dicit in princ.illius.l. ¶ Secunda ratione non probat, quia iste testis solùm deponit quod ea quæ acquisiuit & fecit Albertinus,volebat ipse Albertinus esse communia inter eos fratres, præcedens verò testis.s.Franciscus Bagarottus deponit quod Albertinos dixit quòd volebat omnia & singula quæ ipsi Albertinus & Paulus acquisiuerant & fecerant,essent cõmunia, & sic verba Albertini secundum quod deponit Franciscus Bagarottus fuerunt quòd esset communio & societas reciproca omnium bonorum vtriusque,sed secundum quod deponit dictus Franciscus non fuit contractus seu societas reciproca & communia bonorũ vtriusque,sed potius fuit quædam donatio medietatis omnium bonorum & iurium dicti
10 Albertini facta Paulo.† & sic euidenter apparet istos duos testes esse singulares, quia vnus deponit de vno contractu,alius de alio.& per consequens neuter probat.l. ob carmen.§.fi.ff. de testi.& l. iurisiurandi. C. de testi.cũ si.& posito quod esset donatio & valida, tñ non fuisset translatũ dominium in Paulum sine traditione.l.traditionibus. C.de pac. & not.gloss.& docto.in l.1.cum simi.ff.pro dote.& si diceremus quod non fuit expressa causa donationis in verbis Albertini, de quibus attestatur

attestatur Franciscus de Anechino, sequitur quod illa assertio uel conuentio tanquam careat causa aliqua obligatoria, non est efficax. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. c. si cautio. de fide instru. & non verisimilia sunt quæ deponit iste testis, quia etiam dato quod Paulus esset in rure tempore quo Albertinus emebat suo proprio nomine, bene potuisset emere nomine etiã Pauli absentis. l. si ego. ff. de neg. gest. cum uulgaribus. ¶ Non obst. etiã id quod testificatur Laurentius Gasapinus quia iste ratione temporis & loci est omninò singularis ab aliis testibus, ergo non probat, ut dictum est.

11 † Præterea præsupponitur quod iste testis deposuit in dicto testificatu inter cetera vnum quod est falsum, quia interrogatus dixit quod ipse testis non est filius matris * Antonii ab oleo filii dicti Pauli, & tamen contrarium dicitur esse uerum, ergo nihil probat tanquam periurus. c. testimonium. de testi. not. Inn. in c. fraternitatis, de hæreti. per id quod habet in ca. si ad sacras. 9. distin. & 3. q. 9. pura. & in c. quanto, de his quæ fiunt à præla. & tradit per Old. in consi. 36. incip. ad primã. q. &c. & Bal. & Sal. in l. si ex falsis. C. de trãs. & Bal. in l. fi. in 4. oppo. C. de edi. diui Adri. tol. & est communis opi. ¶ Insuper non obstat illud quod deponit Florus Becharius, quia iste etiam ratione loci & temporis est unicus & singularis. Item non deponit quod Paulus cõsensetit his quæ dicit Albertinus, vnde omnia quę obieci supra, contra attestationem Francisci de Anechino conueniunt etiam ad impugnationem eorum quæ deponuntur per istum testem. nec intelligit iste testis quomodo & quãdo aliqui fratres dicuntur esse in cõmunione & societate omnium bonorum, vt clarè patet ex dicto suo iunctis his quæ dixi s. in prin. & quæ no. per Bar. in d. §. altero. cum simi. ¶ Nec etiã habet obstare illud quod attestatur Iacobus Panizattus, quia iste certè non probat, quia deponit quod dũ esset in quadam camera Albertinus, & ipse testis esset extra cameram, & non videret dictum Albertinum, audiuit eum dicentem Bonauenturæ filio dicti Pauli; Tu farai bona spesa attendere a fare bene perche io te ho cusi per mio filiolo como questi altri, e quello che femo, femo cusi per ti como per li altri. vnde est aduertendum quod iste testis non dicit quod Albertinus dixerit Paulo, ego volo quod omnia bona mea sint communia inter te & me & sic non concordat cum aliquo ex aliis testibus supra dictis qui conantur deponere quod Albertinus volebat omnia sua esse communia cum Paulo, sed iste testis non dicit quod iste testis aliquid dixerit de Paulo. Item verba Albertini, vt refert iste testis, fuerũt prolata de præsenti, videlicet, quello che femo &c. & sic non referuntur ad preteritum tẽpus, & sic ad prius acquisita, vt in l. cum stipulamur. & l. si a colono. ff. de ver. ob. & nihil deponit de consensu dicti Pauli. & sic etiam deficit in eo in quo defecit dictus Franciscus de Anechino. vt dixi supra, ostendit etiam iste testis se satis affectatum magis Paulo quam Albertino, vt ex testatione sua constat. ¶ Vltimò non obst. illud quod deponit Ioan. Grandi quondam Bartholomæi qui deponit quod Albertinus dixit dicto Paulo, questo tuo filiolo zoè Bonauentura farebbe bene attendere a far bene, perche quello io ho fatto e che io fazo ho fatto e fazo per ti e per mi. & iste testis ex tẽpore & loco est singularis. Item non deponit de consensu dicti Pauli, & sic deficit in illis omnibus in quibus dixi deficere Frãciscum de Anechino. quinimò videtur falsum deponere in vno, quia dicit quod prędicta audiuit ab Albertino anno 1464. in domo habitationis dictorum fratrum in ciuitate Ferrariæ super via sabblonorum, & dicitur esse probatum quod dicti fratres tunc ibi non habitabant, & sic isti testi non est credendum. d. c. testimonium. & quamuis etiam iste testis conet deponere quod ab annis 20. & citra dicti fratres habuerunt omnia eorum bona in cõmunione & pro indiuiso, dico quod vltra prędicta etiam nõ probat alia ratione, quia iste testis vt ipse affirmat, habebat ignorãtiam diuisionis factæ intra dictũ tempus inter dictos fratres,

12 vt de ea supra dixi. † Item non probat, quia non assignat bonã rationem nec concludentẽ quia dicit se scire, eò quia a dicto tẽpore circa diuersis vicibus audiui & vidit dictos fratres ab oleo stare & habitare simul in eadem domo & familia, & comedere & bibere ad vnam mensam, quæ ratio non arguit societatem omnium bonorum, vt not. Bald. in c. 1. de bene. frat. & colligitur ex no. per Bar. in d. §. altero. cuius opinio est magis communiter approbata. & præsertim stantibus actibus cõtrariis dictorum fratrum, qui pro dicto tẽpore plurima proprio non autem communi nomine fecerunt, vt dixi supra, & ratio assignata per testem trahit ad se dictum testis, & illud corruit. vt l. cùm pater. §. dulcissimis. de leg. 2. no. gl. in l. si is qui animo de acqui. pos. vbiq; dicunt doc. & clarè. Bal. in l. cõuenticulam. in pe. col. C. de epi. & cle. Ex quibus omnibus cõcludo dictum Paulum ex actis mihi exhibitis nullo modo in præsenti causa obtinere posse. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Etiam. d. l. cũ duobus. in fi. Pet. de Per. trac. de duo. fratri. per 5. q. 1.
b ¶ Actio supra, lib. 1. consi. 49. col. penul.
c ¶ Solicitator supra, lib. 6. consi. 253.
d ¶ Tacens supra, eo. consi. 34. in fi.
* Non est filius matris] Istud in terminis, quòd testis negans se esse consanguineum, probata consanguinitate, intelligatur redagutus de falso, & in nullo ipsi credatur, tenet Bar. consil. 88. quem etiã refert, & sequitur Fran. Are. ad l. 1. §. sed & si mihi. col. pe. ff. de verb. obl. & Ang. idem tradit consi. 149. Visis processibus. col. 2. Nat.

CONSILIVM CLIII.

QVI veniant appellatione consanguineorum, & consobrinorum, & statutum loquens de intestato, nõ habet locum in pupillo.

VISO themate suprascripto circa primum dubium quo quæritur, quis succedat dictæ Catharinæ an dictæ auiæ, s. paterna & materna, an verò dictæ Maria & Polisena asſertæ consobrinæ dictę Catharinę, libenter vidissem extense & distinctè verba totius dicti satis inepti & inordinati statuti. Sed stante quod statutum dicat prout colligitur ex themati, quod si homo decesserit intestatus sine filiis legitimis, succedunt in bonis suis propinquiores consanguinei vsq; ad tertiũ gradum, & primò habeant carnales, secundò paterni nepotes deinde consobrini, & si consobrini non essent, succedant consanguinei vlteriores. & si non inueniantur consanguinei ex patre patris, succedant cõsanguinei ex parte matris. pręsuppo-

1 no † quod statutum accepit consanguineos non secundũ propriam & strictã significationem secũdum quam restringitur ad eos qui ex latere patris coniungũtur l. post cõsanguineos, in prin. ff. de suis & legi. & auth. de consan. & vteri. fra. col. 6. & per Archid. 3. q. 5. consanguinei. sed accipiatur in dicto statuto largè pro quolibet coniuncto ex latere patris vel matris, vt accipitur in c. quia circa, & in cap. non debet. de consang. & affi. & 35. q. 3. in c. de consanguinitate. & ea. causa. q. 5. ad idem. & no. Bar. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hered. & ibi dicit quod hoc secundo modo accipitur ex communi vsu loquendi, vt etiam dicit Bald. in l. fi. C. de ver. signi. & ꝓpter hoc dicit Raph. Cuma. & Paul. de Cast. in d. §. quod dicitur. quod in statutis deberet hoc secundo modo accipi, quia communis vsus loquendi attẽdi debet in statutis. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. l. Labeo. & ibi Bart. ff. de sup. leg. c. ex literis, el j. de spon. & licèt Bald. in d. §. quod dicitur. dicat quod non esset recedendum a ciuili significato nisi probaretur de isto communi vsu loquẽdi in loco, tñ huiusmodi probatio hic non est necessaria, quia apparet euidenter ex verbis statuti quod statuentes ita acceperunt dum & cõsobrinos & alios ex parte matris coniunctos appellant consanguineos, quod nõ est nisi ex dicta latissima vocabuli significatione. hoc præsupposito sentio quod non simus in terminis dicti statuti, sed in terminis iuris communis, nam posito quod dictum statutum uocet consobrinos ad successionem, tamen Maria & Polisena

2 non sunt huiusmodi. † nam consobrini propriè & rectè dicũtur illi qui sunt nati ex duabus sororibus, illę verò quę sunt natę ex duobus fratribus, vt erat Catharina ex parte vna, & Maria & Polisena ex parte altera appellantur propriè sorores patrueles, instit. de gradi. §. quarto gradu. ibi, sed quidam certè consobrinos propriè &c. & 35. q. 5. §. quarto gradu. ¶ Hoc ēt

3 patet † quia propria significatio vocabuli comprehenditur ex alusione vocabuli, quod non repugnat diffinitioni. l. tugurii. cum ibi no. & l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. sig. & l. 2. §. appellata. ff. si cer. peta. nota. Barto. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure in 6. q. principali. in ver. quęro vnde sumatur ista propria significatio, & in l. liberorum. ff. de ver. sig. in versi. 1. principa-

principaliter est videndum &c.& Bald.in l.fin. in 14.q.C.de hære.insti.sed consobrini ab allusione vocabuli dicuntur quasi consororini,& sic nati ex sororibus, vt d.§.quarto gradu.ergo non comprehenduntur patrueles sorores quæ dicuntur
4 illæ quæ sunt natę ex duobus fratribus, vt ibi.Et† cõstat quod statuta præcipuè illa quæ sunt contra ius commune, vt est dictum statutum, debent intelligi propriè & strictè.l.1.§.si is qui nauem.ff. de exerci.l. quod constitutum. ff.de mili.test. nota Barto.in d.l.omnes populi.in 6.q.principali. cum simi. ergo non dicitur tale statutũ præponere dictas sorores patrueles dictis auiæ paternę & maternæ, nec in talibus statutis correctoriis iuris communis fit extensio de uno casu ad alium ex identitate vel maioritate rationis, secundum communes conclusiones.l.præcipimus.de app.no.in auth.quas actiones. C.
5 de sacrosan.eccl. Præterea † dictum statutũ sub termino masculino vocat consobrinos, ergo non comprehendit fœmi-
a nas[a], quia ex propria significatione quę debet attendi in statutis saltem correctoriis masculinum non comprehendit fœmininum.l.pronunciatio.ff.de verb.sig.l.pen.in fi.C.de præposi.sacr.cub.lib.12.& not. Archi. 17.q.4. si quis suadente. & Dy.& Bar.in l.1.ff.de ver.sig.& Bal.post Cy.in l.quicunq;. C.de ser.fug.& in l.si quis in tantam.C.vnde vi.& per doc.in c.generari.de elec.lib.6.in cle.1.de ele & clarè ac plenè firmat Io.de Imo.in l.si ita scriptum sit filiabus.ff.de lega.2.¶ Rur-
6 sus† dictum statutũ loquitur de eo qui decesserit intestatus, dicta autẽ Catharina decessit impubes, quo casu propriè non
b dicitur decessisse intestata[b], sed intestabilis.l. 1. in prin.ff.de suis & legi.& licet tex.ibi videatur velle quod intestabilis habeatur pro intestato, tamen ista verba, s. haberi pro tali denotant fictionem & improprietatem l.1.cũ ibi no.C.de his quæ sub mo.& l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur.l.iure ciuili. ff. de condi.& demõ. & ita dicit Bar.in l.si is qui pro emptore. in fin. 3.q.principalis.ff.de vsucapi.& hoc satis aperit text. in d.l.1.in verbo propriè.ff. de suis & leg. sed statutum contrarium iuri communi loquens in casu vero, non extenditur ad casum fictum.l.3.§.hæc verba, cũ ibi no.ff.de nego. gest. & ibi
7 Bar.c.suspectum.de rescrip.in 6.cum suis concordantiis.†cõfirmatur hoc, quia in casibus in quibus fit extensio de vno casu ad alium requiritur quod sit eadẽ ratio in vtroq; casu, aliàs secus.l.illud.ff.ad leg.aquil.c.translato, de consti.l. fin. ff.de calum.sed in casu dicti statuti diuersa est ratio in pupillo qui est intestabilis quàm sit in eo qui est testabilis, quia ille qui potest testari si intestatus decedat videtur tacitè relinquere hæreditatem illis personis quę ab intestato succedunt l.conficiuntur.& l.si quis cum nullum.in princi.ff.de iure cod. & sic videntur venientes ab intestato habere ex voluntate defuncti, quæ ratio cessat quando est intestabilis. & istam opi. tenuit Pet.Cyn.Ray. & Nic.de Neapo.in l.intestato.ff. de legi.tu.& Guil.de Cug.in l.1.C.quando imperator inter pup.& Cy. in l.2.C.qui testa.fa.pos.& Ioan.Fabri.insti.de hære.quæ ab intest.in prin.pro quo bene facit in quod ibi no.in glo.& idem tenet Nicol.de Neap.in l.2.§.impuberem.ff.ad tertul.& Bal. in l.3.C.si penden.appel.mors interue.& ita consuluit ipse in consilio incipi.Si mater non extat &c.& Ange.in l.testamento.C.de testa.mili.& in l.2.C.de impub.& alijs substi.& Ful. in l.cum antiquioribus.C.de iure delib.& in d.l.in testamento.& in l.generaliter.in princ.C.de insti.& substi.sub condi. fac.& Ioan.de Imo.in l.Centurio, circa 20.col.ff.de vulg. & pup.& in c.cum tibi, ad fi.de test.& ita consuluit ipse in cons. suo inci.In casu præmisso primò discutiendum est quis successerit Ludouico.& Pet.de Anch.in repe.c.canonum statuta. de consti.post medium.in versicu.quid dices de patruo.& in hac parte videtur inclinare Bald.in l.si arrogato.in pe. col.ff. de adop.licet ipse in d.l.intestato.ff.de legi.tut. & in ca. 1.in prin.de success.distinguat inter statutum odiosum & fauorabile, vt primo casu non habeat locum in pupillo.secundo sic. quæ doctrina seruit ad casum nostrũ inspecto dicto statuto, dum loquitur de consobrinis & dum tacitè videtur excludere ascendentes masculos agnatos & proximiores,& ꝙ non habeat locum in pupillo etiam consuluit Ang.in cons.26. inci. Statutum excludens &c.& licet Barto.in d.l.1.ff.de suis & legi.& in pluribus suis consiliis tenuerit contrariũ, tamen magis communis opi.est contra eum nisi probaretur ꝙ communis vsus loquendi in loco fuisset quod pupillus diceretur decedere intestatus.& ita sum solitus legendo & pluries consulendo tenere, quod hic non explico latius breuitatis causa, attento quod ita se habet magis communis opin.a qua in iudicando non est recedendum vt traditur in locis vulgaribus, & attento ꝙ alia superiora fundamenta etiam sufficerẽt. & licet plura iura reperiantur quæ appellent pupillum intestatum, tamen respondẽt doc.in dictis locis quod illud est ex larga & impropria significatione non ex propria per dictam l. 1. in princi.de suis & legi. ¶ Cum igitur casus nostræ.q.non sit decisus pro dictis Maria & Polisena, sequitur quod dicta auia paterna & materna debent de iure communi pariter admitti & præferri dictis Mariæ & Polisenæ sororibus patruelibus ꝑsonæ defunctæ & dictis Gentilescha & Pernę amitis dictarũ Mariæ & Polisenę, vt in.§.consequens.cum seq.in auth.de hęred.ab intestato & in auth.vt fratrum filii.iuxta prin. nec dico præferendam auiam paternam maternæ quamuis statutũ dicat quod si non inueniantur consanguinei ex parte patris succedant consanguinei ex parte matris, attento quod statutũ loquitur per terminũ masculinum, s.consanguinei.Item quia loquitur quãdo agitur de successione eius qui decessit intestatus, vt supra deduxi.quo ad secundum dubium quo qæuritur, vtrum dictæ Iacobellæ auiæ paternæ succedant dictæ Gẽtilescha & Perna filiæ dictæ Iacobellæ, an verò etiam cum eis succedant dictæ Maria & Polisena filiæ quondam Antonii filii præmortui dictæ Iacobellæ,& concludo quia res clara est, ꝙ dictæ Maria & Polisena succedentes in stirpem in locũ patris debent succedere in tertia parte hæreditatis dictæ Iacobellæ, & Gentilescha in vna alia tertia parte, & Perna in alia tertia parte.hæc probantur in auth. de hære.ab inesta.§.1.in l.3.C.de suis & legi.& insti.de hæredita. quæ ab intestato.§. cum filius.nec statutum habet obstare hoc casu cum præsupponatur masculos nõ extare qui ad successionẽ veniunt.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Fœminas.contrarium puto hoc casu, quia est nomen appellationũ, vt & supra, lib.3.consi.39.

b ¶Intestata.dixi supra, lib.2.consi.115.

CONSILIVM CLIIII.

Lege supra, lib.6.consi.117.quod hic duplabatur.

Thema Ludouicus de Pisis domiciliũ habens in ciuitate Venetiarũ vbi diu habitauerat, ꝯxit mediante speciali procuratore in ciuitate Pisarũ matrimoniũ cũ Bartholomæa de Pisis domicilium tunc habente in eandem ciuitate Pisana.quod matrimonium postea fuit Venetiis consummatum.& in dotẽ habuit a patruis dictæ Bartholomææ ducatos sexcentum videlicet quadringentos in pecunia,& ducentos in corredis & certis bonis. quam dotem promisit fratri dictæ Bertholomææ & notario stipulanti bus nomine dictæ Bartholomææ absentis reddere dictæ Bartholomææ aut cui vel quibus ius & sors dabunt in omnem casum & euentũ dictæ dotis restituendæ secundum ordines, consuetudines & ciuitatis Pisarum prout latius constat in instrumento dotis celebrato in Venetiarum.& vltra prædicta eadẽ Bartholomæa secum portauit ad domum viri certa alia bona, s.vestes suas & similia vsque ad valorem ducatorum ducentorum quinquaginta vel circa habita à coniunctis suis.& antequam esset per dictum procuratorem Ludouici desponsata per verba de præsenti mater dicti Ludouici nomine suo & dicti Ludouici portauit certos annullos, corrigiam argenteam,& iocalia seu monialia valoris ducatorum centum nonaginta ad donandum dictæ Bartholomeæ sponsæ per verba de futuro,& ita eidem Bartholomææ tradidit. contracto igitur matrimonio dicta Bartholomæa sine liberis natis pleno vtero decessit cõdito testamento, in quo pro anima quædam reliquit,& uniuersalem hæredem instituit filium vel filios masculos vel fœminas, qui vel quæ ex ea nasci contingeret & sine filiis quando testatrix decederet.reliquit in effectu hęredem dictum Ludouicũ eius virum.post mortem dictę Bartholomææ prægnantis, scisso vẽtre excisus est sibi partus mortuus. Lodouicus hæreditatem dictæ Bartholomeçæ adiuit seu adire intendit. mõ frater Bartholomææ vigore statutorũ ciuitatis Pisanæ petit medietatẽ dictæ

dictæ dotis & corredorum seu bonorum parafernalium, ac etiam petit dictos annullos, corrigiam & iocalia, quæ dictus Ludouicus misit donatum eidem Bartholomææ in ciuitate Pisarū asserens se esse hæredem dictæ Bartholomææ suæ sororis ab intestato, quę sine filiis decessit. Quærit quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium mariti attenditur in restitutione dotis.*
3 *Domicilium constituere videtur, qui habitat per decennium.*
4 *Locus testamenti attenditur quò ad formam & facultatem testandi.*
8 *Facultas libera testandi non debet auferri, nec potest renunciari successori ex testamento. nu. 9.*
10 *Filia etiam cum iuramento non potest renunciare futuræ successioni patris, vel eius consensu.*
11 *Vestes, armilla, & ornamenta missa a sponso sponsæ non censentur in dubio tradita, sed animo donandi ad vsum, vt sit ornatior.*

CONSILIVM CLV.

Viso titulo quæstionis suprascripto, & copia statutorū ciuitatis Pisanæ, & testamento dictæ do. Bartholomææ & instrumento dotis eiusdem, videtur mihi breuiter
1 † de iure concludendum, dictam dotem & donaria pleno iure remanere debere dicto Ludouico hæredi dictæ Bartholomææ ex testamento. quod probatur, quia aut consideramus dispositionem iuris communis, & cōstat quod dictas dos data a patruis ipsius Bartholomææ pro ipsa Bartholomæa dicto Ludouico debet soluto matrimonio pertinere ad eos qui ex testamento Bartholomææ sunt hæredes eius, attento quod notarius ac etiam frater dictæ Bartholomææ nomine dictæ Bartholomææ stipulati sunt in omnem casum & euentū dotis restituendæ illam reddi debere. d. Bartholomææ, aut cui vel quibus ius & sors dabunt l. Caius, cum ibi no. per doc. & l. post dotem. secundum tertiam lecturam. ff. solut. mat. iuncta l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. & l. ex morte. in fin. C. de pac. conuen. & no. Bar. in l. vxorem. §. testamento. el ij. ff. de le. 3. & plenè Bal. in l. fi. C. communia vtriusque iudic. aut
2 † consideramus dispositionem statutorum ciuitatis Pisanæ, & adhuc dico idem, tum quia talia statuta non videntur militare quando maritus habebat domicilium alibi, prout habebat dictus Ludouicus, qui habebat domicilium in ciuitate Venetiarum, vbi etiam fuit celebratus contractus dotis, quāuis Pisis fuisset celebratus contractus matrimonii. ergo in restituenda dote[a] debent seruari statuta & iura ciuitatis Venetiarum, & non ciuitatis Pisarum. l. exigere dotem, & ibi no. communiter omnes. ff. de iud. & no. Bar. C. de sum. Trini. in l. cunctos populos. in 1. q. & ibi sequuntur hoc communiter alii, & Archi. 12. di. in c. illud. & Io. And. & Ant. de But. in c. 1. de sponsa. & Pet. de Anch. in c. canonum statuta, de const. & Bald. in auth. omnes peregrini, circa medium. C. communia de succ. & in c. 1. §. fi. de inuest. de re alie. fac. & quod Ludouicus
3 † haberet domicilium in ciuitate Venetiarum, patet quia ibidem vltra decennium habitauerat, quo ipse ibi videtur constituisse domicilium. l. 2. C. de incolis. li. 10. & vbi fit mentio de domicilio alicuius prout fit mentio in d. l. exigere intelligitur quod quis habet ratione habitationis, vt nota. glo. in c. statuto. §. cum verò. in glo. quæ incipit, olim dicebamus. de rescrip. in 6. & no. doc. maximè Ant. de But. in c. fi. de fo. compe. dum tractat de foro ratione domicilii cum cō-
4 cor. ibi alle. per eum. ¶ † Item & quo ad modum & faculta-
b tem[b] testandi in persona dictæ Bartholomææ, debet attendi locus ciuitatis Venetiarum, vbi testamentum conditum est, & non ciuitatis Pisarum, attento quod mulier sequitur domicilium viri post nuptias contractas. l. ea quæ desponsata. & l. fi. §. item rescripserunt mulierem. ff. ad municip. l. cum quædam puella, cum ibi no. ff. de iuris. om. iud. & no. Cyn. & Bal. in l. 2. cum simi. C. de iurisd. omn. iud. vnde in proposito dicit Bal. in l. cunctos populos, præallegata in 15. col. in versi. dixi de statutis permissoriis &c. ꝙ si statuto huius ciuitatis cauetur ꝙ vxor non possit relinquere viro, non comprehendit vxorem existentem de ciuitate statuentium, si testamē-

c tum facit extra territorium statuentium in loco sui domicilii, & saltem[c] quando bona vel iura essent etiam extra territorium statuentium, idest extra territorium ciuitatis Pisanæ, vt in proposito nostro. & idem firmat ibidem Sali. vbi refert se ita consuluisse. & dicit quod etiam ita consuluerunt Ioan. de Lignano & Richardus de Sali Idem tenet Pet. de Ancha. in repe. d. c. canonum statuta, in versicu. quid ergo vtrum statutum &c. & ita limitat notata per Bar. in d. l. cunctos populos, in sexta q. faciunt notata per Specu. in tit. de sen. prola. §. qualiter. versi. Item pone, quidam Flandrensis &c. & per An-
5 gel. in d. l. exigere. in fi. ¶ † Nec prædictis obstat si diceretur, quod Ludouicus in instrumēto dotali promisit dotē reddere Bartholomææ, aut cui vel quib. ius & sors debuit in oēm casum & euentū dotis restituendæ secundū ordines, cōsuetudines, iura & statuta ciuitatis Pisarum, quia asseruerunt dicti contrahentes ipsum contractum & matrimonium fuisse celebratum secundum ordines, statuta & consuetudines ciuitatis Pisarum, & conuenerunt dicti contrahentes, ꝙ dictus cōtractus nullū vigorē habeat, nisi prout disponitur p statuta ciuitatis Pisarum. vnde stantibus dictis statutis ciuitatis Pisarum mihi transmissis, & maximè statuto sub rubri. ꝙ maritus ex morte vxoris sine pacto lucretur, vī ꝙ mortua muliere in matrimonio sine liberis alicuius matrimonii. superstite viro maiore 14. annis. maritus lucretur dimidiā dotis, & donamentorū. alia vero medietas dotis redeat ad eum a quo profecta fuerit, & per consequēs videatur ꝙ medietas debeat redire ad patruos d. Bartholomææ, a quib. ꝓfecti sunt dicti sexcentum aurei dati partim in pecunia & partim in corredis, & aliis bonis, vt in d. instrumēto apparet. quia rñdeo, ꝙ dictum statutum vult ꝙ dimidia prædicta redeat ad illos a qb. dos ꝓfecta est, qñ mulier decessisset sine iudicio, & sine liberis alterius matrimonii. nā statutum hæc duo copulatiuè requirit. Sed ita est ꝙ Bartholomæa quamuis decesserit sine liberis alicuius matrimonii, nō tñ decessit sine iudicio & testō
6 vbi ēt ad pias causas quædā reliquit. nā iudicia † nuncupantur q̃ pro anima relinquuntur. c. 1. §. donare. in titu. qualiter olim poterat feudum alie. & in c. imperialem. §. 1. in ti. de ꝓhi. feu. alie. & per Fede. in vsi. feu. & declarant do. maximè Io. de Imo. in l. cogi. in prin. ff. ad treb. cum ergo dicta duo requisita a statuto non concurrant copulatiuè, sequitur ꝙ illud statutum locum habere non debet, vt l. si is qui ducenta. §. vtrum ff. de rebus dubi. l. si ita quis stipulatus fuerit decē aureos. ff. de verb. obl. l. si hæredi plures ff. de condi. insti. Illud etiā verum esset quod si dicta Bartholomæa habuisset bona materna vel alia, tunc dos data ab ipsis patruis suis intelligeretur data ex dictis bonis, vt in statutis prædictis cauetur in ver. statuimus etiam vt fratre &c. & per consequens non esset dicendum ꝙ dicti patrui possent vendicare dimidiè dotis tanquā dos ab eis profecta esset & super hac parte latius scriberem, sed omitto postq̃ in puncto mihi non præsupponitur ꝙ Bartholomæa habuerit bona materna vel alia ad ipsam pertinentia. & hæc sufficiant quo ad dictos sexcētum ducatos, de quibus fit mentio in instrumento dotis. ¶ Sup donariis verò prædictis q̃ essent extra dotem, etiā non expedit multa scribere, tum quia est ostensum, Ludouicum esse legitimum successorem & hæredē in omnibus d. Bartholomææ, tum etiam quia dictum statutum sub rubrica, ꝙ maritus ex morte vxoris, sine pacto lucretur &c. solum defert dimidiam dotis illis a quib. dos profecta est quando decessisset sine iudicio, non autē defert partem aliquam donariorum. nec etiam in statutis mihi transmissis reperio aliquod statutum Pisanum ꝓhibere vxorem instituere virum hæredem. licet in literis, videatur de hoc aliquid in confuso narrari. sed posito ꝙ statuta ciuitatis Pisarum de hoc aliquid disponerent, adhuc videtur qd non haberent obstare, quia illa non debent seruari in testamento
7 d. Bartholomææ condito Venetiis, vt sup. probaui. ¶ † Nec ad hoc obstat si dicatur quod in d. instrumento, & contractu dotis promisit Ludouicus notario & fratri d. Bartholomææ stipulantibus dotem reddere eidem Bartholomææ, aut cui seu quib. ius aut sors dederit in omnem casum & euentum dotis restituendæ secundum ordines, consuetudines & statuta, ciuitatis Pisarum, uolentes dicti contrahētes ꝙ d. contractus nullum habeat uigorem nisi secundum dicta statuta & consuetudinē secundū q asseruerunt esse celebratū dictū contractū dotis, & mrimonii, prout latius in dicto instro, quia respōdeo ꝙ

deo ꝙ ista verba posita in dicto contractu concernunt formā
& modum distractus,id est restitutionis dotis traditę per con-
tractum,non autem pertinēt ad modum testandi.l. verba ges-
8 serunt.ff.de verb.signi.comprobatur hoc † certum est ꝙ dicti
contrahentes non potuerunt per dictum contractum auferre
dictæ Bartholomææ, quę etiam tunc præsens non erat liberā
testandi factionē,quia ipsamet Bartholomæa hoc facere non
potuisset per contractum.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.
de verb.obl.l.ex eo.C.de inut.stipu.l.cum duobus.§.idem re
spondit.ff.pro socio.& multo minus potuerunt dicti contra-
hentes in hoc ligare dictam Bartholomęam absentē.l.si vnus.
§.ante omnia.& l.fi.ff. de pac. ergo si intelligeremus quod p
dictos contrahentes videretur esse conuentum ꝙ hæreditas
dictę Bartholomææ deberet dari & distribui secūdum formā
statutorum ciuitatis Pisanæ non valeret talis conuentio. l.fi.
cum materia.C.de pact.postquam in illa conuentione non in
9 teruenit consensus Bartholomææ absentis.¶† Quinimò dato
ꝙ per dictum contractum Ludouicus videretur etiam fecis-
se pactum de non succedendo dictæ Bartholomeę in hæredi-
tate,non intelligeretur de successione ex testamento,etiā quā-
do tale pactum fuisset factū cum dicta Bartholomæa, vt pro-
bat Bar.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.circa 1.col.quæ
no.ibi sequitur Angel.& alii per l.pactum.C.de pact.ne aufer
retur Bartholomæę libera testandi facultas quam habebat in
ciuitate Venetiarum secundum prædictos doc.& idem tenet
Ray.in d.l.pactum.per illum tex.in verbo,ab intestato.C. de
pac.& Bar.& Bald.in l.fi.eo.tit.& Bald.in l.pactum quod do-
tali.in 5.q.C.de col.& idem tenet ibi Paul. de Cast. & Sal.in
d.l.pactum.C.de pact.& Io.de Imo.in l.qui superstitis. ff. de
acquir.hęre.facit.l.si patronus non aluerit.ff.de bo.lib.quan-
to minùs debet hoc operari pactum de hoc factum cum alio
10 in absentia Bartholomææ.nam vt † dicit Pet.de Ancha.Ioā.
de Imo.& Dominicus in c.quāuis.de pac. in 6.illud quod di
citur in c.quamuis.quod videlicet pactum iuratum factum p
filiam patri de non succedendo patri habet locum quando il
d lud pactum fit patri seu cum patre de non succedendo ipsi pa
tri,secus si fieret cum alio [d] de non succedendo ipsi patri, qa
non valeret per dictam l.fi.C.de pac.& ita etiā tenet Raphae.
Cu.in l.stipulatio hoc modo concepta,præallegata referens se
ita consuluisse vna cum Raphaele Fulgosio, & dicit audiuisse
ita tenere Fulgosium in d.l.pactum quod dotali.de colla.Pe.
de Ancha.etiam in d.c.quamuis.refert se ita ꝯsuluisse & istud
per se solum si bene consideretur,est sufficiens ad submouen-
dum substantiale fundamentum aduersarii.Præterea etiā po-
sito ꝙ dictus Ludouicus non posset ex testamento succedere
dictæ Bartholomææ,tamen adhuc dico circa donaria missā p
Ludouicum ad domum sponsę non est dicendum ꝙ debeant
esse hęredum Bartholomæę,quasi sibi videantur fuisse omni-
nò donata,primò quia statutum ciuitatis Pisanæ vbi bona cō-
signata fuerunt sponsæ sub rubrica de Guarnimentis quod in
cipit,si sponsus &c.vult quod quando talia iocalia & monia-
lia excedunt summam solidorum quadraginta, non intelligā-
tur donata sponsę.sed missa vt sponsa magis ornata ad virum
accedat, nisi aliud expressum fuerit per sponsum mittentem
aut dantem.Nec obstat statutum sub rubrica de donamentis,
quia loquitur quando constabat quod animo donandi data
erant mulieri.esset ergo isto casu diligenter aduertendum, an
Ludouicus miserit animo donandi, an animo non donandi,
an verò dubitetur. nam si appareret quod Ludouicus voluit
donare,esset clara ꝙ debent esse illorum qui erāt hęredes mú
lieris.Si autem constaret ꝙ non animo donandi, & tunc sine
dubio debent esse Ludouici.vbi autem essemus in dubio, tūc
statutum prędictum vult ꝙ non præsumatur animo donan-
di.& sic emananit illud statutum ad tollēdam dubietatem iu-
ris communis in illo articulo, in quo de iure ciuili posset fie-
ri longus sermo propter varias opiniones scribentium in va-
riis locis, iuxta notata per Barto. in l. si vt certo.§.interdum.
ff.commoda.& per omnes in l.pen.in prin.ff.sol.matrimo.&
Barto.in l. 1.§.nec castrense.ff. de colla.bo.& Barto. in consi-
lio incipien.Filius Petri.& Raynerius in l. post dotem.ff. sol.
mat.maximè in repe.illius l.in 5.q. per Bald.in l. cum te. C.
de dona.ante nup.post antiquos ibi.& per Bald.in auth. ex te-
stamento.C.de col.in versi.duodecimum capitulum &c.in l.
filię.in 5.q.C.fam. erci.& Ang.& Imo.in l.sed vsusfructus le-
gatus.§.dos legata.ff.ad leg. fal.& Ang.consi.339.incip.Nico-
lettus de Tartagnis de Imola &c.in quibus locis etiam cōmu-
11 niter concluditur † quod in dubio non pręsumatur traditio
facta animo donandi sponsę per d. l. si vt certo. §. interdum.
iuncta l.cum de indebito.in prin.cum simi.ff.de proba.& for
tius dicit Bal.in d.§.nec castrense,in 4.col.quod quando spō-
sus mittit zonam cum bursa mulieri,licet ex communi vsu lo
quendi dicatur,talis donat vxori zonam, tamen non intelli-
gitur proprie donatio,sed ad vsum datio,vt mulier honestius
ad domum viri accedat.l. mortis suę causa.§.fi.ff.de dona.in-
ter virum.quod saltem videtur esse verum,quando esset vere-
cundum sponso sponsam esse sine illius rebus ad eam missis,
quia tunc etiam si interueniat in traditione verbum donatio,
tamen impropriabitur, vt intelligatur donatio seu datio quò
ad vsum.arg.l.si vno,in princ.ff.loca.& l. pecuniæ sortem. ff.
de adim.leg.& l.Quintus.ff.mand.& eius quod not.Barto.in
d.§.nec castrense.iuncta.l. rem legatam. ff. de adimen. leg.&
dicit Io.de Imo.in l.pe.in prin.ff sol.matri.Et dicta statuta vi
dentur intelligenda secundum istam interpretationem & di-
stinctionem iuris communis cùm debeant interpretari & di-
stingui secundum ius commune.l.si serui vestri.C.de noxa.&
in cap. cum dilectus. de consue. & quod not.in l. sciendum.
in princi.cum simi.ff. qui sati s. cog. Ex quibus concludo di-
ctum Ludouicun non teneri ad restitutionem alicuius partis
dotis.nec aliorum bonorum paraphernaliū seu aliorū dona-
riorū prædictorum secundum quod supra declaratū est. Ale.

ADDITIONES.

a ¶Dote supra,lib.3.consi.100.

b ¶Facultatem.imò quò ad solennitatem tantùm, non autem quò ad dipositiua,vt dixi in consu.Pari.§.94.

c ¶Saltem.imò dumtaxat,& ita obseruatur.

d ¶Alio. Et si non valet ista renunciatio etiam deducta in pactum et iurata nisi fiat illi vel de consensu expresso illius cuius successioni renunciatur.idem Ale.l.stipulatio hoc modo col.4.& ibi Ias. col.4. de verb.obli.Bal.consi.437.Quædam puella.lib.1.Pet.de Ancha.con sil.39.Guid.Pap.consil.162.Fulg.consi.73.Paterfa.habens filium.Are ti.l.qui superstitis col.4.de acqui.hæred.Soci. consil. 83.col.2.lib.3. Laur.Calca.consi.33.col.pe.Geor.Natā d.c. quamuis. col.10. Bertr. consi.69.Punctus.in fi.consi.141.ex facto.col.3.nu.8.lib.1.consi.226. Viso casu.col.1.lib.2.Hiero.Cagnol repe.l.fi.colu.12.nu.101.C.de pa. Aymo consi.42.in fin.consi.127.nu.5.Amplia etiam si pater stipulatus fuisset hanc renunciationem successionibus omnium fratrum & sororum filiæ renunciantis ad commodum omnium filiorum suorum, & descendentium masculorum, quia nihilominus requiritur consensus expressus singulorum dictorum filiorum seu fratrum filiæ renunciantis, alioquin (exceptis bonis sitis in locis in quibus citra pactum per statutum loci excluditur) poterit etiam cum fratribus superstitibus succedere fratri sine liberis decedēti, qui fortè qa absens vel infans vel nondum natus non consenserat expresse dictæ renunciationi, & ita obseruatur & sæpæ iudicatum fuit in hoc supremo senatu vt olim supra 20.annos pro sororibus defuncti d. Doreille, & nuper hoc ann. 1543. mense Augusti pro d. Falcone de Cusy.qui litem resumpserat in locum Antoniæ Robertet matris suę. Et adhuc,si is de cuius successione agitur consensum reuocet & velit sibi succedi nedum testando, sed etiam ab intestato, renunciatio non habet locum,sed erit pro non facta,vt pulchrè decidit Bald. in cap.ad nostram.2 col.1.de iureiuran.quia dicta voluntas vel consensus eius de cuius successione agitur, est ambulatorius vsque ad mortem,iuxta d.l.fi.C.de pac.vt tetigi in consue.Pari.§.8.glo.3.q.4. & plenius.§.122.

CONSILIVM CLVI.

Lege supra,lib.3.consi.25.quod hic duplabatur.

EPITOME.

MATER habens redditum super communi Florentiæ,legauit illum vni ex filiis.Postea reuendidit illū dicto communi, & pretium redemptionis deposuit. Respon.Alex. quod non censetur reuocatum legatū, sed debetur pretium. Plus dicit ꝙ si non fuisset redemptus redditus debebitur legatario saltem estimatio, si filius erat incapax talis redditus,siue mater hoc sciuerit siue non,ex quo legatum est personæ coniunctę.

CONSILIVM CLVII.

Viso testamēto & codicillis Margaritæ quibus reliquit creditum montis communis Florentię ad ipsam testatri-

1 testatricem pertinens Georgio filio suo,& consideratoꝰ quod dicta testatrix postea p suos procuratores, s. per dictum Georgium & Ginum filios suos vendidit præfato communi Florētiæ dictum creditum & pecunias inde habitas apud certum hospitale seu agentes pro eo deposuit, puto breuiter concludendum quod per hoc non intelligatur esse extinctum & reuocatum legatum prædictum. Moueor in primis, quia quando testator purè & simpliciter legat rem vel speciem aliquā, si illam postea alienat,& quæratur an intelligatur reuocatum legatum, distinguitur, aut alienauit donando, & præsumitur reuocatum legatum. aut alio modo alienauit, & tunc subdistinguit aut ex aliqua causa necessaria,& in dubio non præsumitur reuocatum legatum aut ex causa merè voluntaria,& in dubio præsumitur reuocatum legatum prout hæc plenè habentur in l.rem legatam. cum ibi plenè not. ff.de adim.lega. in l.fideicommissa.§.si rem.ff.de le.3.& in l.scribit Quintus. §.item scribit.ff.de au.& argen.& in §.si rem legauerit.instit. de lega.& plenè notatur in l.3. C.de leg.in multis modis pōt contingere causa necessaria alienationis propter quam nō intelligetur reuocatum legatum, vt per Bald. in præallegata.l.si deicommissa.§. si rem. post glo.ibi.& vbi aliud non appareat, scilicet an ex causa necessaria, an ex causa voluntaria sit facta alienatio quādo alienatur alio titulo quàm donationis, dico ꝙ in dubio præsumitur facta ex illa causa ex qua non induci

a tur reuocatio [a] legati, vt expresse firmat Iacob.But.in d.l.3.C. de leg.hoc et voluit glo.j.in d.§.si rem legauerit.insti.de leg. quia mutatio voluntatis non præsumitur nisi probetur. & allegani mutationem voluntatis incumbit onus probandi.l.cū qui tacitum.ff.de prob.l.Lucius.ff.de leg.2.l. cum hic status. §.1.ff.de dona. inter virum. & in d.l. fideicommissa.§.si rem.

2 ¶ꝰConfirmantur prædicta, quia dictum creditum montis cōmunis Florentiæ fuit venditum ipsimet debitori, id est cōmuni Florentiæ pro certo pretio,& sic illud pretium successit loco eius quod debebat dictæ testatrici cōmune Florentiæ, & perinde est ac si dicta testatrix & creditrix exegisset ipsum nōmen debitoris, & liberasset ipsum debitorem, id est cōmune

* Florentiæ, pro hoc adduco id quod inquit Salic. * in l.j.C.de actio.& obli.in 2 1. q. vbi quærit quid si creditor cedat debitori suo actiones quas contra eum habet, an cessio teneat?& dicit quod sic,& operatur liberationem, & ad hoc inter cætera allegat.l.si sponsalib.in fi. ff. de iure do.& quia secundum eū potius debet fieri interpretatio vt actus valeat, vt l.quoties. ff. de reb.du.& c.abbate, de verb. sig. & pro decisione sua etiam bene facit, licet ipse non alleget.l.senatus.§.fin.ff.de lega. 1.& ꝙ ibi not.Bal.& alii post eum.& l.1.ff.de liber.leg.si ergo debitor cuius nomen legatum erat, videtur post legatum liberatus & exactus, sequitur ꝙ sumus in casu.d.l.fideicommissa.§. si rem.versi.cum tamen.vbi habetur quod si legaui tibi nomē

b debitoris, postea illud exegi [b], videtur in dubio extinctum legatum, nisi pecunia inde redacta sit postea per testatorem deposita, & sic per hoc videtur ibi casus noster satis apertè pro hac parte decisus, attento quod dictæ pecuniæ per testatorem

3 sunt depositæ. Et posito ꝙ esset ꝰ verum ꝙ ex forma prouisionum communis Florentiæ non potuisset transferri dictū creditum Montis in præfatum Georgium, vt religiosum & ordinis sancti Ioannis Hierosolimitani, vt verbo fertur, & posito etiam quod dicta prouisio vel statutum valeret, tamen non per hoc impediebatur dictum legatum valere saltem in æstimatione, siue dicta testatrix notitiam habuisset quod dictus Georgius erat religiosus.l.fideicommissa.§.si seruo. ff. de leg. 3.l.filiusfami.§.si quid alicui. ff.de leg. 1.& plenè not.in l.sed si res.eo.tit.siue etiam ignorasset hoc testatrix, attento ꝙ legatarius erat coniuncta persona secundum Pet.Nico.de Neapo. & Raph.in d.l.sed si res.arg.l.cum alienam.C.de leg.& ita notabiliter limitant.d.§ si seruo. dum tex.ibi distinguit inter testatorem scientem & ignorantem, vt illud locum nō habeat, quando legaretur coniuncto, quia tunc indistinctè legatum valet. Et an in casu prædicto sit petendum per dictum legatarium creditum Montis, an verò dictum pretium, tangit Bart. & Bald.in l.Lucius.la j.ff. de legat. 2. & ibi tenent esse in electione legatarii petere quod velit, tamen tutius puto esse in casu nostro petere dictam pecuniam depositam, non tamen circa hoc vltimum insisto, quia de hoc non sum interrogatus. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Reuocatio sup.lib.6.consi.157.consi.169.imò in dubio præsumitur ex causa voluntaria & legatum reuocatum, vt ibi dixi.non obstat dictus.§.si rem.quia loquitur quando iam constat testatorem alienasse necessitate aliqua vrgente,& sunt coniecturæ quod nō fecit animo adimendi tunc exigitur probatio mutatæ voluntatis ab hærede, non aliàs, dixi in l.cum seruus.de adi.leg.in no.intellec.

* Quod.inquit Sal.] Istud dictum Salyceti sequitur Alex.ad d.l.senatus.§.fi.vbi dicit se consuluisse, quòd cum quædam cessisset fratri iura sibi competentia contra quoscunque, non poterat agere contra ipsum cessionarium, quia videbatur liberatus.

b ¶Exigi.& sic distinguunt docto.An. testator prouocauerit debitorē, an vero prouocatus fuerit ab eo.Bald.in d.§.si rem. Corn. consilio 26.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta si quis legauit filio spurio, & eius liberis in domo, & communi familia hæredum suorum conferēdo industriam suam, ad commodum hæredum, cuius sit effectus. num. 2.3. & 4.*

5 *Verba recommendationis testatoris quid operentur. num. 6.*

7 *Legatum incertum non valet, nisi ad pias causas, vel pauperi.*

9 *Legatum pauperi etiam coniuncto dicitur ad pias causas.*

10 *Pauper dicitur arbitrio iudicis.*

CONSILIVM CLVIII.

Viso testamento dicti Pauli & narratione facti, de qua in themate suprascripto. Dicam breuiter ꝰ quan-

1 tum de iure sentio,& primo inquantum quæritur, an in dicto legato alimentorum facto dicto Francischino & eius liberis comprehendantur nepotes dicti Francischini nati ex fi-

a liis dicti Francischini, respondeo eos contineri [a] quia liberorum appellatione continentur nepotes ac pronepotes cæterique qui ex his descendunt & tam fœminæ quam mares.l.liberorū.& l.cognoscere.§.j.ff.de ver.sig.l.si dotali.ff.sol.matr. l.sed si hac.§.liberos.ff.de in ius voc. l. quod si nepotes. ff.de test.tute.facit.l.si ita scriptum sit filiabus.ff.de leg. 2. cum si.

2 ¶ꝰSuper alio quæsito quo quæritur, an dicti liberi pro futu-

se directum dominium soli dictæ domus, a qua ecclesia etiā
causam habebat dictus maritus in dicto terreno seu solo, vt
probatur in l. fin. C. de iure emph. & in c. potuit, de loc. vbi
suas meliorationes vendere potest emphyteuta vel condu-
ctor ad longum tempus. bene facit quod habetur in c. domi
no guerram. §. si vasallus. & quod ibi Bald. in tit. hic finitur
lex Corra. & declarat Bald. in authen. excipitur. C. de bo. quæ
lib. & in l. fi. §. emptor. C. communia de leg. & in l. in fundo.
ff. de rei vend. in l. 2. C. eod. titu. & Spe. in ti. loca. §. nunc ali-
qua. in pluribus uersiculis illius. §. & Ang. in l. senatus. §. Mar
cellus. ff. de leg. 1. præterquàm in casu posito. in §. si uerò qs
locaret. in authen. de alie. & emphy. & per Barto. in l. colo-
nus, in princ. ff. loca. & per Bald. & Ang. in locis. supra proxi
3 mè allegatis. ¶ Nec † etiam potest dici ꝙ fructus percepti à
marito debeant computari in sumptus factos, iuxta l. sum-
ptus. ff. de rei vend. quia illud locum non habet in eo aduer-
sus quem fructus nec res peti poterant tempore quo fructus
percipiebantur, vt no. glo. reputata singularis. ff. de rei ven. in
l. emptor. in princ. in uerbo medij. in versi. sed quid si prudē
te &c. sed dicto tempore, scilicet, constante matrimonio nul-
lus poterat petere à dicto Zano rem dotalem nec fructus. l.
4 pro oneribus. C. de iure dot. l. dotis fructus. ff. eo. ti. ¶ † Item
non obstat si dicatur ꝙ expensæ vtiles factæ in dote sine uo-
luntate mulieris aduersus eam exigi non possunt, nisi qñ ipsa
aliunde quàm ex fundo dotali habet vnde soluat. l. vtilium.
ff. de impensis. quia respondeo, posito sine præiudicio ꝙ de
uoluntate mulieris non appareret dictas expensas factas fuis
se, quod nihilominus dictus hæres mulieris qui nunc uult
dotē exigere ad dictas expensas seu melioramēta tenetur, qa
satis est ꝙ tempore quo agitur de repetitione & restitutione
dotis mulier seu pari ratione hæres mulieris habeat aliunde
vnde soluat vt in d. l. vtilium. quæ loquitur de tempore quo
dos exigebatur, vt ibi leg. & no. hoc clarè apparet ex distin-
ctione Dy. in l. j. ff. de impensis. quam ibi in additione forma
liter reassumpsit. & sequitur Raynerius, & ad quam remittit
se Cy. in l. vna. §. taceat. C. de rei vxo. act. unde uerba Dy. sunt
hæc quo ad propositum nostrum. Si expensa per maritum fa
cta est vtiliter, & tunc aut maritus impendit mandato mulie-
ris, & repetit totum per actionem mandati, vt d. §. sed nec ob
impensas. & d. l. vtilium. aut sine mandato, & tunc si mulier
est soluendo tempore impensæ factæ & tempore quo repeti
tur, & tunc repetet per actionem negotiorum gestorum in to
tum, vt d. §. sed nec ob impensas. aut est soluendo tempore im
pensæ factæ non tempore quo repetitur, & idē argu. l. sed an
vero. §. j. ff. de neg. gest. & l. & in totum. ff. de impensis. & no.
in d. l. vtiliū. Aut nō est soluendo mulier tempore impensæ,
nec tempore repetitionis, & tunc ita demum tenetur, si aliun
de soluere potest, ut d. l. vtiliū. & ita resident. Dyn. & præfati
doct. & sic uolunt quod etiam dato ꝙ tempore impensæ fa-
ctæ mulier soluendo non esset, hoc nō noceat marito seu pe-
tenti expensas vel excipienti de expensis, dummodò qñ dos
repetit᷑ vel exigitur mulier aliunde habeat unde soluat. un-
de casus positus per Dy. & alios dum dicunt aut non est soluē
do mulier tempore impēsæ, nec tempore repetitionis, & tūc
ita demum tenetur si aliunde soluere potest &c. est propriè
casus per quem deciditur casus noster, nam pone quod tēpo-
re quo facta est impensa mulier non est soluendo, vt quia im
pensa erat adeo magna ꝙ excedebat primæuū valorem fundi
dotalis, & omniū bonorum mulieris si qua habebat. contin-
git etiā quod mulier non erat soluendo tēpore quo soluitur
matrimoniū, quod quidem tempus appellatur tempus repe
titionis dictæ dotis. l. 2. in princ. ff. sol. mat. & l. unica. §. exa-
ctio. C. de rei uxo. act. postea antequam actu ageretur ad ip-
sam dotem mulier vel fortè hæres eius si morte mulieris fuit
solutum matrimoniū, vt in casu nostro, reperitur habere bo-
na alia quæ non habebat tēpore impensæ factæ nec tempore
quo matrimonium fuit dissolutū, certe hoc casu uolunt præ
facti doctores impensas esse satisfaciendas. & ita explicandū
est dictū membrū præfactæ distinctionis, alias uideret᷑ impli
care condictionem, inquantum dicunt, si non est soluendo
mulier tpe impensę, nec tpe repetitionis tenet᷑ si aliunde sol-
uere pōt qa si intelligeremus ꝙ tpe quo soluit᷑ matrimoniū,
mulier habebat aliunde vnde soluere posset, diceret᷑ soluen-
do. l. facere. ff. so. ma. facit l. qui pōt facere, cum suis cōcor. ff.
de reg. iu. hoc idē quo ad casum nostrū decidit clarè Nic. de
Neapo. in d. l. vtilium. cū l. seq. vbi quærit, quid si qñ maritus
fecit expensas mulier non erat soluendo, nunc aūt sic, & re-
spondet, ꝙ hoc casu nō solū retentio dotis, sed ēt actio nego-
tiorū gestorū cōpetit pro eis, p id qd ibi hr̄, & ꝙ sufficiat si tē
pore quo agitur ad dotē possit aliunde solui expensa, probat᷑
in l. litis. ff. de neg. gest. & plenè no. per Bar. in l. rei iudicatæ,
in prin. ff. so. ma. cum ergo hoc tēpore hæres mulieris habeat
aliūde vnde soluat, dico eū teneri, per prædicta. ¶ Nec ad hoc
5 ob. † si diceretur quod dato ꝙ hr̄s habebat aliunde. tñ fortas
se mulier non habebat, qa respondeo, hoc nō esse in conside-
ratiōe, qd probatur, qa aut dicimus ꝙ hoc erat cōcessum mu-
lieri in priuilegium, vt ipsa non teneretur satisfacere utilibus
expensis, nisi aliunde habeat vnde satisfacere possit, ne ipsa
habeat alienare fundum dotalem, & tunc dicendū est quod
hoc priuilegium non transibit ad hæredem mulieris. l. j. C.
de priui. dot. aut dicimus ꝙ trāsit ad filios eiusdē mr̄imonij.
iuxta l. assiduis. §. exceptis. C. q potio. in pig. hab. & no. p glo.
& doc. in l. j. C. de pri. do. & in l. ēt. ff. so. ma. in prin. & tūc cō
sideramus personā & statū ipsorū filiorū, vt patet in d. l. ēt. in
prī. & ita est ī ꝓposito ꝙ filius dictæ mulieris tpe quo nūc agi
tur de repetēda dote hēt aliūde vñ soluat, ergo tenet᷑ volum᷒
dicere ꝙ istud est ius cōe in muliere. s. ꝙ expēsas utiles nō te-
neatur

neātur soluere si aliūde non hēt vnde soluat, sicut ēt habetur in aliis personis.l.in fundo. cum ibi not.ff.de rei ven.& tunc dico ꝙ cum attendi debeat tempus quo fit exactio dotis,& sic tempus inchoati iudicii.d.l.litis,in prin. & dictum est supra, ideo habemus tunc considerare an hæres qui repræsentat per sonam mulieris habeat aliunde, vnde satisfaciat de dictis melioramentis tempore iudicii, ideo si habet aliunde unde satisfaciat, certè, & rigori pariter & æquitati conuenit vt satisfaciat,per prædicta.Alex.

ADDITIO.

a Si nouam uillam.]Expensæ factæ ædificando,non repetuntur,vt per Cur.Iun.consi.165.nu.14. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum factum inter liberos habet derogationem ad sequentia testamenta, vt si secundum testamentum esset inter liberos,nisi esset illis fauorabilius primo,& nu. 7.8. 11.*

2 *Testamentum secundum ut tollat primum derogatorum, quid requiritur.& nu. 3.4.9.10.*

5 *Verba derogatoria intelliguntur nedum de præteritis,sed etiam de futuris,nu.6.*

11 *Notarius rogatus non solum potest extendere clausulas abbreuiatas secundum stylum suum, vel consuetudinem, sed etiam alius iudicis authoritate subrogatus.nu.12.*

CONSILIVM CLXIII.

1 Visis narratis in themate vř mihi breuiter de iure concludendum,†dictum primum testamentum tantum esse validum,& illud non esse sublatum per secūdū, qa
2 quando primum testamentum habet derogationem a ad sequētia testamenta,non tollitur primum per sequens,nisi in secundo testamento sit facta specialis mentio dictæ derogationis in primo testamento appositæ, & specialiter prioris testamenti pœnituerit.l.si quis in principio testamēti. & ibi plenè no. ff.de leg.3. & in l.si mihi & tibi.§. in legatis.ff. de leg.1.& ibi no.sed in primo testamento testator dixit ꝙ uolebat illud testamentum esse suum vltimum testamentum, & suam ultimā
b uoluntatem derogatorium b & derogatoriam quibuscunque aliis testamentis,si de aliquibus apparebit, vel apparere poterit quoquomodo, & tamen in secundo testamento non fuit facta specialis mentio dictæ clausulæ derogatoriç,nec specialis reuocatio prioris testamenti,adeò ꝙ dici possit apparere ꝙ testatorem specialiter pœnituerit prioris voluntatis, ergo nō
2 est sublatum primum.†nam quia solùm in secundo testamento quantū ad propositum, dixit ꝙ uolebat dictus testator illud esse & esse debere suum ultimum testamentum, & suam ultimam voluntatē, ac valere & ualere debere iure testamēti, & si iure testamenti ualere & tenere non pōt,vel non poterit, uoluit ualere iure codicillorum, & si iure codicillorum ualere non potest vel non poterit, voluit ualere & ualere debere iure cuiuslibet vltimæ voluntatis,& omni modo, via,iure & forma & cā quibus & melius valere & tenere pōt, & poterit
3 de iure.†& ꝙ hoc non sufficiat ad tollendum primū testamētum patet ex his quæ traduntur per Bar. in d.l.si quis in principio testī, in versic. venio ad secundum &c. vbi inquit ꝙ ad hoc vt per secundū testamentū tollatur primum derogatoriū requiruntur duo, vnum est ꝙ testatorem specialiter pœniteat prioris uoluntatis.aliud est.s.ꝙ testator in secundo testō dicat cōtrariū eius ꝙ in primo dixerat. ita dicit probari in d.l. si qs in principio testamenti.vnde ex hoc infert Bart. ꝙ debent inspici uerba derogatoria qualiter sint concepta, nā si sunt concepta hoc mō. quia in primo testō dixit, & si aliud testamentum fecero, nolo ualere. & tunc requiritur ꝙ reuocet primū testamentū nominatim seu specialiter. secundò requiritur ꝙ dicat,& hoc vltimū uolo ualere nā ista sufficerent, qa spāliter prioris testī fecit mētionē, & ēt dixit ꝙ uolebat illud ultimū ualere,& sic dixit cōtrariū eius qđ primò dixerat.Si aūt poneremus ꝙ verba derogatoria essent alio mō cōcepta,vt qa dictū esset. si qđ aliud testamētū facerē,nolo ualere nisi sit ī eo talis solēnitas. tunc oportet ꝙ testōr dicat, cassans & irritans tale testamētū,& verba derogatoria in eo apposita,aliàs non uideretur dicerē cōtrariū, & ita procedit id ꝙ no.gl.in d.§.in legatis.secūdū Bar.ergo in proposito nřo negari non pōt ꝙ requirebatur ꝙ testator specialiter faceret mētionē prioris testamēti,reuocando illud specialiter,unde licet dixerit in scđo testō ꝙ uolebat illud esse suum ultimum testamentum, tamen illa verba non sufficiebant, quia non interuenit primū requisitū, vt dicit Bar.in d.suo primo exemplo, ꝙ est æquipollens casui nostro, & sic requirebatꝰ ꝙ saltem ēt diceret ꝙ reuocabat primum testamentum rogatum per talem notarium, vel similia verba, adeo ꝙ appareret factam esse specialem mentionē prioris testamenti, & sic non sufficiunt dicta uerba quæ fuerūt apposita in secundo testō, cum fuerunt generalia & non specia-
4 lia,nam†illud est speciale qđ est a generalitate uerborū abstractum.l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau.l.1.ff.si quis in ius uoc.non ierit.l.prætor.in prin.& l. item apud Labeonē.§. hoc edictū.ff.de iniur.& ita se habet cōis opi. ut patet ex not. per doc.in dictis locis,& per Dyn. in regula,qđ semel, & per Cy.& alios in l.sancimus.C.de test. & Ioan.And. in c.1.de exce.præla.in 6.in nouella.& per Spe.in tit.de instr.edi.§.cōpēdiose.uer.quid si testator,& ver.seq.& per Arch.13.q.2.ultima uoluntas.& Fede. de Senis consil. 47.incip. Habita super casu prædicto collatione,& deliberatione conueniēti. & Bar. in consi.incip. Quidam fecit testamentum.& per gl.& doc.in c.1.de consti.in 6.& Bar.in l.omnes populi.in 3.q.prin.ff. de iust.& iure.& per doc.maximè Ang.in authen. hoc inter liberos.C.de testa.& do.Car.Flo.in clem.1.in 3. op.de sepul.post Paul.de Liaza.ibi plus dicit Sal.in d.l.sancimus. in q.ꝙ etiam quando testator tantummodo dixit in primo testamento, & si aliud testamentum fecero,nolo ualere, non sufficit ꝙ dicat in secundo testamento. & hoc ultimum testamentum uolo ualere non obstante primo testamento scripto manu talis notarii uel cuiuslibet alterius, nisi etiam subdantur hæc uerba, scilicet non obstante clausula derogatoria in eo apposita.quia requiritur quod subdatur aliquid contrarium clausulæ derogatoriæ per d.l. si quis in principio testamenti. tamen in proposito nostro satis est quod non fecit specialem mentionem prioris testamenti,prout secundum communem opi. fieri debebat.imò quod fortius est etiam in genere non fecit mentionem de alio testamento non enim dixit, cassans & irritans oē aliud testamentum a se conditum,&c.ut patet ex uerbis testa
5 menti supra relatis.¶Nec†ob. si diceretur ꝙ clausula derogatoria in primo testō adiecta non intelligitur derogare testamentis in futurum condendis,sed iam conditis,quia respondeo,quod generalitas dictorum uerborum hanc restrictionē nō patitur.testator. n. dixit ꝙ uolebat illud esse suum ultimū
c testamētū & ultimam c uoluntatem derogatorium,& derogatoriam quibuscunque alii testamētis si de aliquibus apparebit uel apparere poterit, tum quia dicta uerba referuntur ad id quod pendet a mera uoluntate defuncti, id est ad testamenta, quo casu dicta uerba comprehēdunt futurum. l. talis scriptura,in prin.iuncto fine cum l.seq.ff.de leg.1. & ibi no. Bart.& alii ibi,& no.etiam Bar.in l.si ita.ff.de aur.& arg. leg.tū etiam propter illa uerba futuri tēporis videlicet, si de aliquibus apparebit uel apparere poterit.facit l. si ita quis in prin.ff.de le. 2.& l.si a colono. ff. de uer.sig. ¶Accedit, quia nullum testamentum processerat ad quod dicta uerba referri possent, vnde uidentur de necessitate referenda ad futura testamenta cū ad alia referri non possent. bene facit tex. in l. fundus qui lo-
6 catus.ff.de fun.instr.leg.unde† bene ad propositum dicit notabiliter Bal.in l.si ita scripsisset.ff.de leg.2. ꝙ licet quādo testator legat per hæc uerba,quicquid mihi Lucium Titiū dare facereue oportet, Sempronio lego, non ueniat in legato illa obligatio cuius dies nondum uenerat,vt in d.l. si ita scripsisset.tamē fallit quādo nulla obligatione pura tenebatꝰ Lucius Titius testatori, sed solum suberat quædam obligatio cuius dies nondū uenerat, quia dicta uerba referentur ad illā.allegat.d.l.fundus qui locatus. ita etiam no.Bar. in l. cū stipulamur.ff.de uer.obli.& Rapha.in l.si stipulatus fuerim. §.1.eo. tit. & iō utile esse puto articulare ꝙ nullum aliud ꝓcesserat testamentum tempore quo conditū fuit dictū testamētū habēs
7 dictā clausulam derogatoriam.¶Potest†etiam ad contrarium responderi, ꝙ attento ꝙ primum testamentum erat conditū inter liberos, intelligitur habere a lege clausulam derogatoriam ad sequentia testā, adeò ꝙ per sequens testamentū non tollitur

tollitur primum, nisi in sequenti testamento fiat mentio pri-
mi testamenti, & ipsum primum testamentum reuocetur in
d secundo, vt habetur in d.auth. hoc inter liberos. & dicit Pau.[d]
de Cast. ibi quod tunc non sufficit si in secundo testamento
dicitur, volo istud valere non obstante quocunque alio testa-
mento a me facto, quia esset reuocatio generalis, quæ non suf
ficit quando testamentum habet seu habere censetur clausu-
lam derogatoriam, vt no. in d.l. si quis in prin. testa. debet er-
go dicere secundum eum, non obstante quocunque alio testa
mento per me condito inter liberos. & subdit ipse ꝙ vbi pri-
mum testamentum conditum inter liberos habere expressam
clausulam derogatoriam ad sequentia, tunc requireretur in se
cundo duplex derogatio, & sic oporteret quod diceretur, non
obstante quocunque alio testamento a me condito inter libe-
ros, etiam habente clausulam derogatoriam. sicut enim in pri
mo testamento est duplex derogatio, vna expressa a testatore,
alia a lege per dictam auth. hoc inter liberos, ita requiritur in
tollendo. argu. l. si domus. ff. de serui. vrba. prædio. & ita dicit
intelligenda esse quædam verba Bal. in d. auth. hoc inter libe-
ros. & istud est considerandum in proposito nostro, quia pri-
e mum testamentum habebat dictam duplicem [e] derogatoriam
vnam expressam a testatore, aliam a lege. & ideo requirebatur
ꝙ in secundo testamento vtraque tolleretur, quod factum nõ
* fuit. pro hoc bene facit quod no. voluit* Bald. in c. 1. §. præte-
rea. de capi. Cor. in ver. quæro si est appositum pactum expres
sum &c. & Ioã. de Imo. in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. circa 2.
col. in ver. extra glo. adde dictis Bar. primò circa intellectum,
8 &c. cum si. ¶ Nec huic † fundamento ob. si diceretur, ꝙ quam-
uis primum testamentum fuerit conditum inter liberos, tamẽ
etiam secundum testamentum fuit similiter conditum inter
liberos, quia respondeo ꝙ etiam dispositio dictę auth. hoc in-
ter liberos, habet locum quando vtrunque testamentum erat
f inter liberos, vt ibi no. Iaco. de Are. Cyn. Ray. Bal. [f] Ang. Sal. &
Moderni. per tex. in corpore vnde sumit qui indistinctè loq-
g tur. & tantò magis in casu nostro in quo dicitur [g] ꝙ vltimum
testamentum continet plura onera quam in primo casu, vnde
magis est fauendum primo testamento secundum præfactos
Doct. in d. auth. hoc inter liberos. est etiam æquius primum
testamentum, quia in eo maior æqualitas seruatur inter libe-
ros. nam dispositio per quam non seruatur æqualitas inter li-
beros succedentes dicitur contra naturalem æquitatem. & di
cit Bald. in l. inter filios, per illum tex. cum glo. C. fami. ercis.
9 ¶ Non ob. † prædictis si diceretur posito ꝙ vnum tantum te-
stamentum præcessisset. ergo sufficit generalis cassatio & reuo
catio testamenti absque eo ꝙ specialiter de eo mentionem fa-
ciat, per l. 2. & quod ibi no. Bar. ff. de lib. & post. & not. Bar. in
d.l. si quis. in princ. testamenti in ver. sed quęro si esset pone-
re casum &c. quia respondeo primò ꝙ Bar. præsupponit ꝙ te-
stator in secundo testamento dixit ꝙ reuocabat omne aliud te
stamentum, sed in proposito nostro hoc non fuit seruatum.
¶ Secundò respondeo quod communis opinio in hoc est con-
h tra Bar. nam contra [h] eum tenet Ang. Io. de Imo. Raph. Cu. &
Pau. de Ca. in d. l. 2. ff. de lib. & posth. & Bal. in d. authen. hoc
inter liberos. & in l. humanum. C. de leg. & Ang. in consi. 365.
incip. Quædam domina Nanna &c. & Raph. Cu. in d. l. si qs
in prin. testamenti. & Pau. de Ca. lib. 1. consi. 206. incip. In fa-
cto præsenti pœnam, &c. quia non refert an vnicum an plura
testamenta præcesserint, quoniam si aliter diceremus, sequere
tur quod nunquam requireretur specialis reuocatio testamẽ-
ti habentis clausulam derogatoriam, quia nunquam dicitur
nisi vnicum testamentum præcedere scilicet ultimum, quia
vltimum tollit præcedentia. l. si quis eum, in prin. ff. de vul. &
pup. & §. posteriore, instit. qui. mod. testa. infir. & sic esset con
tra d. l. si quis in prin. testamenti. ¶ Preterea in d. l. si quis in
prin. testamenti, vnica tantum dispositio seu testamentũ fuit
in quo erat clausula derogatoria sequentis dispositionis, & se-
quens dispositio contraria erat in eodem testamento, vt ibi
in verbo eodem. & tamẽ requiritur specialis reuocatio. ¶ Nec
10 † ob. d. l. 2. ff. de lib. & posth. quia respondet ibi Io. de Imo. ꝙ
ibi loquitur in materia, in qua sufficit vniuersalis dispositio. l.
si Titius, in prin. ff. de lib. & posth. & l. 3. §. nominatim. ff. de
iniusto rup. & irrito test. non mirum si sufficitur indefinita
quando refertur ad vnicum subiectum, quę ratio cessat in ma
teria. d. l. si quis in prin. testamenti, quia ibi nõ sufficit oratio
vniuersalis. facit secũdũ eum id quod habetur in c. qui ad agẽ
dũ. de procu. in 6. Item in casu. d. l. si quis in principio testa-
menti, oportebat omninò fieri mentionem specialem non so
lum de primo testamento, sed etiam de ipsa clausula derogato
ria, vt ibi habet, & dixi s. sed in materia de qua loquitur text.
in d. l. 2. sufficiebat facere mẽtionem de certo corpore ipsius
11 personæ quæ exhæredebatur. ¶ Non † ob. etiam supradictis si
diceretur quod in primo testũ non erat clausula derogatoria,
quia non reperitur illa pars testamenti, sed imbreuiatè est scri
i pta a notario qui scripsit per hæc verba, & voluit [i] præsens te-
stamentum esse suum vltimum &c. & valere iure testamenti,
&c. & iure codicillorum, &c. & vltimę uoluntatis, &c. rogans
me notarium, &c. quia respondeo ꝙ cum præsupponatur ꝙ
de stylo & consuetudine dicti notarij erat, quãdo apponebat
dictam clausulam extensam, apponere eam cum derogatione
ad alia testamenta secũdũ ꝙ supra retuli, debebit in casu no-
stro perinde haberi acsi ita extense scripta esset, ita vult Ia. de
Are. in l. si ita quis. ff. de euic. ar. l. qui semisses. ff. de vsur. & l.
vel vniuersorum. ff. de pig. act. idem tenet Cy. Bal. & Ioan. de
Imo. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. & Bal.
in auth. si quis in aliquo. in vlti. col. C. de eden. ubi subdit ꝙ
si non appareret de consuetudine ipsiusmet notarij, tunc de-
beret extendi secũdũ cõem consuetudinem. per l. fi. C. de fide-
ius. & licet Bar. in d. §. idem credendũ, videatur velle ꝙ nota-
rius non debet extendere illam imbreuiaturã, sed tradere par-
ti eam ita imbreuiatè scriptam, & quod ad iudicem spectat in
terpretari secundũ consuetudinẽ similium instrumentorum.
arg. l. voluntatis. C. de fideicom. & l. cum pater. §. cum imper-
12 fecta. ff. de leg. 2. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. † tamẽ
Bal. Ang. Io. de Imo. & Raph. Cu. in d. §. idem credendum. &
Bal. in rub. C. de fide instr. in 12. col. in versi. 4. quæro, &c. te-
k nent ꝙ ipsemet notarius rogatus possit [k] ẽt sine authoritate iu
dicis extendere, sed alius subrogatus loco eius non possit. qa
successor tanquam non informatus non põt declarare factũ
prædecessoris, vt no. gl. in l. Pomponius scribit si frumentum.
§. fi. ff. de rei vendi. & in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo.
obli. sed fortius uoluit Bar. in l. argentarius, in prin. ff. de edẽ.
& Spe. in titu. de instr. edi. §. ostẽso. uer. quid ergo si imbreuia
tura. & Io. And. ibi in addi. incipien. ad materiam huius ver.
& Ant. de But. Io. de Imo. & Abbas in c. cum P. tabellio. de fi-
l de instru. s. ꝙ etiam alius [l] notarius q̃ ille qui est rogatus quã-
do sibi commissæ sunt authenticandæ rogationes alterius no
tarij possit dictam extensionem facere absque alia spãli autho
ritate iudicis. & dicit Io. de Imo. in d. c. cum P. ꝙ ista vltima
opi. vr̃ de iure verior per tex. in d. c. cum P. dum ibi dr̃ ꝙ nota
rius cui per iudicem commissæ sunt scripturæ notarii defun-
cti authorizandæ, poterit fideliter in publicam formam redi
gere, & per hoc habebunt perpetuam firmitatem, & dicit ipse
ꝙ non obstat ratio in contrariũ allegata per Bar. in d. §. idem
credendum. dum Bar. dicit ꝙ interpretari scripturam ambi-
guam spectat ad iudicem d. l. voluntatis. quia respondet ipse
ꝙ notarius cui per iudicem commissum est vt in publicã for-
mam redigat, vr̃ habere a iure potestatem extendendi, & lex p̃
sumit ꝙ fideliter faciat. arg. c. ad audientiam, de p̃scri. sed in
hoc ultimo nõ est opus insistere, quia in casu nostro notarius
qui fuit de primo testamento rogatus uiuit, vnde standum est
extensioni faciendæ per eum secundum stylum suum, quia ita
est communis opi. & si stylus suus uarius fuisset, staretur illi
stylo quem notarius ultimo loco seruabat tempore conditi te
stamenti, secundum Bal. & Ang. in d. §. idem credendum. arg.
l. si mater. C. ne de statu defun. & l. Mela, iuxta prin. ff. de ali-
13 men. & ciba. leg. ¶ Vltimò quæritur † an si testator post pri-
mum testamentum multa bona acquisiuit de quibus non di-
sposuerat in dicto primo testamento, in quo diuiserat bona
sua particulariter inter filios in certis rebus institutos, impe-
diatur validitas dicti primi testamenti, & quid fieri debeat
de dictis bonis, & quia istud nullam habet dubitationem nõ
insisto, sed breuiter concludo testamentum ualere, & inter fi-
lios institutos in rebus certis debere dicta bona postea acqui-
sita diuidi æqualiter. l. si alterius. cum l. sequenti. & l. ex fa-
cto proponebatur. ff. de hęredi. institu. ne sequatur quòd te-
stator decedat pro parte testatus, & pro partę intestatus. l.
prima. §. si ex fundo. eodem titulo. & in l. ius nostrum. ff. de
regul. iuris.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Derogationem supra lib. 4. consi. 7.

b ¶Derogatorium. Caue, quia Alex. hic insignem agit sophistam, sed in ueritate, non erat plus circa hoc in originali primi testamenti. quàm in secundò, sed vtrunque testamentum habebat clausulam hanc solitam similiter, vt patet infra eodem num 11.

c ¶Vltimam. Scilicet nunc quando loquitur vel testitur. Et sic non potest colligi quod hæc clausula etiam cum verbis sequentibus extendatur ad futura, sed bene ex his verbis apparet ꝙ testator non cogitabat futurum, vt aliud conderet testamentum. Et ex quo nō expressit de futuris, tota hæc generalis declaratio non refertur nisi ad præterita, si qua sint. Et in dubio nunquam refertur ad futura, nisi appareat expresse quod velit derogare etiam futuris voluntatibus. Nec obstat quod hæc clausula nihil operaretur, quia satis est quod possit secundum formam suam operari, si appareat postea de aliquo testamento præcedenti, ad quod solum refertur. Tum quia hæc clausula fuit postea sic extensa ex abbreuiaturis styli vulgaris. Sed posito, ꝙ constaret ab initio testatorem hanc clausulam protulisse, & iussisse apponi, adhuc idem dico, quia non constat ꝙ respiciat futura, & in dubio solum ad præterita referenda est, vt dixi. Et sic Alexan. in hoc fundamento multum aberrat, quod indicandum fuit, ne quis eius authoritate decipiatur.

d ¶Pau. idem Cor. & alij ibi Benedi. repe. c. Raynutius. uer. testamentum. de test. & placet, nisi secundum esset fauorabilius liberis omnibus, vt statim dicam.

e ¶Duplicem. Imo (vt dixi) vnam tantum ad futura tacitam a lege nouella.

* Quod no. voluit.] De hoc dicto tradit Alex. ad d. §. Diui. col. 1. Soci. consi. 49. in fi. li. 1. & Alex consi. 93. col. fi. hoc eo. li. 7.

f ¶Bal. Alex. hic contra morem suum authoritatibus abutitur, quia uerum est quod Cy. post Ia. de Rauenna ibi tenet d. auth. indistinctè procedere. At non idem sed oppositum uolunt Bal. Ang. Sal. Cor. Ias. & alij, & bene, quia si secundum testamentum inter liberos sit eis fauorabilius, nedum non derogatur primò, sed ille derogat. fa. quæ dixi. supra lib. 5. consi. 168. nu. 1. In hac sola ratione potest istud consilium sustineri, residuum sunt meræ peruersiones malè fundatæ in duob. Primum (quod est falsum) supra eo. num. 5. Secundum (quod est impostura) infra eod. nu. 11.

g ¶Dicitur. Hic noscis ꝙ Alexan. neutrum testamentum vidit, sed solum quoddam thema, nec esse hoc iustum consilium, sed allegationes pro clientulo.

h ¶Contra supra lib. 3. consi. 25. nu. 4. & infra eo. consi. 183.

i ¶Voluit. Dico primò quod tota hęc clausula abbreuiata, est de communi, & uulgato stylo, & de se, uel etiam extensa, non plus continet nec importat, quam clausula secundi testamenti extensa supra eod. num. 2. secundò ꝙ etiam si hæc clausula importaret, uel esset extensa sicut habetur supra eo. nu. 1. adhuc est de communi stylo, nec importat vllam derogationem ad futura, sed solum generalem ad præterita, quod etiam per se tacitè inest. Et experientia ostendit quod notarij solent uulgò apponere hanc clausulam, renunciando, cassando & annullando omne aliud testamentum, si quod fecerit tam in scriptis quàm sine scriptis. quæ clausula tacitè inest, & æquipollet illi de qua supra eod. nu. 1. nec extenditur ad futura etiam si nullum testamentum præcedat. Tertiò quod clausula derogatoria ad futura non est ita solita, nec per se uenit, nec potest apponi, nisi appareat dispositio a testatore, nec uenit, nec potest extendi sub quibuscunq; clausulis alias abbreuiatis etiam ab eodem notario, quia nouam dispositionem continet, igitur &c. per ea quæ dixi supra libro 2. consilio 28.

k ¶Possit. Soc. consi. 94. lib. 1. Aymo consi. 75. nu. 4. Hypp. Marsi. nota. 123. dixi supra lib. 2. consi. 27.

l ¶Alius. Bal. consi. 469. lib. 5. Deci. l. vt liberis. col. 3. C. de col. l. semper in stipulationibus. de re. iur. Ias. l. argentarius. in princip. de edend. adde Petr. Gerard. sing. 41. Marsil. singul. 663.

SVMMARIVM.

2 *Sententia strictè interpretatur, & iustè lata præsumitur.*

3 *Bannum ob contumaciam dicitur sententia interlocutoria. & nume. 11.*

4 *Bannum cancellari verbo, an satis sit. nu. 7. 8. 9. 12.*

13 *Priuato quandoque plus licet quàm magistratui.*

CONSILIVM CLXIIII.

* Visis & ponderatis * statuto, & reformatione ac bannis, & sententijs mihi transmissis, est videndum an di-
1 ctus Baptista impunè occidi potuerit. † & si ita est quod potuerit impunè occidi, sequitur quòd iudex procedere non potest contra eos qui Baptistam occiderunt, & quilibet hoc allegans auditur. l. vbi pactum, & ibi not. hoc Bar. circa ulti. col. C. de transac. & l. seruus. & ibi doct. C. de his qui ad eccle. confu. l. 2. C. vt nemo priuatus. Sed ꝙ non potuerit impune offendi videbatur adduci posse, quia quamuis prius fuerit bannitus pro homicidio Baptista in contumaciam, cum expressione ꝙ posset impune offendi, quemadmodum cautum est in statuto sub rubrica, quæ forma seruari debeat in malefactoribus puniendis. & cum postea captus esset Baptista, & tortus ac recepti fuissent testes ad defensionem eius, tandem dominus potestas pronunciauit quod dictus Baptista compleret annum in carceribus in quibus erat, & ꝙ deinde esset bannitus de Vicentia & Vicentino districtu per 15. miliaria vltra confinia, & ꝙ si quo tempore perueniret, stare deberet in carceribus communis Vicentiæ per duos annos, quibus completis iterum banniretur, ut supra, & hoc toties quoties perueniret, & in ea sententia non fuit expressum ꝙ posset impunè
2 offendi, ergo † cum in sententia fieri debeat stricta a interpreta-
a tio. l. 1. C. si plures una sentētia. l. diui. ff. de liber. causa. ne plus operetur sententia quàm de necessitate inferatur ex ea. l. pen. cum ibi not. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. 2. C. de or. co. l. 1. C. de ord. iudic. not. Bart. in l. Iul. verum debitorem, in 4. col. ff. de cond. indebi. & in l. si expressim. in 2. vel 3. colum. ff. de ap. sequitur ꝙ non potest dici ꝙ post datam dictam vltimam sententiam potuerit Baptista impunè offendi, cum illud non contineatur in sententia ultima. & quamuis hoc contine-
3 retur in banno prius lato, † tamen tale bannum datum in con-
* tumaciam appellatur sententia * interlocutoria, vt patet ex notatis in l. 1. ff. de requi. reis. & in authen. item nulla communitas. & ibi not. Bald. C. de episco. & cleri. & declarat Bald. in l. fin. in vlti. colum. C. si a non competen. iudi. & in c. domino guerra. in princip. in titu. hic finitur lex. & in l. si quis filio. §. eius. ff. de iniust. testa. & in l. 1. C. ne ex delic. defun. ideo per illam ultimam sententiam videtur ꝙ tale bannum fuerit reuocatum. l. quod iussit. ff. de re iudi. & quod ibi no. Bar. in fi. & l. dicere. ff. de arbi. & expressè not. Bal. in l. 1. in 8. col. C. de hæred. insti. & facit quod not. Bar. in l. cum procurator. §. fi. ff. de ope. nou. nunc. in ulti. col. & propterea poterat dici Baptista cancellatus de banno primo, quo poterat impunè offendi,
3 † quia satis est cancellari verbo absque eo quod facto cancelletur. l. emptor. §. Lucius. & ꝙ ibi in proposito no. Bar. in fin. ff. de pac. & l. nihil. ff. de adimen. leg. & plus dicit Bal. in l. si creditoris. C. de fideicom. per illum tex. ꝙ si ex forma statuti bānitus veniebat rebanniendus, non poterit interim impunè offendi, quamuis non sit cancellatus, quia bannum erat inefficax, adeò ꝙ si ex eo ageretur, obstaret exceptio. & plenius prosequitur hoc Ioan. And. in addi. Specu. maximè in titu. de accu. in 3. parte. §. sequitur. versicu. quartum membrum. & Alber. de Rosate in ultima parte statutorum. quæstio. 36. quæ incipit, adhuc quæritur. iuncta. quæstio. sequenti. & bene facit quod not. Bald. in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de lega. primo. ¶Præterea non debuit plus licere priuatæ personæ quàm magistratui. l. non est singulis. ff. de regu. iur. sed magistratus non potuisset alio non constito eum afficere pœna ultimi supplicij, vt colligitur ex tenore ultimę sententiæ, ergo nec priuato hoc licere debuit. & tātò magis quia præsentato d. Baptista in fortiam communis Vicentiæ uidetur resolutum fuisse bannum præcedens, & locum fuisse nouo processui, & nouæ sentētiæ, vt colligi uidetur ex dispositione dicti statuti. ¶ Sed præmissis
4 non obst. † contrariam b sententiam arbitror in proposito ue-
b riorem, præsertim ex infrascriptis. & primò. Nam statutū sub dicta rubrica, quæ forma seruari debeat in malefactoribus banniendis, disponit quod si inquisitus de crimine pro quo venit pœna mortis imponenda, fuerit contumax, debeat cōdemnari propter contumaciam in pœna mille librarum paruarum exprimendo in sententia quòd sit extra protectionem domini potestatis, & communis Vicentiæ. & quòd impunè possit offendi in persona, & rebus suis. & subdit statutum quòd talis perpetuò tanquàm bannitus reputetur quandiu de libro bannitorum communis Vicentiæ cancelletur, de quo cancellari debeat soluta condemnatione. ¶ Et postea subdit, quòd si quo tempore talis sic ratione contumaciæ condemnatus peruenerit in fortiam communis Vicentiæ, dominus rector, & iudex maleficiorum possit eum torquere absque alijs indicijs, & per tormenta testes, & alias legitimas probationes possit veritatem de crimine inquirere, & eū inuentum culpabilem secundū formā iuris, & statutorum cō-

demnate omnibus defenſionibus ipſi ſaluis quas facere poſſit
intra 15.dies. Et ſi de crimine contra eum peruentum in for
ciam communis Vicentiæ conſtare non poterit, vel conſtite
rit & legitimas defenſiones habuerit, propterea non relaxe-
tur de carceribus communis Vicentiæ aliqua ratione vel cau
ſa, niſi prius dictam condemnationem pecuniariam ſoluerit.
ita ſe habet in effectu diſpoſitio dicti ſtatuti, quæ videtur aper
tè decidere caſum noſtrum. Nam conſtat ꝙ d. Baptiſta nõ ſol-
uit condemnationem prædictam mille lib. ergo non ſolũ nõ
fuit cancellatus de libro bannitorum, ſed nec etiã debuit can-
cellari, quia etiam poſito ꝙ defenſiones feciſſet, non debuit
liberari a dicta condemnatione lib. mille, vt diſponit ſtatu-
tum. tantò magis in caſu noſtro, in quo ex forma vltimæ ſen-
tentiæ apparet ꝙ non conſtat omninò de innocentia d. Bapti-
ſtæ vt arguitur ex pęna ſibi impoſita per vltimam ſententiam
prædictam per quam ſibi pœna infligitur, ergo per id oſtendi
5 tur quod non erat innocens, cum ſententia † præſumatur iu-
ſta. c. cum inter, & c. ſicut. de re iudi. c. in præſentia. de renun.
c. bonæ. de ele. & non ſolum non debet puniri ſed abſolui in-
nocens, verum etiam ille de cuius culpa dubitatur. l. abſentẽ.
6 ff. de pœ. l. ſciant. C. de probatio. ¶ Quinimò † videtur ꝙ ſi in
hac vltima ſententia fuiſſet dictum ꝙ abſoluebatur d. Bapti-
ſta a dicta condemnatione, quamuis eam non ſoluiſſet, nõ va-
luiſſet dicta ſententia tanquam continens errorem iuris mu-
nicipalis expreſſum. l. 2. cum ibi no. per Bal. C. quãdo prouo.
non eſt neceſ. c. 1. cum ibi no. per doc. de re iudi. no. Bart. in l.
cum prolatis. ff. de re iudi. Ex his igitur apparet ꝙ per dictam
vltimam ſententiam nõ fuit receſſum a prima nec recedi de-
7 buit. ¶ Accedit † ad confirmationem prædictorũ id quod no.
Bal. in l. Labeo. ſuper ver. ſed etiam. cum l. ſeq. in fi. ff. de pac.
vbi dixit ꝙ licet quis ſoluerit pęnam banni: tamen niſi ſit can
cellatus de libro bannitorum ſeu debitorũ, adhuc poteſt im-
punè offendi, quia donec eſt ſcriptus inter banitos iſta appel-
latio, ſ. bannitus ſibi ſemper ineſt, & ſi durat tale nomen ap-
pellatiuum, durat nominis effectus. l. tutelas. ff. de ca. di. & ita
dicit tenere Guil. de Cu. & ideo dicit Bal. bannitũ debere ſem
per eſſe cautum vt facta ſolutione ſemper faciat ſe cancellari
de libris bannitorum hoc tantò magis geri debuiſſet in caſu
noſtro, quia ſtatutum prædictum videtur exigere cancellatio
nem etiam facti, dum prouidet ꝙ talis perpetuò tanquã ban-
nitus reputetur quandiu de libro bannitorum communis Vi
centiæ cancelletur, de qua cancellari debebat ſoluta condem
natione. & ſic patet ꝙ ſtatutum non vult ꝙ pro cancellatione
ſufficiat quòd poſſit conſtare ſolutam eſſe condemnationem
ſeu habitam pro ſoluta, ſed vltra illud exigit cancellationem
8 de libro. ¶ Pro hoc bene facit † id quod no. Bal. in l. ſi non for
tem. §. adeò. ff. de condic. inde. vbi tractando de cancellatione
bannitorum, dixit, cancellationem eſſe genus, & poſſe dupli-
citer fieri. ſ. verbo & facto. & ꝙ verbum cancellare prout refer
tur ad ſcripturam, requirit actum facti, vt l. inductum, cũ gl.
C. de ſol. & no. gl. in l. ſi quis libertatem. in ver. inducatur. ff.
de pet. hęre. & l. ſi chyrographum. ff. de prob. ſed prout refert
ad ius obligationis ſufficit actus verbi. d. l. huiuſmodi. §. ſi ita.
& d. l. emptor. §. Lucius. plus ibi ſubdit ꝙ ſtatutum faciens
mentionem de cancellatione banni, videtur requirere cancel-
lationem facti. i. ſcripturæ, quia ſecundum eum plenior eſt a-
ctus facti quàm actus verbi. l. noſtram. C. de teſt. l. 2. §. igno-
miniæ. ff. de his qui no. infa. c. degradatio. de pœn. in 6. nã de-
gradatio actualis eſt plenior quàm verbalis, & hoc dicit eſſe
generale in omnibus quæ manus iniectionem requirunt, vn-
de cancellatio inſtrumenti plus operatur quàm ſimplex abſo
lutio. probat ipſe, quia ſicut per traditionem inſtrumenti in-
telligitur tradita poſſeſſio rei de qua in inſtrumento. l. 1. C. de
do. ita eo inciſo videtur retradi poſſeſſio quæ non videretur
tradita per ſimplicem liberationem. alleg. no. in l. ab emptio-
ne. ff. de pac. vbi de hoc eſt gl. quam etiam ad hoc vt ſingularẽ
ſequitur Bal. in præludijs feudorum in 11. col. & ideo finali-
ter dicit Bal. in d. §. adeò quod bannum non dicitur cancella
tum quod prima facie remanet integrum & illæſum. alleg. in
ar. l. ſed ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſti. cum igitur dictũ
ſtatutum requirens cancellationem referat ſe ad ſcripturam,
vt patet per illa verba. ſ. quamdiu de libro bannitorum com-
munis Vincentiæ cancelletur, non. n. dixit quandiu de banno
eximatur ſeu cancelletur, ſed dixit de libro, qui denotat ſcri-
9 pturam. ¶ Pro hoc † etiam optimè facere videtur id quod ha-
betur in auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccl. & quod no. Bart. in fi.
vbi per illum tex. dicit ꝙ ſi in libro ſtatutorũ reperitur quod-
dam ſtatutum conditum a laicis contra libertatem ecclesiæ,
& in fine voluminis apponitur vnum ſtatutum diſponens ꝙ
ſi qua ſunt ſtatuta contra libertatem eccleſiæ ſint caſſa & irri
ta ipſo iure, ꝙ per tale vltimum ſtatutum non erunt laici con
ditores dictorum ſtatutorũ liberati a pęna iuris propter com
pilationem ſtatuti contra libertatem eccleſiaſticã, iuxta c. no-
uerint. de ſent. excom. & in d. auth. caſſa. quia text. in d. auth.
caſſa, non ſolum præcipit tale ſtatutum editum contra liberta-
tem eccleſiaſticam euacuari verbo, ſed etiam aboleri & cancel
lari de volumine ſtatutorum de facto, vt patet ibi dum dicit,
& ea de capitularibus ſuis penitus aboleri. qđ dicit eſſe menti
tenendum ad multa. & iſtud fundamentũ eſt illud quod prin
cipaliter me mouet magis etiam quàm alia præcedẽtia, ſi præ
ſupponeremus ꝙ de conſuetudine non exigatur dicta cõdem
natio librarum mille. nã vbi permiſſa eſſet exactio dictæ con-
demnationis vt ſtatutum diſponit, tunc primũ ſuperius fun-
damentum etiam plurimum efficaciter ſubſiſteret. ¶ Non ob-
10 ſtant † allegata in contrarium. & primò dum dicebatur ꝙ in
vltima ſententia non continetur quod poſſet Baptiſta impu-
nè offendi, quia reſpõdeo quod principaliter nõ aſſumo fun-
damentum ex vltima ſententia, ſed ex prima condemnatione
& banno cuius virtus quantũ ad hoc vt potuerit Baptiſta im-
punè offendi durauit, & durare debuit continuè quãdiu can
cellaretur de libro bannitorum, de quo nũquam cancellatus
fuit actualiter & eo modo quo requirebatur cancellari vt ſu-
11 pra probaui. ¶ Et per hoc etiam † patet reſponſio ad id quod
dicebatur bannum eſſe ſententiam interlocutoriã, & potuiſſe
per ſecundam ſententiam reuocari, quia dico ꝙ quantum ad
hoc vt poſſit impunè offendi & pro bannito reputari, ſufficit
ꝙ non fuerit actu cancellatus de libro bãnitorum, & ſic cum
ſit ſtatuto tradita forma qua mediante dicatur eximi de ban-
no, non poſſumus ab illa recedere. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de
tranſ. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obli. c. is cui, de elec.
lib. 6. Præterea attenta forma dicti ſtatuti illud non remanet
in vim ſimplicis banni ſeu comminationis, imò etiam tranſit
in condemnationem, quo caſu non appellatur interlocuto-
ria, vt no. Bald. in rub. C. communia, vel epi. & etiam patet ex
12 diſpoſitione dicti ſtatuti ſupra relata. ¶ Non obſt. † quod ſuffi
ciat cancellari verbo, vt d. l. emptor. §. Lucius. & ibi Bart. quia
reſpondetur primò ꝙ non fuit facta cancellatio etiam verbo
quò ad dictam pœnam ꝙ poſſet impunè offendi. Secundò &
melius. reſpondetur, quod verbum cancellare, prout refertur
ad ſcripturam prout in caſu noſtro requirit actum facti, ut
probaui ſupra. ¶ Fortius dicit Ang. in d. l. emptor. §. Lucius. ꝙ
cancellare propriè requirit actum facti. alleg. d. l. inductum.
cum gl. & id quod no. in d. l. ſi quis libertatem. nec in d. §. Lu
cius. appellatur cancellatum illud quod verbo eſt reſciſſum,
ſed dicitur haberi pro cancellato quod denotat fictionem. l.
ſi maritus. §. legis. & ibi per Bar. ff. de adul. l. mercis, la ij. cum
glo. ff. de verb. ſig. & verba ſtatuti loquentis de cancellatione
banni debent propriè & ſtrictè accipi. l. 3. §. hæc verba. cũ ibi
no. ff. de nego. geſt. l. quod conſtitutum. ff. de mili. teſt. l. quic-
quid aſtringendæ. ff. de verb. obl. magis tamen adhæreo ſecun
dæ reſponſioni proximè recitatæ per quam apparet reſpõſio
ad no. per Bald. in d. l. ſi creditores, cum concor. quia non lo-
quuntur in caſu in quo ſtatutum requireret cancellationem
13 referendo ſe ad ſcripturam. Non ob. † ꝙ non debuit plus li-
cere priuato quàm magiſtratui, quia reſpondetur quod hoc
non habet lex pro abſurdo. ſ. ꝙ quandoque permittatur pri-
* uato * in ſimilibus pluſquam magiſtratui. vnde videmus qđ
quandoq; de iure digeſtorum licebat priuato occidere adul-
terum, vt l. patri, cum duabus ſeq. & l. marito, in princ. ff. de
adulte. & tamen magiſtratui non licebat occidere, ſed minori
pœna afficere. l. ſi quis viduam. ff. de quæſtio. not. gl. in l. 2. §.
miles. ff. de his qui notã. infam. & in l. qui cum vno. §. adulte-
rij. ff. de re mili. & Bar. in l. inter liberas, in prin. ff. de quęſtiõ.
quando. n. permittitur a lege priuato propria authoritate of-
fendere aliquem in perſona, nõ poteſt ita lex limitare & men
ſurare metam offendẽdi ſicut poteſt limitare magiſtratui. ar.
c. fin. de homici. lib. 6. hoc etiam probatur in l. ſi ſeruus. C. de
his qui ad eccle. confu. vbi qui non patitur ſe capi, poteſt oc-
cidi

cidi impunè etiam a priuato, quamuis si captus fuisset & in potestate magistratus positus, non potuisset occidi. & quod hoc tolleretur patet ex mente dicti statuti: quia statutũ vult quod si quis propter contumaciam fuerit condemnatus & in banno positus possit impunè offendi donec fuerit cancellatus de lib. bannitorum quando in banno est expressum ꝙ possit impunè offendi, & tamen per idem statutum prouidetur ꝙ si talis qui poterat impunè offendi capiatur, adeò quod venerit in fortiam potestatis Vincentiæ non debeat ex hoc occidi, sed debeat torqueri & veritas inquiri: & secundũ quod constiterit debeat condemnari secundum formam iuris & statutorũ saluis sibi omnibus defensionibus, ecce quod statutũ euidenter plus in hoc permittit priuato quàm magistratui. nec obst. ꝙ præsentato d. Baptista resoluatur bannum: quia imò alia requiruntur, & maximè ꝙ cancelletur de libro bannitorum, vt patet ex statuto & ex superius dictis. Alex.

ADDITIONES.

* Visis & ponderatis.] In hoc eodemmet casu consultus, de iure respondit Bartholomæus Veronensis cognomento Cæpolla vt patet eius consi. 39. concludens cum Alex. hic Baptistam potuisse impune occidi. Natta.

a ¶Stricti. supra eo. consi. 18. nu. 3. supra consi. 49. nu. j. supra li. 5. consi. 108. nu. j. supra lib. j. consi. 46. vbi dixi.

* Appellatur sententia.] Vide Bal. ad l. j. col. 5. C. de hære. insti. Are. in trac. malefi. super verbis, Qui iudex videns quòd inquisiti non comparent. & Alex. infra col. pen. Nat.

b ¶Contrariam. idem hoc eodem casu consuluit Cæpo. cau. cri. consi. 6. consi. 39. idem in simili Bal. consi. 41. cum seq. lib. 3. Alex. supra eo. consi. 160. sup. lib. j. consi. 114. vbi dixi.

* Permittitur priuato.] Dicit Bal. consi. 285. circa fi. lib. j. quod licet priuato, non licet iudici, vt not. in l. 2. C. de iure emphyt. quia procedit iudex non vt priuatus. Nat.

CONSILIVM CLXV.

IN materia. l. Eum qui duas. C. de adulte.

Visis & ponderatis statutis videlicet sub rubrica de pœna capientis mulierem honestam vel stuprantis, & sub rubrica de modo tenendo per dominum potestatẽ & eius curiam impuniendo delinquentes, quando pœna nõ est comprehensa in statutis ciuitatis Regij. Super † dicto dubio quo
1 quæritur, an puniendus sit d. Carolus pœna mortis, [a] vel qua pœna ex eo quod duas puellas virgines desponsauit. Et licet prima consideratione videretur dicendum quod deberet puniri pœna mortis: quia dicitur commisisse crimen stupri, vt l. eum qui duas. [b] C. de adult. & pœna stupri videtur esse pœna capitis. l. 1. §. fi. ff. de extraord. cri. ¶Tamen contrarium puto [c] de iure verius, quia si iuris communis dispositionem inspiciamus deberet puniri * pœna publicationis dimidiæ partis bonorum, quæ imponitur pro crimine stupri commisso ab honestis personis vt in casu nostro. Si autem esset persona humilis seu vilis iuxta l. humilem. C. de incest. nup. puniri debet pęna coertionis corporis cum relegatione: vt instit. de pub. iud. §. item lex Iuli. de adul. cum §. seq. & in terminis nostris not. Sal. in d. l. eum qui duas. & Iac. de Bel. in l. raptores. C. de epis. & cler. & not. etiam per Bart. in d. l. 1. in fi. ff. de extraor. cri. & ibi Iac. de Are. & Bar. respondet ad l. 1. §. fi. ꝙ ille tex. debet intelligi ꝙ ibi interuenit aliqua violentia interpellando vel con ducendo eam mulierem vel comminando: alias secus per d. §. item lex. ¶Si autem iuris municipalis dispositionem intueamur, quæ in loco perpetrati delicti seruari debet. l. saccularij. ff. de extraor. cri. l. an in totum. C. de ædifi. priua. & tunc prouisum est, ꝙ quãdo in stupro mulieris honestæ interuenit violentia, imponatur pęna mortis: sed vbi non per vim, sed alio quouis modo stuprauerit mulierem, quę non sit publica meretrix, vel famosa, imponatur pœna librarum centum, ita cautum est in dicto statuto sub rubrica de pęna capientis mulierem &c. & in alio statuto sub dicta rubrica de modo tenendo per dominum potestatem &c. est prouisum ꝙ si aliquis casus acciderit qui non sit comprehensus in statutis, & certa pęna non sit limitata vel determinata ꝙ tunc in imponenda pęna procedatur de similibus ad similia. & si statutum super simili maleficio vel delicto non inueniatur: tũc imponatur pœna arbitrio domini potestatis ciuitatis Regij inspecta qualitate delicti & delinquentis, dum tamen pœna mortis non imponatur. vnde, aut dicere oportet ꝙ casus noster est prouisus in statuto sub rubrica de pęna capientis mulierem, dum loquitur de stuprante mulierem honestam: & tunc est expeditum ꝙ non potest imponi nisi pęna librarum cẽtum, vt in dicto statuto, iunctis no. per Bar. in l. 1. ff. vi bon. rapt. cum suis concor. Aut si negetur casum nostrum esse ibi specificè prouisum; tamen inficiari non poterit. quin sit casus similis. patet: quia Sali. expresè in d. l. eum qui duas, vult ꝙ in casu illius. l. quæ loquitur in casu nostro imponatur pęna prouisa per dictum §. item lex Iulia. vbi tex. loquitur de pęna illius qui sine vi virginem vel viduam honestè viuentem stuprauerit, & sic text. in d. §. item lex loquitur de stuprante mulierem honestè viuentem sicut facit dictum statutum, & tamen illa pęna habet locum in eo qui contraxit matrimoniũ cum duabus mulieribus, vt dixi: quia vel est idem delictum s. de quo loquitur text. in d. §. item lex, vel est simile, ideo ex identitate vel similitudine rationis iudex similem pęnam imponit l. 1. §. porrò. & quod ibi Bal. in tit. quæ fuerit prima causa benefi. amit. & l. non possunt. ff. de legi. l. 1. C. de interdic. cum si. ¶Plus et
2 dico ꝙ si † etiam essemus in casu in quo dici posset certam pęnam non esse pro tali maleficio neq; pro simili delicto a statuto impositam: & si pęna deberet esse arbitraria vigore dicti statuti: tamen non posset iudex arbitrari, nõ solùm de pęna mortis imponenda, sed nec etiam de alia pęna corporali. & hoc præcipuè vigore alterius statuti sub rubrica ꝙ nullus corporaliter puniatur nisi lege municipali caueatur, vbi prouisum est quod nullus ꝓ aliquo delicto vel maleficio puniatur corporaliter nisi lege municipali caueatur, sed puniatur in auere arbitrio potestatis inspecta conditione personæ & qualitate delicti. & subdit statutum ꝙ non intelligatur per legem municipalem cautum esse de pęna corporali, vbi in aliquo statuto reperiretur ꝙ aliquis puniri debeat in auere & persona arbitrio potestatis. & quia istud vltimum aliàs cõsulendo apud eandem ciuitatẽ Regiam prosecutus sum opportunè, & incipit consilium, [d] Statutis ac additione statutorum &c. ꝙ quidem consilium est apud dictum inquisitum: ideo illud vlterius ad præsens prosequi non puto expedire. Alex. Tartag.

ADDITIONES.

a ¶Mortis. Ita dicit Ro. sing. 531. sed non probat.

b ¶Eum qui duas. Hæc est lex honesta, tametsi lata a duobus simul impijs ethnicis imperatoribus patre & filio, videlicet Valeriano & Galieno, qui simul Imperatores facti an. Domini 256. fidem catholicã persecuti sunt, quare iudicio diuino puniti sunt prior. Valerianus anno 6. Imperij victus & captus a Sapore Persarum rege, miserrimam toto reliquo vitæ tempore seruitutem seruiuit, Persarum regem equum ascendentem dorso sustinens. filius autem Galienus anno nono a captiuitate paterna, a suis occisus est. Cæterùm Alex. ab Alexandro Genia. dierum lib. j. c. 24. iniuriam fecit Valentiniano optimo & Christiano Imperatori, qui paulò post centum annos, ab illis feliciter & victoriosè imperauit, cui tamen (sed tam falsò quam sine iusto authore) impingit legem inhonestam sanxisse, quàm cuilibet licitũ esset duas simul vxores ducere, ꝙ non est verisimile in tam pio Imperatore, qui etiam sub Iuliano apostata scutariorum princeps propter constantem fidei Christianæ confessionem exauctoratus fuerat. Refert autem Suet. Tranq. Iulium Cæsarem non minus libidine quàm tyrannide infamem conscribi fecisse & ferri iussisse legem vt vxorem liberorum causa quas & quot ducere vellent liceret.

c ¶Puto. Mollis est Alex. in pœnis, & semper etiam a iudicibus consultus ad absolutionem vel excusationem declinauit. At in proposito non est simplex stuprum quod committitur in volentem sine vi, seductione, vel corruptione custodum. Et ita loquitur d. §. item lex Iulia. §. sed eadem insti. de pub. iudi. secus vi facti adhibita. Item secus si cesset vis facti, sed adsit aliud illicitum machinamentum, vt mala persuasio & corruptio animi. l. j. §. persuadere, de ser. corrup. l. raptores. in princ. C. de rapt. virg. vel corruptio custodum seu comitum l. j. ad fin. de var. & extraord. cri. hinc dicit Bald. in l. raptores. in j. opposi. C. de episco. & cleri. quod in stupro est pœna capitis, quando præcessit voluntas viri, hoc est quando seductio procedit a viro. Et sic patet quod hic in dolosè decipiente duas puellas prætex tũ matrimonij facinore consummato, bonis, fama, & pudicitia earum labefactatis, non est simplex stuprum, sed crimen multiplex dignum morte.

* Deberet puniri.] Vide Angel. Areti. in tracta. malefic. in versicu. Che hai adulterato. vbi tenet, non esse pœnam capitalem. & Gram. voto. 17. Nat.

d ¶Consilium. Non inuenio, sed fa. sup. eo. consi. 13. nu. 15. consi. 121. nu. 9. sup. lib. j. consi. 111. nu. 3.

CASVS

CASVS. Reperitur in actis iudicis maleficiorum ciuitatis Ferrariæ ꝙ Caius ibi captus per homicidio per eum, vt dicitur, ibi perpetrato in personam Sempronij confessus est ꝙ Titius qui tunc habitabat in ciuitate Rauennæ ipsi Caio existenti in ciuitate Rauennæ mandauit vt se Ferrariam conferret, & ibi Sempronium vulneraret & storpiaret in vna manu, vel ubi posset. & ita accessit Ferrariam, & d. Sempronium vulnerauit & occidit. & cum præfatus iudex instaret & pluries ac pluries interrogaret d. Caium ꝙ verum diceret: & Caius respondit se verum dixisse: & tunc præfatus iudex iussit eũ spoliari & ligari & duci super sala torturæ, & subinde ligari ad funem & eleuari. qui tandem eleuatus petijt se deponi: quia verum diceret: & depositus respondit verum esse ꝙ in ciuitate Rauennæ d. Titius vocauit d. Caium, & ꝙ eidem dixit infrascripta verba, vel similia: Caio io voglio che tu vadi a Ferrara e vedi di storpiare Sempronio, & se accadesse che tu l'amazzassi fuggirai in vna Chiesa. piglia questo ducato per le spese, & poi quando tu venirai, la mia casa non ti verrà mai a mãco. Et ita accepit Caius dictum ducatum, & promisit d. Titio prędicta curare & executioni mandare; & Ferrariam accessit & dictum Sempronium occidit. quapropter fuit dictus Caius ad pęnam vltimi supplicij cõdemnatus, & finaliter mortuus. Quæritur an contra dictum Titium possit inquiri, cognosci & puniri in ciuitate Venetiarum, Paduę, Bononiæ aut in simili loco, sibi contingeret eum inueniri? & præsupponitur ꝙ dictus Titius est oriundus de terra Bagnacaualli, quæ est sub iurisdictione & dominio ducis Ferrariæ, & ipse nõ habet nec habere solitus est domicilium in dictis ciuitatibus, in quibus quæritur an possit inquiri & puniri.

SVMMARIVM.

1 *Assassinus quis dicatur. & quid probandum. & nu. 5. 6.*

2 *Iudex loci delicti vel domicilij potest cognoscere, non iudex loci nudæ conuersationis minoris decennio. & nu. 4.*

CONSILIVM CLXVI.

IN quo loco delinquens possit puniri, etiam si fecisset seu mandasset hominem interfici per assassinum.

Videretur fortasse prima consideratione dicendũ contra dictum Titiũ posse procedi criminaliter, ac condemnari & puniri etiam Venetijs, Paduæ, Bononiæ, & in alijs locis, quamuis ibi nec mandasset dictum maleficium committi, neq; etiam tale maleficium seu homicidium a d. Caio vigore dicti mãdati ibi commissum fuisset.
1 nam videtur ꝙ d. Caius † assassinus [a] dici potuerit: quia præ-
a mio & aliqua accepta pecunia ad maleficium committendũ inductus est: & ꝓpterea assassinus dicitur & grauius puniendus. l. Cicero, & ibi no. Bar. ff. de pę. & dixit tex. in c. 1. de homic. lib. 6. ꝙ quicunq; quempiam Christianorum per assassinum interfici fecerit, vel interfici mandauerit, quamuis etiam mors sequuta non fuisset, sit cum suis bonis omnibus tanquã Christianæ religionis æmulus a toto Christiano populo perpetuò diffidatus, & postquam constiterit probabilibus argumentis eum tam execrabile scelus commisisse, nullatenus alia diffidationis aduersus eum sententia requiratur, & ipso facto excõicationis ac depositionis a dignitate, honore, ordine officio, & beneficio incurrat sententias. ita habetur in d. c. 1. quæ verba important ꝙ a quolibet etiam priuato possit impunè offendi & occidi ille qui per assassinum interfici fecerit aliquẽ Christianum aut per talem assassinum interfici mandauerit: ita declarando illum text. consuluit & determinauit Ange. in consil. 14. incip. Nos Carolus &c. allegat id quod habetur in l. 3. §. transfugas. ff. ad leg. Corn. de sicar. & in auth. nauigia. C. de fur. & in auth. item nulla cõitas. & in auth. item quæcunq; cõitas. C. de epis. & cle. & id quod habetur in auth. gazaros. C. de hære. & in c. felicis, de pen. in 6. & quæ notantur per Cy. in l. reos. in 6. q. C. de accu. ¶ Tamen istis non obstantibus, dico non posse procedi contra dictum inquisitũ in ciuitate Venetiarum, vel Paduæ, aut Bononiæ aut similibus locis cum d. Titius non sit origine de aliquo dictorum locorũ, nec etiam tempore asserti delicti habebat domiciliũ in aliqua di-
2 ctarum ciuitatum. moueor, quia † de delicto potest cognoscere vel iudex loci delicti ꝑpetrati, vel iudex loci vbi delinquẽs habebat domicilium. l. 1. & ibi plenè no. & in l. 2. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & in l. 1. C. vbi sena. vel cla. & in c. fi. de foro compe. posset etiam conueniri in loco suæ originis, si ibi inueniretur non aliter, vt no. Io. de Arc. & Bar. in l. assumptio. §. 1. post glo. ff. ad muni. & no. doc. in c. accedens. el ij. vt lite non contest. & plenè Sal. in l. 2. C. de iurisd. om. iud. & Bal. in rub. C. si a non cõpet. iudi. iuncta l. oém.
3 cũ gl. 2. ff. de iudi. ¶ Nec ob. † id quod habetur in d. l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. ibi dũ dicit litera, vel vbi reperiuntur &c. quia exponitur ibi per gl. & doc. vbi reperiuntur. s. habere domiciliũ vel forum quod hꝫ ratione delicti vel originis secundũ quod latè prosequitur gl. & doc. in l. heres absens. §. apud Labeonem, in verbo debebit. ff. de iud. vel etiam secundũ glo. & doc. in d. l. 1. intelligitur illa litera in vagabundo, qui vbiq; poterit cõueniri, & accipit vagabundus pro illo qui per mundum vagatur, vt no. doc. post gl. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. & in d. §. apud Labeonẽ. & no. Inno. in c. fi. de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. & no. doc. in c. fi. de fo. compe. & Bar. in l. nullus. C. de tyronibus. lib. 12. cum suis concord. Posset
4 † etiam conueniri coram iudice, cuius iurisdictionem d. Titius prorogaret, seu in eũ consentiret, vt d. l. 1. & ibi no. & notatur in l. 1. ff. de iudi. & in l. inter conuenientes. ff. ad munici. Ac etiam posset de delicto alibi commisso conueniri secundũ aliquos in loco, vbi plurimũ conuersaretur. per l. fi. & ibi no. Bar. C. vbi de crimi. agi opor. tamen Cyn. & Bal. in l. 2. C. vbi senat. vel clar. per illũ text. & prout ibi in fi. habetur litera copulatiuè non aũt alternatiuè loquens, & Iac. But. Bal. & Ang. in d. l. 1. C. vbi de cri. agi opor. intelligunt hoc esse verum, qñ
b illa conuersatio fuit per annos [b] decem. aliàs sola conuersatio in loco in quo quis non deliquisset, vel non cõtraxisset secundum eos nõ facit ibi sortiri forum. & ita etiam voluit Host. in c. quod clericis. de fo. compet. ita est & de mente Bar. in l. hæres absens. §. 1. in fi. post gl. ff. de iudi. & Ange. & Io. de Imo. in l. ex facto proponebatur. ff. de hære. insti. & Io. de Imo. in c. dilectus, el ij. de rescri. & in c. ex parte. B. de fo. compe. vbi dicit hanc partem esse de iure veriorem in alijs casibus non reperitur ꝙ delinquens possit conueniri extra locũ perpetrati delicti, vt traditur in dictis locis, vnde a sufficienti partium enumeratione patet quod d. Titius non põt cõueniri & puniri in
5 locis de quibus quæritur. ¶ Nec † obs. ea quæ in contrariũ superius allegata fuerunt, quia rñdeo ꝙ posito ꝙ verum esset d. Caium fuisse assassinũ, & sic pretio motũ fuisse ad suscipiendum mandatum d. Titij de occidendo vel vulnerando d. Sempronium, tñ antequam constet per probabilia argumenta recepta per iudicem, d. Titium ita mandasse, & d. Caium pretio induxisse ad occidendum & vulnerandum d. Sempronium, nõ habet locum pęna. d. c. primi de homici. in 6. ut ibi hꝫ. plus tenent ibi doc. vt Archi. & Io. And. & cõiter omnes ꝙ quamuis non requiratur pronunciari ipsum mandatorẽ incurrisse pęnas de quibus ibi in text. & ita intelligitur text. in d. c. 1. tñ requiritur ꝙ per iudicem contra dictũ mandatorem declaratũ sit dictum mandatorẽ ita mãdasse, & illud esse probatum per id quod hꝫ in c. vt inquisitionis, post prin. in c. cum secundũ, de hæret. in 6. & no. per Bal. in c. 1. de feud. sine cul. nõ amit. & per Bal. in auth. qui semel. in 1. col. C. quo. & qñ iud. & in
6 l. si quis maior. C. de transac. cum si. ¶ Et certum † est de iure ꝙ
c confessio d. Caij capti non sufficit ad plenè [c] conuincendum d. Titium de assertis in confessione d. Caij, etiã si fuisset sponte facta, per id quod no. per gl. & doc. in l. fi. C de accusa. & ꝑ no. in l. si filium. C. de libe. causa, & in l. quoniam. C. de testi. & per doc. in c. 1. de confes. in antiquis. & in c. 1. de testi. in 6. cum suis concor. & confirmatur per id quod dixit Io. And. in c. 1. de homi. in 6. in nouella, vbi per illum tex. in uerbo Christianorum, dixit se semel defendisse quendam contra quem fuerat probatum quod fecerat occidi hominem per assassinos; quia non erat probatum quòd ille occisus esset Christianus, prout requirit tex. in d. c. 1. & illud d. Ioan. And. sequitur Bal. in l. si quis non dicam rapere in 3. col. de episc. & cleri. & sequuntur etiam alij communiter in d. c. 1. & in d. confessione Caij nõ apponitur illa qualitas. s. quod occisus esset Christianus; ergo non potest dici per illam confessionem etiam si esset legitima probatio quòd per eum constet d. Titium fecisse committi homicidium tale per assassinum, adeo quòd incurrerit pęnas illius. c. primi. Alex.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Assassinus. Io. And. Arch. in d.c.j. tenent illud esse locale seu de redimente operam quorundam scelestissimorum de hac crudelitate quæstum facientium. sequitur Aret. consi. 163. col. 10. Sum. Pisana & Sylue. Prierius in ver. assassinus. q. j. & est verius, licèt quidam generaliter accipiant, vt Corn. consi. 249. col. 2. lib. j. * Assassinus dicitur qui pecunia mediante aliquem occidendum suscipit, & tam mandans, quàm mandatarius est diffidatus à populo Christiano, ideo à quolibet impune occidi potest; & clericus puniri potest à iudice seculari, vt latè deducit Gram. voto 8. & 9. vide tamen eundem voto 20. vbi aliud sentit & multa idem scribit de materia voto 11. Et vide eundem consi. j. posito post decisi. vbi sequitur in omnibus Alex. hic nu. 60. cum plurib. seq. & fere vsq; ad fi.

b ¶Decem. Pet. de Anch. c. j. nec etiam de fo. compet. lib. 6. Sed ꝙ non requiratur decennium tenet ibi Phil. Franc. & Feli. c. dilectus. 2. de rescri. adde supra lib. 6. consi. 216. nu. 14.

c ¶Plenè. imò nec ad torturam. sup. eo. consi. 120. nu. 3. 2. lib. 3. consil. 89. nu. 10. sup. lib. 2. consi. 69. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia non restringuntur quando sunt clara. num. 2. 3. 6. 7. 8.*

4 *Dispositio post mortem duorum, verificatur in vno pro parte illius.*

9 *Diuisio simplex non tollit fideicommissum, etiam coæquenum.*

10 *Statutum de donatione accipienda, accipitur strictè. & nume. 11. 14.*

15 *Corrigere se incontinenti quis non censetur.*

18 *Pluralitas resoluitur in singularitates. nu. 19.*

CONSILIVM CLXVII.

Visis & ponderatis his quæ subtiliter & elegāter prima cōsideratione adduci videntur cōtra ea quæ aliàs per me conclusa fuerūt in consilio quod reddidi super instrumento celebrato inter Petrum Paulum & fratres de Caloris, & posteà comprobata fuerunt per quàm plures celeberrimos doctores, resideo in ea sententia in qua fuit tempore prioris
* consilij * per me redditi, præsertim per ea quæ in consilijs ip-
1 sis continentur. ¶Solum restat † respondere ad ea quæ impre sentiarum in contrarium adducuntur. & non obst. dum dicitur ꝙ vbi in instrumento est aliqua particula quæ duplicē habeat sensum, tunc declaratur illa ex præcedentibus & sequentibus. l. si seruus plurium. §. fi. & l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. 1. & l. vtrū. ff. de peti. hære. & no. per Bar. in l. fi. ff. ad Treb. cum si. quia respondeo ꝙ non est locus interpretationi, vbi verba inspecta propria significatione, sunt clara. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. & tunc non habet locum id quod habetur in l. si seruus plurium. §. fi. vt inquit Bal. in d. l. vtrū. sed ita est ꝙ dicta verba posita in instrumento. s. ꝙ omnia eorum debita sint & esse debeāt cōia, cùm dicta verba sint generalia & vniuersalia omnia generaliter comprehendere debent. l. Iulia. in princ. ff. de leg. 3. l. pediculis. §. Labeo, de aur. & arg. leg. c. solitæ. de maio. & obed. & illa dictio eorum, quæ est pluralis numeri, resoluitur in singularitates: & perinde habetur ac si singulariter conuentum esset de nominibus debitorum vniuscuiusque dicto rum fratrum. l. falsa. §. fi. & l. cui fundus. ff. de condi. & dem. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. prout plenius deduxi in priore consilio, quæ recensere non expedit: ea tamen comprobabo infrà, præsertim in responsione danda ad tertium obiectum.
a ¶Non ob. † dum secundò dicebatur ꝙ dictio uniuersalis, patitur restrictionem ex coniecturata mente disponentis. l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg. vbi si testator legat omnia quæ habet in domo, non venit frumentū quod erat ibi causa uendendi. Sed dicta coniecturata mens contrahentium colligi videtur ex præcedentibus, in quibus facta fuit mentio de administratione bonorum communium facta per Petrum Paulum: ita ergo intelligatur hæc sequēs clausula. s. de nominibus debitorum acquisitis ex rebus cōibus: quia respondeo ꝙ quādo testator dixit, lego omnia quæ habeo in domo, non ueniūt ea quæ ibi erant causa uendendi: quia non censentur ibi esse, cū habeant ibi esse ad tempus. l. debitor. ff. de pi. l. si fundus legatus. ff. de leg. 3. l. facto, ver. verum. ff. de hæredit. instit. & ideò secus esset si testator simpliciter dixisset lego omnia bona vel vsumfructum omnium bonorum, & non restrinxisset per illa verba. s. quæ in domo mea sunt: tunc uenirent uenalia, & non venalia. vt inquit Bar. in d. §. vxori, per d. l. Iul. cum si. sed hic testator non restrinxit dictam clausulam continentem cōmunionem omnium debitorum: quia non subiecit aliquod relatiuum restrictiuum antecedentis, iuxta l. a filio. §. testator. &
3 §. Titia. ff. de ali. & cib. leg. ¶Nec ob. † etiam ꝙ non sit uerisimile ꝙ magister Ioannes uoluerit communicare aliquid etiā magnum pro nihilo, cùm fratres nihil haberent nisi de communibus bonis. l. cum de indebito. ff. de probat. c. super hoc, de renun. & in contractu intelligatur esse actum illud quod est verisimile. l. quæro. §. inter locatorē. ff. loca. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. quia respondeo primò quod quando verba essent obscura & ambigua, est verum ꝙ tūc recurrimus ad uerisimilia: aliàs secus. c. inspicimus, de reg. iur. in 6. & in l. in obscuris. ff. eo. tit. sed verba prædicta clara sunt, ut est dictum. Item respondeo quod cum non appareat quod constaret qualia & quanta haberet nomina debitorum unus ex dictis fratribus, & qualia & quanta haberet alius, ideo ratione dubij cessat dicta allegata coniectura, ut probatur in l. fideicommisso. C. de transa. & l. si ea lege. C. de vsu. Item respondeo ꝙ potuit Ioannes optima ratione moueri ad id faciendum, quia cū per antea ipse & fratres omnia inuicem conferre consueuissent, erat causata & contracta societas saltem tacitè inter eos taliter ꝙ meritò tenebatur Ioannes communicare dicta nomina debitorum, iuxta l. si quis societatem. ff. pro soc. & l. si pa-
4 truus. cum ibi no. C. communia vtri. iud. ¶Tertiò non ob. † id quod no. Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. 69. ubi uidetur uelle ꝙ si ecclesia concessit in emphyteusim rem duobus fratribus, ita ut post mortem eorum & filiorum ac nepotum suorum fundus ad ecclesiam reuerteretur, & unus eorum decedat sine liberis, portio sua accrescet fratri superstiti, & sic uidetur ꝙ illa dictio eorum, non resoluatur in singularitates quia respondeo primò ꝙ Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de uerb. obli. in ver. & ideo prædicta inducuntur ad q. &c. facit mentionem de Spe. in ver. præall. & non approbat doctrinā eius, ut patet ex dictis ibi per eum, & opi. Bar. est communis, & cō-
a tra a Spe. allego tex. in c. 1. de duob. fratrib. a capitan. inuesti. ubi si concessum est feudum duob. fratribus, ut quandiu ipsi uel eorum hæredes masculi uiuerent feudum haberent, dicit tex. ibi in fi. ꝙ licèt unus eorum decesserit sine hæredibus, tamen portio sua remanebit apud fratrem, non autem reuertetur ad dominū, ergo apparet ꝙ illa uerba pluralis numeri. s. ipsi uel eorum heredes, resoluuntur in singularitates, nā aliàs necesse esset dicere ꝙ licèt unus tantum eorum uiueret uel heredes sui, alius uerò mortuus esset, & hæredes non haberent, ꝙ portio sua deueniret ad dominum feudi, ergo decisio Spe. non potest fundari in eo uidelicet ꝙ dictio eorum, non resoluatur in singularitates. Et posito ꝙ diceremus ueram esse opi. Spe. oporteret de necessitate dicere hoc ideo esse, quia superesset persona fratris quæ ex præsumpta mente debebat excludere omnes alios. arg. l. pen. C. de impub. & alijs substit. & ibi Cy. in fi. hoc sentit. per illam l. & allegat ibi Cy. dictam deci-
5 sionem Spe. in præall. uersi. 69. refert tamen † ꝙ Iac. de Aret. tenuit contrarium. & pro hoc bene facit quod no. Bal. in d. l. pen. in fi. ubi post antiquos quærit, quid si maritus & uxor in instrumento dixerunt se donare post mortem ipsorum omnia bona sua monasterio, ꝙ mortuo uno ex eis debentur monasterio omnia bona prædecedentis. l. Lucius. §. Caio. & ibi Bar. ff. ad Treb. & quia mortuo marito, licet superstit uxor, nō dicitur superesse persona quæ ex præsumpta ratione excludat ecclesiam, quia uxor non debet excludere alium, quia ipsa ad successionem uenit in subsidium ultimo loco. l. 1. C. unde uir & uxo. Et istud etiam quò ad casum nostrū tenet Guil. de Cu. in d. l. pe. s. quod ecclesia ueniat marito præmortuo, nisi quando uxor esset proximior in successione, quia alius non extaret, quia tunc ex præsumpta mente uxor excluderet ecclesiam, per d. l. pe. cum ibi no. & ista opi. quod resoluatur in singularitates, etiam probatur in l. fi. §. filium. ff. de le. 2. & ideo Ioan. de Imo. in d. quæstio. de marito & uxore donantibus ecclesiæ post mortem ipsorum concludit quòd marito præmortuo ecclesia tunc admittetur ad partem suam, ut per
6 eum in dicto §. filium. ¶ Non obstat † dum quartò objicitur ꝙ verba dubia debent in contractibus interpretari contra illum

lum qui se fundat ex verbis.l.veteribus. ff.de pact. in c. cum sint partium, de reg.iur.in 6.quia nego verba esse dubia, imò sunt clara, vt est ostensum supra, & in priore consilio. nec ét obst.dum dicitur q dicta verba instrumenti sunt verba continentia confessionem, & q quis potest interpretari confessionem suam, vt inquit Bal. in addi. Spe.in tit.de positio. versic. potest quis interpretari, per id quod habetur in c. cum dilecti, de accusa.& no.Bar.in l.si quis intentione ambigua. ff. de iudi.& in l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb.obl.quia respondeo q(vt dixi supra,) interpretatio cadere potest vbi verba essent dubia, sed non vbi essent clara & generalia, & vniuersalia.

7 ¶Non obstat † dum quintò obiicitur, quod de natura contractus est bonam fidem in quolibet contractu seruari & dolum malum abesse. l.bona fides.ff.deposi. l.3.§.fi.ff.pro soc. & q si in casu nostro vigore dicti contractus cogi posset Ioannes per fratres communicare sua nomina debitorum esset extorquere ab eo donationem, & quod vbi ex interpretatione, veniret donatio fieret contra bonam fidem.l.Seia. ff. de don. cau.mor.l.nec ignorans.C.de don.quia respondeo q immo, non est absurdum sæpenumero fieri interpretationem, quod in dubio intelligatur facta donatio propter rationem coniunctionis, vel propter reciprocam donationem.l. si seruus communis.ff.de don.inter virum & vxo.l.si verò non numerandi. §.inde Papi.ff.mand.& not.glo.in l.qui patitur. ff.man.& ex pluribus aliis causis de quibus per glo.& doct.in l. si ego.ff. ad Velle. & in l.cum quid.ff.si cer. pet. cum si. & hic suberat ratio coniunctionis. item suberat reciproca donatio seu communicatio. Præterea vt infra dicam ista non est propriè donatio.

8 Non obst.† dum sexto dicebatur obstare id quod consuluit Iac. de Are. in consi.inci. quæstio talis est, habebam debitorem in decem &c. vbi concludit quod verba generalia restringuntur ad antecedentia siue loquamur in pacto, siue in quietatione vel transactione aut renunciatione.l.fi.§. idem q. siit.ff. de condi. inde. l. iubemus. C.ad Velle.l.si de certa.C. de transac.l.qui cum tutoribus. §. fi.ff.eo.tit.cum si. quia respondeo quod immo natura pacti est quod si generaliter profertur, generaliter operetur, licet ex æquitate restringatur, ad non cogitata, quando vnus paciscentium fuisset in dolo l.tres fratres.ff.de pact. & ibi hæc verba ponit Bal.in 4.not.& l.sub prætextu specierum.C.de transf.& hoc saltem procedit in casu nostro, in quo ista clausula continens quod omnia eorum debita & credita sint communia non dependet ab eadem causa finali à qua dependet clausula præcedens. nec ista clausula generaliter apposita super eo, super quo præcedat dispositio specialis, quia non procedit aliqua magis specialis dispositio facta super aliquibus nominibus debitorum communicãdis, prout plenius in consilio dixi multis modis respondi ad argumentum predictum, quod hic esset superfluũ repetere.

9 ¶Non obstat † etiam septimum argumentum dum adducitur id qđ no. Ang. in l.qui Romæ. §. duo fratres.ff.de verb. obli.dum

b voluit q per simplicem diuisionem [b] hæreditatis factam inter duos fratres cohæredes cum clausula adiecta qua promiserũt adinuicem se nihil cõtra diuisionem facturos videntur adinuicem remisisse fideicommissum dictæ hæreditatis reciprocæ iniunctum dictis fratribus a testatore si tale fideicommissum erat coæquenum per illũ tex.alias secus l.Paulo Callimacho.§.1.cum si.ff.de leg.3.ergo ita debet esse in proposito, vt si nomina debitorum q̃ venirent per dictos fratres Ioannis & quemlibet eorum communicanda ipsi Ioanni non erãt coæquena illis nominib. debitorum q̃ communicaret Ioãnes non intelligatur esse actum q veniant in communione, quia rñdeo q ille intellectus Ang.communiter damnatur vt p Io. de Imol. & Modern.in d.§ duo fratres, qui dicunt quod cõis opi. est q in casu dicti § duo fratres, fuerit malè iudicatum, & per consequens quamuis ibi fideicommissum esset reciprocum & coæqueuum non intelligatur remissum per dictã diuisionem l.eum patet §.hæreditatem.de leg.2. cum aliis ibi alleg. per eos, & sic non faciunt differentiam an sit coęqueuũ vel non.

¶Non obs. † octauum argumentum dum dicitur, q ex forma statutorum loci q̃libet dona tio q̃ inter viuos fieret maioris quantitatis centũ librarũ debeat insinuari, & aliàs ipso iure nõ valeat, & p cõsequens si expresse voluisset d. Ioann. concedere fratribus sua propria nomina debitorum cũ excederent summam librarum centum, non valuisset concessio sine insinuatione, quia respondeo q donatio dicitur illa, quæ

a a mera liberalitate procedit.l.1.ff.de do. & dicit ibi Bar. [a] in fi. q statutum de donatione loquens intelligatur de illa pro-

c pria [c] donatione quæ a mera liberalitate procedit, quia verba statutorum debent intelligi strictè & in significatione propria l.1. §.si is qui nauem.ff.de exer.l.3.§.hæc verba.ff.de neg.ge. & idem in proposito no. Bar.in l.filiusfa.in 2.oppo. ff.de dona. & Cy.in l.vt liberis, ad fi.C.de colla.& Bal.in auth.eo decursum.in fi. C.de dona. ante nup. sed dicta conuentio non processit a mera liberalitate, immo fuit ob causam & reciproca, quia fuit facta fratribus Ioannis, vt ipsi subirent onera satisfaciendi creditoribus Ioannis & fratrum pro rata, & quia similiter dicti fratres communicabant omnia nomina suorum

11 debitorum & creditorum cum dicto Ioanne. ¶ † Hoc specificè & in casu etiam fortiori decidit Io.An.in addi. Spe. in tit. de instr. edi. §. porrò, in vlt. addit.magna.in ver. fuit etiã alia quæstio de facto &c. vbi refert fuisse.q.de facto, duo fratres, habentes bona paterna & alia acquisita, contractum talem inter se fecerunt, quia quisque eorum donauit alteri omnia bona paterna, vt s.superuiuens vel liberi eius haberent omnia illa bona decedentis sine liberis, & sic existente conditione opponebatur superstiti, contractum illum fuisse donationis, & sic non valuisset, quia non fuerat eius facta insinuatio, cũ bona illa paterna excederent quantitatem insinuationi taxatam ad quod allegabatur etiam ipsos fratres verbo donationis vsos fuisse in contractu, ergo sic sensisse videntur.l. Labeo. ff. de sup.leg.& pro hac parte inducebatur. l. donari.ff.de regu.iu. vbi dicitur donari illud quod nullo iure cogente conceditur, sed illud fuit tale, ergo &c. tamen dicit q fuit iudicatum contrarium per l.licet.C.de pact.& quod not. vbi glo.dicit q donatio illa est quæ affert emolumentum & non onus, & q q̃n fit reciprocè donatio habet onus, & propterea non censetur donatio. & per dictam l.1.ff.de dona. & cum ista vltima opi. residet Io. An.in loco prællег. & idem per omnia consuluit Old.in consi. 139.inci. Ad habendam aliqualem notitiam.& Albe.de Rosa.& Sal.in l.fi.C.de pac.& Ang.in l. sancimus, in prin.C.de dona. & in consi. 179. incip.Visis instrumentis &c. in ver.venio ad tertium.& Ang.in l.fi. §. similiq; modo.C.de iure do.& in l.cum multæ.in prin.C.de dona.& no.etiam Bal.in d.l.sancimus, in princip. C.de don.in aliquibus lecturis. pro quo etiam bene facit id quod no. per glo. & doct.in l. Aquilius Regulus.ff.de dona.& in l.si pater. eo.ti. & hoc fortius procedit in casu nostro quam in casu in quo loquuntur præfati doctores, quia ipsi loquuntur in terminis iuris communis secundum quos donatio requirebat insinuationem, quando excedebat summam quingentorum aureorũ iuxta l.pe.C.de don.Sed nos loquimur in statuto correctorio iuris communis, ideo tanto magis restringendum ad veras & proprias ac simplices donationes à mera liberalitate procedẽtes.l. præcipimus.ad fi.C.de app.& no.in auth. quas actiones C.de sac.sanc.eccl.iuncta d.l.1.ff.de dona.& ibi expresse Ioã. de Imo.facit istam differentiam an loquamur in statuto exorbitanti a iuri communi, & tunc si facit mentionem de donatione intelligatur de propria, alias si non esset exorbitans posset verificari in impropria donatione vbi esset eadem ratio.ar gu.l.illud.ff.ad leg.Aqui.& per no. per Bar.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.in 6.q.dum tractat an in statutis habeat locum argumentum a contrario sensu. & nemo negare potest, quod ista non est propria donatio quæ habet causam d. l.1.

12 ¶Et pro hoc † apparet responsum ad id quod ibi no. Bar.dũ dicit vtrum illud quod quis soluit scienter indebitè requirat insinuationem si erat indebitum omni iure, & concludit qđ sic, nam ipse loquitur in terminis iuris communis, non statuti correctorii. Præterea in casu illo quando vterque sciebat, erat vera & propria donatio. vt ibi per Bar. & hoc expressius, dicit ibi Io.de Imo.ita etiam erat mera donatio procedens, a liberalitate in casu.l.fi.in prin.C.de iure dot. quia etiam sciebat se non teneri nec sibi aliquid econtra dari sperabatur aut promittebatur.Item in casu illius.l.non requiritur insinuatio vt ibi patet.

13 ¶Nec † etiam obstat si dicatur quod ét in statuto debet fieri extẽsio ad aliũ casum ex mente statuentis, qui si de hoc casu fuisset interrogatus idẽ rñdisset, per no. in l. tale pactum.§.fi.ff.de pac.& per no.in cle.1.de ele. cũ si. quia rñdeo q negatur esse eandem rõnem in donatione impropria, quæ est in

est in donatione propria, per id quod habetur in d.l. Aquilius, cum glo. quinimò posito ꝙ esset eadem ratio non debet fieri extensio, quando statutum est correctorium, vt not. in d.aut. quas actiones, saltem quando ratio non est scripta in dicto statuto. ita uult Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. in uers. his præmissis reducamus hanc materiã ad quæstiones &c. in fi illius q. no. glo. in d. gl. 1. in verbo, eligatus. de ele. & Bal. in d. auth. quas actiones. & Io. de Imo. in l. si uerò. §. de viro. in vlt. col. ff. sol. mat. cum si. non obstat quod vbi agitur de fraude publicæ vtilitatis statutum in uno casu extendatur ad alium. l. hoc iure. cum ibi not. per Bald. ff. de condi. & dem. cum si. quia respondeo quod illud posset procedere in exorbitantibus iuribus vel limitatiuis, sed non in correctoriis, ita no. Barto in l. si constante, in 9. q. primæ partis. ff. sol. matr. per not. in d. auth. quas actiones. Item negatur ꝙ sit eadem ratio in casu ad quẽ
14 fieret extensio, vt dixi. Item non est verum † ꝙ dictum statutũ requirens insinuationẽ dicatur inductũ principaliter ob publicam vtilitatem, vt expresse tenuit Ioan. de Imo. in c. cũ contingat, de iureiu. in decimo & vltimo membro, dum tractat, an legibus requirentibus insinuationem possit cum iuramento renunciari, & concludit quod sic, vt etiam tenet Ioan. And. in add. Sp. de instr. edi. §. porrò. in prin. vltimæ additionis magnæ. & Fed. in consi. 281. incip. Casus talis est statuto cauetur quod si donatione &c. & Ang. in consi. 114. incip. Cum lis. Bald. in d.c. cum contingat. in 8. col. & idem tenet ibi Abb. & Ab. in sua disput. incip. Stante statuto ciuitatis Senarum, & tamen non valeret iuramentum si esset contra publicam vtilitatem principaliter. c. si diligenti. de fo. comp. & debet attẽdi illud qd principaliter agitur, non illud qd secũdariò. l. si is qui nec causam. & l. rogasti. in prin. ff. si cer. pet. non obstat etiam dum dicitur quod extensio passiua locum habet in statutis, vt l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. Fal. & not. in l. si quis seruo. C. de fur. & in l. quod verò. ff. de leg. sed donatio facta ob merita de quibus non apparet dicitur mera donatio per id quod habetur in l. si forte. ff. de castren. pecu. & per not. in l. si donatione. C. de coll. & per Pau. de Cast. in l. affectionis. cum si. ff. de do. ergo vigore extensionis passiuæ extenditur dictum statutum ad istum casum, quia respondeo quod ista non potest dici mera donatio, quia communicantur non solùm actiones actiuę, sed etiam passiue, sic non potest negari quin contineat onus, & sic non est propria donatio, vt not. in d.l. licet. & maximè quia est reciproca. non enim Matthæus & Christophorus se obligassent ad soluendum creditoribus debita contracta per dictos Petrum Paulum & Ioannem vel alterum eorum quæ debita erant multa, nisi dictus Petrus Paulus, & Ioannes conuenissent in dicto instrumento quod omnia eorum debita & credita essent communia, & ideo patet quòd quò ad Mattheũ & Christophorum dicta conuentio non continet donationẽ
15 saltem propriam. ¶ Non obst. † nouum argumentum dum adducitur id qd consuluit Old. in consi. 8. inci. Paterfamilias fecit testamentum &c. & quod not. Anto. de But. in cap. cum dilecti, de do. quia respondeo si referantur & considerentur verba eorum, prout ipsi loquuntur, nullo modo obstant, nam ipsi loquuntur qñ testator dixit in testamento volo & præcipio debita ac legata mea ac patris, & matris solui per A. & B. filios & hæredes meos, videlicet ꝙ d. A. soluat, & soluere teneatur omnia debita quibuscunq; creditoribus talis villæ, & specialiter summã pecuniæ quæ soluenda restat Titio pro dote filiæ meæ sibi promissa, nec nõ omnia alia debita & legata mea & dictorum parentum meorum quibusqunq; creditorib. quę debeo & teneor ex quacunque cã. modò quærebatur an dictus A. teneatur ab omnia debita & legata, an ad ea duntaxat quæ debentur in d. villa specificata? & concludunt quod solum tenebitur ad ea quæ debentur in dicta villa, & ratio est, quia si illa generalia verba, s. necnõ ad omnia alia debita & legata &c. intelligerentur de omnibus debitis quæ deberentur alibi quàm in dicta villa, sequeretur quod testator videretur incõtinenti reuocasse præcedentem dispositionem per quan iusserat omnia debita & legata solui per ambos hæredes. quod nõ est dicendum, quia non est præsumendum quod testator incontinenti voluerit se omninò corrigere. l. non ea. ff. de cond. & demon. & ita dicit Io. de Imo. in d.c. cum dilecti. de donat. vbi subdit ꝙ si non fuisset adiecta illa præcedens dispositio relata ad ambos hæredes, tunc illa verba generalia scilicet, necnon omnia alia debita & legata referrentur ad alia quæ deberentur alibi quàm in superius specificata villa, eo quia illa verba generalia nihil operarentur, contra l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. & c. si. Papa, de priuile. in 6. sed in casu nostro dato ꝙ verba generalia generaliter operentur, non resultaret correctio dispositionis præcedentis, igitur non ob. ar. & ista responsio colligitur etiam clarè ex not. per Bald. in l. pactum. in 15. q. C. de colla. vbi allegat eadẽ iura ex quibus se fundat Old. ¶ Nõ
19 obst. † decimum argumentum de eo quod habetur in c. exiit qui seminat de verb. ob. in 6. quia ibi nihil est ꝙ contradicat supradictis. nec etiam obst. id quod habetur in l. qui habet. §. si pupillus. el ij. cum ibi not. per Barto. ff. de tute. quia ibi non habetur ꝙ si constituo te procuratorem ad talem causam quã habeo cum Titio, & ad omnes alias causas, illa verba generalia intelligantur solùm de causis quas habeo cum Titio. nec do. Rota hoc debent in sua conclu. 260. incip. Item si quis cõstituit procu. certos &c. & posito quod aliquis hoc diceret, dico quod illud melius probaretur per l. si de certa. C. de trãs. cum ibi not. per doct. quam per d.l. qui habet. & ideo responsiones datæ in priore consilio ad d. l. si de certa. tollunt arg.
17 ¶ Quinimò † dico ꝙ illa decisio in constituente procuratorem modo prædicto quam videtur ponere Lud. Ro. in l. damni. §. si is qui vicinas. ff. de dam. infect. non est vera, & de directo contrarium decidit Bald. in l. fin. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. in antepe. col. in versi. quid si pater ita dixit. cum ver. seq. vbi quærit an si pater dixit consentio filio meo in tali causa & aliis valeat? & videbatur quod non, cum causa dicatur demum post lit. contest. vt no. in l. causas. C. de transa. nisi diceretur ad causas mouendas, tamen concludit ꝙ valet ex natura talis commissionis. l. omnium. ff. de procur. & subdit posse esse dubium vtrum si in ista commissione seu concessione apponatur clausula generalis restringatur ad præcedentia, & arguit primò quod sic. arg. d. l. si de certa. tamen ipse determinat contrarium, quia aut agitur de præiudicio generando ratione generalitatis, & tunc recurrendum ad materiam. d.l. si de certa. & l. cum Aquiliana. ff. de transa. aut non generatur præiudiciũ, & tunc non fit restrictio. l. si seruitus. ff. de serui. vrb. prædi. & vt dixi posito ꝙ esset vera illa decisio, tamen tol-
18 litur per responsionem datam ad l. si de certa. ¶ Non obst. † ẽt dum contra allegata supra in consiliis dicebatur ꝙ pluralitas non resoluitur in singularitates, quando non resoluendo in singularitates seruatur æqualitas. l. quamuis. C. de impub. & aliis substi. & ibi no. doc. & no. glo. in l. hoc articulo. ff. de hæred. instit. quia respondeò ꝙ imò hic erit equalitas, si resoluatur in singularitates, quia hoc modo reperiretur vnumquemque dictorum fratrum tantum habere, quantum alium vbi si aliter diceremus, posset de facili maior esse disparitas inter
19 eos. ¶ † Nec similiter obstat si dicatur, ꝙ pluralitas resoluitur in singularitates. quando tractatur de diuersis effectib. secus si de vno communi effectu, per d.l. quamuis. vbi tractatur de vno communi effectu vnius hęreditatis. & per Barto. in dicta l. falsa. quia respondeo, quod istud reprobant doc. vt Bald. in l. pe. C. de impu. & aliis subst. in 3 colum. & Bald. & Sal. in d. l. quamuis. & Ioan. de Imol. in l. hęredes mei. §. cum ita. in 11. colum. ff. ad Treb. & in dicta l. falsa. §. fin. quia est contra. d.l. Lucius. §. Caio. ad Treb. & d.l. fin. §. filium. de leg. 2. vbi quando tractatur de effectu vnius hæreditatis assignatę pluribus & restituendę per fideicom. pluralitas resoluitur in singularitates, ita deberet esse in casu dicta l. quamuis. vbi tractatur de effectu vnius hæreditatis assignatæ pluribus quibus fuit datus substitutus. vnde debent quod sicut in d. §. Caio. dicitur tractari de diuersis effectibus, quãdo tractatur de fidei commisso facto pluribus hęredibus in vna hæreditate; ita & quando tractatur de substitutione vulgari facta pluribus institutis in hæreditate assignata eis per partes. & propterea dicunt quod vera responsio ad d.l. quamuis. quatenus obstat ei quod habetur in d.l. falsa, est ꝙ in d.l. quamuis, non resoluitur in singularitates propter æqualitatem seruandam, quam seruari videtur voluisse disponens, & quæ æqualitas non potuisset ibi obseruari resoluẽdo pluritatẽ in singularitates, & ita hic, quia cõtrahentes voluerunt ꝙ in nominibus debitorum & creditorum tantum haberet unus quantum alius, & ideo si resoluatur pluralitas in singularitates, tũc fauemus ęqualitati habito respectu ad mentem partium, non autem inæqualitati. propterea

reà etiã in casu nostro dicitur tractari de diuersis effectibus, quia alia sunt nomina debitorum & creditorum vnius dictorum fratrum, & alia alterius, ergo debet pluralitas resolui in singularitates. d. §. Caio. & d. l. falsa. §. fin. & ꝙ quò ad casum nostrum debeat resolui in singularitates, bene probatur in d. c. 1. de duobus frat. a capitan. inuest. inducendo vt induxi in responsione suprà data ad tertium argumentum, vbi hoc etiã aliter comprobaui. ¶ Non obst. etiam dum ad id quod diceba tur contra Ioannem, quod dicta conuentio est facta per verba generalia & vniuersalia. respondebatur, quod illud est verum, nisi aliter ex mente vel ex natura contractus appareat, quin respondeo ꝙ hic non constat de mente contraria verbis, & mẽs præsumitur fuisse cõsona verbis generalibus. l. Labeo. de sup. leg. nec repugnat natura contractus, neq; dolus hic fratrum Ioannis interuenit, nam scienti & volenti dolus non infert. l. cum donationis. C. de transa. l. 1. in fin. ff. de act. emp. ¶ Non
20 obst. [c] etiam dum respondebatur ad not. per Bald. in l. pactũ. de colla. in 14. q. cum duabus seq. ꝙ imò in proposito nostro causa administrationis Petri Pauli circa bona cõmunia de qua in clausula præcedenti fuit causa finalis eorum quæ disponũtur in sequenti clausula in qua conuentum est, quod omnia nomina debitorum & creditorum ipsorum fratrum sint communia, eo quod dicitur quod ex eo quod Petrus Paulus administrauerat bona communia, & ipsis bonis erant contracta debita & credita, ideo fratres Petri Pauli approbando administrationem & absoluendo con sequenter communicari debebant credita illa. l. si quis societatem. ff. pro soc. l. pe. C. si quis alte. vel sibi. quia respondeo ꝙ posito quod appareret ex causa administrationis factę per Petrum Paulum remansisse tempore confessionis dicti instrumenti debita & credita, tamen eoipso ꝙ Petrus Paulus administratorio nomine dictorũ fratrum seu communi nomine gesserat satis erant communicata nomina debitorum per ipsa verba dictorum fratrum apposita in præcedenti clausula in qua approbauerant seu laudauerãt gesta per Petrum Paulum. l. si ego. & l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. gest. l. pe. C. ad exhib. & quod plenè no. Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. obl. & sic non erat necessaria sequens clausula quæ redderetur superflua contra d. l. si quando. vel si velimus dicere ꝙ imò non erant effecta cõmunia, sed erant acquisita & radicata dicta nomina debitorũ & creditorum adhuc in persona Petri Pauli donec facta foret dicta communicatio, seu cessio iuxta no. in. §. si quis alii. instit. de inut. stipu. & per Barto. in d. §. si stipuler. sequeretur ꝙ si dicta causa administrationis & absolutio ab ea erat causa finalis eorum quę deducta fuerunt in sequenti clausula communicationis nominum debitorum debuisset solum pacisci in dicta sequenti clausula ꝙ nomina creditorum & debitorũ dicti Petri Pauli deberent esse communia, quia non ultra inferebatur id quod continebatur in dicta præcedenti clausula, & tamen partes cauenerunt non solum de nominibus debitorum & creditorum Petri Pauli, sed etiam de omnibus nominibus debitorum & creditorum ipsorum fratrum, quamuis aliter non diceretur in instrumento alios fratres administrasse dicta bona communia, ergo apparet ꝙ voluerunt se restringere ad illud quod inferebat causa finalis de qua in pręcedenti clausula. Et per hæc sublata sunt in substãtia (meo iudicio) omnia quę contra fundamenta mea per partẽ aduersam objiciebantur, & ideo resideo in conclusione per me in priore cõsilio reddita. Alex.

ADDITIONES.

* Tempore prioris consilii.] Hoc consilium habes li. 1. consi. 117.
a ¶Contra dixi supra, lib. 2. consi. 204. col. 1. fa. sup. lib. 1. consi. 38.
b ¶Diuisionem supra, lib. 4. consi. 40.
* Et dicit ibi Bar.] Idem dicit Ias. ad l. si tibi pecuniam 2. no. ff. si cer. pet. Natta.
c ¶Propria supra, lib. 6. consil. 113.

EPITOME.

STANTE statuto simpliciter excludente matrẽ, quando concurrit cum sororibus, & reseruante ei legitimam quando concurrit cum patruo, Francisca habebat quatuor filias, quarum duæ prædecesserunt sine liberis deinde decessit Francisca relicta Baptista matre sua, & dictis duabus reliquis filiab. suis, quæ nouissimè in infantia decesserunt relicta dicta auia materna, & auia paterna & patruo. Respon. Alex. ꝙ patruus in totũ excluditur, & auia paterna & materna admittuntur æqualiter, saluo quod in bonis paternis dictarum neptum præfertur auia paterna, & in maternis seu quæ fuerant. d. Franciscę, præfertur dicta Baptista auia materna.

SVMMARIVM.

2 *Exclusus ab intestato est exclusus a legitima. & nu. 4. 5. 7.*
9 *Auia materna licet excludatur per patruum, tamen cum auia paterna succedit, excluso patruo. & 10. 11. 12. 21.*
13 *Auia paterna in paternis, auia materna in maternis bonis præfertur.*
15 *Filij non transmittunt hæreditatem non aditam ad ascendentes nisi iure suitatis, vel ad ascendentem illius cuius hæreditas transmittitur. nu. 16.*
17 *Legitima ascendentium aucta est sicut ascendentium.*
20 *Restitutio in integrum ad adeundum non transmittitur quando is qui vocatur per successorium edictum, est fauorabilior eo in quem fieret transmissio.*

CONSILIVM CLXVIII.

VISIS ac ponderatis narratis in themate, & his quæ copiosè & eleganter scripta sunt per prestantissimos dominos suprà consulentes, subijciam breuiter quod circa vnumquodq; dictorũ dubiorũ sentio, & primò. ¶ Circa pri-
1 mũ † dubium quo quæritur, vtrũ d. Francisca succedat saltẽ in legitima dictis duabus filiabus prædefunctis stante dicto statuto sub rub. de successionibus ab intestato, & dubium facit, quia quamuis per superexistentiam aliarũ sororum, statutum excludat matrem ab intestato, tamen cum specialiter nõ faciat mentionem de legitima; nõ videtur exclusa mater a legitima sibi debita in bonis dictarũ filiarum, de qua legitima quantum ad istud propositum non videtur facta mentio in statuto. & licet per aliquam dispositionem quis excludatur a successione ab intestato, non sequitur ergo est exclusus a legitima. patet, quia per causam testati excluduntur alii venientes ab intestato a successione intestati. l. anteq̃. C. cõia de succes. l. quandiu potest. ff. de acq. hær. & tamen non excluderentur a legitima seu a suppleméto legitimæ. l. omnimodò. & l. seruus §. repletionem. & l. si quando. §. 1. & 2. C. de inoff. testa. pro hoc etiam facere videtur tex. in auth. si qua mulier, in fin. C. de sacr. san. eccl. vbi filii fauore religionis quam ingressus est pater eorum excluduntur a reliqua successione ab intestato, tamen nõ excluduntur a legitima. Ad idem tex. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. vbi filia illius qui damnatus est pro crimine lesæ maiestatis excluditur a succedendo matri testatæ vel intestatæ, & tamen potest legitimã petere. & propter hoc Sal. in l. si serui vestri. circa pe. col. C. de noxalib. videtur hoc tenere & ipsemet Sal. in auth. nouissima. in 11. q. C. de inoffi. test. arguendo ad vtranq; partem reliquid super hoc cogitãdum. nec recito omnia verba sua, quia in hoc fuit valde prolixus,
2 sed dicam ea quæ putabo ad rem sufficere. ¶ † Tamen istis nõ obstantib. puto matrem esse exclusam etiam à legitima vigore dicti statuti, & præsuppono quod statutum potuit excludere matre a legitima, quia nulla successio erat de iure naturæ debita matri in bonis filii, imò a lege 12. tabularum excludebatur mater, sed posteà per S.C. Tertull. fuit vocata, instit. de se-
a natusc. Ter. in princ. & ideo illud quod iure positiuo [a] fuit inductum potest cõtrario iure positiuo tolli, insti. de iure natu. §. pen. & in c. 1. de constit. in 6. & istud apertè in proposito nostro firmat Io. An. in add. Spe. in ti. de succes. ab intest. in rub. in 2. col. in versi. sed quæstionẽ Rizardi &c. & Bald. in l. 1. §. ius naturale, ad finẽ. ff. de iusti. & iur. & consuluit An. in pluribus suis consiliis, maximè in consi. 104. incip. Hic videnda sunt duo. & in consi. 105. incipien. Statuto cauetur quod si ali
3 quis &c. quinimò † licet in legitima debita filio sit maior dubitatio, tamen communis opi. est ꝙ per statutum possit non
b solum minui, sed etiam in totum tolli, [b] vt traditur in locis vulgatis. & dicit Ioan. de Imo. in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad leg. Falci. quod ista est communis opi. à qua in iudicando nõ est re-

est recedendum. & ita etiam dicit Pau. de Cast. in consi. incip. Casus præsens valde &c. in fine consilij. ¶Hoc præsupposito
4 † dico quod dicta mater exclusa à successione intelligatur et
c exclusa a legitima: [c] quia legitima est quarta eius in quo volens admitti fuisset successurus ab intestato l. parentibus. C. de inoff. test. l. Pap. §. quoniam autem quarta. ff. eo. tit. c. Ray. ad fi. de test. sed matri nõ debetur successio ab intestato ex forma dicti statuti: ergo sibi non potest competere legitima. Præterea illa persona demum admittitur ad legitimã, quæ si præterita vel exhæredata esset, admitteretur ad interpellandum vel impugnandum testamentum. d. l. omnimodo. & l. si quis filium. C. de inoffi. test. sed mater quæ fuisset præterita vel exhæredata à filia prædicta non potuisset impugnare testamentum filiæ superstite alia sorore ipsius testatricis, quia matri nõ dicebatur facta iniuria. cum ad eius successionem non fuisset ventura ab intestato. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. test. & istam partem amplectitur Cy. in l. sancimus. C. de nup. dum dicit ꝙ decisio quæstionis ibi formatæ per eum pendet ab illo articulo, quæritur an statutum possit tollere legitimã filiorum, quia secundum eum si tenemus ꝙ possit tollere; tũc ipse intelligit quod statutum disponens quod extantibus masculis filia non succedat, sed debeat dotari, intelligatur exclu
5 sa a legitima. ¶Hanc opin. † etiam per plures rationes firmat Bal. in l. maximum vitiũ. C. de lib. præte. in vlt. q. in qua concludit ꝙ statutum disponens quod extantibus masculis fœminæ ad successionem intestati venire non possint operatur ꝙ filia sit exclusa ab omni legitima adeò ꝙ si pater filium masculum hæredem instituit vniuersalem, & filiam fœminam præterijt, non poterit ipsa aliquid petere. & rationes suas breuitatis causa omitto. & ita etiam decidit Ange. in d. consi. 103. in fi. & Bal. in l. scimus. in fi. in prin. in 7. q. C. de inof. test. & idẽ Ang. & Io. de Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ibi etiam Bal. ff. de lib. & posth. dum concludunt quod statutum disponit ꝙ extantibus agnatis vsq; ad quartum gradum filia fœmina non succedebat ab intestato, & contingat factum esse testamentum in quo instituti sint agnati prædicti, & filia fœmina sit præterita, intelligitur in totum exclusa, adeò ꝙ non potuerit aliquo modo impugnare testamentum per ea quæ ibi notant per Bar. & doc. dum reprobant ibi gl. in verbo, & emancipatus. & ideò etiam Bald. & Ange. in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. test. per illum tex. inferunt ꝙ si statutum excludit filiam à successione intestati, intelligitur etiam excludere ab omni iure rumpendi & impugnandi testamentum. sed si sibi deberetur legitima, & ipsa filia esset præterita vel exhæredata sine iusta causa non est dubiũ quod ipsa haberet ius rumpendi tanquam præterita vel exhæredata. l. maximum vitiũ, supra alleg. & l. cum quæritur. C. de inoffi. test. idem etiam est de mente Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. in versic. quæro quid si ista filia fœmina. & in l. 1. §. si pater. in ver. ex hoc concludo &c. ff. de coniungen. cum eman. lib. & Ange. in d. l. Gallus. §. in omnibus & Io. de Imo. in l. planè. la 1. §. si duob. ff. de leg. 1. in pe. col. in ver. quid autem si statutum dicat &c. & Ful. & Pau. de Cast. in l. filiæ dotem. C de coll. & Lud. Ro. in l. vt liberis. eo. tit. & Pau. de Cast. in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de condit. & demon. Vltimò comprobatur ex dispositione dicti statuti: quia quando mater concurreret cum patruo statutum reseruat matri quartam. sed quando concurrit cum sororibus defunctæ personę, excludit matrem simpliciter à successione. vnde si idem voluissent statuentes seruari quando concurreret mater cum sororibus quod voluerunt seruari quãdo concurreret cum patruo, frustrà illos casus separassent. cap. 3. de transla. præla. in ver. vnde si circa translationem &c. facit. l. si
6 quando. in prin. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priuileg. in 6. Nec obst. † alegata in contrarium, & primò dum dicebatur ꝙ per causam testati excludantur venientes ab intestato à successione intestati; & tamen non excluduntur a legitima vel supplemento legitimæ, quia respondeo ꝙ illud ideo est, quia illi tales quibus debet legitima fuissent ab intestato successuri nullo modo condito testamento, sed in proposito nostro mater non fuisset ab intestato successura vt dictum est. ¶ Non
7 ob. † id quod habetur in auth. si qua mulier, de sac. san. eccl. & in d. l. quisquis. quia respondeo, quod ibi hoc ideo est, quia lex expressè reseruat legitimam, statutum autem in casu nostro absolutè excludit matrem à successione, & consequenter à legitima, quæ est portio illius successionis ab intestato, & consequenter si statutum excludit a toto; dicitur excludere ab omni eius parte. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. l. Iulianus, in prin. ff. de leg. 3. Præterea patet responsio ad omnia allegata in contrarium, ex eo ꝙ statutum reseruat matri legitimam. quando concurreret cum patruo. ergo cum statutum simpliciter excludat matrem a successione quando concurreret cum sororibus, apparet mentem statuti fuisse excludere eo casu matrem etiam a legitima vt proximè dictũ fuit.
8 ¶Circa secundum † dubium quo quæritur, vtrum d. Baptista succedat d. Franciscæ eius filiæ saltem in legitima, est expeditum ꝙ non, quia cum decesserit Francisca duabus ex se relictis filiabus, prima causa successionis est descendentiũ in hæreditate ascendẽtis. l. si matre. C. de suis & legi. & insti. de hęredi. quæ ab intest. circa prin. l. pater filium. ff. de inoffi. testa.
9 ¶ Quò ad tertium † quo dubitatur utrum Baptista auia materna succedat dictis duabus eius nepotibus vltimò defunctis in quarta parte vigore dicti statuti, uel saltẽ in legitima, & in hoc concludo seruari debere dispositionem iuris cõmunis, secundum quam mortua prima filia ex dictis duabus ultimis filiabus, succedunt pariter soror defunctæ personæ & auia paterna & materna, & mortua postea ultima filia succedunt ei pariter auia paterna & materna, ut in auth. defuncto. C. ad Tertul. nec obstat dictum statutum quo cauetur ꝙ mater & coniuncti ex latere materno tantum non possint ab intestato venire ad successionem filij vel filiæ vel eorum descendentis si remanserit filius, frater vel soror personæ mortuæ, aut filius fratris vel filius sororis aut patruus. & casu tantum quo ex persona defuncta, superesset mater & patruus, mater possit succedere in quarta & in reliquis tribus partibus succedat patruus; & ita sit quod in proposito extat patruus dictarum filiarum defunctarum, ergo debeat excludi auia materna, & admitti patruus. quia respondetur ꝙ imò in præsenti casu excluditur dictus patruus propter existentiam auiæ paternæ, quæ non excluditur a statuto prædicto nullam faciente de ea mentionem, & quæ auia paterna de iure communi concurrit cum auia materna excluso patruo, vt in d. auth. defun-
10 cto. & † sic propter existentiam auiæ paternæ excludentis patruum, admittetur simul cum auia paterna, etiam auia materna, quę aliàs per se sola fuisset exclusa a patruo vigore dicti statuti. & probatur in l. 2. §. si sit agnatus. & §. seq. ff. ad Tertul. & per l. fi. C. de legi. hære. & per Bar. in l. 1. §. filiũ. ff. de bo. poss. contra tab. in ver. extra gl. iuncto versic. quæro secundò &c. & no. Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. in 4. col. in ver. attende hic aliquo statuto &c. cum versi. seq. & Bal. in l. illã, in prin. per illum tex. in versi. nepotib. C. de coll. & Bal. in l. si quis filium. ad fi. in 4. q. C. de inoffi. test. & Pet. de Anch. in repet. c. canonum statuta, de consti. iuxta fi. in ver. inter consilia quæ
d habeo &c. & dictas conclusiones sum solitus [d] comprobare & corroborare legendo d. l. illam, de coll. vt etiam circa hanc consultationẽ egregiè consulendo reassumpsit insignis eques & doctor do. Almericus de Almericis mihi frater colendus. & non obstat si diceretur quod statutũ ita disposuit causa conseruandæ & perpetuandæ agnationis per masculos, vt patet ex præfationibus statuti. l. fi. in princ. ff. de hære. insti. l. 1. ff. ad Mace. cum si. & quod dicta ratione inspecta videretur etiam
11 excludendum auiam paternam. † quia ad hanc rationem respondet Pet. de Anch. in c. canonum statuta, quod illud posset procedere quando persona fœmina quam vellemus per extensionem excludere succederet loco personæ specificatæ exclusæ à statuto, vel esset quædam repręsentatio in eis exclusis, iuxta no. per Cy. in l. 1. C. quæ sit long. consue. & per Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. aliàs sequeretur ꝙ quilibet agnatus remotissimus deberet excludere quascunque fœminas et valde propinquas, quod non fuit de mente statuti. & præsertim in casu nostro in quo statutum restrictiuè & taxatiuè loquitur solum de matre & coniunctis ex latere materno tantum. ita ostendit illa dictio tantum. l. sed si tantum. ff. de pac. insti. de vsucap. in princ. Præterea illa ratione vtitur statutum circa ea quæ prouisa sunt in princ. statuti, sed in sequentibus partibus apparet statuentes non ita illi rationi inhærere. pa-
12 tet, quia voluerunt sorores excludere matrem. † posset etiam respõderi ad dictum statutum ꝙ loquitur in rubro & nigro, quando tractatur de successione illius qui decessit ab intestato, &

tö, & q nos tractemus de succedendo filiæ infanti quæ dici-
e tur intestabilis,[e] non autem ab intestato vel intestata propriè
decedere.l.1.in prin.ff.de suis & legi. & in proposito no.Cy.
in d.l.fi.ad fin. C.qui test.fa.poss. & expresse An.in l.in testa-
mento.C.de testa.mili. vbi tenent talia statuta sibi locum non
vendicare in pupillo, vt etiam tenuit Nic.de Neap.in l.intesta
to.ff.de legi.tu & idem dicit ibi Bal.in statuto odioso, prout
est stututum nostrum excludens matrem, vt dicit Arc.in 17.
q.4.in c.si quis suadente, & Io.An.in addi.Spe.in rub.de suc-
cess.ab intesta.in 2.col.ita etiam dicit Io. Fab.insti.de hæred.
quæ ab intest.in prin.& Alb.in 1.parte statut.q.44.inci.quę-
ro statutum seu consuetudo est Venetijs. & Bald. in l.3. C.si
pen. appe. mors inter. & etiam plures alij sequuntur. verum
quia nonnulli alij contradicunt, ideò magis adhæreo alijs su-
13 perioribus fundamentis. ¶ † Prædicta tamen affirmo cum mo
dificatione infrascripta, videlicet q in bonis obuentis à matre
vel linea materna præferetur auia materna dictæ auiæ pater-
næ, in bonis autem obuentis à patre, præfertur auia paterna,
in bonis autem aliunde obuentis, seu obuentis ex successione
hæreditatis seu bonorum personæ quæ fuisset coniuncta di-
ctæ vltimæ filiæ tam ex paterna quàm ex materna linea, vt pu
ta ex hæreditate sororis vtrinque coniunctæ, succedent pari-
ter auia paterna & auia materna, vt probatur secundum unã
lect.in l.quod scitis.§.1.& ibi no.Cy.& Bar.C.de bo.quæ lib.
iuncta auth.defuncto.& ita no. Bar.& An.in auth.itaque.C.
communia de succes.& plenius Bar.in consi.suo incip.An te
stamentum.& in consi.incip.In quæstione Nannis.& no.etiã
Bart.in l.post dotem.in fi.& ibi hoc etiam tenet Io.de Imo.&
Lud. Ro.ff.solu.mat.& pro hac parte etiam consuluit Pet.de
Auch.in consi.349.incip. de iure communi dos &c. & cõsu-
luit Ludo Rom.idem in consi.suo 40.incip.Visis ac discussis
puncto &c.& Pau.de Cast. in d.l.quod scitis. & Bal.ibi etiam
videtur hoc tenere in his quæ ex causa dotis peruenerunt, vt
si peruenerunt ex linea materna, præferatur auus maternus.
& similiter ex linea paterna, præferatur auus paternus.per d.
l.quod scitis.sed in cæteris bonis succedant pariter per d.au-
th.defuncto. & ita videtur residere Bald. in d.auth.de-
functo.dum dicit q illa.l. quod scitis, corrigitur per d.auth.
defuncto.vel quod dicendũ est prout ipsemet distinxit in d.l.
quod scitis. Salic.etiam in d.auth.itaque, dicit se dubitare de
dicta opi.Bar.propter tex.in §.sequens, auth.de hære.quæ ab
intesta.vnde sumpta est d.auth.defuncto. vbi text.dicit quod
hæreditas descendentis diuiditur æqualiter inter ascendentes
pares in gradu. hæreditas autem dicitur cõplecti uniuersum
ius.l.hæreditas.ff.de regu.iur. tamen magis communis & ve-
f rior[f] videtur opin. Bart.vt patet ex prædictis.& confirmatur
per l.emancipatis.C.de legi.hær. & ibi etiam singulariter de-
cidit ibi tex.quod si decedat frater superstite uno fratre vteri
no, & alio fratre consanguineo, id est ex latere patris tantùm
in bonis quæsitis à linea materna præferetur frater vterinus;
in bonis verò quæsitis a paterna linea, præferetur frater con-
sanguineus, in alijs admittentur pariter, & etiam no.gl.in au-
14 tuh.itaque.† Similiter videmus q vbi mater lucrata est bona
à primo viro suo, & alia bona etiam a secũdo viro, & decedat
relictis liberis vtriusque matrimonij, liberi primi matrimo-
nij præferuntur in bonis maternis quæsitis ex primo matri-
monio, & liberi secundi matrimonij præferũtur in bonis ma
g ternis quæsitis a secundo viro,[g] in alijs verò bonis pariter suc
cedunt.l.cum alijs. C.de secun.nup. & dispositio legis nouæ
quantuncũque generaliter seu indefinitè loquatur, tamen de-
bet taliter interpretari & distingui vt recipiat distinctionẽ se-
cundum leges veteres. vt in auth.offeratur.cum glo.C.de lit.
contest.& no.in l.sciendum. in princ.ff.qui satisda.cog.& in
auth.de hæred.quæ ab intest.in prin.in verbo, vacantibus. fa-
cit.l.sed & posteriores.ff.de legi.& ideo tex. in d.§.cõsequẽs.
debet recipere limitationem & distinctionem quæ colligitur
ex d.l.quod scitis.& ex d.l.de emancipatis. & cum ista sit ma
gis communis opi. non esset in iudicando ab ea recedẽdum.
15 vt traditur in locis vulgaribus.¶ Nunc † videndum superest
de 4.dubio, quo quæritur vtrum d. Baptista succedat dictæ
Francisæ eius filiæ in totum, cum hæreditas d.Franciscæ non
fuerit adita per dictas duas filias infantes post mortẽ matris
defunctas, an verò succedat in parte, in quo occurrit videre
an dictæ infantes ultimò defunctæ hæreditatem dictæ Fran-
ciscæ earum matris non aditam transmittere possint ad di-
ctam auiam paternam earum ascendentem, & similiter ad
auiam maternam.& gl.uoluit quod sic in l.unica.in uerbo, li-
beros.C.de his qui ante aper.tab.& in l.2.C.ad Orfi.per tex.
in l.apud hostes. C.de suis & legi. tamen magis communiter
tenetur q regulariter non transmittatur ad ascendentes, per
l.2. §. si quis ex liberis & ibi gloss.in uerbo, agnoscitur. ff. ad
Tert.& firmat Pet.Cyn.& Barto.in l.unica.C.de his qui ante
aper. tab.& Pet.quem refert & sequitur Ray.& Ful. in l.si in-
fanti.C.de iur.deli.per tex.in d.l. si infanti. ubi est specialiter
inductum quod infans transmittat hæreditatem non aditam
ad patrem, uel auum aut proauum paternum. igitur cum pro
uisio.d.l. si infanti, sit contra regulas iuris communis, quib.
cautum est hærditatem non aditam non transmitti.l. quoniã
sororem, C.de iu.del. & l. vnica.§.in nouissimo. C.de ca. tol.
non debet extendi ad alium casum.l.si uero. §.de uiro. ff. sol.
mat.& l.ius singulare.ff.de legib.istam opi.etiam tenet Pe. &
Cy.in d.l. 2. C.ad Orfi.& Sal.in l. cum antiquioribus in ult.
col.C.de iu.del. & etiam Bart.in d.l.uentre. licet Bal.in alijs
16 locis quandoque uariauerit.¶ Nec ob.† d.l.apud hostes, quia
ibi loquitur in hæreditate patris delata filiæ, nam talis hære-
ditas non adita bene transmittitur etiam ad quoscunque ex
potentia suitatis, secundum communes conclusiones.l.si fra-
tris.C.de iu.deli.& in d.l.2.§.si quis ex liberis.& in l.si uetre.
& ibi plenè doc.ff.de acq.hę.& p cõsequens uideretur q quia
non est dicta hæreditas transmissa per filias infantes ultimò
decedentes ad dictas auias, sequitur quod ex successorio edi-
cto illa hæreditas Franciscæ non adita per filias spectaret ad
matrem d.Franciscæ tanquam proximiorem d.Frãciscæ post
dictas infantes exclusas.l.1.§.si nemo.& l.filij.§.1.ff.ad ter.§.
placebat.insti.de legi.agn. succes. iuncto §.nullum. in auth.
de hęre.ab inte.& no.doc.in rub.C.de succes.edic. ¶ Et si di-
17 ceretur, † veriorem uideri cõclusionem in proposito q dicta
hæreditas non adita iure transmissionis transmittatur ad di-
ctam auiam maternam, quia opi.quæ habet q non transmit-
tatur hæreditas ascendentis per descendẽtem ad alium ascen-
dentem ipsius descendentis, procedit quando ille superstes a-
scendens descendentis mortui hæreditate non adita non erat
de ascendentibus illius primi defuncti, de cuius hæreditate
agitur. sed vbi superstes ascendens esset non solùm ascendens
illius descendentis qui vult transmittere, sed etiam esset ascen
dens illius personæ primò defunctæ de cuius hæreditate agi-
tur, tunc transmittitur hęreditas ad talem ascendẽtem, secun-
h dum Sal.[h] in d.l.apud hostes, ad fin.& Io de Imo.in d.l.ven-
tre.in 24.col.& etiam Ro.ibidem.& voluit hoc etiam Ia.Bu.
& Bal.in d.l. vnica.de his qui ante aper.tab.& Bal.in d.l.ven
tre. & hoc ex prouisione.d.l. vnicæ. C. de his qui ante aper.
tab.quia videtur ita debita ex eadem ratione pietatis hæredi-
tas descendentium ascendentibus, sicut econtrà hæreditas a-
scendentium descendentibus.l. nam & si parentib.ff.de inof.
18 test.& ideò dicimus † q sicut est aucta [i] legitima descenden-
i tium vsque ad tertiam; ita etiam legitima ascendentium, vt
notant magis communiter gl.& doc.in auth.nouissima.C.de
inoff.testa.& Bar.in l.pater filium.ff.de inoff.test.& ibi etiam
Bal.in repet.in pe.col.& gl.in auth.de trien.& semis.§.1.cum
si.per rationem.d.l.nam & si parentib.sed ita est quod Bapti
sta non solùm est ascendens dictarum infantium descenden-
tium, sed etiam est ascendens d.Franciscæ matris earum, ergo
ad ipsam Baptistam intelligitur facta transmissio eadem ratio
ne qua hæreditas ascendentium delata descendentibus tran-
smittitur etiam non adita ad posteros seu descendentes suos.
d.l.vnica.C.de his qui ante aper.tab. saltem cũ sumus in ma-
teria fauorabili & pia, vt d.l.nam & si parẽtibus.in verbo, pie.
igitur debet fieri extensio ex identitate rationis, per no.in l.il
lud.C.de sac.san.eccl.& in l.quæ propter necessitatem.de re.
iur.& per Bar.in l.si constante. in princ.in 9.q.primæ partis.
19 ff.sol.mat.& in auth.res quæ.C.commu.de leg.cum si † re-
spondeo quod quamuis dicta limitatio (meo iudicio) sit ve-
ra & notabilis: tamen in proposito nostro quantum ad effe-
ctum non refert an per viam successorij edicti, an per viam
transmissionis auia materna habeat.l.Gallus.§.si eius.ff.de li-
be.& posth.ibi dum tex.dicit, nihil refert an ex iure antiquo,
an ex iure Velleia.excludatur. Item potest responderi q vbi-
cunque dicta auia materna potest venire per successoriũ edi-
ctum

ctum, & etiam posset venire iure transmissionis vigore dictæ specialis prouisionis positæ in dicta l. vnica; de is qui ante aper. tab. iuncta identitate rationis debet cessare dicta transmissio tanquam fundata in iure speciali, postquam est consultum auiæ maternæ de iure communi per successorium edictum, ita inquit Ioan. de Imo. in dicta l. ventre, in 25. colum. ar. l. in causæ, la 2. in princip. ff. de minor. & sic cum tunc tractetur de succedendo dictæ Franciscæ non est curandum de Iacobo patruo dictarum puellarum, quia cum non sit patruus Franciscæ de cuius hæreditate hoc casu tractatur, ideo statutum non excludit matrem Franciscæ. ¶ Et per hæc pa-
10 tet † non esse opportunum recurrere ad discutiẽdum vtrum per viam restitutionis in integrum possint dicta auia materna, & paterna venire ad dictam hæreditatem non aditam iuxta not. per Barto. in dicta l. si infanti. ad fi. & in l. qui duos, in princip. ff. de reb. dubijs, cum si. ex prædictis apparet non esse opus dicta restitutione, nec de ea tractandum, quia alio iure non ita extraordinario est consultum matri, vt suprà deduxi, & ideo cessat dictum remedium dicta l. in causæ. nec etiam quò ad auiam paternam est tractandum de dicta restitutione, quia illa restitutio cessat vbi superest persona cui maior fauor debeatur in hæreditate primæ personæ defunctæ de cuius hæreditate agitur, non dico in hæreditate illius qui transmittere volebat, nam tunc cessat æquitas quæ debet esse causa dictæ restitutionis in integrum l. 1. in fin. & l. sed si per prætorem. §. hæc autem clausula. ff. quib. ex caus. maio. ita singulariter voluit Bald.* in l. 2. C. ad Orfi. in ver. oppono, quòd succurratur patri per restitutionem &c. iuncto versic. præcedenti. & ad hoc etiam mouetur per illam l. sed in proposito superest dicta Baptista, quæ erat mater dictæ Franciscæ, cui Baptistæ matri maior fauor debetur in hæreditate, Franciscæ non adita quàm dictæ alij mulieri, quæ fuit auia paterna dictarum infantium, quæ ferè nullam coniunctionem respectiuè habebat cum dicta Francisca, cuius fuerat socrus, & per consequens proculdubio hæreditas Franciscæ est magis debita matri quàm socrui dicta l. nam & si parentibus, & quàtum ad dotem datam dictæ Franciscæ per dictam Baptistam non potuisset etiam alia ratione dicta auia paterna venire volens succedere dictis infantibus per dictam l. quod latis, vt dixi in præcedenti dubio, & non obstat ad hoc etiam si diceretur, quòd si auia paterna debet excludi per matrem in succedendo dictis infantibus, ergo patruus debet excludere auiam maternam ex dispositione statuti, nec ipse excludetur per auiam paternam postquam ipsa non est successura, quia vltra responsiones quæ colliguntur ex superius dictis
11 potest responderi, † quòd imò excludetur patruus existente auia paterna, vt probatur in dicta l. secunda.* §. si sit agnatus. ff. ad Tertul. nam quando tractabatur de succedendo filio emancipato pater præferebatur matri. dicta l. secunda. §. obijcitur. & §. pater. institu. eodem titulo tamen agnatus vincebat patrem in aliena familia existentem qui desijt esse agnatus ipsi filio, & nihilominus si concurrebant dictus pater mater & agnatus præferebatur mater, quia agnatus quamuis vinceretur à matre in totum, si talis agnatus non erat frater vel soror consanguinea, iustitut. ad Senatusconsul. Tertullia. §. pater. cum sequent. tamen dicto casu agnatus remouebat matri obstaculum patris, & sola mater admittebatur, vt dicta l. si sit agnatus. ita debet esse hic, illa auia paterna remouet auiæ maternæ obstaculum patrui, quia ipsa auia paterna præfertur patruo, vt in authenti. de hæred. ab intesta. §. primo, & sola auia materna poterit succedere, sicut patet in dicto §. si sit agnatus. Ex quibus concludo in hoc quarto dubio dictam auiam maternam omni respectu esse potiorem. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Positiuo supra lib. 1. consi. 75. col. 2.
b ¶ Tolli. imò crebrior & verior est in contrarium, vt tenet Alex. supra lib. 6. consil. 134. num. 8. supra, lib. 1. consil. 75. num. 11. vbi dixi.
c ¶ Legitima supra li. 6. consi. 19. nu. 4. Soc. consi. 89. col. fi. consi. 127. nu. 2. lib. 4. Aymo. consi. 11. nu. 13.
d ¶ Solitus supra eo. consi. 45. nu. 5.
e ¶ Intestabilis supra eo. consi. 153. col. 2. supra lib. 6. consi. 158. num. 3. supra, lib. 2. consi. 115. vbi aliter dixi.
f ¶ Verior. Idem Matthæsi. tract. de suc. ab intesta. Bald. Nouel. trac. de dote par. vlt. Ias. l. post dotem, colum. fi. sol. matri. multi tamen contrarium voluerunt vt ipse Alexan. supra eo. consi. 42. in fi. per Corn. dicta l. quòd scitis. colum. fina. & consi. 48. col. 3. consi. 94. consi. 286. colum. 2. lib. 1. consi. 265. lib. 4. & latè & exactè Aymo consil. 176. sed opinio Bartol. vt æquior ita verior est, vt dixi in consuet. Parisi. quæst. 128.
g ¶ Viro. & meritò, quia censentur bona paterna, vt in antipherno seu doerio contra errorem pragmaticorum dixi in consuetu. Parisien. §. 137.
h ¶ Sal. sed hoc iure non probatur, & superuacuum est, quia sufficit successorium edictum, vt subdit Alex. num. 19.
i ¶ Aucta. Bald. consil. 350. In consulendo, colum. 2. lib. 4. Soci. consi. 75. colum. 2. lib. 5. Ioan. Crot. rep. l. re coniuncti colum. 45. ver. quarta sit conclusio. de lega. 3. Aymo consil. 110. in fi. adde. supra libr. 1. consil. 140. ad fin.
* Voluit Bald.] Istud dictum Baldi sequitur Soc. consi. 207. col. 3. lib. 2. Dec. consil. 261. col. pe. Nat.
* Vt probatur in d. l. 2.] Hunc textum ita etiam declarat Alexã. ad l. illam, col. 4. C. de collat. Ias. ad l. si emancipati. colum. 4. C. eo. tit. Soc. plenè consi. 28. lib. 4. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Filia si dotata excluditur intelligitur à bonis dotantis.*
2 *Pater tenetur dotare filiam etiam iam nuptam, & nu. 3. 4.*
6 *Filia transmittit ad hæredes actionem ad dotandum.*
7 *Dos non debet esse minor legitima.*

CONSILIVM CLXIX.

Visis instrumentis confectis super dote spectabilis dominæ Cassandræ filiæ quondam generosi viri Cichini de Grassaleono, & vxoris magnifici viri Guidonis de Lupis Marchionis Foranææ, & statutis mihi exhibitis & his quæ copiosè & subtiliter in iure allegata sunt pro parte hæredum,
1 d. Cassandræ, sentio salubriorem † viam esse quòd hæredes d. Cassandrę petant à filijs, & hæredibus dicti Cichini partem hæreditatis debitæ d. Cassandræ in bonis, & hæreditate dicti Cichini eius patris si ab intestato decessit, cum de iure communi admittatur cum masculis æqualiter. l. maximum vitium. C. de libe. præte. ibi & l. lege duodecim tabularum. C. de legi. hære. nisi statuta loci refragarentur, & licet statuta etiam dicerent quòd filia fœmina dotata non succedat patri ab intestato decedenti superstitibus filijs masculis, adhuc non videretur per hoc esse exclusam dictam Cassandram per id quod volunt notabiliter Bald. in l. mater. C. de iure dot. & Petr. de Anch. in commento. cap. canonum statuta. de consti t. vbi dicunt à quod stante statuto quòd filia dotata non habeat regressum ad bona paterna, & contingat quòd pater de facto dotauerit filiam de bonis vxoris suæ, non excludetur filia vigore dicti statuti in casu prædicto, quia in tali casu filia non reperitur dotata in effectu à patre, cum de bonis matris non sit dotanda filia, vt d. l. mater. & idem dicunt in statuto disponente quòd soror dotata à fratre non succedat fratri, & contingat quod frater dotauerit sororem de propria portione sororis, non excludetur soror à successione fratris, quia statutum loquens per verbum dotata, significat ius, non autem actum nudi ministerij, ar. l. pater ex prouincia. in fi. ff. de manu. vindi. & est bonus tex. in l. si res quas filiæ. ff. de iu. do. Modo in proposito, aut prima dotis constitutio facta à dicto Cichino d. Cassandræ anno 1440. die 11. mensis Februarij valet cum effectu, & tunc hæredes Cassandræ habent intentum, aut est nulla vigore dispositionis dictorum statutorum prohibentium alienationem immobilium fieri in forenses, vt asserunt hæredes dicti Cichini qui se fundant in secunda dotis cõstitutione facta per dictum Cichinum anno 1442. die 6. mensis Iulij, & illa videtur inefficax ad excludendum dictam Cassandram, quia si rectè inspiciatur, voluit dictus Cichinus in effectu fraudare filiam, & generum dote sua, & dotare eam de bonis & iuribus matris. d. Cassandrę, & etiam de iuribus ipsius Cassandræ, dum voluit in dictam dotem cedere debere precium vnius possessionis olim matris, dict. Cassandræ venditæ per dictum Cichinum ad quem precium prædictum peruenerat, & etiam voluit quod dicta Cassandra teneretur renunciare in dicta constitutione dotis omni iuri quod ipsa habebat in possessione de ponte Laguscuri quam ipsa tenebat ad vsum à Ioanne de Platesijs sub solutione annua librarum centum marchesanorum. ¶ Posito † autem quod sta-
2

tuta loci loquentia de successione mulierum, quæ mihi non sunt exhibita, taliter disponerent quod dicta Cassandra nullatenus posset succedere in hæreditate dicti Cichini, tunc dico hæredes dictæ Cassandræ petere posse dotem congruam constitui, quemadmodum constituenda erat dictæ dominæ Cassandræ, & illam sic congruè constitutam dari ipsis hæredibus dictæ Cassandræ si dicti hæredes Cichini prætendunt dictam primam dotis constitutionem fuisse & esse inualidam quia de iure communi secundum veras, & magis communes
b conclusiones pater cogitur dotare filiam etiam iam nuptam [b] prout etiam erat Cassandra tempore confectionis primi & secundi instrumenti dotis, ita notat gloss. & Angel. in l. obligamur. ff. de act. & obliga. per quod habetur in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & not. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Ioan. de Imo. in capit. accedens, de procura. & est de mente gloss. 36. quæstio. prima, capitu. vltimo. in verbo, excusata. & 32. quæst. 2. in cap. hoc sanctum. in gloss. prima & ibi Archi. vbi volunt hoc esse verum etiam si filia inuito patre virum accepisset, dummodo non sit nupta indigno. hanc opinionem etiam tenet Bald. Ioan. de Imo. & Rapha. Cuma. & Ludo. Roma. in l. 1. ff. solut. matrim. & Bald. Ange. in authent. res quæ. C. communia de lega. & Bal. in l. cum hi. §. si mulier. ff. de cond. inde. in lec. antiqua. & in l. fi. C. de sen. quæ sine cer. quanti. & Ang. in l. nupta. in princ. ff. solu. matrimo. & Nico. de Neap. in rub. cod. titul. vbi ad hoc reputat singularem esse gloss. in dicta l. obligam ur. & idem tenet Pau. de Cast. in l. si socer. in princip. ff. solu. matrimo. & d. Car. Flo. in cap. ea quæ de despon. imp. in quib. locis doc. reprehendunt opi. Barto. in d. l. obligamur, qui voluit quod pater non possit cogi constituere dotem filiæ iam nuptæ, eo quia videtur cessare ratio propter quam tenebatur pater dotare filiam, quia tenebatur eam dotare vt posset eam maritare, ideo ipsa existente maritata cessat dicta ratio, & pro hoc etiam allegat id quod habetur in authent. de nup. §. si quis enim duxerit. versi. si quis sub potestare. & l. fin. C. de repu. nam ista videntur secundum præfatos doct. esse cōtra dicta in l. qui liberos. vbi pater astringitur ad duo copulatiuè scilicet ad collocandum filiam in matrimonium, & etiam eam dotandam, & ideo non sufficit alterum adimplere. l. si hęredi plures. ff. de cond. inst. & cap. ex parte, el 1. de rescrip. & quia mulier indotata spernitur à viro, vt in dic. §. si quis enim.
3 ¶ Nec obstant † iura allegata per Barto. quia vt dicunt præfati doc. & maximè Pau. de Cast. in d. l. si socer, illa iura nihil facere videntur, quia solum probant quod maritus qui vxorē duxit sine dote, non potest dotem petere, nec eam vxorem debet de domo expellere, quia sibi ipsi imputet si vxorem sine dote accepit. sed nos loquimur in filia cui nihil est, quod imputari debeat, vnde valde iniquum esset, quòd ipsa remaneret fraudata dote. & subdit Pau. de Ca. in dicta l. si socer, in prin. quod posito quod dicta opi. Barto. esset vera (quod tamen ipse negat) procederet de iure communi, quo inspecto licèt ipsa non habeat dotem potest succedere patri vnà cum aliis filiis. sed stante statuto quod ipsa non succedat, sed debeat dotari, putat ipse esse clarissimum & æquissimum, quòd etiam ipsa postquam est nupta possit petere se dotari, ne alias sequatur inconueniens, quòd ipsa careat vtroque. & quia statutum excludens eam à successione propter dotem videtur voluisse quod omnino dotem habeat per not. per gloss. in dicta l. si socer. §. Lucius. & ita dicit se consuluisse. & confirmantur prædicta: quia videmus † quod licèt filia habeat bona propria,
4 ex quibus posset se dotare & se alere, tamen pater si diues est, tenetur eam de suo proprio dotare, vt probatur in l. fina. C. de dot. promiss. & tamen non teneretur eam alere de suo, si ipsa haberet vnde se aleret. l. si quis à liberis. §. si filius. & §. alimenta. ff. de libe. agna. & ideo ex istis patet responsum ad omnia allegata per Barto. in dicta l. obligamur, & ex istis verificatur illud quod in proposito dixit nota. Bald. in dicta authentic. res quæ. in versicul. quæro si filia quæ poterat &c. vbi voluit quod si filia quæ poterat petere se dotari, hoc non fecit nihilo minus hæres ipsius filiæ poterit hoc petere. & mouetur per not. per gloss. in dicta l. obligamur. licet si vera fuisset opinio Bartol. in dicta l. obligamur, non posset hæres filiæ hoc petere. sed (vt dixi) communiter tenetur contra Bartol. & ad hoc bene faciunt no. per Iaco. de Bel. in authen. de restit. & ea quæ par. in princip. in 10. quæstio. & quod not. glo. fin. in authen.
5 contra rogatus, C. ad Trebel. ¶ † Et licèt secundum veras conclusiones non competat actio contra patrem ad dotem constituendam, sed officium iudicis possit implorari, vt probatur in dicta l. qui liberos, in princip. & not. gloss. in dicta l. si socer. in princip. in gloss. fi. & Bartol. in dicta l. obligamur, cum si. tamen officium iudicis est transitorium ad hæredes sicut actio. l. non solum. ff. de integ. restitu. & l. minor autem magistratus. §. final. cum l. sequen. ff. de mino. iuncta. l. quod si mi-
6 nor. §. fi na. eo. titu. ¶ Præterea † si statuta disponunt quod filia non succedat, & quòd habeat dotari, tunc clarum videretur, quòd competeret condictio ex statuto ad petendam dotem, iuxta. l. vnicam. ff. de condit. ex lege. & notatur per Barto. in l. 1. in prin. ff. ad legem Fal. & plenius per eum in l. omnes populi, in 7. quæst. principali. ff. de iust. & iur. quæ conditio
c ex statuto proculdubio est etiam transitoria [c] ad hæredes, similiter etiam potest peti aduersus hæredes patris dictæ Cassandræ, vt dotem constituant & dent, sicuti peti potuisset aduersus patrem dictæ Cassandræ. l. si quis liberis. §. item rescriptum. ff. de lib. agna. & not. Dyn. in l. in insulam. §. primo, in princip. ff. solu. matrimo. & no. Barto. in l. si marito. §. si voluntate, & in l. post dotem in 2. quæstio. prin. eo. titu. & in l. sicut §. si debitori. ff. quibus mo. pig. vel hyp. sol. & not. Bald. in l. fi. C. de dot. promiss. & Paul. de Cast. in dicta l. si socer. in princi.
7 Et talis † congrua dos debet constitui secundum qualitatem personarum mariti & mulieri, & quantitatem patrimonij, inspecto etiam numero filiorum dicti Cichini l. quæro, & l. sequenti. ff. de iure dot. & l. filiæ. ff. de legat. 3. & in dubio non
d debet esse dicta dos minor [d] quàm esset legitima debita filiæ de iure communi, vt decidunt Sal. & Fulg. in dicta authen. res quæ. vbi dicunt per illum text. quòd quando statutum repellit filias à successione præferendo masculos, & mandat filias vel neptes dotari arbitrio propinquorum, propinqui non debent arbitrari minus quàm sit sua legitima, quia in ea non est excessus, imò in plus possent arbitrari si legitima non sufficeret ad dotem condignam, vt ibi & idem consuluit Ange.
e consil. 357. incip. do. Gregorius &c. ita etiam consuluit Bal. [e] in consil. suo incip. Anto. plures filios masculos habens &c. quia secundum eum bonus vir non debet arbitrari, quòd legitima sit auferenda filiæ, cum censeatur æs alienum, & debita iure naturali. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffi.
8 testam. & in l. cum etiam. in princip ff. de bo. da. † Quod au-
f tem dictum statutum laicorum [f] non valuerit impedire matrimoniū satis pr̄ quia matrimoniū pertinet ad ecclesiā ca. tuā de or. cog. ca. lator. qui fil. sint legi. ca. 3. de do. inter virum. iuncto. cap. ecclesia sanctæ Mariæ de const. & c. 1. de spons. & ibi plenè not. doc. & notant etiam plenè doc. in ca. statutum, el j. de hæret. & Iacob. But. in l. 1. ff. de constitu. princip. & magis specificè Alber. de Rosa. in secunda parte statutorum. quęst. 4. incip. quæro etiam si statutum dicat, quod contrahens matrimonium &c. & Anto. de Butr. in consil. suo, quod refert & sequitur Ludo. Roma. in l. 3. §. vtrum. in fi. ff. ad Sylla. & fuit tactum per præfatum dominum aduocatum, & in hoc non insisto latius, quia non puto circa hoc dubitationem principalem versari. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Dicunt supra lib. 2. consi. 151. num. 2. Ange. Aret. tract. de test. vernolens intesta decedere. col. fina. Soci. consi. 35. consi. 119. consil. 127. lib 4. l. quoniam nouella. colum. 2. C. de inoffi. testam. limita. per not. supra lib. 1. consi. 29. nume. 6. Cor. consi. 42. consi. 123. consi. 323. lib. 3. consil. 42. consi 45. lib. 4. Cur. senior. consi. 34. colum. 3. Ias. consi. 140. colum. 8. consil. 205. colum. 2. lib. 1. Ant. Rub. consil. 16. Alexan. supra lib. 6. consi. 134. num. 7.

b ¶ Nuptam supra lib. 4. consi. 56. num. 5. Soci. cons. 57. lib. 4.

c ¶ Transitoria infra eo. consi. 211. col. fin. supra lib. 2. consi. 55. col. fi. & supra lib. 5. consil. 77. nume. 1. vbi dixi. adde Benedi. re. cap. Ray. ver. mortuo itaque testatore. secundo. numer. no. cum sequen. de testa.

d ¶ Minor supra lib. 1. consi. 69.

e ¶ Bal. consi. 407. lib. 3.

f ¶ Laicorum supra c. consi. 3. in fi.

EPITOME.

Valet statutum quòd si creditor non egerit intra triennium, quòd non possit deinde ex instrumento agere vt

rē vt exequūtioni mandetur, & non potest renunciare præscriptioni.

CONSILIVM CLXX.

Visis statutis prædictis de quibus in themate fit mentio, maximè statuto veteri sub rubrica intra quantum tempus instrumentum executioni mandetur, & statuto nouo sub rubrica de vsu instrumeutorum condito (vt fertur) anno 1458. & viso asserto instrumento confessionis depositi, & his quæ copiosè & eleganter scripta sunt per dominum cōsulentem, puto breuiter concludendum, quod principaliter vigore dicti statuti antiqui possit repelli, dictus Benedictus per hæredes dicti Pansatini opponētes dictum instrumētum esse nullum, & eius vigore non posse compelli realiter, vel personaliter ad soluendum dicto Benedicto se fundanti in dicto instrumento, quia posito quod sit dubium an statutum
1 † totaliter excludens creditorem à iure suo si aliquo tempo-
a re negligens fuit in agendo, valeat, [a] tamen illud firmum est de iure, quòd statutum vel consuetudo potest instrumentum validum vel aliam probationem validam facere inualidam, vt plenè probat Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de instr. edi. §. compendiosè. super ver. sed nunquid. in versi. sed conuerso casu &c. quia si statutum, vel consuetudo potest facere de instrumento inualido validum. cap. cum dilectus, de fi. instru. ergo & è contra debet posse facere de valido inualidum, quia qui potest vnum oppositorum, potest & reliquum, cap. cum inferior, cum ibi no. in gloss. 1. de maio. & obe. ff. de acquiren. hæred. l. is qui, & l. is potest, & hoc sequitur Ioan. de Imol. in cap. 2. de proba. & posito quod vbi statutum vellet inualidare probationem quæ de iure diuino esset valida, requireretur secundum aliquos causa, vt per Anto. de Butr. in dicto capit. 2.
2 de prob. † tamen cessat illa consideratio in casu nostro, in quo tractaretur de inualidando instrumentum tabellionis, quod quidem non dicitur facere legitimam probationem de iure diuino, sed solum de iure positiuo, vt not. Innoc. & alij scribentes in cap. cum P. tabellio. de fide instrum. & Spe. in tit. de instrumen. edi. §. restat. vers. sed quis possit, nam illud quod est inductum à iure positiuo potest cōtrario iure positiuo seu statuto tolli. l. de quibus. ff. de legi. instit. de iure nat. §. sed naturalia, & l. omnes populi. cum ibi not. per Bartol. in 3. quæst.
3 principali. ff. de iust. & iur. cap. 1. de consti. in 6. ¶ † Pro hoc
b facit quia licet sit inualidum instrumentum ex dispositione statuti, tamen [b] non intelligitur inualidatus contractus depositi contentus in instrumento, dummodò aliter quàm per instrumentum probaretur de veritate, vt probant Moderni scilicet Ioan. de Imo. Raph. & Paul. de Castr. in l. seruum filij. §. cum qui chyrographum. ff. de lega. 1. & Bald. in l. Labeo. §. 1. versi. quid si reus. ff. de pac. & Rapha. in l. huiusmodi. §. si ita cui. ff. de lega. primo, & consuluit Paul. de Cast. libro secundo, consil. 75. incip. Notandum est quod præfatum statutum &c. bene facit. l. fina. cum his quæ ibi signanter not. Bald. C. de falsa causa adie. leg. non enim dubium est aliud esse instrumentum, aliud esse contractum, vt declarat Barto. in l. si quis lega-
4 tum, in penultim. colum. ff. de falsis. ¶ Quinimò † etiam dato quòd statutū totaliter excluderet creditorem propter eius negligentiam, videtur quòd valeat secundum multos, vt tenuit Bartol. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & Angel. in l. 1. circa primam colum. ff. de const. princip. & quidam libri habent in l. de quibus, in vltima colum. ff. de lega. vbi pro hoc allegat. capit. constitutus, de restitu. in integ. & l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris, & idem Bald. in dicta l. omnes populi, in 7. colum. & in ca. ecclesia sanctæ Mariæ, in fi. de constit. in cap. si quis, per 30. in tit. si de feud. fue. contro. inter do. & agn. vbi tenet quod saltem dictum statutum seruabitur in foro sæculari. imò Angel. in reper. l. 1. C. de iud. circa antepenul. char. in versicu. nunc restat videre, quid si præscriptio est temporalis, & est à statuto inducta &c. & in l. iustitia. ff. de iust. & iur. & Angel. in consilio 136. incip. Visis omnibus statutis &c. voluit quòd etiam in vtroque foro, scilicet tam ecclesiastico quàm ciuili debeat dictum statutum seruari, vt ibi probat per multas rationes. & est de mente Host. in summa de præscri. §. quæ res præscribi possunt, saltem in actio ne
c personali, [c] & debitor non fuisset constitutus in mora, vt est casus noster. & pro validitate dicti statuti etiam concludit Tancredus de Corneto in opere suo in rub. 12. quæst. 24. & hoc etiam tenet Paul. de Castr. in l. quod autem. ff. de serui. vrb. præd. & in l. si pœnæ. ff. de condi. indeb. quando statutum dirigit verba ad creditorem, vt quia dicit, si creditor nō petat intra tale tempus cadat ab actione, vel similia verba, bene facit quod no. gl. in c. 1. §. porrò. & quod ibi Bald. in fi. in tit. qualiter olim feudum poterat aliē. tamen quia in hoc alij aliter sentiunt etiam si statutum diceret quod post dictum tēpus debitum præsumatur esse simulatum, ideo adhæreo potius proximè præcedenti fundamento. ¶ Nec prædictæ conclusioni
5 † obstat si diceretur ꝙ dictus Panzarinus debitor promisit soluere dicto Benedicto ad omnem eius volūtatem, petitionem & requisitionem non obstantibus quibuscunque statutis in cōtrarium facientibus, quibus per pactum exprefsè renunciauit, & sic uidetur fuisse renunciatum dicto statuto saltem veteri, quia ad hoc respondeo, quod illa generalia verba debitoris promittentis soluere ad omnem petitionem benedicti, nō
* intelligitur * renunciatum præscriptioni, vt eleganter concludit & probat Io. de Imo. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. obl. in 3. col. post Ang. ibi quia illa verba important admonitionem quandam, & exprimuntur prout tacitè inerant, ideo non operantur. l. si decem cū petiero, ff. de verb. obli. l. Titia hæredis. ff. de condi. & demonst. iuncta l. 3. ff. de lega. 1. idem est de mente Bald. in l. quod nolit. §. si quid ita. ff. de ædi. edic. in lectura antiqua. & in l. 1. in vlt. colum. ff. solut. matri. vbi vult quod per illa generalia verba, promitto soluere quandocunque seu semper, non intelligatur renunciatum præscriptioni. per d. l. 1. ff. solut. matrim. iuncta. l. in rebus. §. omnis. C. de iure do. cum si. bene facit quod notabiliter dicit
6 Barto. in l. fina. per illum tex. ff. pro dote. item illa talis † gene
* ralis renunciatio, & promissio intelligitur * rebus sic stantibus, & nisi causa in contrariū de nouo superueniret, vt l. quod seruus. cum gloss. fin. ff. de condi. ob causam, cap. quemadmodum. de iureiur. & cap. significante, de censi. & tadit not. Ant. de But. in cap. cum contingat, de iureiū. sub octauo casu, dum vult ꝙ ille qui promisit & iurauit non venire contra contractum, non possit dicere contractum illum esse nullum scilicet ex causa nullitatis quæ suberat tempore iuramenti, secus si post superuenit, vt quia statutum dicebat quod si intra certū tempus non soluatur gabella vel contractus donationis non sit intra certum tempus insinuatus, contractus sit nullus certè quamuis tempore contractus contrahens iurauerit non venire contra contractum, tamen hoc non obstante si postea ille qui secum contraxit, non soluit gabellam intra tempus debitum, vel non fecit insinuare donationem, poterit iurans non obstante dicta promissione, & iuramento dicere contractum
7 nullum. quinimò † etiam si exprefsè renunciasset dicto statu-
d to loquenti de præscr. prædicta tenuit Bart. [d] ꝙ non valeat renunciatio vt ipse no. in l. nemo potest. de lega. 1. per l. tametsi. cum ibi not. ff. ad Mace. & idem quo ad casum nostrum, scilicet in præscriptione inducta in odium negligentis petere, & sic in præscriptione in qua non requiratur titulus, tenuit hoc Barto. in l. 1. ff. de vsuc. Angel. & Rapha. in d. l. nemo potest, & Bald. in d. l. quod si nolit. §. si ita. in lectura antiqua. & in rep. magna. l. cunctos populos. C. de sum. Trini. in 41. colum. in versi. sed nunquid possit instrumentum sic fieri. & Bald. in l. Centurio. in fi. ff. de vulga. & pupil. & in l. fina. C. de tem. app. & in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & in l. pacisci. ff. de pac. & in l. item illa. §. quod addicitur. ff. de const. pec. & in l. 2. C. vt in pos. leg. & in l. receptitia. C. de constit. pecu. & in cap. 1. §. prætereà, de capitulis Corra. Ex quibus concludo dictum Benedictum se fundantem ex dicto instrumento nō posse ex eo obtinere. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Valeat supra lib. 6. consi. 83. num. 4.

b ¶ Tamen. And. Tiraq. in consue. picta. tit. retra. §. 2. glo. 1. nume. 2. vltra quem adde Alex. supra lib. 2. consi. 122. nu. 3. Imo. consil. 17. Francis. Rip. l. 1. §. si quis ita. col. pen. de verbo. obli.

* Non intelligitur] Vide de his, & similibus verbis Alexan. ad l. nemo potest, col. penul. ff. de leg. 1. Nat.

* Intelligitur] Adde tex. not. & ad eum Abb. in c. 2. de renun. & quod ponit Fel. ad c. si diligenti. colum. penult. de fo. compe. & scribit Ias. ad d. l. quod Seruius. Nat.

c ¶ Personali supra lib. 4. consil. 99.
d ¶ Barto. idem Fran. Bald. tract. præscri. 5. par principa. nume. 6. And. Tiraq. in consu. picto ti. retra. §. 1. gl. 3. nume. 13. & pulchrè. in gloss. 10. nume. 33.

SVMMARIVM.

3 *Aequiparata à lege veteri quando sunt duo, lex noua corrigẽs in vno extenditur ad aliud. nu. 9.*
4 *Extensio fit in correctorijs à ratione expressa, saltem ad casum sublata significatione comprehensum. nu. 7.*
6 *Sententiæ appellatione, venit etiam interlocutoria in statutis.*
8 *Extensio fit vbi agitur de fauore publico.*

CONSILIVM CLXXI.

Visis & consideratis statutis, & prouisionibus de quibus in themate, videretur fortasse prima consideratione dicendum, dictam vltimam prouisionem disponentem, quòd intra decem dies vtiles à die præsentationis scripturarum, & requisitionis iudex debeat causam per sententiam expedire, non vendicet sibi locum in iudice ad quem
1 est appellatum à sententia interlocutoria, † quia vbi non conueniunt verba reformationis, non debet etiam conuenire, & adaptari decisio, & prouisio eiusdem reformationis. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. l. ita autem. in princip. ff. de admi. tu. ca. ad nostram, el 3. de iureiur. cap. indemnitatibus. §. penult. de elec. libro sexto, sed verba dictæ vltimæ reformationis editæ anno 1456. loquuntur de causa appellationis, in qua debet produci libellus coram iudice ad quem, infra, quinque dies à die appellationis interpositæ, vt prouidet statutum sub rubrica de causa appellationis. nos autem sumus in causa appellationis. ab interlocutoria, in quam per priorem prouisionem editam anno 1435. fuit prouisum, quòd licet per statutum prædictum positum sub rub. de causa appellationis, esset introductum tam in appellatione à diffinitiua quàm ab interlocutoria, qd libellus appellatorius deberet intra quinque dies prædictos produci coram iudice ad quem à die interpositæ appellationis, tamen in causa appellationis ab interlocutoria deberet produci intra tres dies, ergo ad hanc causam appellationis ab interlocutoria non potest adaptari dicta vltima prouisio, quia verba illius vltimæ prouisionis non conueniunt casui nostro. Quod etiam non conueniant verba, probatur alia ratione, quia in dicta vltima prouisione dicitur quod statuto de causa appellationis cauetur, quod elapso termino ad allegandum assignato à dicto statuto iudex teneatur proferre suam sententiam intra septem dies proximè sequentes, alias instantia pereat & quod alio statuto sub rubrica de vocatis in ius, cauetur quòd elapso termino per dictum statutum assignato ad allegandum, iudex teneatur suã sententiam proferre intra octo dies, alias instantia expiret, & propterea subiungitur in dicta prouisione, quòd elapsis dictis terminis ad allegandum, iudex teneatur quandocunque requisitus fuerit ab altera partium datis actis causæ ipsi iudici suam proferre sententiam intra decem dies vtiles à die dictæ præsentationis & requisitionis, sed ita est quòd per dictum statutum sub rubrica de causa appellationis, erat prouisum quòd in qualibet causa appellationis tam à diffinitiua quàm ab interlocutoria statui deberet dari terminus decem dierum continuorum ad allegandum, & postea per dictam primam prouisionem editam anno 1455. fuit in causa appellationis ab interlocutoria immutatum, quòd terminus ad allegandum esset sex dierum continuorum, ergo apparet quod illa vltima prouisio volens, quod elapsis dictis terminis ad allegandum, iudex teneatur intra decem dies vtiles à die præsentationis scripturarum causam expedire, non potest adaptari ad causam appellationis ab interlocutoria, quæ non habet illum & eundem terminum ad allegandum, de quo loquitur statutum sub rubrica de causa appellationis, ad quod statutum in ea parte se refert dicta vltima prouisio. & pro hoc
2 † facit, quia in statutis casus omissus habere pro omisso, l. extraneus. ff. de condi. ob causam. l. quicquid astringendæ. ff. de verbor. obliga. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæredit. & non debet fieri extensio ex identitate rationis ad alium casum in statutis correctorijs, vel exorbitantibus à regulis communibus. l. præcipimus. C. de appella. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. & not. in authen. quas actiones. C. de sacro sanct. eccle. & vnum statutum distinguitur per aliud. l. sed & posteriores. ff. de legibus. l. 1. C. de inof. do. ¶ Tamen præmissis non obstantibus contrariam sententiam in proposito puto de iure veriorem, quod quidem probatur, quia dictum statutum sub rubrica de causa appellationis æquiparat causam appellationis à diffinitiua, & causam appellationis ab interlocutoria. & maximè in tempore dato iudici ad decidendum, & ferendum sententiam, & etiam per dictam primam prouisionem editam anno 1435. æquiparatur causa appellationis à diffinitiua, & causa appellationis ab interlocutoria quò ad decisionem causæ, seu quo ad terminum assignatum iudici ad sententiam ferendam post lapsum terminum ad allegandum, modo sic, quando duo sunt à lege veteri æquiparata circa quædam tunc si lex noua aliquid de nouo corrigat
3 vel inducat in vno ex dictis duobus † æquiparatis circa ea, in quibus erant à iure veteri æquiparata, talis lex noua aliquid corrigens vel inducens in vno ex dictis duobus æquiparatis
a extenditur ad aliud æquiparatum, [a] vt l. si quis seruo. cum gloss. & ibi no. Barto. & omnes. C. de fur. & no. gloss. & do. in l. quod vero. ff. de legib. & gloss. in cap. si postquam. §. 1. & §. fina. & ibi gloss. penul. de elec. in 6. saltem quando non fit extensio ad alias personas, sed solum ad alium casum, vt est glo. in authen. & non obseruato, in verbo, sciebat. C. de testamen. iuncta. l. iubemus, versi. quemadmodum eod tit. & illam gloss. reputat ad hoc singularem Io. de Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. in quinta fallentia, quam ibi ponit circa materiam extensionis faciendæ in correctorijs, sed vbi tractaretur de extensione facienda in correctoriis de vna persona ad aliã personam æquiparatam, tunc secundum eum procederet gloss. in dicta authen. quas actiones, ad quam gloss. etiam potest aliter responderi, videlicet quod ideo ibi statutum de nouo per legem correctoriam in vno æquiparatorum non extenditur ad aliud secum æquiparatum, quia lex correctoria loquitur in vno tantum cum expressione dictionis taxatiuæ, & ita no. ibi Guili. de Cug. & Cyn. ibi in additione vt refert, & sequitur ibi Bal. in 2. colum. sequitur ergo quòd dicta vltima prouisio corrigẽs quò ad terminum decidendi saltem in causa appellationis à diffinitiua, intelligitur etiam corrigere in termino decidendi in causa appellationis ab interlocutoria, cum tales causæ, quò ad hoc essent à statutis, & prouisionibus veteribus æquiparatæ. & quamuis per dictam primam prouisionem aditam anno 1425. nõ sint æquiparata in omnibus illa duo scilicet causa appellationis à diffinitiua, & causa appellationis ab interlocutoria, tamen satis est quòd sint æquiparata quò ad id de quo quæritur, scilicet quò ad terminum decisorium præfixum iudici ad sententiam proferendam, vt notat Ioan. And. in cap. non potest de præb. libro sexto, in nouella. in cap. translata, de constitu. ar. cap. per venerabilem, in prin. & ver. verum. qui filij sint legi. & cap. cum dilecta, cum ibi notatis de confirm. vti. vel inu. & per no. in capit. causam, el 2. de iudi. cum aliis ibi allegatis per eum. ¶ Confirmatur,
4 † quia vbi ratio [b] est expressa à lege, tunc etiam in correcto-
b riis ex identitate rationis fit extensio ad alium casum, vt colligitur ex notatis per gloss. in clemen. 1. in verbo, eligatur, de elec. & not. expressè Bald. in dicta authenti. quas actiones, in secunda col. & per §. vt his. in authen. de hæred. quæ ab intest. & idem no. Bald. in l. final. ff. de hæred. insti. & in l. maximum vitium. C. de liber. præte. & est de mente Bartol. in l. liberorum. ff. de verbo. signifi. circa septimam vel octauam colum. in versi. his præmissis reducamus &c. in fine illius quæstionis, & no. hoc etiam Rapha. in l. cùm mulier, per illum text. & in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. & ita etiam tenet Pau. de Castr. in dicto §. de viro. & in l. quamuis. C. de fideicommis. & in l. benignus. ff. de legibus, & in dicta authen. quas actiones. & plenè firmat in suo consil. 354. incip. Præsens casus &c. sed in dicta vltima prouisione est expressa ratio scilicet quia sæpe accideret, quod instantiæ perirent, eo quia malè possent calculari diuersis ex causis, vel oporteret quod iudex pronunciaret absoluendum absoluimus, vel condemnandum condemnamus. vel simi. quò fieret vt ex vna lite plures insurgerent, & quodammodo immortales efficerẽtur, in consumptionem litigantiũ, quæ ratio etiã militat in iudice qui

qui habet pronunciare in causa appellationis ab interlocutoria, & quæ ratio etiam militat in causa appellationis ab interlocutoria, quæ habebat etiam instantiam limitatã tam de iure communi, quo prouisum est quod eadem seruentur tempora in causa appellationis ab interlocutoria sicut in causa appellationis à diffinitiua. vt in c. cùm sit Romana, iuncto c. ex ratione, de appe. facit clem. sicut appellationem, de appella. quàm etiã de iure municipali, quo primò prouisum erat per statutum instantiam, & omnia tempora esse paria in vtraque appellatione, postea per dictam primam reformationem fuit aliquid immutatum, non tamen in eo termino de quo quæritur, scilicet in termino præfixo ad sententiam ferendam & ad decidendum, sed quò ad certos terminos concernentes
5 actus expediendos à partibus. ¶ Facit etiam ad hoc, quia † dicta sententia ferenda per iudicem ad quem est appellatum ab interlocutoria, quò ad ipsum iudicem dicitur diffinitiua secundum quod declarat Bald. in l. cum & minores. C. si aduer. rem iudi. & in authen. hodie. C. de iu. calum. & in l. fi. §. sed & si quis, in quinta colum. C. communia de leg. & Paul. de Cast. consuluit in consilio 26. inci. Viso puncto suprascripto. &c.
6 † Quinimò etiam in statutis facientibus mentionem de sententia comprehenditur nedum diffinitiua, sed etiam interlocutoria vbi est eadem ratio, vt inquit Benedictus de Plumbino in l. etiam. §. absens. ff. de manu. vind. alleg. not. per gloss. in clemen. prima, in verbo, sententias de re iudi. ita etiam no. Salicet. in l. prima, in princip. per id quod ibi no. in gloss. magna. ff. quod quisque iuris. & ita limitant, & declarant notata per gloss. in l. prima. §. in sententijs. ff. quando appellandum sit. & hoc non est dubium in casu dictæ vltimæ prouisionis in
7 qua est expressa ratio † quo casu nemo negat quod tunc talis prouisio extenditur ex identitate rationis ad casum, qui saltem inspecta larga [c] significatione vocabuli compreheditur sub casu expresso, vt colligitur ex notatis per gloss. in authen. vt hi qui obli. perhi. habere res minorum: in princip. in glos. in verbo. ad curationem. & ibi Ang. & no. in cap. primo, de rerum permu. in 6. & in clemen. prima, in gloss. pen. eod. titu. & no. Paul. de Liaza. & alij post eum in d. clemen. prima, de elec. & no. Anto. de But. in capit. fina. de consuet. facit. l. filium habeo. ff. ad Macedo. & non est dubium quod appellatione sententiæ, saltem inspecta larga significatione comprehenditur etiam interlocutoria, vt per gloss. & doct. in d. l. prima. ff. quod quisque iuris. & in dicta clemen. prima, de re iud. ita etiam accipiebatur in dicto statuto sub rubrica, de causa appellationis. ad quod refertur dicta vltima prouisio quòd statutum quantum ad actum sententiæ de quo quæritur, non est immutatum. ¶ Fortificantur prædicta, quia vt apparet ex ratione reddita in dicta vltima prouisione, superior motus est ad dictam vltimam prouisionem propter publicam vtilitatem, scilicet ne lites fierent immortales. & ad vitandam consumptionem litigantium in quo versatur publica vtilitas, vt in prima constitutione codicis, ad fin. & ibi notat Bartol. & no. gloss. & docto. in l. properandum, in princip. C. de iudi. &
8 Bartol. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. † Sed vbi agitur de fauore publico [d] fit extensio ex identitate rationis ad alium casum contra regulas iuris communis, vbi aliàs non fieret extensio, vt probatur in. l. cætera. §. sed & si quis. & in §. seq. ff. de legat. primo. iuncta. l. senatus. ff. de contrahen. emptio. & no. glo. & doc. in l. si constante. in princ. ff. so. ma. iuncta. l. prima. eod. titu. & glo. in l. si à primo. in princip. inducendo eam vt ibi per Ange. ff. de libe. & posthum. & gl. in l. secunda. §. quod si in patris, in verbo, sui iuris. ff. solu. matrim. & ponunt repetentes in dicto. §. de viro. ¶ Et per ista apparet responsio ad allegata in contrarium, ad quæ specialius respondendo dico non obstare dum dicebatur, quòd verba vltimæ prouisionis non poterant adaptari ad causam appellationis ab interlocutoria, & quod hoc colligebatur ex eo, quia dicta vltima prouisio faciebat mentionem de termino quinque dierum à die appellationis proximè sequentium intra quos tenebatur ex forma statuti appellans producere libellum appellatorium, ergo apparet, quòd prouisio intelligitur de causa appellationis à diffinitiua, quia in appellatione ab interlocutoria non dantur nisi tres dies vt est cautum in prima prouisione, quia ad hoc respondeo, quòd ideo in dicta vltima prouisione facta fuit mentio de dicto termino quinque dierum, quia voluit superior circa dictum terminum, quinque dierum specialiter prouidere aliter, quàm esset cautum in statuto, & sic voluit prouidere, & ita in eadem prouisione statuit, quòd ille terminus quinque dierum sit vtilis, vbi primo erat continuus. Alia etiam responsio colligetur ex infrà proximè dicendis. ¶ Non obstat etiam dum dicebatur, quod verba dictæ vltimæ prouisionis non possunt adaptari ad casum nostrum, eo quia in prouisione ipsa cautum est, quod elapsis dictis termi nis ad allegandum iudex intra 10. dies à die præsentationis scripturarum, & requisitionis suam proferre sententiam teneatur, & sic videtur illa vltima prouisio se referre ad terminos ad allegandum de quibus fit mentio in statuto sub rubrica de vocatis in ius, & in statuto sub rubrica de causa appellationis in quibus statutis statuitur alius terminus ad allegandum quàm statueretur in causa appellationis ab interlocutoria propter dictam primam prouisionem editam ann. 1435. quia dico, quod responsio ad hoc patet, primò per id quod dixi in primo fundamento, quod me principaliter mouet
9 ad hanc conclusionem firmandam scilicet, quod † quando duo sunt à lege, vel statuto veteri æquiparata in aliquo, si postea aliquid noui exorbitanter, vel etiam correctoriè inducatur in vno æquiparatorum fit extensio ad alium casum in ea materia de qua agitur æquiparatum quamuis de eo non sit facta mentio in dicta noua dispositione, ergo apparet, quòd dato etiam quòd dicta vltima noua prouisio fecisset specialem mentionem de appellatione à diffinitiua, & non de appellatione ab interlocutoria, quod est fortius, dummodo non esset adiecta dictio taxatiua fieret extensio ad causam appellationis ab interlocutoria per no. in dicta authen. & non obseruato. & in d. l. si quis seruo. & in d. cap. si postquam. cum alijs suprà allegatis, multò magis in casu nostro in quo non est facta expressa mentio de causa appellationis à diffinitiua. præterea loco dicti termini decem dierum præfixorum in vtraq; causa appellationis ad allegandum à dicto statuto sub rubri. de appellationibus, fuit subrogatus terminns sex dierum in causa appellationis ab interlocutoria per dictam primã prouisionem, & sic idem iudicari debet de lapsu dicti termini sex dierum in appellatione ab interlocutoria, quod iudicandum esset de lapsu dicti termini decem dierum, propter iuris re-
10 gulos quæ habent, quòd † idem iudicetur de subrogato, quod iudicandum esset de eo in cuius locum facta est subrogatio. c. ecclesia. el j. vt lite penul. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. l. 1. §. si quis sub conditione. ff. vt leg. no. ca. aliæ etiam colliguntur responsiones ex alijs fundamẽtis superius adductis. Ex quibus concludo, quòd quò ad dictum terminum decem dierum præfixorum iudici ad proferendam sententiam à die præsentationis scripturarum & requisitionis vendicat sibi locum dicta vltima prouisio etiam in causa appellationis ab interlocutoria. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Aequiparatum supra lib. 6. consil. 207. nume. 26. Rom. consil. 179. colum. 7. Ias. §. ex maleficijs, colum. 7. cum sequen. inst. de act. l. si constante. in princ. col. 53. sol. ma. l. fi. col. 6. C. de edi. diui. Adri. tol. l. 1. col. 5. ff. de leg. 1. consi. 133. col. 3. lib. 1.

b ¶ Ratio supra eo. consi. 53. num. 9.

c ¶ Larga supra lib. 6. consi. 13. nume. 7. Alex. l. cætera. §. sed si quis ad opus, de leg. 1. l. 1. §. hoc autem, in fin. ad Treb. l. si finita. §. si de vectigalibus, col. 5. de dam. infec Rom consi. 129. And. Iiraq. rep. l. si vnquã ver. donatione largitus. nume. 145. C. de reuo. don. limita. supra, lib. 6. consi. 207. num. 25.

d ¶ Publico supra lib. 3. consi. num. 6.

EPITOME.

Posterius testamentum non tollit primum si non facit mentionem specialem de clausulis derogatorijs primi, etiam si non precedat nisi vnum, & legitimatus nõ facit deficere substitutionẽ factam legitimè natis.

CONSILIVM CLXXII.

Visis duobus testamentis generosi equitis domini Petri de Martinengo, & his quæ copiosè & eleganter scripta sunt per celeberrimos dominos consulentes, pu-
1 to veram esse de iure illam conclusionem, quod † per secundum

dum testamentum non fuerit sublatum primum, cum non fuerit in secundo facta specialis mentio de clausulis derogatoriis appositis in primo testamento, vt requiritur, iuxta l. si quis in princip. testamēti. de le. 3. cum ibi notatis, & no. in l. si mihi & tibi. §. in legatis, de leg. 1. & est communis conclusio glo. & doc. vbique, & si quid est quod in contrarium vrgeret, erat quod attento quòd vnicum tantùm testamētum apparet factum esse ante vltimum, videretur sufficere generalem cassationem & reuocationem testamenti absque eo ꝙ specialiter derogatum sit clausulis derogatorijs appositis in primo per l. 2. cum ibi not. per Bart. ff. de lib. & posth. & per Bart. in d. l. si quis in princ. testamenti. vers. sed quæro si esset ponere casum, &c. tamen veritas est quod communis opi. in hoc est contra Bart. nam contra eum tenet Ange. Io. de Imo. Raph. Cuma. & Pau. de Cast. in d. l. 2. & Bal. in l. humanum. C. de legi. & in authen. hoc inter liberos. C. de testa. & Ange. in consi. 313. inci. Quædam domina Nanna, &c. & Raph. Cuma. in d. l. si quis in princi. testamenti, & Pau. de Cast. in consi. 361. incip. Quędā domina in suo testamento, &c. quia non refert an vnicum, an plura testamenta præcesserint, quoniam si aliter diceremus, sequeretur, quòd nunquam requireretur specialis reuocatio testamenti habentis clausulam derogatoriam, quia nunquam dicitur nisi vnicum testamentum precedere, scilicet vltimum, quia vltimum tollit præcedentia. l. si quis eum, in princ. ff. de vulg. & pup. l. si quis priore. ff. ad Treb. & sic esset cōtra præallega. l. si quis in princip. testamenti. ¶ Præterea in casu d. l. si quis in princi. vnica tantùm dispositio seu testamentum fuit in quo erat clausula derogatoria sequentis dispositionis, & sequens dispositio contracta erat in eodem testamento, ut ibi, in verbo eodē. & tñ requiritur specialis reuocatio. & ad d. l. 2. respondent ibi Moderni ꝙ ibi loquitur in materia in qua sufficit vniuersalis dispositio. l. Titius, in princ. eod. titu. & l. 3. §. nominatim. ff. de iniu. test. nō mirū si sufficit indefinita qñ refertur ad vnicum subiectū, quæ rō cessat in materia, d. l. si quis in prin. testamenti quia ibi nō sufficit oratio vniuersalis, facit secundū eos id quod habere in c. qui ad agendū, de pcu. in 6. Item rñdeo ꝙ in casu d. l. si quis in princ. testamenti, qui est casus noster oportebat omninò fieri mentionē specialē nō solū de primo testō, sed ēt de ipsa clausula derogatoria, vt ibi dicitur, sed in materia de qua loquitur tex. in d. l. 2. sufficiebat facere mentionē de certo corpore ipsius personæ quæ exhæredabatur, vt ibi, ita quod sunt casus diuersi, & ex diuersis non recta fit illatio. l. si. ff. de calum. l. inter stipulantem. §. sacra. ff. de

2 verb. obl. ¶ Circa scdm † principale quæsitū. s. an dictus filius spurius legitimatus excludat substitutos, & breuiter dico ꝙ

a nō, quia [a] testōr disposuit ꝙ substitutus admitteretur qñ non extaret aliquis descēdēs legitimus, & ex legitimo matrimonio procreatus, sed dictus spurius legitimatus à comite Palatino nō dr̄ esse legitimus & ex legitimo matrimonio procreatus. c. innotuit. cū ibi no. de elec. & ita cōsuluit Bart. in suo cōs. inci. Viso instrumēto locationis & Alb. de Rosa. in l. generaliter. §. cū aūt. C. de insti. & substi. & Bal. in l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posth. & Ang. in disputatione sua inci. Nobilis quidam gñe. & Ant. de Bu. in c. per venerabilē, qui filij sint legi. post mediū in versi. alius est effectus, quia si patri, &c. vbi ēt dicit ita vidisse consultū per alios, & Pet. de Anch. in repe. c. canonū statuta de const. post medium. in vers. quid si statutū loquitur de filiis vbi trāsit cū Ang. in dicta disputatione, & dicit Ioā. de Imo. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. in fi. & in l. Lucius, lultim. ff. de hære. insti. & in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. quod ita cōis opi. se habet à qua in iudicando non est recedendum, vt traditur in locis vulgaribus, & ita est ēt de mente Bal. in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. Præterea cū dictus testōr esset nobilis gñe, ēt si substō fuisset facta per illa verba videlicet, si filij mei decesserint sine descendentibus legitimis, & naturalibus, quamuis non esset dictū, si decesserint sine descendentibus natis ex legitimo matrimonio substituo talē, nō excluderet substitutus per talē spuriū legitimatū ita concludit Ange. in dicta dispu. in secundo dubio. & Ant. de But. in d. c. p venerabilem, in vers. suprà allegato, quemadmodum filius naturalis tātùm non excludit substitutum d. §. si quis rogatus, cum ibi no. quia non præsumitur testatorem nobilē de illis sensisse, vt ibi, quia tales filij sunt magis dedecori sibi quam essent viro ignobili, l. si qua illustris. C. ad orfi. per tales enim filios nobilitas patris vel aui prædefuncti non conseruatur. l. lex naturæ. ff. de stat.

3 ho. & quia tales † illegitimè nati censentur infames infamia

b facti, [b] vt not. Azo. in summa. C. ex quib. cau. infa. irro. circa princ. & Bal. in l. 1. C. de iur. au. ann. & in d. l. generaliter. §. cū autem. & cuiuscunque interest hæreditatem suam non deuenire ad infamatam prolem vt dignitas, & fama eius conseruetur illæsa, vt plenius prosequitur Ange. in dicta disputa. & ibi subdit hanc esse rationem. c. naturales. in tit. si de feu. contro. inter do. & agna. vbi legitimati non succedunt in feudo, quia non est verisimile nobilem cōcedentem feudum de tali prole sensisse. quinimò plus tenuerunt quam plures, quòd etiam si testator non esset nobilis quamuis non essent adiecta verba, sine descendētibus procreatis ex legitimo matrimonio, sed simpliciter dictum esset si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, non excludatur substitutus per existentiam spurij legitimati, vt tenuit Bal. in d. l. Lucius, & in l. si ita quis. §. is cuius de legat. 2. & in l. si quis posthumos. in princ. ff. de lib. & post. & Sali. in d. l. generaliter. §. cum aūt & Io. de Im. in d. §. si quis rogatus, in fi. & in d. l. ex facto. in princip. de vulga. & pupil. Pau. de Castr. in l. fi. C. de his qui veni. æta. impe. & in l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & Petr. de Anchar. in cons. 406. incip. Circa primum dubium, &c. tamen illam disputationem ingredi non est necessarium, quia egreditur terminos huius consultationis. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Quia supra eo. consi. 5. nu. 4.
b ¶ Facti supra libr. 1. consi. 67.

SVMMARIVM.

2 *Principalis debitor quomodò cognoscitur.*
3 *Debitor meus ex eo quod suo pondit credi ori meo, non liberor.*
6 *Nouatio non fit interuentu nouæ personæ, nec ope exceptionis.*
7 *Testis non probat delegationem nisi reddat rationem.*
8 *Testis per verbum, videtur, non probat.*
9 *Promitto te securum facere pro tali, hæc verba quid importāt.*

CONSILIVM CLXXIII.

Visis depositionibus trium testiū videlicet Andreæ de Florano, Cursini & Matthæi nec non scriptura priuata in qua continentur conuentiones initæ inter Ludouicum vt procuratorem Nicolai sui patris, & Petrum Scocciam quoniam abundè & eleganter consultum est per famosissimū dominum meum. D. Ange. de Are. paucioribus quę dicturus sum absoluam. Et ex pluribus fundamentis quæ pro parte Nicolai adduci possent, dno elicio quæ præ cæteris magis substātialia esse videntur, videlicet vtrum stante tenore dictę scripturæ priuatæ cuius vigore tenebatur Petrus facere in libr. 350. Andræam de Florano obligari dicto Nicolao per instrumentum competeret actio Nicolao contra Petrum non solum ad faciendum obligari Andręam de Florano, sed etiam ad ipsam quantitatem librarum 350. Andræa se non obligante, vel obligante & nō soluente. Et circa hoc versabitur primum dubiū, Secundum erit videre, an stantibus depositionibus dictorum testium intelligatur esse aliquid probatum quod aliquo modo dictum Petrū ab obligatione releuare habeat. ¶ Circa primum videretur prima consideratione dicendum ꝙ contra Petrum agi non possit, si obligari fecit dictum Andræam Nicolao prout promisit, seu saltem si non stetit per dictum Petrum nec per dictum Andræam, sed per d. Nicolaum, vt deponunt testes, quia paria sunt Petrum fecisse obligari Andræam Nicolao, prout promisit vel stetisse per Nicolaum facere executionem. §. fi. ff. de verb. obl. l. Labeo scribit si mihi bibliothecam, aliàs incipit, si mihi. ff. de contrahen. empt. l. iure ciuili. ff. de condit. & demon. Quod hoc sit verum probatur ex his quæ

a not. Bart. [a] in l. singularia. ff. si cert. peta. in ver. ex hoc apparet

1 intellectus eorū, &c. vbi voluit, quòd † si campsor de mandato meo promisit tibi illud quod tibi debeo, talis promissio cedit loco solutionis, & ex ea promissione ego principalis debitor sum liberatus. l. si pupilli. §. 2. ff. de sol. l. inter causas. §. abelle. ff. mand. & idem tenuit Bald. in l. pro debito. C. de bon. auth. iu. pos. & in l. fina. C. de nou. in aliquibus lecturis. Secūdo pro hoc facit, quia Petrus delegando Nicolao Andręam censetur liberatus

liberatus, quia per delegationem inducitur indistinctè nouatio prioris obligationis, licet expresse non agatur ꝙ fiat nouatio.l.delegare,la prima, & ibi not.Barto.& latius ibi Ange. Ioan. de Imo. & Raph. & Paul.ff.de noua.& expresse gloss.in l.3.in glo.prima.C.de noua.& not. Bal.in l.pecuniam quam. ff.si certum petat. & Imo.in l. penultim. de præto. stip. Delegatio enim vim solutionis habet,vt l.quamuis.§.interdum.ff. ad Velleia.l.si rem.§.final.ff.de noua. ¶ Tertiò quia interuentu nouæ personæ de iure digestorum fiebat nouatio ipso iure nisi actum esset,ꝙ constituerentur duo rei l.3.in princip.ff.de duo.re. & not.Bartol.in l.penulti.ff.de prætor. stip. ergo hodie saltem ope exceptionis fieri debet nouatio: quia in omnibus casibus in quibus olim de iure digestorum fiebat nouatio ipso iure, fit etiam hodie saltem ope exceptionis nouatio, vt not.gloss.& ibi Bartol.in l.secunda.ff.de noua.& gloss.in l. fina.C.eod.titu.& not.Azo.& summa. eod. titu. & Bartol. & Ange.in præall.l.penultim.ff.de præto.stipu.& Ange.in l.qui vsumfruct. de verbor. obligatio. & Bald. in l.fina.C.de noua. ergo videtur quòd si dictus Andreas intercessit, & se obligauit d.Nicolao, vel eius procuratori pro d. Petro, vel stetit per dictum Nicolaum, aut eius procuratorem quominus iuxta conuentionem obligaretur, vt dicunt testes, habetur pro liberato dictus Petrus,& sic ad quantitatem prædictam conueniri non potuit per prædicta. ¶ † Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto, considero namque quòd dict.Petrus erat principalis debitor etiam in quantitate dictarum librarum 350. quod ostendo: quia cum eo fuit celebratus contractus venditionis pro libris sexcentum quinquaginta,demum vt ostenderetur vnde pecuniæ haberentur fuit in separata oratione ad exactionem, & executionem adiecta persona Andreæ de Florano qui deberet se obligare ad soluendam quantitatem libr.350.de mense Maij. vnde per hoc non immutatur obligatio in persona debitoris principalis, vt probatur in l.quidam testamento.in princip.ff.de legat.primo, & secundum Bartol.ibi colligitur hoc quando in diuersa & separata oratione adiecta est tertia persona à qua venit pecunia soluenda, & idem no.Bald. in l. si cui legetur, in 3.colum.ff.eod.tit.& Bal.in l.his,circa prin. per illum tex.C.quando dies leg.ced.pro hoc optimus tex.in l.Lucius.ff.de ali.& cib.leg.¶ Alia ratione comprobo hoc scilicet, quòd Petrus esset principaliter obligatus ad dictā summam librarum 350. Nam aut dicimus quòd valuit illa promissio facta per Petrum, dum promisit, quòd faceret Andream de Florano obligari dicto Nicolao seu Ludouico eius procuratori, & oportet quòd dicamus,quòd Petrus erat principaliter obligatus: quia si quis promittit facere, quòd alius se obligabit, talis promissio tāquam facti alieni non valet nisi principalis promittens sit obligatus ad illud idem ad quod promisit facere alium obligari, vt est tex. reputatus singularis in l.qui autem.§.sed si quis, & ibi no. Barto.ff.de constit. pecu.iuncta l.eum qui.§.sed si quis eod.titu.& l.stipulatio ista habere, in princip.ff.de verbo. obliga. & no.Bald.in rubr.C. de consti.pe.in ultima colū.& Ange. in l.inter stipulantem in princ.ff.de verb.obl. Aut dicimus, quòd illa promissio Petri quòd faceret Andream obligari, &c.non valuit tanquam merè contineat factum alienum, & tunc oportet, quòd dicamus quòd ex ipso contractu venditionis tenebatur, & tenetur dictus Petrus ad dictam sententiam librarum 350. tanquam partem dicti precij, quia illa inutilis promissio quòd faceret Andream obligari non potest derogare utili & efficaci obligationi, quæ oritur ex ipso contractu venditionis.l.si stipulatus. §.fi. ff.de vsur.l. si quis ante. versi.si quis.ff.de acq.pos.l.si iure.ff.de leg.tertio.l.1.§.fi.cum si.ff.de verbo.oblig. & sic patet veram esse conclusionem quòd Petrus erat principaliter obligatus. Hoc præsupposito dico ꝙ siue dictus Andreas se obligauerit ad dictam summam librarum 350. secundùm formā dictæ scripturæ, siue defecerit per di. Nicolaum aut eius procuratorem quo minus se obligauerit, & non est liberatus dictus Petrus, quin de iure ad dictam summam librarum 350. conueniri potuerit. hoc enim decidit Bald.in l.frustrà.C.de non nu.pecu.vbi inquit,quòd † si campsor meus spondit pro me Titio, non liberat me à Titio. allegat gloss. in authen.de fideiss.in §.argentariorum, vbi gloss.hoc expresse decidit. Bal. etiam in l. 2. C.de execu.rei iud. dixit quòd non est liberatus

b debitor principalis per legem fi. C. de nouatio.nisi[b] in duobus casibus,scilicet quando per viam delegationis principalis debitor delegasset alium debitorem suum d.l.inter cau.§.abesse, vel si promittēs pro Titio debitore principali dixisset,promitto loco Titij, quia secundùm eum qui eligit vnum debitorem pro alio nouare videtur allegat. l.quamuis.§.si mulier apud.ff.ad Valleia.& d.l.delegare.idem tenuit Ange.in l. qui vsumfructum.ff.de verb.oblig. per illum text. & per d.l.fi.C. de noua. & hoc etiam tenet Paul. de Cast. in præallega.l.qui vsumfructum,qui pro hoc dicit videri tex.cum glo. singulari in præalleg.§.argentariorum, & dicit hoc esse verum, quando campsor vel alius qui non habebat pecuniā debitoris principalis dictam promissionem fecit. ita dicit intelligenda esse iura prædicta.secus dicit si habebat pecuniam debitoris principalis & iussu eius tanquam debitor promisit creditori creditoris sui, nam tunc bene erit liberatus debitor principalis. d.§.abesse.& no.Bart.in d.l.singularia, quia tunc est quædam delegatio quæ secundùm eum non fit nisi fiat de debitore iussu creditoris. alle. no. in d.l.quamuis.§.si mulier apud.ff.ad Velleia. & in tali delegatione dicit quòd l.fin.C.de noua.non corrigit iura antiqua,vt not.Barto. in præalleg.l.delegare. & dicit quòd ista etiam voluit Baldus in præallega.l.secunda.C. de execu.rei iud.Istam.opi.sequitur Ang.in d.l.delegare, scilicet quòd nisi interueniat delegatio, non liberatur debitor principalis. & Salic.in l.si filius.ff.ad Macedo. & in l.pro debito.C.de bo.autho.iud.pos.& idem tenet Ioan.de Imo.ibi & in l.penul.de prætor.stipu.per d.§.argentariorum. cum glos. & subdit quòd regulariter ille qui promittit pro alio, vel qui promittit illud quod alius debet, non liberat principalem,
4 quia videtur accessoriè obligari.argu.l.si pro te.ff.man.†idem tenet Raph.Cuma.in d.l.delegare. qui plus dicit quòd si debitor dicit creditori, ego pecuniam non habeo,sed dabo tibi vnum bonum debitorem,& ita fecit,quòd vnus debitor suus promisit per stipulationem creditori, non per hoc fiet nouatio,nec liberatur principalis debitor nisi vsus fuerit verbo delegationis, nam si non est vsus verbo delegationis sed promissionis,vel simili, non importat de necessitate delegationem, quia potuit obligari ille debitor debitoris tanquam fideiussor.Pau.de Cast.etiam in præll.l.delegare.approbat opi.Ang. ibi, videlicet quòd liberatur principalis debitor si intercessit delegatio, quæ non potest fieri, nisi quando debitor delegat creditori alium debitorem suum, nec sufficit quòd sit debitor delegantis nisi delegetur tanquam debitor, & similiter ille delegatus promittat tanquam debitor debitoris, ita dicit velle gloss. in præallega.§.si mulier apud.in glo. 1. magna, & probatur ibi in tex. & no. Iacob. But. Item requiritur quòd in tali delegatione interuenerit stipulatio sine qua non potest fieri delegatio extraiudicialis,vt in præalle. l.delegare. & l.1. C.eod.titu.vnde si per nudam conuentionem vel cōstitutum se obligaret debitor debitoris non fieret nouatio, & sic non
* liberaretur principalis debitor secundùm Ange.& *omnes in præalleg.l.delegare.Item per illum.§.fin.de constit.pecu. bonus text.in l.vbi quis.eo. titu.¶ Ex hoc infert Paul. de Cast.in
5 †sæpius allegata.l.delegare,quòd si debitor debitoris Titij de voluntate principalis debitoris, & Titij scripsit in libro suo Titium in creditorem,& sic quòd Titius debebat habere centum,quòd si de alia promissione non apparet, non erit facta nouatio nec delegatio,secus si in libro scripsisset se Titio promisisse, quia tunc verbum promitto, appositum in scriptura priuata vel publica, intelligitur per stipulationem l. 1.C.de contrahen.& commit.stip.& l.sciendum.ff.de verbo.oblig.& secundùm ista dicit intelligendum esse id quod no. Barto. in dicta l.singularia.& ita etiam tenet ipsemet Pau. in præalleg. l.singularia,& etiam Raph.Fulg.ibi, qui dicit quòd hodie interuentu nouæ personæ non fit nouatio per d.l.fi.& secundū intelligitur id quod not. Iacob.de Aret. & Bald. in l. Mæuia, in princip.ff.solu.matr.& Bal.in l.fin.ad fi.C.ad l.Fal.vbi debent quòd si creditor accepit pro decem nomen debitoris, videtur recipere in solutum,& idem si debitor dicat, do tibi ꝓ me talem debitorem meum,pro hoc Iacob.de Aret. allegat.l. si prædium. C.de euic.& l.si nomen.ff.de hære.vel act.ven.& in dubio nō intelligitur quod dictus debitor sit assignatus in locū satisfactionis secundū Bal. in d.l.fi.C.ad l.Fal.Sed ita est ꝙ in dicta scriptura priuata non dicitꝙ Andreas de Florano

 debeat

debeat promittere dicto Nicolao seu eius procuratori tanquam debitor dicti Petri, nec etiã dicitur in scriptura quod debeat delegari: ergo sequitur quod ista promissio secũdum formam scripturæ non debebat esse talis per quam induceretur liberatio debitoris principalis, id est Petri. & licet testes aliqui conentur aliter dicere: tamen nihil obstat, ut dicã infrà in secundo dubio. ¶ Ex his patet quod non tenebatur dictus Nicolaus seu Ludouicus eius procurator acceptare dictum Andream per modum delegationis promittere uolentem tanquam debitor Petri: quia ex quo secundum formam scripturæ simpliciter conuentum erat quod Andreas de Florano se obligaret, & non intelligitur per delegationem uel nouationem, ut probaui: ergo cogi non poterat creditor accipere dictum Andream in debitorem per modum nouationis uel delegationis, per quam fiebat sibi præiudicium. quia inducebatur liberatio debitoris principalis. l.si mandato meo. §.j.ibi, aut si nolit creditor obligationem mutare, &c.ff.mãd. ¶Non obstant allegata in contrarium & primò tex.in d. l.inter causas.§.abesse.& l.si pupilli.§.2.quia loquuntur quando debitor debitoris promisit tanquam debitor, & per modum delegationis: quod hic secus est inspecta forma scripturæ, ut probaui.& ita intelliguntur notata per Bartolum in l.singularia, cum concordantiis, suprà allegatis, & eodẽ modo respondeo ad secundum argumentum. Ad tertium argumentum dum dicitur quod interuentu nouæ personæ olim fiebat nouatio ipso iure, ergo hodie debet fieri ope exceptionis: † re-
6 spondeo quod imò hodie nõ fit ope exceptionis nouatio interuentu nouæ personæ per dictam l. fi.quæ hoc expresse dicit. C.de nouatio.ibi dum dicit litera.uel aliam personã adhibuerit uel mutauerit, &c.& ibi dum dicit nihil penitus prioris cautelæ innouari: pondero enim dictionem nihil, quæ est uniuersalis negatiua.l.si is qui ducenta.§.utrum.in uerbo nihil.ff.de reb.dub.l.2.ff.communi diuidun.& põdero dictionem penitus, quæ idem importat ꝙ omnino, ut in l.1. C.de gladia.penitus tollen.lib.11.iuncta rubrica illius tit.& notat Archid.in ca.1. de supplen.negligen.præla. lib.6.facit quod no.glo.in clem.1.in uerbo nullus.de præben.& quod no. Io. An.in c.1.in uerbo penitus.de postulati.præla.in 6.Sed ita est ꝙ ubi dictio omninò, iungitur cum negatiua prout in casu nostro importat idẽ ꝙ dictio, nullo modo l.in naue Saupheli, in uerbo, omnimodo.& ibi glo.ff.loca.importat etiam dictio omnimodo, idem quod dicere sine distinctione.l.ubi autem non apparet.§.fi.de uer.ob.ergo tex.in d.l.fi. C.de noua. uult quod interuẽtu nouæ personæ nullo modo fiat nouatio seu sine distinctione non fiat nouatio: & per consequens nec ipso iure nec ope exceptionis: & istã opinionem sequitur Ia. de Bel.in disputatione sua incipiente, In Christi Nomine cauetur lege municipali ꝙ qui aliquem percusserit, &c.in secũda quæstione, quam disputationem põnit post l.postquam liti.C.de pac.ubi tenet nõ esse uerum quod ubi olim fiebat nouatio ipso iure fiat etiam hodie ope exceptionis nisi expresse agatur per dictam l. fi. quicquid secundum eum dixerit glo. ibi & in l.pen.ff.de prætor.stipul.idem uidetur tenere Cy.& Ray.in d.l.fi.ubi dicunt quod illa l. uult quod hodie nõ præsumatur ita faciliter nouatio sicut olim præsumebatur in casibus expressis ibi, & in §. ꝑterea.institu.quib.modis tol.obl. inter quos casus ponitur ille casus, scilicet quando interueniebat noua persona, tamen secundum eos si ex aliis probabilibus coniecturis constaret partes uoluisse nouationem inducere, non negat illa lex quin etiam hodie fiat nouatio: quia tacitum idem operatur qđ expressum.l.cum quid.ff.si cer.pet. l.triticum.ff.de uerb.obl.& ꝙ interuentu nouæ personæ hodie non sit tractandum de nouatione, tenet etiã Iacobus Butrig.in præalleg. l.fin.per illum tex.hoc etiam apertius tenet Fulgosius dicens quod si uera esset opinio Bart.in l.2.ff.de noua.scilicet quod hic fieret nouatio ope exceptionis. ubi olim fiebat ipso iure: sequeretur ꝙ illa l.fi.esset imposita uerbis, & non rebus.contra l.2.in fin.C.communia de leg.& c. cõmissa, de elec.in 6. Item non esset sublata dubitatio quam uoluit tollere Imperator ibi, & in dicto §. præterea. quia adhuc esset dubium quando fieret nouatio tacitè uel expresse: & non obstant notata per gloss.in dicta l.fin. & in dicta l.2. ff.de nouatio.& per Azo.in summa. C. de nouatio. quia loquuntur quando ex manifestis coniecturis constabat partes uoluisse nouare, ut patet in exemplo ibi posito per gloss. Idem etiam tenet Ray.in l.si pacto quo pœnam.C.de pac.& Guil.de Cu. in l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pac.& idem ibi Bal.in fine.& sentit Bar.in l.certi condic.§.si nummos.in ult.col.ff.si cert. pet. & expresse Raph. Cuma.Io.de Imo.& Pau.de Cast.in d. l.pe.ff.de prætor.stipulati.& hoc ibi etiam apertè uoluit glo. & idem tenent etiam Rapha. Io.de Imo.& Pau.de Cast. in d. l.2.ff.de nouatio.& sentit hoc glo.in l.si Stichum, in prin.eo. tit.secundum Rapha.& idem tenet Io.de Imo.in præalleg.l. delegare.in fin. ¶ Modò accedo ad secundum principale dubium uidelicet an dicta testium habeant in aliquo dictum Petrum ab obligatione releuare? & omissis argumentis hincinde concludo ꝙ non.Capio enim Andream de Florano primum testem: & iste deponit quod dictus Petrus releuauit & consignauit ipsum testem in debitorem & pro debitore in libris 350. Ludouico prædicto præsenti & acceptanti rationibus & causis de quibus in dicta scriptura: & quod ipse testis tunc se obtulit paratum velle se obligare dicto Ludouico per publicum instrumentum, &c. dico ꝙ testis iste non probat pluribus rationibus.Prima, quia † aut ponderamus verba te-
7 stis dum dicit ꝙ Petrus delegauit eum, &c.& dico quod cum delegatio sit actus iuris in quo actu requiritur stipulatio. vt dixi in primo dubio, testis deponens quod Titius stipulatus est vel quod Titius delegauit, non probat, sed debet deponere de actu facti, scilicet quod præcessit talis interrogatio, & secuta est talis responsio, prout est de forma stipulationis, vt nor.glo.& communiter doc.in l.1.C. de usur.& in §.si scriptum, insti.de inuti.stipu.& Bar.& communiter alii in l.sciẽdum.ff.de verborum obligatio.& Bal.in l.1.in penul.charta. C.de fide instr.& iure hastæ fis.lib.10.& Ant.de Butr.& domi.Abb.in ca.sicut, de re iudi.& præsertim cum testis quando deponit circa ea quæ sunt iuris non probet nisi etiam nõ interrogatus reddat rationem dicti sui, ut no.Innoc.in c.cum causam, de testi.& Bar.in l.3.cum simi. C.de testa.iste autem testis rationem dicti sui circa dictam delegationem non assignat: ergo &c.aut consideramus verba dum testis dicit quod consignauit ipsum testem in debitorem, & tunc dico ꝙ non probat, quia cum delegatio non possit fieri per simplicẽ consignationem sed requiratur stipulatio, ut dixi in primo dubio, sequitur ꝙ iste testis non probat delegationem, uerba enim testis debent necessariò concludere c.in præsentia. de prob. Itẽ requirebatur ꝙ dictus Andreas consignaretur d.Ludouico tã quam debitor dicti Petri, & quod ipse Andreas promitteret tanquam debitor Petri, alias non liberatur principalis, id est Petrus, ut dixi in primo dubio. sed iste testis non deponit ꝙ consignauerit Petrus dictum Andream tanquam debitorem Petri, & quod Andreas promiserit tanquam debitor Petri: ergo non releuat. ¶Præterea iste testis est vnicus, vt ex infrà dicendis patebit: ergo non probat.l.vbi.ff.de testi.c.in omni, de testi. ¶ Secundus testis videlicet Cursinus non probat: deponit enim quod uidit & audiuit qđ Andreas de Floriano qui (vt dicebatur) datus erat a dicto Ludouico ibi præsente per Petrum Scociã pro debitore in libris 350. ut sibi uidetur de quantitate obtulit separatum eidem Ludouico se obligare ꝑ publicum instrumentum in dicta quãtitate occasione unius scripturæ, & quod Ludouicus responderit quod erat contentus, &c.nam iste testis non probat: quia non deponit ꝙ interuenerit delegatio uel stipulatio, uel æquipollens: nec quod dictus Andreas promiserit tãquam debitor dicti Petri ut requiritur, prout latius circa præcedentem testem dixi. quinimò non deponit quod audiuerit Ludouicũ delegare vel cõsignare Andream in debitorẽ, sed dicit ꝙ ita ibi dicebatur ꝙ da-
8 tus erat Andreas pro debitore.& sic testis non concludit.† Itẽ iste testis de quantitate deponit per verbum videtur, quod nõ sufficit in teste: quia illud est potius iudicare q̃ testificari.l.qđ tamen.§.si arbiter, & ibi not.Bart.ff.de ar.& Bart. in tractatu de teste.in 4.col.& Ang.in repe.l.sciendum, in 2.col. de uer. obliga.quia expressio quantitatis potuit audiri per testem qñ contrahentes proferebant: ideo non sufficit qđ deponat per uerbum uř, circa ea quę percipi potuerunt altero ex quinque sensibus corporis scdm quos dẽt testis testificari.l.testium.C. de testa.l.qui testamẽto. §.fi.ff.de test.in §.fin uerò absunt.in auth.de hære.& fal.secus si testificet per uerbum uř, circa id qđ non potuit per alterum ex quinq; sensibus corporis perci-
perę,

pere, vt quia dicat, vidi Titium possidere per annos decem, vt mihi videtur, vel audiui Titium promittentem Seio fundum iam sunt anni decem, vt mihi videtur, certè testis probat, qa illud tempus annorum decem non potest videri nec audiri, sed intellectu percipi. & ita procedunt notata per Bart. in dictis locis. & dato quod illi testes dicerent ꝙ Andreas obtulit, se paratum obligari per instrumentum, tamen hoc non sufficit quo ad hoc vt intelligatur liberatus Petrus, quia ex forma dictę scripturæ non tenebatur Ludouicus recipere Andreã, in debitorem taliter quod induceret liberationem Petri, vt in primo dubio fuit ostensum. Item non offerebat se paratum obligari tanquam debitorem Petri, & sic in modum delegationis, & per stipulationem, vt superius est dictum. ¶ Tertius testis videlicet Matthęus nihil probat, nam dicit ꝙ Andręas dixit versus Ludouicum, Io te voglio fare securo da ogni hora che tu voi di quelle libre 350. per Piero. tunc dictus Ludouicus nihil respondit & abijt. nam iste testis non deponit (vt dixi) de aliqua delegatione vel stipulatione. & oblatio sua nõ arctabat Ludouicum taliter ꝙ veniret liberandus principalis vt iam dixi, & patet ex dicto testis ꝙ Ludouicus non consensit dictæ oblationi, quia dicit ꝙ nihil respondit, vnde quò ad sui præiudicium non habetur pro consentiente. l. filiusfa. §. inuitus. & ibi no. ff. de procu. & no. Inno. in c. in Genesi, de elec. & do. in l. inuitus. C. de procu. & in l. quę dotis, cum simi

9 li. ff. sol. mat. †Item si obtulit velle facere securum Ludouicũ, potest intelligi promittendo per solemnem stipulationem, tanquam fideiussor Petri, vel quod dabit aliquem fideiussorẽ, vel pignus, vt l. 1. & ibi no. doct. ff. qui satisd. cogan. & in l. 1. versi. communes. ff. de præto. stipu. & no. Spe. in ti. de emp. & ven. §. j. ver. sed quid si in instr. & Bal. in l. sancimus. C. de verbo. sign. Item illa verba, volo te facere securum pro Petro, vel promittere tibi pro Pet. denotant obligationem fideiussoriam pro Petro. vt no. Io. de Imo. in præalleg. l. delegare. & in d. l. pe. de præto. stipu. & retuli in primo dubio. Item iste testis est singularis, & discordat a primo teste, quia primus testis deponit quod prædicta fuerunt per quindecim dies post cõfectionem dictæ scripturæ, & iste vltimus testis deponit quod fuit per aliquot menses post dictam scripturam. Ex quib. concludo agi potuisse & posse ad dictã quantitatem libra. 350. contra d. Petrum, tanquam debitorem principalem. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Bar. col. pen. nu. 14. Fran. Are. consi. 5. Imo. consi. 37. col. fin. & potest opi. Bar. procedere accedentibus alijs coniecturis, vt Curt. senior consi. 7. & latè Soci. consi. 267. li. 2. consi. 37. li. 4.

b ¶Nisi alias enim censetur tanquam fideiussor. l. Stichum. in fi. de nouа. idem tenet Ias. Deci. d. l. singularia. Ang. Areti. §. præterea, in fin. insti. quibus mod. tol. ob. Ang. Paul. Alex. Soci. l. qui vsumfructum, de ver. obl. Soci. consi. 267. li. 2. Cor. consi. 37. li. 2. adde not. supra libro 2. consilio 13.

CONSILIVM CLXXIIII.

Lege sup. li. 4. cons. 30. quod hic duplabatur.

EPITOME.

SI instrumentum differt a protocollo, statur protocollo, sed in si protocollum inuenitur in loco suspecto rasum, vel cancellatum, neutri statur. & tamen instrumentum non vitiatum valet, licèt non reperiatur protocollum. 4

CONSILIVM CLXXV.

Visis narratis in themate, & his quę egregiè & copiosè allegata sunt in iure contra fidem dicti instrumẽti, ponderatisque dictis duabus scripturis, scilicet protocolli & sumpti, sentio dicto instrumento non esse fidem adhibendam, præsertim ex infrascriptis.

1 † Nam quando sumptum discordat a protocollo, recurrendum est ad protocollum, & illi velut originali standum. a l. si quis ex argentariis. §. prętor & ibi no. Bar. & alii. ff. de eden. & l. velut. in verbo, minus plenè. e. tit. & in auth. de tabel. §. pe. cum glo. in verbo protocollum. & in c. quoniam contra de proba. & no. pro Bar. in l. si librarius. ff. de re iu. & in l. Sempronius proculo. ff. de leg. 2. & in suo consi. inci. ex facto proposito vt ex eo patet iura quæruntur. & no. doc. in c. ex literis, de fi. instr. Sed dictum sumptum discordat a protocollo in pluribus etiam substantialibus, vt infra dicam, ergo recurrendum est ad protocollum.

2 † sed ita est ꝙ protocollum reperitur vitiatum per cancellationem & interlineationem. s. circa annos Domini, & circa in dictionem quæ sunt de substantia de iure & consuetudine instrumenti. in auh. vt præpo. no. Impeta. in princ. & 13. di. in nomine Domini. & not. glo. in l. generali. C. de tab. li. 5. & in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pac. & in c. inter dilectos. cum glo. in verbo, indictionis, de fi. instr. & Spe. in ti. de inst. edi. §. breuiter. ergo nec etiam erit standum dicto protocol

b lo, quoniam cancellatio b in locis substantialibus reddit scripturam suspectam adeo quod ei plene non creditur nisi aliter comprobetur. c. cum venerabilis, & ibi no. de relig. do. c. inter dilectos. de fi. instr. l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. cum ibi no. per glo Bar. & alios no. glo. & Bar. in l. 1. §. fi. in verbo, a muribus. ff. de bo. pos. secundum tab. & no. Io. An. in addi. Spe. in ti. de instru. edi. §. ostenso. in additione quæ incipit, Rolandinus. ad fin. & Spe. in e. tit. §. breuiter, ver. & no. ꝙ & in §. restat, in princ. vbi Spe. dicit ꝙ ei qui dicit fidem esse adhibendam scripturæ habenti cancellationem, lituram vel vituperationem, incumbit onus probandi ꝙ scriptura contineat veritatem, vt etiam no. Inno. in c. 1. de fide instr. ad fin. ad idẽ bene facit id quod habetur in l. si vnus. C. de test. cum ibi no. per Bal. in ver. vltimò no. &c. & ꝙ quando est dicta suspicio, seu litura vel vitium circa annos Domini prout in casu nostro dicatur esse in parte substantiali, adeò ꝙ scriptura reddatur suspecta, vt no. Bar. in d. l. fi. C. de edic. diui Adr. & Io. de Imol. in l. 1. ad fin. ff. de his quæ in test. del. ¶ Accedit ad confirma-

3 tionem prædictorum † id quod voluit no. Bar. in l. 2. §. 1. ff. quemadmodum testa. aper. vbi voluit ꝙ quando notarius ex originali scriptura habente cancellationes vel interlineaturas sumit aliquod instrumentum in publicam formam, debet sumere cum omnibus interlineaturis cancellationibus, seu rasuris, & de illis mentionem facere in ipso sumpto publico, ne maiorem fidem faciat sumptum quàm originale, & tale sumptum in quo fit mentio de dictis cancellationibus remanebit suspectum per id quod habetur in l. 1. §. fi. ff. quemadmo. test. ape. & per Inno. in c. quoniam contrà, de proba. ¶ Casus no-

4 ster † etiam deciditur per ea quæ traduntur per Pau. de Cast. in consilio 130. incipien. Dubitatur primò, an comes Palatinus, &c. in nono dubio. vbi voluit quod si reperitur instrumentum manu publici notarii in forma publica & authentica, quamuis inter suas imbreuiaturas seu protocollos non in

c ueniatur rogitus c illius actus de quo apparet confectum esse instrumentum publicum, regulariter non vitiabitur instrumentum. allegat no. per Bal. post Nicolaum de Matarellis, in rub. C. de fide instru. in 10. col. in versi. 2. quæro si ista imbreuiatura sit originalis non reperitur. vbi voluit Bal. ꝙ speciale sit in instrumentis confectis in ciuitate Constantinopolitana ꝙ non valeant * si non reperitur originalis & matrix scriptura seu protocollum, vt in aut. de tab. §. fi. & ꝙ secus est in aliis locis, quia ex quo per notarium rogatum, instrumentum est redactum in mundum ipsum, est verum originale, per nota. per Bar. in d. l. Sempronius Proculo. de le. 2. nisi celebratus esset contractus vel actus ille in scriptis, quasi tunc in pura scriptura stet substantia, quo casu nisi probaretur deperditam esse illam primam scripturam non staretur secundæ per l. contractus. C. de fide instr. & l. 2. C. de testa. Tamen dicit Pau. de Ca. in d. consi. quod illud quod dicit Bal. post Nicolaum de Matarellis, scilicet ꝙ regulariter standum sit instrumento scripto in forma publica per notarium, licet non appareat alia originalis scriptura vel protocollum, procedit quando nullo modo reperitur liber protocollorum, quo casu, quia potuit casualiter perdi potius hoc præsumatur quàm ꝙ non fuerit confectum, & sic non debet nocere amissio. l. testium. versi. si verò facta. C. de test. & quod no. in l. emancipationibus. C. de emanci. li. per glo. & Cyn. Secus autem quando reperitur originalis scriptura sed vitiosa, vt in proposito nostro bene facit licet ipse non alleget, id quod habetur in cle. constitutionem, in prin. & quod ibi glo. in verbo, de nouo. de elect. Et per ista infertur ꝙ etiam si nulla esset varietas inter sumptum & originale neutra dictarum scripturarum fidem faceret, multominus

nus debet fidem facere dictum sumptum, cum discordet etiã
in substantia ab originali, per ea quæ dixi in prin. Quod au-
tem discordent circa substantiam patet, quia in sumpto dici-
tur ꝙ Euangelista confessus est habuisse & recepisse libras du
centas & septuaginta a domina Catharina nomine dotis, &
pro dote Franciscæ eius filiæ & futuræ vxoris dicti Euangeli
stæ, & ꝙ Euangelista promisit dictæ Catharinæ præsenti, &
notario stipulanti vice & nomine dictæ Franciscæ & omniũ
quorum interesset dare & restituire ipsi Franciscæ vel eius hę
redibus aut cui ius & casus dederit. Sed in protocollo dici-
tur quod Euangelista fuit confessus habuisse pro dote Franci
scæ futuræ sponsæ dicti Euangelistæ a Catharina eius matre,
& a Loro quondam Marcellini de Ladercio libras ducentas,
septuaginta promittens restituere eidem Catharinæ Loro &
Franciscæ vel eorum hæredibus sine cui ius aut casus dede
rit dictas libras 270. nam inter prædicta est magna diuersi-
tas, quia inspecto sumpto dos fuit integrè data per Cathari
nam, sed in inspecto originali fuit dicta dos per Catharinam
5 & per dictum Lorum, † & per consequens quolibet pro di-
midia l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. & l. si mihi & Ti
tio. ff. de ver. ob. & ideo si contigisset ꝙ matrimonium nõ fuis
set sequutum post dictum instrumentum condictio ob cãm,
ad dotem repetendam competiisset soli Catharinæ inspecto
sumpto, sed inspecto originali competiisset etiam Loro pro
dimidia. l. si extraneus. & l. seq. ff. de condi. ob causam. Item
sequuto matrimonio & eo postea dissoluto actio ad dotem
repetendam competeret dictæ Franciscæ vel eius hæredibus,
inspecto tenore scripturæ ipsius sumpti indubitanter, vt ex
inspectione ipsius patet, sed inspecto originali in quo copu-
latiuè promittitur restitutionem fieri Catharinæ Loro & Frã
ciscæ vel eorum hæredibus, intelligitur ꝙ actio cõpetat cuili
bet prædictorum pro virili seu æquali portione, vt no. Bart.
in l. Caius. ff. sol. mat. in versi. sed quid si extraneus esset stipu
6 latus sibi & mulieri † nec obstant talia verba subsequentia in
dicto originali ibi dum dicitur siue cui ius aut casus dederit.
quia per talia verba non videntur contrahentes voluisse cor-
rigere, id quod paulò ante dixeram. arg. l. non ad ea. ff. de con
di. & demon. & possunt dicta verba intelligi de aliis successo
ribus quomodocunque succedentibus vel habẽtibus causam
a dictis Catharina, Loro, & Francisca pro dictis æquis por-
tionibus quamuis non essent hæredes dictarum personarum,
& hoc colligit, ex no. per Bal. in l. fin. ad fi. communia vtriuſ
que iudi. & Sal. in l. auia. C. de iure do. & Ludo. Romanus
in d. l. Caius. & satis sensit Io. de Imo. ita esse in puncto iu-
ris, vbi aliud de interpretatione data consuetudine non appa
reret, tutiori tamen exemplo declarata est diuersitas dictarũ
scripturarum, in exemplo, quod supra posui, quando ma-
trimonium non sequeretur. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Standum supra li. 5. consi. 79. nu. 4. sup. li. 2. consi. 105. col. j. Cæ
* pol. cau. ciui. consi. 23. Cor. consi. 28. & consi. 28. li. j. * Idem te-
net Petrus Anch. consi. 431. Natta.
b ¶Cancellatio supra lib. 1. consi. 41. supra lib. 7. consi. 104. Cor. con
si. 117. lib. 4. Ias. consi. 47. li. j. adde Petr. de Fer. in for. oppo. con
tra instr. versi. tamen quia est abrasum. & in li. quo peti. hære. ex
testa. versi. non abolitum.
c ¶Rogitus, idest protocollum. idem Bal. in rub. C. de fide instrum.
col. 6. l. fin. col. 5. versi. vnde tamen dicunt. C. de eden. consi. 464.
lib. 4. Pau. d. consi. 125. dubitatur col. fin. lib. 2. Lanfran. de Ori.
c. quoniam contra falsam, ver. instrumento producto. num. 18. ver-
si. attende tamen. de proba. & est verum, puto tamen ꝙ si produ-
cens instrumentum habeat penes se etiam protocollum uel antigra
pham quam vocant contrariam literam, tenebitur si petatur cedere
vel iuramento se purgare indistinctè, licet distinguant Rom. consi.
174. Amplissimè. col. 4. Deci. d. c. quoniam contra falsam. col. 25. de
proba. & licet contrarium teneat Pet. de Ferra. in for. oppo. contra
instrum. ver. tamen quia fuit & est simulatum. ad fin. versi. sed po
ne. & malè.
* Non valeant.] Valet instrumentum, seu instrumenti exemplar, licet
non reperiatur originalis scriptura. sequitur Fel. ad c. cum P. 2. q.
de fid. instr. Contrarium tenet Gram. deci. 106. in fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testes concordare non sufficit in substantia, vbi certa verbo-
rum forma probanda est.*
3 *Fideiussor non est idoneus testis, nec vitio suo pauper factus.
& num. 4.*
5 *Consentiens alienationi rei in qua habet ius de futuro, non vide
tur illud remittere.*
6 *Dispositio testatoris regulatur sub dispositione statuti, nisi ver-
ba sint clara nu. 8.*
7 *Dispositio de re certa, importat totam rem.*
9 *Statutum de dote lucranda, intelligitur quando datur ab eo,
qui potest plenè alienare.*
10 *Reuerti quod debet ad hæredem scriptum, non debetur hære-
di hæredis.*

CONSILIVM CLXXVI.

Visis narratis in themate & scripturis mihi exhibitis,
super primo dubio, quia verificatas esse constat,
conditiones, in quarum euentum ipsæ tres bebulcæ & tabu-
læ duodecim terræ debent redire ad hæredes dicti quondam
magistri Pauli, nihil est quod videatur obstare quominus do
* minium * dictæ terræ pertineat ad hæredem agentem, vt l. fi.
C. de leg. & in auth. cui relictum, in verbo vendicari. C. de
indi. vid. tollen. attento quod probata sunt requisita pro par
te agentis. Solum restat videre an obstet id quod opponitur
pro parte reorum inquantum probare conati sunt quod hæ-
redes dicti quondam Pauli consignarunt simpliciter dictas
terras marito dictæ Isabettæ pro dote eius. & ex forma statu-
ti præcedente Isabetta sine liberis maritus lucratur dimidiã
dotis, & consequenter videntur dicti hæredes sibiipsis, præ
iudicasse in dictis terris saltem pro dimidia casu, quo eue-
nerit, conditio lucrandæ dimidiæ dotis per maritum. l. si
fundum per fideicommissum, in prin. ff. de leg. 1. l. codicillis
§. 1. de leg. 2. cum sim. ¶Tamen hoc non obstante sentio cõ-
trarium esse de iure verius, primò quia prædicta non sunt le-
gitimè probata. Nam sunt inducti tres testes qui non probãt
primus est Antonius. & istud per se clarum est quod non ꝓ-
baret, quia vnicus. l. iusiurandi. C. de testibus. c. in omni. de
testi. Præterea iste testis dicit quod verba formalia dicti Ioan
nis de Codebobus fuerunt ista, scilicet ꝙ Bartholomæa & Isa
betta habebunt pro dotibus suis certas bebulcas terrarum po
sitas in villa Fredi, de quarum numero dixit non recordari.
& ipsas dabant & consignabant ipsi magister Ioannes & fra-
ter eiusdem mulieribus pro dotibus earum. Sed Peregrinus
secundus testis dicit quod verba formalia fuerunt ista, videli-
cet, quod Bartholomæa habebat bebulcas nouem vnius pe-
tiæ terræ bebulcarum duodecim pro indiuiso positæ in vil-
la Fredi, & Isabetta habebat tres bebulcas dictæ petiæ terræ,
duodecim bebulcarum, quas sic sibi donabant ipsi de Code-
bobus, quia nihil aliud in dotem habebat, & quod ita vole-
bant dictas bebulcas terrarum tradere dictis mulieribus. Lu
douicus tertius testis dicit ꝙ verba formalia fuerunt hæc, vi-
delicet, De la dota sua el vi è stato ditto quelle hanno la dota
sua a Fredo. Et ꝙ sic confessus fuit dictus Ioannes dotem ip-
sarum mulierum esse in quibusdam bebulcis terrarum in vil-
la Fredi, quas dixit tunc numero fuisse expressas per dictum
1 Ioannem, sed de præsenti non recordatur. Modo sit † quan-
do testes asserunt se testificari de verbis formalibus vt ab ali-
quo prolatis, oportet quod non solum sint concordes in sub
a stantia & effectu, sed etiam in cortice a verborum, vt singula-
riter dicit Ant. de But. in c. nihil obstat. & ibi etiam Abbas,
de verbo. signi. & ideo refert ibi Antonius de Butrig. fuisse
determinatum quod si vnus testis deposuit quod testator for
maliter dixit, Titium hæredem instituo. alius deposuit quod
verba formalia testatoris fuerunt ista scilicet. Titius sit mihi
b heres, ꝙ isti testes dicerentur contrarii, & non probarent. b
Idem dicit Bald. in cap. bonæ el j. de elec. in 6. col. vbi vo-
luit ꝙ si testes habentes deponere, super promissione facta,
per Titium Seio fuerunt interrogati quibus verbis fuerunt
vsi contrahentes. & vnus testis respondit quod Titius dixit,
promitto dare Seio 24. denarios, alius vero respondit ꝙ Ti-
tius dixit promitto Seio duos solidos. isti testes erunt singu-
lares, & non probabunt, sed ita est quod dicta verba testium
proculdubio adinuicem non conueniunt in cortice, & for-
ma verborum, immo etiam in effectu discordant, nam secun
dus testis deponit dictum fuisse quod donabant dictas terras,
& in

&, in hoc neminem habet contestem, quia primus testis depo
uit dictum fuisse quod dabant & consignabant. quæ verba
sunt generalia ad omnem contractum, iuxta. §. sic itaque. in-
stit. de act. & l. 1. in prin. ff. depo. & l. vbi autem non appa-
ret. §. fi. ff. de verb. ob. sed uerbum donare, conuenit tantum,
in contractu donationis, iuxta l. 1. & l. in ædibus. §. donari. ff.
de donatio. Tertius vero testis discrepat ab omnibus istis,
quia secundum eius testificatum illi de Codebobus non di-
xerunt se aliquid dare vel donare, vt patet ex verbis prædi-
2 ctis. & † quando plures sunt testes, & vnus contradicit alte
ri, nedum non remanent singulares sed nullus probat aliqd,
& sic etiam non est semiplene probatum, vt no. Ioan. And. &
alii in c. in nostra, de testi. & Bal. in l. de quibus, circa antep.
col. ff. de legi. & in rub. de controuer. inuesti. & in d. l. iurisiu
randi. bene faciunt no. in l. testium. C. de testi. ¶ Secundus te
3 stis † etiam alia ratione non probat, quia est pars in hoc iu-
dicio, quia nomine ipsius tanquam necessarii defensoris rei
conuenit fuit comparitum in iudicio pro excludendo actoré
non potest ergo esse testis in sua propria causa. l. omnibus. C.
de testi. & l. nullus. ff. eo. tit. non est etiam idoneus, eo quia
fuit fideiussor [c] euictionis, vt not. Io. And. in addi. Specu. in
c tit. de iud. deleg. §. superest. ver. sed nunquid fideiussore. & in
tit. de teste. §. 1. ver. sed quid de fideiussore. & Ang. & Mod.
post eum in l. si cui legetur. §. si Titio, per illum tex. ff. de le.
1. & Ang. in l. ab executore. §. alio, cum seq. ff. de app. & Io.
de Imo. in l. a sententia, in princ. eo. titu. & tantomagis quá-
do fideiussor renunciauit beneficio de fideiussoribus prout,
est in communi vsu, secundum q declarat Bald. in d. §. si ve-
ro. ¶ Tertius testis etiam alia ratione non est integer testis,
quia est probatum eum esse valde culpatæ & reprehensibilis
ac ignominiosæ vitæ. l. 3. in prin. de testi. & c. licet vniuersis.
extra eo. tit. est etiam probatum q ipse testis est pauperrimus
vnde accidit illud quod notabiliter dicit Bald. in c. si qui te-
stium de testi. vbi notabiliter inquit quod aut testis pauper
incidit in paupertatem vitio [d] suo, & tunc non est idoneus,
d quia non solum rerum sed famæ suæ prodigus est. vnde secú-
dum eum repelletur a testimonio, quia vitiosus in se præsu-
mitur multomagis vitiosus in alium. l. fi. C. de sen. pas. aut si-
ne vitio suo incipit in paupertatem, & tunc si quidem est bo
næ famæ erit idoneus testis, secus si est malæ famæ. Si autem
est nullius famæ, scilicet neque bonæ, neque malæ, tunc mi-
nus ei creditur per id quod habetur in dicta l. 3. iuxta prin
ci. ff. de test. & ita limitat ea quę no. per glo. in dicto cap. si
qui. & per Spe. in titu. de teste. §. 1. versicul. item quod est
pauper. sed ita est quod per tres testes est probatum dictum
Ludouicum esse pauperrimum & malæ conditionis vitæ, &
famæ, ergo non est idoneus. † Præterea ille qui consentit da
5 ri in dotem vel alienari rem in qua ipse habeat aliquod
ius de futuro dependens ex testamento prout habebat dictus
Ioannes non videtur * illi suo iuri de futuro renunciare, vt
notabiliter decidit Bartol. in dicta l. si fundum per fideicó-
missum, in princip. ff. de legat. 1. allegat notata in l. si a sub-
stituti. ff. de legatis. 1. & bene faciunt notata per Bartol. in
l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. in 12. q. &
etiam in quarta oppo. & in 6. & id quod notatur in l. tres
6 fratres. ff. de pactis. ¶ Non obstat prædictis † si diceretur,
quod dispositio testatoris debet regulari secundum disposi-
e tionem statuti, [e] vt per Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita.
& in l. hęredibus §. Titius. ff. ad Trebel. & Bald. in l. preci-
bus. C. de impub. & aliis substi. in 19. col. & ibi dicit q te-
stator præsumitur cogitare & velle id quod ius disponit. al-
legat l. si duo. ff. de acquiren. hæredi. bene facit. l. Gallus. §.
quidam rectè cum ibi nota. ff. de liber. & posthum. cum
* suis concordantiis ergo dictus * testator relinquendo dictas
bebulcas terrę ipsi Isabettæ in auxilium maritandi videtur vo
luisse quod darentur in dotem secundum dispositionem sta-
tuti, scilicet quod ipsa prædecedente in matrimonio sine libe
ris maritus lucraretur dimidiam dotis prout statuto cautum
est, quia ad hoc respondeo quòd verba testatoris euidentissi
me repugnant, quia testator voluit post mortem dictæ Isa-
bettæ decedentis in matrimonio sine liberis & mortua Bar-
tholomæa dicta petia terræ liberè & expeditè peruenire de-
beret pleno iure ad filios & hæredes testatoris in testamento
7 descriptos. † nam illa verba, dictam petiam terræ important
totum, non autem medietatem, vt not. per glo. & Bartol. in
l. si in rem. ff. de rei vendi. & probatur in l. Titia cum testa-
mento. §. 1. & ibi ponderat Bald. ff. de legatis secundo, & in
l. si quis cum totum. in princip. & ibi ponderat Angel. ff. de
excep. rei iudi. illa verba etiam, scilicet pleno iure, importát,
idem quod sine vlla diminutione, vt in authen. hoc vsus, &
ibi Bald. C. de sacrosanc. eccl. l. mater, & ibi no. per Bald.
C. ad Tertul. l. raptores. §. bona. C. de episcop. & cle. l. 1.
C. de reuo. dona. l. si cum dies. § plenum. ff. de arbit. l. Iul.
in fi. ff. de rei ven. in cap. conquestus. cum ibi no per doct.
de foro compe. cum multis sim. non potuit ergo Isabetta da-
re dictam terram in dotem cum præiudicio fideicómissi ap
positi in testamento ad fauorem filiorum & hæredum testa-
8 toris. † & illud quod dicitur verba testatoris in dubio inter-
pretantur secundum dispositionem legis uel statuti, non p-
cedit in casu in quo uerba sunt certa & clara. vt dixi, nam in
incertis, non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum
ita. ff. de uer. obli. & l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg.
3. & hoc procedit táto magis in dicto testatore qui erat auus
maternus qui non tenebatur dictam neptem dotare. l. mater,
9 C. de iure dot. l. fi. C. de do. promis. † Et statutum loquens
de dote lucranda intelligitur de necessitate quando dos data
est marito simpliciter a persona quæ poterat pleno iure dispo
nere, alias sequeretur q si mulier dedisset rem alienam in do
tem q maritus uxore prædecedente lucraretur dimidiam rei
alienæ quod stare non potest. quia id quod nostrum est sine
facto nostro a nobis auferri non potest. Est uerum q ille qui
talem dotem dedisset tanquam de re sua, teneretur marito,
de euictione si dolus tradentis intercessit, secundum quod
habetur in l. 1. C. de iure do. Semper enim debet interpreta-
ri statutum ne tertio auferatur ius sine culpa sua. l. 2. C. de no
xa. l. quamuis. ff de in ius uocan. cap. super eo. de offic. de-
leg. sed in proposito nostro testator circa dationem dotis nul
lum alium actum fecit quam dispositionem testamenti, in
qua adiecit legem, quam imposuit rei suæ est enim * in re sua
quilibet moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. 1.
C. de iure emphy. cum de iure ad talem dotem constituen-
dam non teneretur ut dixi. & non est etiam legitime proba-
tum q dictus Ioannes actum fecerit qui in hoc habuerit, sibi
præiudicare, ergo exceptio contra eum apposita, non habet
10 obstare. ¶ Super alio † dubio quo queritur, cui competat, ius
agendi an dicto Ioanni, an verò etiam filiis & hęredib. Geor
gii uel cui? dico breuiter q spectat ad d. Ioannem, quia testa
tor dixit quod volebat peruenire ad infrascriptos filios, &
hęredes ipsius, & in testamento scripti fuerunt hęredes, tan
tum Ioánes & Georgius filii ipsius testatoris, & decessit Geor
gius ante mortem dictarum Isabettę & Bartholomæę, & sic
ante euentum conditionis, meritò pro parte Georgi, non
transiuit ad filias Georgii, quia illę non fuerunt scriptę hęre
des in testamento d. Pauli. l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de
uulga. & pupilla. cum ibi not. per Bartol. in ulti. quęstio. &
in terminis nostris ita decidit Ioann. de Imol. in l. si quis fi-
lium. §. fin. ff. de acquiren. hęre. ubi refert se ita consuluis-
se. illa enim dictio infrascriptos, solum importat illas perso
nas quę oculis corporeis legi & discerni possunt ex inspectio
ne testamenti dicti magistri Pauli. l. 1. ff. de his quę in test.
del. & not. pręfati docto. in locis proxime allegatis. ad hoc
etiam bene facit. l. in causę. §. Pomponius. ff. de mino. &
quod ibi Bald. ubi per illum tex. uoluit quod si testator reli
quit aliquid nepoti, & adiecit quod decederet sine liberis,
reuerteretur ad uniuersalem hęredem testatoris, & postea con-
tingat uniuersalem hęredem testatoris decedere ante mortem
f dicti nepotis, non erit locus [f] restitutioni fideicommissi. Be-
ne faciunt not. per Modernos in l. Titia cum testamento. §.
fina. ff. de legat. 2. & in l. fin. C. de leg. & in l. si auię. ff. ad
leg. falcid. & decisio prędicta est in casu nostro tuta, & sine
scrupulo propter illam dictionem infrascriptos. & ideo cum
post euentum conditionis supersit solum d. Ioannes, ipse ad
mittitur in totum. l. sed si plures. in princip. & l. qui plures
la 1. & l. Lucius. §. fin. ff. de uulgar. & pupilla. l. si ex plu-
ribus. ff. de suis & legi. Posito autem quod ius agendi com-
petiisset etiam filiabus & hęredibus dicti Georgii, Ioannes
prędictus tanquam coniuncta persona posset agere sine man
dato, & quamuis teneretur pręstare cautionem de rato si pe
teretur,

teretur, tamen ea non petita ante litem contestatam, iudicii procedit ista habentur in l. sed & hæc, in prin. cum ibi nota. iuncta l. Pompo. §. rati. ff. de procu. & l. maritus C. de ꝓcu. cum si. & per hæc est responsum ad omnia quæsita. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Corticc. supra li. 3. consi. 111. nu. 8.
b ¶Probarent, immo puto hic probent, ex quo non est vis in formalitate, sed in substantia de qua tantum agitur, & in qua conueniunt & quia testes de facili poterunt obliuisci formulam locutionis, ad quam verisimiliter non attendunt, sed rem, cum quia potuit testator bis idem vario sermone efferre.
c ¶Fideiussor. Bal. Lancelo. Deci. Ias. d. l. si cui legetur. §. fi. Steph. Aufre. tract. de reproba. testi. ver. fideiussor.
d ¶Vitio. alias secus sup. li. 6. consi. 237.
* Quominus dominium.] Valet relictum factum ad tempus certum, vel incertum, quo finito, reuertitur ad hæredem, cui de restituendo caueri debet, ita dicit tex. in d. l. fi. C. de leg. Natta.
* Non videtur.] Ita dicit Bar. ad l. quæ dotis. col. 4. ff. sol. mat. Alex. consi. 40. col. 2. lib. 4. Natta.
e ¶Statuti. supra lib. 4. consi. 15.
* Ergo dictus.] Alex. hic loquitur in legato dotis facto extraneæ mulieri, non filiæ, quia filia in dote fid. grauari non potest. Bar. ad l. Lucius. §. maritus. ff. ad Treb. Natta.
* Est enim.] Facit in proposito text. opti. in cap. verum. de condit. opposi. Natta.
f ¶Locus supra li. 5. consi. 173. nu. 2.

EPITOME.

Valet pactum de non petendo factum illis quod debitor interposuit ad rogandum pro se.

CONSILIVM CLXXVII.

Visis & lectis attestationibus mihi transmissis videlicet attestatione ser Antonii de Olionibus ac ser Ioannis de Mainoldis, & ser Bartholomæi de Fera, & puncto mihi transmisso, in quo quæritur an vigore dictarum attestationum possit Ioannes a Columba se tueri si conueniatur a Ioanne Thomæo vt filio & hærede Ioanis de Boldrino. pro certa denariorum quantitate debita (vt dicitur) per dictum Ioannem a Columba dictis hæredibus dicti Ioannis de Boldrino? & fortasse dubium facit aliqualis varietas dictorum testium, & quod promissio de non petendo videtur facta absente, dicto Ioanne a Columba, per not. in l. idem in duobus. §. fina. ff. de pact. & per no. per Bar. in l. non solum. §. si liberationis verba ff. de lib. leg. & in l. postquam liti. C. de pac. cum
1 suis concordantiis. † tamen puto de iure verius esse, quod dicto Ioanni a Columba competat exceptio pacti de non petẽdo, quoniam talis promissio de non petendo facta per dictũ Ioannem videtur probari primò per dictum ser Antonium, qui attestatur quod dictus Ioannes Thomæus promisit Ioanni a Columba, quod quantum erat pro parte sua non intendebat nec volebat dare aliquam molestiam dicto Ioanni, nec compellere ipsum pro credito de quo in dicto instrumento, & quod de tali promissione fuit facta quædam scriptura, de voluntate dicti Ioannis Thomęi, & dicit ꝙ dictæ promissioni fuit præsens dictus Ioannes a Columba. dictus vero ser Ioãnes de Mainoldis testificatur quod dicti omnes tres testes moti precibus Ioannis a Columba rogauerunt d. Ioannem Thomæum, vt vellet habere recommissum d. Ioannem a Columba pro dicto debito, eo quia erat impotens ad sibi satisfaciendum, & quod ipse respondit quod quantum erat, pro parte sua ipse nunquam molestaret eum, & ꝙ ita promisit dictis tribus rogantibus pro dicto Ioanne a Columba, qui licet esset aliquantulum remotus ab eis, tamen poterat audire dictam promissionem. & licet iste testis dicat, ꝙ promissio testis dicat ꝙ promissio fuit facta dictis tribus. primus vero testis, dicat quod fuit facta Ioanni a Columba, tamen dico, ꝙ attento quod Ioannes de Columba aderat promissioni, adeo quod audire poterat, vt etiam secundus testis affirmat, satis dicitur facta promissio dicto Ioanni a Columba, quando fuit facta illis qui in ea rc erant procuratores sui præsente principali. ꝓ-
2 batur † ea quæ no. Bar. in l. videmus. §. deferre. ff. de in lit. iuran. vbi dixit, quod licet iuramentum in litem debeat deferri per iudicem, & non sufficeret quod deferretur à notario per illum tex. tamen si deferretur a notario de mandato ipsius iudicis pręsentis ipse iudex deferre videretur. ar. l. falsus §. sed is. ff. de fur. & l. si procuratori pręsentis. ff. de ver. obl. & hoc sequuntur alii in d. §. deferre. & Ant. de But. in c. tuis
3 de test. ¶Probatur † etiam per id quod not. Pet. & Cy. in l. 2. C. de sent. ex breui. recitan. vbi volunt quod licet iudex, qui non est de numero illustrium, non possit sententiam per aliũ recitare & proferre, sed per seipsum, si tamen notarius pręsente iudice ex eius commissione pronunciet & legat, valebit sententia, quia sicut dominus presens potest per procuratorem stipulari, & tunc propter pręsentiam acquiritur sibi domino actio sine cessione. d. l. si procuratori præsentis, ita poterit iudex præsens etiam non illustris suam sententiam, per ministrum proferre, & satis dicetur ipse iudex protulisse. & ita etiam not. Bald. in d. l. 1. C. de senten. ex breuicu. reci. & in l. aliquando, in sexta opp. ff. de offi. procon. & constat, ꝙ dicti rogantes pro Ioanne a Columba videntur fuisse sui ꝓcuratores, quia vt dicit dictus ser Ioannes de Mainoldis, & etiam dictus ser Bartholomæus illud faciebant precibus dicti Ioannis a Columba seu ad eius instantiam, & sic apparet, ꝙ ex mandato Ioannis a Columba faciebant l. 1. in princi. & l. qui patitur, cum ibi no. ff. manda. Satis etiam apparere videtur de præsentia dicti Ioannis a Columba, quia dictus ser Antonius deponit ꝙ de dicta promissione fuit cum voluntate dicti Ioannis Thomęi facta scriptura, & de illa scriptura etiam
4 deponit dictus ser Bartholomeus. † & ex scriptura continente dictam promissionem resultat pręsumptio vtriusque partis, vt no. glo. in l. 1. C. de contrahen. & commit. stip. & Bar. & Ang. in l. Titia. §. fi. ff. de ver. obl. no. Io. An. in addi. Spe. in tit. de emp. & ven §. 1. in addi. incipiente, quærit Odof. ¶Præ-
5 terea † etiam posito quod dictus Ioannes non fuisset pręsens tamen attento quod sicut deponunt dicti ser Ioannes de Mainoldis & ser Bartholomęus ipsius precibus, & ad instantiam dicti Ioannis a Columba rogarunt d. Ioannem Thomęum, pro promissione pręedicta eis facienda sicut facta fuit, acquisita est exceptio pacti dicto Ioanni a Columba, vt no. Bar. in d. §. si liberationis verba, ad fi. & Bal. in l. cui here. §. fi. ff. de pa. & Sal. in l. si actionem. C. de pac. qui in hoc casu saluat glo. in d. §. si liberationis verba. quę voluit ꝙ exceptio pacti acquireretur absenti. moueutur per d. l. rescriptum. §. fi. Bene facit, quod no. Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in fi. ff. de verb.
6 obl. ¶Quinimò etiam quando nullus † minister interuenisset, tenuerunt quamplurimi ꝙ exceptio acquiratur absenti fa-
a uore liberationis, vt voluit a glo. in d. §. si liberationis verba & in l. postquam liti pręallegata, & ibi Bal. & Sali. per illum tex. indistinctè loquentem. & Guil. de Cug. in l. Pomp. scribit. ff. de neg. ge. & Inn. & Io. An. in c. veniens, de renun. & Ang. in l. idem in duobus, §. fin. ff. de pac. & probari videtur, in l. Labeo, in verbo ignoranti. ff. de iureiur. & ad allegata, in contrarium potest responderi, vt alias dixi & scripsi legendo d. l. postquam liti. qnod hic pętermitto, quia non expedit,
7 per ea quę proximè dixi. ¶Non obstat † pędictis si diceretur quod dictus ser Ioannes de Mainoldis non est idoneus te-
b stis, quia est creditor b Ioannis a Columba in libris ducentis, quia respondeo ꝙ per hoc non est quin dicatur esse idoneus testis in causa sui debitoris, vt no. Iac. But. & Ang. in l. non solum. §. queritur. per illum tex ff. de proc. Preterea sunt tres testes facit quod voluit glo. not. in l. 3. §. 1. in verbo, numerus, ff. de testi. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de noto. crimi. §. fama. in additione incipiente, allegato, & Iac. Butr. in l. parentes. C. de testi. vbi concludunt, ꝙ testes qui non sunt omninò habiles probant si testes sunt in numero plures quam requiretur. & regula est, quod numerus duorum testium sufficit. l. vbi numerus ff. de testi. cap. in omni negotio, de testi. ¶Non
8 obstat † si diceretur ꝙ dicti testes videantur varii. quia respõdeo ꝙ ex his quę dixi supra allegando no. per Bar. in d. l. videmus. §. iurare. cum simi. apparet dictos testes esse concordes,
c & etiam possunt testes ad concordantiam reduci c etiam, vt probent secundum communem opi. per c. cum tu, de restitu. vt traditur in locis vulgaribus, etiam si non essent nisi duo, si per reductionem ad concordiam testes remanent contestes & deponentes de eodem actu prout in proposito nostro, nam tunc est eadem ratio quę est quando sunt hincinde plures, vt patet

patet ex no. per Bar. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. & in l. in insulam. in prin. ff. solu. matr. & plenè traditur per Modernos in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de ver. obl. Denique illi duo vltimi testes, scilicet ser Ioannes de Mainoldis, & ser Bartholomæus non videntur aliquo modo in effectu discordare. & licet dictus ser Ioannes dicat ꝙ ipse testis simul, cum Bartholomæo de la Fara, & Antonius de Oronibus, ductus fuit per Ioannem a Columba ad reperiendum Ioannem Thomæum, & ipsi tres moti precibus dicti Ioannis a Columba, rogauerunt dictum Ioannem Thomæum, &c. & dictus ser Bartholomæus dicit ꝙ dum ipse transiret per plateam & vidisset Ioannem de Mainoldis loqui cum Ioanne Thomæo, accessit ad illos. &c. nam aduertatur ꝙ isti testes non sunt contrarii, quia stare potest quod dicti tres testes simul ducti fuerunt ad reperiendum dictum Ioannem Thomæum, vt dicit dictus ser Ioannes, & tamen ipsi tres simul existentes non reperierint, sed illi duo, scilicet dictus ser Ioannes & d. Antonius, & dum ipsi duo postea simul inuenissent in platea dictum Ioannem Thomæum superuenit dictus ser Bartholomæus, vt ipse dicit.
9 † non enim dicta [d] testium sunt calum-
d nianda sed iuuanda, vt inquit Bal. in rub. ff. de rerum diuisio. in vlti. col. & in l. de quibus, in vlti. col. ff. de legi. & nota. per eundem in l. 1. C. de tempo. appella. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Voluit. & male. supra lib. 4. consilio 131. numero 7.
b ¶Creditor. potest esse testis. Imo. consi. 58.
c ¶Reduci. supra li. j. consi. 116. sup. li. 5. consi. 99. nu. 24. Alex. l. j. in in prin. de ope. no. nun. Auffre. in addi. q. Tholo. 11.
d ¶Dicta. supra lib. 5. consilio. 49. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Pactum. l. commissoriæ, non valet extra casum venditionis, nisi ex interuallo ad excipiendum tantum. 23. nec etiam fauore dotis. num. 10.*
4 *Enunciatio promissionis intelligitur de facta tempore instrumenti.*
7 *Pactum. l. commissoriæ valet in fauorem tertij.*
9 *Pactum quod predia hypothecata sint empta valet, & intelligitur iusto pretio.*
11 *Maritus prætextu dotis non solutę, non lucratur fructus pignorum vltra rationem alimentorum.*
12 *Diuisio debiti non fit nisi recipiatur pars sub nomine partis.*

CONSILIVM CLXXVIII.

Viso processu causæ inter Ioannem quondam Gasparis de Bandinis agentem, & Gasparem de Michaelib. se defendentem, pro quo Gaspare (vt verbo fertur) sententia lata est, a qua pro parte dicti Ioannis extitit appellatum, visisque tam allegationibus aduocati dicti Ioannis, & consiliis celeberrimorum doctorum pro consulentium, necnon his quæ egregiè in contrarium allegari videntur per aduocatum dicti Gasparis, sentio dictum Ioannem iustitiam & æquitatem fouere, & partes iudicis causæ appellationis esse in pronunciando male iudicatum & bene appellatum, & d. Gasparem teneri ad restitutionem prædii petiti pro quantitate, de qua in libello, maximè ex infrascriptis. Et primo, quia stante ꝙ in instrumento rogato an. 1458. die 15. Aprilis dictum prædiũ, & domus quędam dicti Io. fuerunt per tutores d. Io. iure pignoris assignata d. Gaspari pro residuo dotis dominæ Placentinæ sororis dicti Ioannis promissæ, videlicet, pro florenis 150. cum pacto ꝙ quandocunque intra terminum octo annorum dicti tutores seu hæredes Gasparis de Bandinis soluerent dicto Gaspari de Michaelibus dictos florenos 150. auri, teneatur dictus Gaspar de Michaelibus, ipsa bona restituere dictis tutoribus seu dictis hæredibus, & casu quo intra dictũ tempus non restituerentur dicti floreni 150. dicta bona sint, & intelligerentur esse assignata insolutum dicto Gaspari, pro
1 dictis 150. florenis, quod quidem † pactum fuit pactum legis commissoriæ, quod in pignoribus est reprobatum. l. ı. & l. fi. C. de pac. pign. & non solum est reprobatum quando pignus datur creditori pro quantitate sibi debita, ex causa mutui, sed etiam quando datur pignus pro alio debito, quam mu-
a tuo [a] vt patet in l. fi. quæ generaliter loquitur de creditore recipiente pignus pro eo quod sibi debetur, & cum generaliter loquatur, generaliter intelligi debet. l. in fraudem. in fi. ff. de test. tu. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. & idem probatur, in c. significante, de pigno. vbi tex. generaliter de creditore loquitur, & generaliter reprobat pactum legis commissoriæ, in pignoribus. probatur etiam in l. 2. C. de pac. pig. secundũ secundam lecturam quam ibi ponunt Bar. & alii doctor. post eum, vbi quando pignus datum fuit pro alio debito, quàm
2 mutuo, & adiectum fuit pactum legis commissoriæ † ita demum tenet pactum etiam quo ad solam exceptionem, si fuit
b adiectum tale pactum ex postfacto [b] & non ab initio contractus. sed in proposito nostro fuit ab initio tempore contractus (vt infra dicetur) ergo non valet. probatur etiam hoc in l. quamuis, alias incipit Calipodius. ff. de solut. vbi etiam in contractu dotis pactum legis commissoriæ est reprobatum. & licet ibi dicatur ꝙ est reprobatum quo ad hoc, vt ad rem pignoratam sibi insolutum relaxandam agere non possit, ille cui promissum erat pignus dari insolutum si ad certam diem pecunia non solueretur, sed non est reprobatum quo ad hoc vt non acquiratur exceptio creditori possidenti pignus & volenti illud retinere in solutum. l. Titius secũdum vnam lecturam communiter approbatam. ff. de pig. act. l. cum dominũ. C. de pig. & in proposito nostro sufficit dicto Gaspari de Michaelibus ꝙ dictum pactum valeat quo ad exceptionem sibi quærendam cum ipse possideat, tamen dico ꝙ tex. in d. l. quãuis, probat id quod dixi. s. ꝙ pactum legis commissoriæ in pignoribus eodem modo reprobatur in aliis contractibus, regulariter sicut in contractu mutui, sed bene verum est, ꝙ in omnibus contractibus regulariter quando pactum legis commissoriæ est appositum in pignoribus distinguitur, aut est appositum ab initio contractus, & non tenet, vt in d. l. 1. & fin. C. de pac. pig. & d. c. significante. aut apponitur ex postfacto, & tunc aut quo ad actionem quærendam creditori ad consequendum & habendum in solutum dictam rem pignoratam, quę non erat apud ipsum creditorem & non valet. d. l. quamuis. aut quo ad exceptionem acquirendam ipsi creditori habenti penes se rem pignoratam, & valet, vt d. l. Titius. & ita communiter distinguitur per Bar. & alios in d. l. quamuis. & in aliis legibus suprà allegatis & ideo si valeret pactum legis commissoriæ in pignoribus datis ob aliam causam quam pro mutuo, non bene dicerent Bar. & alii in d. l. quamuis, & in aliis legibus preallegatis, dum dicunt ꝙ ratio differentiæ inter d. l. fi. quamuis. & d. l. Titius. & d. l. fi. C. de pac. pign. est quia in d. l. quamuis, pactum ibi fuit appositum ex postfacto, & non valet, quia fuit appositum ad agendum. secus si ad excipiendum, sed dixissent doc. quod pactum prædictum in aliis contractibus quam mutui ualeret. ¶Confirmantur prędicta,
3 † per id quod no. Io. And. & alii post eum d. c. significante, vbi dicit ꝙ ratio quare pactum legis commissorię est reprobatum in pignoribus, vt ibi, & non reprobatum in contractu emptionis & venditionis. l. commissoriæ. C. de pac. inter empt. & venditorem. & ff. de lege com. fere per totum est, quia cõmuniter & regulariter res venditur pro iusto pretio, licet quãdoque secus contingat, tamen rarò contingit, & iura adaptantur ad ea quæ frequenter contingunt, & non ad ea quæ raro accidunt. l. nam ad ea ff. de leg. & ideo si tale pactum valeat in contractu emptionis & venditionis non resultat aliqua deceptio, sed pignus regulariter obligatur pro multo minori quãtitate quam valeat, vnde multum deciperentur debitores, si pactum legis commissoriæ simpliciter valeret in pignoribus, & creditores si scienter pactum valere non contraherent, nisi interueniret pactum legis commissorię, & debitores astricti, necessitate necessitarentur ad talia pacta apponenda sperãtes, quod postea intra terminum haberent potestatem soluendi, quam postea fortasse non haberent, & sic remanerent multũ damnificati si pactum valeret, & ideo noluit lex quod pactũ valeret in pignoribus. Item quia tale pactum videtur quodãmodo fouere vsuram cum tendat ad finem vt creditor habeat vltra sortem, ideo tale pactum non valet cum vsuræ sint prohibitæ. c. quia in omnibus, de vsuris, & in auth. ad hæc. C. de vsuris. vnde bene apparet ex his rationib. redditis per Io. An. & alios in d. c. significante, quod non solum in mutuo, sed et in pigno-

in pignoribus datis ob aliam causam quam mutui est reprobatum pactum legis commissoriæ, quia dictæ rationes militant etiam in aliis contractibus, ergo idem ius esse debet. l. a Titio. ff. de verborum obl. c. secundo, de translatio. prælato. nam etiam in aliis contractibus quam mutui cadit effectualiter crimen vsurarum. c. in ciuitate, & c. consuluit, de vsuris. ¶ Cum igitur in dicto instrumento contineatur contractus pignoris, & iuxta illud fuit appositum, dictum pactum legis commissoriæ, sequitur quod tanquam a iure reprobatum nõ tenet, saltem cum videatur fuisse appositum ab initio, i. tempore constitutionis seu promissionis dotis, quia non constat
4 antea ex interuallo fuisse dotem promissam, & illa verba† instrumenti dum dicitur pro residuo dictæ dotis dicto Gaspari promissæ, &c. quando aliter non constat de promissione,
c intelliguntur de promissione facta tunc[c] tempore confectionis ipsius instrumenti nisi alius probetur, cum potuerit tempore instrumenti interuenire dicta promissio de qua fit mentio in instrumento, dato quod instrumentum loquatur per verba præteriti temporis, vt plenè probat Bar. & alii post eũ, in l. post dotem, in prima q. ff. solu. mat. & in l. si ita stipulatus §. Chrysogonus. per illum tex. ff. de ver. ob. & in l. prædia. ff. de acquiren. posses. & in l. certi condictio. §. si nummus. ff. si cer. pet. & probatur ex notatis per gl. in l. 1. C. de fid. instrum. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & not. Io. And. in cap. Abbate, de verbor. sig. & Inno. & alii in c. quoniam contra, de probatio. & Bal. in c. 1. §. notãdum, in titulo, qui feudum dare possunt, & in l. si ex cautione, in 6. q. C. de non num. pecu. & in l. fi. C.
5 communia vtri. iudi. ¶ Alio principali† fundamento etiam iuuari potest dictus Ioannes, quia dictus contractus Donationis insolutum de quo in dicto pacto legis commissoriæ posito quod valuisset, tamen fuit resolutum ex postfacto, quia data fuerunt in pignus prædium & domus pro florenis 150. cũ pacto ꝙ si non soluerentur dicti floreni 150. intra tempus octo annorum prædium & domus cederent insolutum pro debito, & sic non fuerunt distincta pretia. s. pretium prædii a pretio domus. postea verò restituta fuit domus in effectu datis eidem Gaspari florenis nonaginta pro parte summę dictorum florenorum 150. & sic fuit resolutum pactum legis com
d missorię pro dicta domo, ergo[d] intelligitur etiam resolutum pro prædio quia quando duæ res vno pretio conceduntur, si
* actus resoluitur * quo ad vnam rem, intelligitur etiam resolutus quo ad aliam l. si duos. ff. de contrah. emptio. l. cum eiusdem. ff. de ædili. edic. no. Bar. in l. scire debemus. ff. de verbo. obli. ¶ Nec prędictis obstant ea quę in contrarium allegantur & primò dum contra primũ fundamẽtum allegãtur quod dictum pactum non fuit appositum ab initio contractus dotis, vt dicitur colligi ex verbis dicti instrumenti, dum dicit, dotis promissæ. &c. quia responsum est supra, quod illa verba non probant pręcessisse ex interuallo promissionem, vt probaui. patet etiam alia responsio ex secundo fundamento princi
6 pali. ¶ Non obstat †etiam si contra primam responsionem dicatur, ꝙ attento quod hęredes quondam Gasparis de Bandinis erant obligati ex dispositione testamenti dicti Gasparis dictæ Placentinæ eam dotare cõgrua dote, videtur ꝙ ante dictũ contractum pignoris erat iam organizatum dictum debitum & sic pactum legis commissoriæ non fuit appositum ab initio secundum aduocatum dicti Gasparis, quia respondeo, quod cum supportatione argumentum nullo modo obstat, eo quia non erant obligati ex forma testamenti dicti hæredes dicto Gaspari de Michaelibus ad dotem maximè certam limitatam ante dictum instrumentum confectum anno 1458. sed solũ effectus est creditor dictus Gaspar de Michaelibus ex dicto instrumento, in quo est adiectum pactum legis commissorię, ergo apparet quod pactum fuit appositum in initio obligationis contractę cum creditore. Prętereà de dicto testamento & eius tenore non constat in actis mihi transmissis. ¶ Non obst.
7 † etiam dum allegatur quod dictum pactum principaliter cedit in fauorem mulieris, conuertendo pecuniam pro dote ꝓmissam in rebus immobilibus post lapsum dictorum octo annorum, & propter hoc valuit dicta conuersio & pactum. l. ita constante, cum sim. ff. de iure dot. & quia quando pactum legis commissorię principaliter adiicitur in fauorem alterius tertii & non in fauorem ipsius creditoris principaliter, valet etiam in pignorib. vt est tex. reputatus singularis in l. fina. in prin. ff. de contrahen. emp. quia respondeo ꝙ in d. l. itaq; non interuenit pactum legis commissorię in pignorib. ¶ Non obstat etiam d. l. fi. in prin. de contrahen. emp. quia ibi pactum legis commissorię fuit adiectum in fauorem fideiussoris cui pignus non fuerat obligatum, sed fuerat obligatum creditori, & actum fuit ꝙ si debitor principalis non solueret creditori in termino, adeo ꝙ fideiussor cogeretur soluere ꝙ tales res pignoratę creditori intelligerentur datę insolutum fideiussori, ita quod ibi non fuit adiectum pactum legis commissorię ad vtilitatem fideiussoris in pignore dato ipsi fideiussori, sed solum in pignore dato creditori, sed hic maritus accepit pignus, & pro eo etiam fuit adiectum pactum legis commissorię, quia constante matrimonio maritus est dominus rei dotalis. l. doce. C. de rei ven. l. ex his. C. de iure do. & nunc non agitur contra vxorem, licet contra maritum habentem bona prędicta ex dicto contractu pignoris, & negari non potest. quin pactum legis commissorię fuerit etiam hic adiectum ad fauorem mariti, qui erat creditor, sed in casu d. l. fin. pactum legis commissorię nnn fuit aliquo modo adiectum in fauo-
8 rem creditoris principalis. ¶ Accedit †ad huius confirmationem, quia posito, ꝙ istud pactum tenderet ad fauorem mulieris, tamen attento quod etiam tendit ad fauorem mariti, & non recepit separationem fauor mulieris a fauore mariti cum sit dos quę debet deseruire oneribus matrimonii. l. pro oneribus. l. vbi adhuc. C. de iure dot. non debet inspici, id quod prodest, sed id quod nocet ei qui se fundat ex dicto pacto legis commissorię. ar. l. 3. §. fi. cum l. se. ff. ad Sylla. l. 2. §. pupillo ff. pro emp. & declarat notabiliter Bar. maximè in l. si vir. ff. pro donato. & vbi de periculo animę tractatur fit interpretatio potius in deteriorem partem in dubio vt periculum animę vitetur, vt dixit glo. no. in c. vnico, de seruti. facit tex. in c. iuue
9 nis, de sponsa. cum sim. ¶ †Posset etiam responderi ad d. l. fin. ꝙ ibi in pacto non fuit dictum quod prędia cederent insolutum pro quantitate promissa & soluta, sed fuit dictum simpliciter ꝙ essent empta. quo casu intelligitur s. pro iusto pretio, vt no. Bar. in d. l. quamuis. & tunc valet pactum legis commissorię in quocunque. l. si fundus. §. fi. ff. de pig. & istum intellectum ad d. l. fi. dedit notabiliter Io. de Imo. in d. c. significante, sed in casu nostro fuit actum ꝙ pignora cederent insolutum pro quantitate pro qua fuerant obligata, quo casu pactum est reprobatum, vt in iuribus sopra allegatis. ¶ Non ob
10 stat † etiam dum dicitur quod fauore dotis debet tolerare.
* ꝙ valeat tale pactum * legis commissorię in pignoribus, cum dos multa habeat priuilegia contra ius commune. l. 1. cum ibi no. ff. sol. mat. & dicitur ꝙ hoc vult Bal. in c. 1. de feudo dato in vicem legis com. & Raph. Fulg. in d. l. Titius. secundum quod allegatur per aduocatum Gasparis, quia respondeo, ꝙ non est bene dictum multa specialia priuilegia sunt concessa
* doti vel alteri causę fauorabili, ergo debet* etiam concedi, istud quia istud esset multiplicare inconueniens, ita dicit Bar to. in effectu in l. si insulam. in quarta oppo. ff. de ver. obl. facit l. ius singulare, & l. quod vero. ff. de legi. nec est verum ꝙ Bal. cum supportatione in d. c. 1. ita firmet immo remittit se ad d. l. quamuis, quę probat contrarium vt dixi supra, nec respondeatur ad d. l. quamuis, quod ibi loquitur in pacto adiecto circa dotem reddendam solu. mat. quo tempore non est amplius dos, nos loquimur in pacto adiecto circa dotem dãdam vt deseruire incipiat oneribus matrimonii, ita conatur respondere aduocatus Gasparis, sed minus rectè, vt mihi proculdubio videtur, quia etiam priuilegia conceduntur ita in exigenda dote per mulierem aduersus hęredes mariti, sicut in exigenda per maritum aduersus mulierem. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. & l. assiduis. C. qui potio. in pig. & patet ex no. in d. l. 1. ff. solu. matr. Et quod habeat etiã locum prohibitio dicti pacti in dote, patet, quia pro nulla causa etiam pia permittitur vsura, c. super eo, de vsuris. ergo etiã in dote debet dici esse reprobatum pactum legis commissorię, quod etiam propter effugiendam vsurariam prauitatem fuit reprobatum, vt notant doctores. in d. c. significante. de
11 pig. ¶ Et licèt maritus † fructus rei pignoratę pro dote retinere possit loco interesse, iuxta c. salubriter, de vsuris. tamen ꝙ prędium multo pluris valoris pignoratũ ꝙ sit quantitas debita pro dote lucrari possit, non reperitur a iure permissum, & profecto magna esset in casu isto iniquitas, attento ꝙ fundus valebat

valebat longe vltra duplum eius quod debebatur pro residuo dotis, vt patet ex dictis testium. Et rationem proximè dictam confirmo per id quod signanter dixit Bald. in l. fi. §. Præterea. C. de iure dotium. vbi voluit quod licet per textum in d. c. salubriter, sint permissæ vsuræ in dote, tamen illud intelligitur
e de vsuris reducibilibus [e] ad considerationem interesse, non de immensis. ex quo infert recolendæ memoriæ dominus & præceptor meus Ioann. de Anania Archidiaconus Bononiensis in d. c. salubriter, ꝙ si fructus de quibus in d. c. salubriter, essent vltra alimenta condecentia, considerata quantitate dotis pro qua fuerat datus fundus in pignus, deberent computari in sortem. quod dicit esse valde notabile ad limitationem, d. c. salubriter. ¶ Nec etiam firmat Fulg. in d. l. Titius. id ad ꝙ allagatur, immo dicit ꝙ d. l. ita constante, & l. sequens, non facit ad istud propositum, quia aliud est permutare pecuniā dotis in corpus, vt ibi, aliud est promitterre se daturum insolutum pro pecunia debita ex causa dotis prædia obligata, pro dote, quia id fieri non potest. d. l. quamuis. quia ibi tractatur de obligando maritum ad dandum prædia insolutum non autem mulierem ad recipiendum. vnde videtur donatio & ideo si factum est pactum constante matrimonio non valeret, quia donatio inter virum & vxorem est prohibita. ita potest intelligi d. l. quamuis, secundum vnum intellectum glo. alius est intellectus doc. in d. l. quamuis, quod etiam si solutum erat matrimonium, non valeat dictum pactum, tāquam pactum. l. commissoriæ reprobatum in pignoribus. sed dicit Fulg. quod iste intellectus doc. videtur dubius, quia ratio legis prohibentis pactum legis commissoriæ in pignoribus dandis creditori ab egeno debitore non sic videtur locum habere in causa dotis. hoc est in effectu ꝙ vult Fulg. in d. l. Titius. & sic patet ꝙ ipse fatetur quod doc. volunt, secundum intellectum quem dant ad d. l. quamuis, quod etiam in debito, ex causa dotis sit reprobatum pactum legis commissoriæ. & cū ista sit communis opinio non est ab ea recedendum, vt traditur in locis vulgaribus. ¶ Nec obstat dum Fulg. dicit esse dubium intellectum doc. eo quia ratio prohibitionis non ita militat in dote, quia immo dico ꝙ ratio prohibitionis reddita per Io. An. in d. c. significante, quam supra retuli, ita militat in dote sicut in alio debito. Præterea etiam ille qui habet mulierem in matrimonin collocare & pecuniam non habet pro dote danda, ita verisimiliter adiiceret omne pactum in pignore quod dat pro promissione dotis sicut ille qui eget habere pecuniam mutuam a creditore, nam in vtroque casu subest,
12 necessitas & rationis identitas. ¶ Non obst. etiam quo † ad secundum principale fundamentum, dum per partem aduersam allegatur quod videtur facta inter dictum Gasparem de Michaelibus & hæredes dicti Gasparis de Bandinis quædam diuisio vt pro pecuniis quas recepit dictus Gaspar de Michaelibus a dictis hæredibus Gasparis de Bandinis scilicet pro dictis 90. florenis videatur voluisse liberare dictam domum, & pro prædio firmum manere pactum legis commissoriæ in residua quantitate. arg. l. si creditores, cum ibi no. C. de pact. & per no. in l. si ex toto. §. 1. ff. de leg. 1. ¶ Et quamuis primum principale fundamentum sit pro se tutum & sufficiēs (vt ostēdisse arbitror) tamen adhuc sustinendo secundum fundamentum, respondeo ad argumentum, quod illa diuisio de qua in d. l. si creditores, non inducitur nisi quando quis recipit par-
f tem virilem [f] puta dimidiam ab vno ex duobus. secus si plus, vel minus quam virilem, vt est glo. no. in l. inter eos. §. 1. in verbo, soluit, & ibi no. Ang. ff. de fideicom. & no. Bal. Ang. & Sal. in d. l. si creditores. & Ioan. de Imo, in l. 2. ff. de duo. reis. ar. l. tale pactum. §. post diuisionem de pac. & est de mente gl. in d. l. si creditores. in fi. gl. magnæ sed dicta pecunia quæ fuit soluta dicto Gaspari tempore venditionis domus non fuit ꝓpriè dimidia totius summæ, ergo &c. Præterea secundum magis communem opi. illud quod dicitur in d. l. si creditores. l. quod inducitur tacita diuisio per receptionem partis, procedit quando recipiens solutionem, recepit illam partem, non simpliciter, sed tanquam partem spectantem ad soluentem, seu pro persona soluentis, vt patet ibi in tex. secus si simpliciter recepisset dictam partem etiam virilem, quia non induceretur diuisio per dictam l. si ex toto. §. 1. secundum Old. Bald. & Sali. Fulg. & Pa. de Ca. in d. l. si creditores. & Bal. & Ray. Nico. de Neap. Bal. Io. de Imo. & Pau. de Ca. in d. l. si ex toto. § j. & sensit Iac. de Are. & etiam est de mente Cy. in d. l. si creditores. licet Bar. fuerit in alia opinione quæ magis communiter damnari videtur, sed in proposito non fuit dictum tempore receptionis dictorum 90. florenorum quod illi reciperent
13 pro rata concernente domum tantum, ergo &c. ¶ † Non obst. etiam id quod no. glo. in d. l. si duos, l. quod quando emptor duarum rerum vno pretio fuisset empturus vnam sine alia valet emptio in alia, licet vna tempore contractus esset perempta, quia dico ꝙ ibi non dicitur quod sit standum dicto emptoris dicentis quod fuisset empturus vnam sine alio, immo videtur ꝙ quando vno pretio plures emptæ sint, si venit facienda resolutio occasione vnius ex dictis rebus, fieri debet resolutio in omnibus, nisi aliter de consensu vtriusque partis procedat. d. l. cum eiusdem. & l. si plura. cum glo. ibi posita in verbo ædilita. & no. Bar. & Ioan. de Im. in d. l. scire debemus quinimo moderni. in d. l. si duos, reprehendunt illam gl. ibi dum glo. allegat. l. domum. eo. tit. quia in d. l. domum. supererat saltem dimidia pars rei venditæ sed in d. l. si duos, erant duæ res venditæ vno pretio, & licet vna supersit, non potest dici superesse dimidiā neq; quotam partem venditionis. l. si alterius. ff. de hære. insti. & l. in stipulationibus, in prin. ff. de ver. ob. secus in d. l. domum. primum tamen fundamentum
14 est magis tutum, & illo principaliter motus sum. ¶ † Postremò alia ratione potest dici ꝙ dictum pactum legis commissoriæ, per quod dabatur res insolutum elapso dicto termino, non valuit. quia cum sine dubio contineret alienationem, non potuit fieri non seruata solemnitate subhastationis, requisitæ a statuto loci sub rubrica de rebus minorum non alienandis, contractus enim celebratus non seruata forma tradita a lege vel statuto, est in ea parte nullus, l. non dubium. C. de legi. l. cum hi. §. si prætor. ff. de trans. & ex forma instrumēti apparet ꝙ d. bona fuerunt concessa & assignata, tanquā res minorum per tutores & curatores eorum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Mutuo. adde non solum in pignore vel re specialiter hypothecata sed etiam in generali hypotheca. Bertrā. consi. 97. Quamuis in contractu mutui. li. 1. consi. 128. Venditio. li. 3. Bal. c. j. de feud. dato in vim l. commisso. Ruger. de Mota Rep. l. traditionib. nu. 54. C. de pac.

b ¶ Post facto. Pan. consi. 64. Venio ad primum. col. 3. li. j. Cor. consil. 133. consi. 241. col. 3. li. j. Guid. Pap. deci. Delphi. 6 Bertran. consil. 91. Ex proposito. col. 3 li. 3. Rugeri. de Mo. d. l. trad itionibus. num. 53. Ant. Megusa. tract. pig. par. 4 nu. 6. Fallen. j. Conra. Summenhar. trac. de contrac. q. 86. conclu. 3. & omnes quotquot legi, sed de iure non probatur. & d. l. quamuis facit in contrarium, ego dico ꝙ simpliciter non valet etiam ex interuallo, vt noue scripsi in tracta. vsura. quæstio. 28.

c ¶ Tunc. supra li. 6. consi. 77. nu. 10. infra eod consi. se. nu. 3. 4. tamē vide Alcia. trac. præsum. regu. 3. præsum. 35. nu. 9.

d ¶ Ergo. istud non valet, quia voluntaria fuit resolutio.

* Si actus resoluitur.] Vide etiam Alex. infra circa fi. [consilij. Natta.

* Tale pactum.] Vide hac de re Bal. nouellum in trac. dot. 6. parte, Spe. 54. Natta.

* Ergo debet.] Quod dos nulla habeat priuilegia nisi comprehensa, in iure, scribit latè Dec. consi. 5. In oppositum tamen latè scribit, Ias. ad l. j. in 3. no. ff. sol. mat. vbi vult, quod si lex, vel statutum generaliter loquatur, non comprehendat fauorabilem dotis causam, idem tenet Soc. consi. 121. col. 6. li. 4. Et nunquid si quis locet, vel obliget omnia bona sua, an intelligatur etiam de bonis dotalib. vide Alexan. notab. ad l. si constante. §. si maritus. ff. sol. mat. Natta.

e ¶ Reducibilibus. quod est valde notandum & verissimum, vnde dixi in tracta. vsur. quod non possunt excedere rationem vnius, pro duodecim in anno.

f ¶ Virilem. adde & quando sunt duo tantum debitores Lance. Dec. Pet. Stell. Alcia. in d. l. si creditores.

SVMMARIVM.

1 *In dubio præsumitur factum modò licito non illicito. 5.*

3 *Enunciatiua instrumenti intelliguntur, de tempore instrumenti. 4. 5. 6.*

8 *Decretum non facit præsumi solemnitates, quæ tunc potuerunt interuenire.*

9 *Solemnitas non præsumitur ex longo tempore in præiudicium tertij. sed requiruntur triginta anni.*

10 *Petens hæreditatem fratris non tenetur probare illum decessisse sine liberis.*

11 Appellatus

11 *Appellatus succumbens ex actis antiquis debet condemnari in expensis, vtriusque instantiæ.*

CONSILIVM CLXXIX.

Visis ac ponderatis dubitationibus per egregiè formatis in causa & lite vertente inter Ioan. de Bandinis ex parte vna, & Gasparem de Michaelibus ex altera, in qua alias in fauorem dicti Ioan. consului, & in eadem sententia, nunc persisto, non obstantibus his quæ eleganter in contrariũ adduci videntur, quibus infra respondebo. Nã ꝯtra dictũ Ioan. adducitur quod pactum legis cõmissoriæ videtur adiectum ex interuallo post tempus contracti debiti, & per consequens debet valere saltem quo ad exceptionem, iuxta. l. Titius. ff. de pig. actio. & plenè no. in l. quamuis. ff. de sol. Quòd
1 autem † adiectum ex interuallo dicitur probari per verba instrumenti dicentia, pro residuo dictæ dotis dicto Gaspari ꝓmissæ &c. & sic per participium præteriti temporis. & quãuis ego in consilio meo responderim quod illud participium promissæ, intelligitur de promissione facta tempore confectionis dicti instrumenti, per ea quæ habentur. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de ver. ob. & ibi doc. & per no. in l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fiscal. lib. 10. cum concordantiis allegatis in consilio tamen contra hoc in contrarium allegatur, ꝙ allegata per me videntur procedere quando scilicet intelligeretur de promissione vel facto interueniente tempore instrumenti, tamen non per hoc resultabat nullitas actus, sed in casu nostro, si intelligeretur de promissione interueniente tempore confectionis instrumenti resultaret nullitas actus quo ad pactum legis commissoriæ, quod est reprobatũ in pignoribus si est appositum incontinenti. l. 1. & l. fi. C. de pac. pigno. ergo in dubio debet fieri interpretatio ꝙ intelligatur de promissione facta ex interuallo ante tempus instrumẽti, vt sic actus potius valeat quam pereat. l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. obl. c. abbate, de verb. sig. & tanto magis, quia si intelligatur de promissione facta tempore instrumenti, præsumitur in dicto spatio legis commissoriæ fuisse delictum, & quid illicitum ac factum in fraudem vsurarum, vt in iuribus proxime allegatis, secus si præsumatur ex interuallo.
2 d. l. Titius. † vnde in dubio debet potius præsumi quod factũ fuerit licite & bona fide quàm illicitè & dolosè l. merito. ff. pro soc. c. 1. de præsump. & per id quod no. Bar. in l. gerit. ff. de acqui. hæred. & in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de op. no. nunc. cum simi. & ad confirmationem prædictorum etiã adducitur id quod no. Dyn. Bar. & alii in l. fructus, in fin. ff. soluto matr. in q. de duobus testibus deponentibus, quod testator instituit hæredem Titium & postea Sempronium, debet in dubio interpretari ꝙ deponant ꝙ fuerunt simul instituti, vt sic vtraque institutio valeat. ¶
3 † Ad quæ respondeo ꝙ ratio propter quam intelligitur instrumentum loqui de promissione vel facto interueniente tempore instrumenti est, qa illud participium promissæ, vt patet ex instrumento, est verbum prolatum a notario, non a parte, & notarius non potest attestari aut instrumentum conficere nisi de eo quod fit tempore celebrationis instrumenti, & sic de eo quod sibi tanquã tabellioni rogato constat & nouit, vt inquit Innoc. in c. fraternitatis, circa princi. de hæreti. & no. Bal. in rub. C. de fide instru. in 5. col. in ver. circa primum. & in l. cum precibus. C. de proba. & no. etiam Inno. in c. quoniam contra, de proba. & in c. 1. circa medium. de fide instr. & Bar. in l. 1. in princip. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. li. 10. Bene faciunt no. per Bal. in l. ex his. C. de testa. milit. & ideo quando notarius in instrumento dicit Titius dedit, vendidit & tradidit fundum, & cæt. quia sunt verba notarii, quamuis prolata in præterito, tamen intelliguntur de eo quod potuit geri tempore confectionis instrumenti. & ideo dicta verba important venditionem tunc fuisse factam. & si actus non fuit celebratus in fundo vendito, seu in aspectu fundi, non probant traditionem, nec intelliguntur de vera traditione præterita, sed de licentia data tempore instrumenti emptori, vt possit propria authoritate ingredi. l. prædia, secundum vnam lecturam notabilem & approbatam. ff. de acquiren. possessio. & ibi per Bar. & alios. & not. etiam Bartol. in l. post dotem in 1. quæstio. ff. solu. mat. Et ꝙ dicta verba scilicet, promissæ &c. intelligantur esse verba notarii. & propterea debeant intelligi de promis-
4 sione facta tempore confectionis instrumenti, † patet per id quod voluit glo. notabilis. in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. in verbo, probare. dum glo. dixit ꝙ si in instrumẽto dicitur ꝙ Titius habuit & accepit a Sempronio centum, licet non dicat in præsentia mei notarii & testium, intelligitur probari numeratam fuisse pecuniam. & ideo dicit glo. ꝙ notarius non debet dicta verba scribere nisi pecunia fit in præsentia. quæ glo. optimè decidit casum nostrum, in quo non potest dici ꝙ dicta verba fuerint verba confessionis partis, qa de nulla confessione partis ibi fit mentio, vt clare patet ex inspectione instrumenti, & cum illa glo. transeunt communiter doc. ibi & in c. si cautio, de fide instru. & docto. maximè
5 Ang. & Mod. in d. l. prædia. ¶ Et bene ad propositum † loquitur Bal. in d. l. si ex cautione, in 6. q. vbi quærit, si notarius in instrumento dixit, dedit & numerauit. vtrum subintelligatur aduerbium, scilicet, tunc, ita quod si probetur ꝙ non numerauerit instrumentum reddatur falsum? & dicit quod sic, per l. aduersus in verbo, tunc eo. titu. & per not. per Bartol. in d. l. post dotem, in 1. q. ecce ꝙ Bal. vult in terminis ꝙ quamuis alias debeat capi in dubio præsumptio per quam euitetur delictum, vt est dictum supra, tamen quando verba præteriti temporis sunt prolata a notario in instrumento, non referuntur ad tempus, quod est interuallo præcessit celebrationem instrumenti, vt euitetur falsum & delictum notarii, immo potius præsumitur & intelligitur factum illud interuenisse, tempore celebrationis instrumenti, quamuis per id incurratur in crimen falsi. & per consequens etiam infringatur instrumentum tanquam falsum, & contenta in eo corruant, & sic patet quod fortior est ratio, quæ facit ꝙ verba instrumenti prolata a notario etiam si sint præteriti temporis intelligi debeant absque interuallo ab ipsa celebratione instrumenti, quam sint rationes quę in contrarium adducebantur. & ideo euidenter apparet non obstare ea quæ allegantur, in contrarium. ¶ Et fortificantur prædicta, quia si intelligeretur, quod notarius in confectione dicti instrumenti locutus fuerit, de promissione quæ præcessisset ex interuallo celebrationem instrumenti, sequeretur, quod præsumerentur notarii deliquisse in officio suo, quia non debent conficere instrumentum, nisi de his quæ tunc fieri sibi constat, vt superius dixi. & præsumendum nõ est notarium in officio suo deliquisse seu falsum commisisse, c. ad audientiam. de præscrip. l. cum precibus. C.
6 de probatio. l. 2. C. de offic. ciui. iudi. ¶ Et ex prædictis † etiã apparet responsum ad not. per doc. in d. l. fructus propter diuersitatem rationis quæ colligitur ex iam dictis. nam ibi cessat ratio, supra ꝙ notarius habet conficere instrumentum, de his quæ sibi constat tunc fieri. Prætereà doc. in d. l. fructus, videntur loqui in testibus deponẽtibus per dictiones, quæ de sua propria significatione denotant idem quod statim, vt est dictio mox, & similes, de qua luquitur tex. in d. l. fructus. ita not. Bar. in l. 1. in vlti. col. ff. si cert. pet. & ibi etiam Sali. & est de mente glo. in auth. de incestis nupt. in princip. in verbo imminere. & in c. quam sit. de electio. in 6. facit l. si pater captus. cum glo. ff. de vulga. & pupilla. & nota. Ioan. de Imo. in l. diuortio. in princip. circa antepen. col. ff. solu. mat. & in l. 1. §. 1. ff. de verb. obli. vel etiam potest responderi, ꝙ illa decisio procedit quando illi testes fuerunt producti ꝑ Sempronium & testes ipsi deposuerũt ꝙ testator instituit Titium & mox seu postea Sempronium, nam si fit interpretatio, ꝙ ambo admittantur, & sic quod simul fuerunt instituti. verũ est dicere quod fit interpretatio contra Sempronium producentem vt fieri debet. cap. in præsentia. de probatio. quia si pro eo fieret interpretatio, intelligeretur esse probatum, ꝙ Sempronius ex interuallo fuisset institutus vltimo loco, & sic in alio testamento. & per consequens esset hæres in solidum. ¶ Non obstat etiam quædam asserta scriptura priuata manu (vt dicitur) Bartholomæi de Arnolfinis, in qua continetur quod dictus Bartholomæus ante tempus dicti celebrati instrumenti asserti fuisse promissam dictam dotem florenorũ 350. prædicto Gaspari, & de qua summa dictus Bartholom. Arnolfini promittit soluere florenos ducentorum, in certo termino, quia respondetur quod vt præsupponitur, non est probatum quod dicta scriptura fuerit scripta manu dicti Bar-
7 tholomæi. † & posito etiam quòd esset manu dicti Bartholomæi

lomæi, tamen scriptura priuata alterius non probat saltem plenè ad præiudicium tertij, id est dicti Ioan. de Bandinis, vt l. rationes. & l. instrumenta. C. de probat. Item res inter alios acta alijs nocere non potest. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. C. res inter alios acta. per totum. Præterea in dicta scriptura non dicitur quis promiserit, & sic incerta est respectu promittentis & impersonaliter concepta, ideo non releuat vt in auth. si quando. C. de consti. & licet in dicta scriptura dicitur quod dictus Antonius promisit florenos ducētos, tamen quęstio non vertitur nunc super illis ducentum florenis, quia de ducentum florenis satisfactum fuit, sed quæstio est super residuo scilicèt super florenis 150. quorum occasione data fuerunt sibi prædium & domus in pignus cum pacto legis commissoriæ. & quò ad istos 150. florenos dictus Bartholomæus Arnolfinus nihil promisit. Et per hoc etiam dari possit alia responsio ad dicta verba instrumenti dum dicit, promisse &c. scilicèt quod ibi est impersonalitas respectu promittentis.

¶Item inquantum in priore cōsilio dixi quòd alia ratione poterat dici pactum prædictum legis commissoriæ per quod dabatur res insolutum elapso termino non tenere, quia cū contineret alienationem, non potuit fieri non seruata solennitate subhastationis requisitæ a statuto loci, nunc per aduersarios respondetur quòd † quia in dicto instrumento reperitur in-
8 terpositum decretum [a] iudicis præsumi debent omnia solen-
a nia interuenisse, & tantò magis propter temporis diuturnitatem, quia fuit anno 1458. & hoc per no. per Spe. in tit. de emptio. & ven. §. nunc dicendum. ver. & breuiter. & per Bald. in l. quæcunque. §. fi. ff. de publica. & no. per Bald. & Angel. in l. sciendum. ff. de verb. obl. cum suis concordantijs, quia ad hoc respondeo quod dato quod dictum Specu. in loco proximè allegato esset verum, procederet quò ad illa requisita quæ poterant interuenire tempore celebrationis contractus & interpositionis decreti iuxta contractum, sed ea quæ non poterāt tunc interuenire, vt subhastationes, illæ non præsumuntur, licet decretum interuenerit, ita probatur ex no. per Bar. in d. l. 1. C. de fide instrumentorum & iure hastæ fisca. lib. 10. iuncta gl. in verbo, ordine. nam vult Bart. quod per instrumētum alienationis de qua loquitur ille tex. non probentur nec præsumantur interuenisse subhastationes necessariæ quæ non potuerint interuenire in illo instanti, & tamen clarum est ꝙ in illo contractu celebrationis de necessitate interueniebat decretum iudicis. l. si deserta. C. si propter publi. pensita. & not. in l. si quos. C. de rescind. vendi. & istud in specie determinat Raph. Cu. in d. l. sciendum, in fi. & tantò magis si in instrumēto non continetur ꝙ iudex interposuerit decretum cum plena causæ cognitione & inquisitione. nam vt dicit ipse ibi & etiam Pau. de Cast. in l. cùm hi. §. si prætor, de transac. requiritur quod talia verba sint apposita, vt ex decreti interpositione pręsumantur solennia, & ita dicunt voluisse Bal. & ita etiā consuluit Pau. de Cast. in consi. 89. inci. super eo quod quęritur vtrum &c. & talia non continentur in dicto instrumen-
9 to. ¶Nec obstat † longitudo temporis annorum 15. vel circa à tempore dicti contractus & decreti, quia respondeo ꝙ licet propter diuturnitatem longi temporis decem vel uiginti annorum pręsumitur quandoq; solennitas extrinseca. l. si filius.
b C. de peti. hæred. cum si. tamen [b] illud est uerum quando agitur principaliter de acquirendo, ut in d. l. si filius, cum ibi notatis. tamen secus est quando agitur de præsumenda solennitate extrinseca principaliter ad præiudicium alicuius, quia tunc requiritur cursus temporis triginta annorum. ita signanter inquit Io. de Imo. in c. peruenit, in 5. col. de empt. & uend. per illum text. iuncta gl. fi. ad fin. nam ibi requiritur spacium triginta annorum ut præsumatur ꝙ mulier quę consensit alienationi factæ per maritum de re mulieri donata propter nuptias consenserit etiam secūdo loco intra biennium a die primi consensus mulieris, prout requiritur ut pręiudicetur mulieri in re sibi donata propter nuptias alienata, iuxta id quod habetur in auth. siue à me. C. ad velleia. quia ibi tractabatur de inducenda præsumptione dictæ solennitatis, id est secundi consensus ad præiudicandum mulieri in iure sibi iam quæsito in dicta re. & quod isto casu quando agitur de præsumenda solennitate ad inducendam amissionem, & translationem dominij quod non sufficiat tempus longum, traditur etiam per Sali. in d. l. si filius, in uersi. & facit hoc ad q. &c. ubi dicit quod si statuto cauetur quod filius non possit uendere uel rē aliquam alienare sine expressa licentia patris, & reperitur qđ filius uendidit, & emptor diu rem tenuit patiente patre uenditoris, quod tamen per hoc non præsumeretur licentiā præcessisse, per l. quęcunque. §. fi. ff. de publica. nec obstat. d. l. si filius. quia respondet quod in quęstione prędicta tractatur de præiudicio & incommodo inferendo filio & patri, sed in l. si filius, tractatur de fauore patris, propter commodum acquisitionis. & licet in d. l. si filius, possit etiam contingere damnū ex acquisitione hęreditatis, de qua ibi tractatur, l. si hęreditatem. ff. manda. tamen hoc non habet obstare, quia in d. l. si filius pater. allegabat iussum suum, unde sicut uult commodū, ita debet habere incommodum. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. sed in quęstione proposita negabatur licentiam præcessisse, secundum Sali. in d. l. si filius. sic etiam in casu nostro negatur subhastationes interuenisse & ita respondetur ad no. ibi per Bal. cum igitur in casu nostro uelimus præsumere solennitatem subhastationis ad preiudicandum dicto agenti vt perdat dominium rei suæ, requirebatur spatium saltem triginta annorum ad inducendum dictam pręsumptionem. aliā responsionem etiam ad dictam. l. si filius, dedit in proposito Bal. in l. 2. ad fi. C. de legi. hære. quem etiam sequitur Ludoui. Roma. in d. l. sciendum. in 15. col. ¶ Requisitus sum etiam an satis sit ut dicatur fundata intentio dicti Ioan. tanquam here-
10 dis fratrum ab intestato † ꝙ per testes dicti Ioan. sit probatum de morte fratrum suorum, licèt non sit probatum quòd decesserint sine liberis. & in hoc Rapha. Cuma. in l. hæres institutus. iuncta. l. si de sua. ff. de acquir. hæredi. & in l. is potest. eod. titu. dicit ꝙ non reperit hoc tactum a Doctoribus. &
c concludit ipse quod sufficiat [c] probare dictam mortem fratrum, absque eo quod probetur quod decesserūt sine liberis. & pro hoc allegat. l. amitæ. C. communia de succes. & l. scriptum. C. de probat. idem etiam tenet Ludo. Roma. in d. l. hæres institutus. ubi pro hoc etiam alle. l. 2. C. de successor. edic.
* & pro hoc etiam facit, quia si Io. dicit se tanquam fratrem * esse proximiorem, & probat se esse fratrem, qui uult dicere alios remansisse proximiores, habet hoc probare, per id quod no. in l. cum de lege. ff. de proba. & quod not. Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. ad fin. ff. de iure codi. & in l. si constante, in 1. q. primę partis. ff. solu. matri. cum suis concordantijs. & per no. per Bar. in d. l. is potest. in pen. col. dum tractat qualiter probabitur quem decessisse ab intestato, dum allegat notata in l. cum probatio. ff. de probat. & corruptè allegauit, quia uoluit allegare not. in l. cum de lege. de probat. quæ facit ad propositum. non autem facit aliquid id quod no. in d. l. cum probatio. Ex quibus concludo in fauorem dicti Io. contra Ga-
11 sparem & † uictus erit in expensis [d] condemnandus uictori,
d attento quod in causa appellationis præsentis uenit pronunciandum ex antiquis actis & probationibus, per not. in capit. ignorantia, de regu. iur. in 6. & in cap. finem litibus, de dolo & contuma. per Docto. & in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. cum simi. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Decretum. sup. lib. 5. consi. 125. nu. 5.
b ¶Tamen. sup. lib. 6. consi. 218.
c ¶Sufficiat. dixi sup. eo. consi. 124. nu. 3.
* Dicit se tanquam fratrem.] Vide Tiraq. de retrac. fol. 500.
d ¶Expensis. etiam primæ instantiæ. & ita hodie obseruatur etiam in supremo hoc senatu & iustè, nisi de probabilitate litigandi appareat adde sup. lib. 6. consi. 183. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Scripturę & interpretationi creditoris pro se non creditur.*
2 *Interpretes duo requirūtur, nisi quādo vnus tantū haberi pōt.*
4 *Tacens non videtur consentire in sui præiudicium.*
7 *Obligatio sine causa non valet.*
8 *Permissio facta fœnerandi in nummis, non debet extendi ad frumentum.*

CONSILIVM CLXXX.

Viso processu inter Salamonem quondam Alentij de Rodigio Hebræum agentem, & Nicolaum Cauantum se defendentem, sentio breuiter dictum Hebræum obtinere non posse: quia sumus in regula quod actore non probante reus debet absolui, iuxta. l. qui accusare. C. de edendo.

edendo.& ca. vnico vt ecclesi. benefic. petit enim dictus He-
bræus corbes 55.frumenti,quas dicit ipse dictum Nicolaum
sibi promisisse anno 1473. de mense Ianuarij dare & soluere
in recollectu tunc proximè futuro.& quod frumentum dict.
Nicolaus habuit & recepit vice & nomine ser Petri de Bon-
zannis de Lugo, & asserit in dicta quantitate corbium quin-
quaginta quinque computari sortem & vsuras. Et ad hæc
probanda produxit librum quendam seu vachettam in cer-
tis postis vulgarizatis per ipsum Salomonem,in quibus dici-
tur in effectu, quod Nicolaus Cauantus anno 1471. die no-
no Aprilis habuit per manus ser Petr. de Bonzannis corbes
60.frumenti quod promisit restituere ipsi in recollectu pro-
ximo.& sequitur ibi recordium sub anno 1471.de mense Se
ptembris absque die, in qua scriptura recordij continetur, ꝙ
dictus Nicolaus rogauit ipsum Hebræum vt deberet eum ex-
pectare pro dicto frumento vsque ad alium proximum recol
lectum,& quod tunc sibi daret corbes 65.frumenti. Et sub-
iungitur etiam ibi aliud recordium, sub die prima Ianuarij.
1473. quod dictus Hebræus requisiuit dictum Nicolaũ exi-
stentem in bancho ipsius Hebrei ꝙ deberet sibi dare dictum
frumentum per totam hebdomadam proximam, & quod si
non daret, protestabatur ei quod volebat habere in proximo
recollectu corbes 55.frumenti.Et in eadem vachetta allegatur
quod est alia posta vulgarizata per dictum Salomonẽ in qua
in effectu sub die quinto Aprilis 1471. continetur ꝙ in ma-
nibus dicti Nicolai sunt corbes quadraginta frumenti per ma
nus ser Pet.de Bonzannis,& quod dictus Nicolaus promisit
illud restituere dicto Hebræo in recollectu proximo, & pro-
duxit decretum principis ꝙ debeat dari plena fides libris, &
vachettis & scripturis rationũ ipsius Hebræi fœneratoris &
factorum seu famulorum suorum tam de denarijs mutuatis,
& pignoribus rebus pignoratis vel redditis quàm alterius rei
cuiuscunque conditionis existat in bancho fenoris, & de re-
bus omnibus ad ipsum banchum spectantibus & pertinenti
bus de alijs autem extra banchũ credatur ꝓut creditur alijs
1 ciuibus & habitatoribus illius loci. & clarum † est quod de
iure communi dictis libris & vachettis priuatis nõ datur ple
na fides in fauorem scribentis.l.rationes.& l.instrumenta.C.
de prob.& præsertim cõtra Christianũ id qđ habetur in c. Iu
dei. de test.nunc videndũ est vtrum stãte dicto decreto sit pro
bata intentio agentis? & dico quòd non,quod ostenditur sic,
dictus Salomon Hebræus ꝓduxit dictas postas vachettæ scri
ptas in Hebraico & vulgarizatas & interpretatas per dictũ Sa
lomonem prout in actis continetur. Tali autem interpreta-
tioni factæ ab ipsomet Salomone in causa propria standum
non est l.omnib. C.de testi.l.nullus.ff. de testi. sed assumi de-
buit alius interpres qui haberet interpretari dictam scriptu-
ram Hebraicam cum iuramento suo, vt propriè in scriptura
Hebraica no.Ang.in auth.vt præponatur nomẽ Imp.in prin.
collat.4. & probatur in l.comparationes. C.de fide instrum.
cum ibi no.& in l.hac edictali.§.his illud.C.de secund.nupt.
2 † & licet Ange.in d.authen. vt præpo.nomen Imper.tenuerit
quod sufficiat hoc casu vnus interpres,tamen veritas videtur
a quod duo [a] requiruntur, nisi quando vnus tantum haberi
posset in loco per id quod habetur in §.quod autem.in auth.
de non alie.& no.Bar. in l.1.§.fi.ff.de verb.oblig.& in prima
constitutione digestorum.& l.1.iuxta prin.ff.de ven.inspi.&
Bald.in d.l.comparationes. in 6.q.& in l.directas.C.de testa.
ma.& in c.causam matrimonij,de proba.cum si.tamen circa
hoc an sufficiat vnus interpres vel requirantur duo,non insi-
sto,attento ꝙ nullus interpres fuit adhibitus,& per dictas par
tes est renunciatum in iudicio probationibus faciendis,& sic
vlterius non potest probari.c.de testib. & c.cum venissent.de
testi.& in auth.iubemus.& ibi notant docto.C.de Iude. & in
corpore unde illa auth.sumitur.& istud solum sufficit pro ui
3 ctoria d.Nicolai.¶Fortificantur prædicta † quia actor agit ex
causa promissionis 55.corbium frumenti sibi facta per d.Ni-
colaum anno 1473.de mense Ianuarij,& tamen non probat,
quia dato quod dictæ postæ de quibus vachettæ fuissent legi-
timè interpretatæ, & in eis contineretur illud quod est scri-
ptum in actis, tamen ibi non dicitur ꝙ de mense Ianuarij an-
no 1473 d. Nicolaus promiserit dictas corbes 55. frumenti,
sed solum ꝙ d.Hebræus de dicto mense Ianuarij petijt a dic.
Nicolao sibi dari corbes 40.seu 45.frumenti cum protestatio-
ne quòd si non daret, intendebat ab eo habere in recollectu
proximo corbes 55.frumenti.& sic probatur protestatio He-
brei,non obligatio Nicolai.& ista inter se valde differunt,nec
dicatur quod dictus Nicolaus non cõtradixit dictæ protesta-
tioni. & per consequens videtur consensisse.l.fi.§.item si præ
dixerit.ff. nau.caup.stab.& l.fideiussor.§. pater. cum gloss.ff.
de pigno.& l.Caius.cum ibi not.ff.de pigno.actio.l. sæpe.ff.
de re iudi. & l.si filius.ff.ad Macedo.cum simil.quia respon-
deò primò quod in dicta scriptura non dicitur quod dictus
Nicolaus tacuerit vel contradixerit, & sic ex scriptura illa nõ
probatur tacitus consensus. ¶Præterea † posito quod etiam
4 in scriptura contineretur quòd dictus Nicolaus non contra-
dixit, tamen non per hoc videtur tacitè consentire, quia in
* actibus extraiudicialibus tacens videtur * contradicere si tra-
ctatur de obligando eum ad aliquid præiudiciale. l. filiusfa-
miliàs.§.inuitus.ff.de procu.l.qui vas.§. vetare.& l.penul.ff.
de fur.& no. Innoc.in cap.in genesi.de elect.cum simi.& ex-
presse in protestatione extraiudiciali no.Inno.Hosti.& Ioan.
And.in c.Cumana,de elec.& Archi. in c.diaconi.28.dist.nec
obst.d.l.fin.§.item si prædixerit. quia ille text. potius facit in
contrarium,licèt glo.ibi dum subaudit maximè, facere videa-
tur pro parte contraria.sed Barto.in l.non solùm.§.morte.in
7.colum.ff.de ope.no.nuncia.& Pet.& Cyn.in l.pacta noui-
sima, C.de pac.& Anto.de But. in cap.cum M.Ferrariensis.
de constitu.reprehendunt istam glo.Præterea illa glo.iuncto
text. loquitur solùm in protestatione declaratoria voluntatis
ipsius protestantis,sed nos loquimur in protestatione tenden
te ad obligandum illum cui fit protestatio,quo casu sola præ-
sentia, scientia & taciturnitas non obligat.d.§.inuitus, cum
5 simi. † Nec obstat id quod habetur in d.l.fideiussor.& in d.l.
Caius.quia responsio patet ex his quæ not. Bart.in l.quæ do-
tis,ad fin.ff.sol.matri.quia dicta iura cum ibi notatis loquun
tur quando sum præsens contractui vel quasi contractui, &
dubitatur an mihi preiudicem in iure dominij rei super qua
b per alios fiebat contractus. nam distinguitur, aut poteram [b]
per meum dissensum impedire actum,& tacendo mihi preiu
dico.aut non poteram impedire,& mihi non præiudico.quæ
distinctio non habet locum in alijs casibus regulariter, vt per
Barto.in d.l.quæ dotis.& probatur in d.§.inuitus,cum simil.
6 ¶ Præterea in casu nostro † non poterat dictus Nicolaus per
contradictionem impedire quin dictus Hebræus posset pro-
testari,quia cuilibet protestari licet,etiam si sit actus pendens
à voluntate protestantis.l.qui in aliena.§.fin.ff. de acquiren.
hæredi.l.vt si quis.§.plerique.ff.de relig.& sumpt. fune.non
* obstat.l.si filius.ff.ad Macedo.quia ibi * vltra scientiam & pa-
tientiam interuenit alius actus, scilicet receptionis & reten-
tionis literarum,vt ibi & in clemen.prima,de procura.& de-
clarat Barto.in l.quo enim.in princip.ff.rem rat.hab.& in l.
cum tabernam.§.penult.ff.de pig. & in l.Titius.ff.de constit.
pecu. cùm ergo actor non probauerit promissionem factam
de corbibus quinquaginta quinque frumenti de dicto anno
1473. & mense Ianuarij, ex qua egit in libello debet absolui
reus.l.habebat. ff.de institor.& not. Innocen.in cap.ex parte
abbatissæ.de priuileg.& Bart.in l.1.in princi.ff.de eden.cum
7 simi.¶Denique † dicta promissio frumenti allegata in libello
ex qua agitur non continet vllam causam producentem obli
gationem dicto Hebræo contra Nicolaum; ergo ex ea agi nõ
potest.l.2.§.circa.& ibi not.ff. de doli exce. c. si cautio. & ibi
not.docto.de fide instrum.& no.glo.Iaco.de Aret.Cyn.Iaco.
But.& Bal.in l.generaliter. C.de non nume.pecu.& glo.in l.
nunquã nuda.ff.de acq.rer.do.& in l.1.in fi.ff. de intero.act.
& Spe.in ti.de obl.& sol.§. sequitur.vers.si verò aliquis.& in
§.fi.versi.si verò,& Bal.in l.creditori. C.de pac.& notabiliter
traditur in proposito per Bal.in l.si non sortem.§.1.ff.de cõd.
inde.& per Io.de Imo.in l.fi.ff.a quibus app.nõ licet.in vers.
3.limitat Bal.&c.& in l.a Titio.ff.de verb.oblig.¶Rursus in
8 processu † mihi exhibito nõ sunt registrata talia capitula vel
decreta ex quibus appareat qđ potuerit accipere d. Hebræus
pro quadraginta corbibus frumenti illos plures corbes fru-
menti inestimatos,quos petit tanquam sibi debitos.& cũ illa
promissio vsurarũ sit odiosa,posito quod reperiretur esse per-
missum Hebræo mutuare pecunias sub vsuris ad rationẽ tot
denariorum pro libra,non deberet fieri extensio ad casum no
strum qñ debetur frumentum inestimatũ, & petitur ratione
cursu

menti etiam inæstimati, quia verba decreti non conuenirent casui nostro.l.ita autem,in princ.ff.de admi.tut.l.4.§.toties. ff.de dam.infe.c.indemnitatib.§.pe.de ele.in 6.& in materia odiosa non fit extensio de vno casu ad alium. l. cùm quidam. ff.de libe.& posth.c.odia.de reg.iur.in 6. & Iudæis ita prohibitæ sunt vsuræ sicut Christianis: saltem in casibus in quibus eis non reperitur legitimè concessum & permissum.cap.post miserabilem & c. quanto. de vsur. & ex hoc inferetur quod quò ad allegatam quantitatem sortis.s.40. corbium frumenti de quibus fit mentio in asserta vachetta Hebrei non esset standum dictæ vachettæ, etiam si legitimè fuisset per interpretem adhibitum interpretata eo modo quo registrata est in actis,quia illud debitum primum quadraginta corbium frumenti non apparet quod fuerit ex causa vsuraria vt colligitur ex dicta post libri,& sic non esset de pertinentibus ad banchũ
* fœnoris,& per consequens * non esset sibi danda fides per superius dicta. & ex forma capitulorum registratorum in processu mihi transmisso, non apparet quod liceat dicto Hebręo accipere pro vsura dicti frumenti inęstimati posteà illud plus quod petit,& sic non essemus vllo modo in casu in quo decretum principis sibi suffragaretur, vt suprà deduxi.Ex his igitur apparet quod multa sunt quorum quodlibet per se sufficit ꝓ victoria dicti Nicolai, qui debet absoli, & victus victori debet in expensis condemnari.

ADDITIONES.

a ¶Duo.supra lib.j consi.35.nu.8.
* Tacens videtur.] Nunquid non contradicens protestationi, videatur consentire,vide glo.ad l.si fideiussor.in prin.in verb.recusare.ff. qui satis.cog.& ibi Doc. Nat.
b ¶Poteram.imò nec hoc casu nisi intercedat dolus vel actus iudicatiuus consensus.Bal.Io.Fab.l.si fine.C.ad Velleia.Bald.c.j.si de inuestitu.inter domi.& vas.lis ori.in fi.in vsi.feud.Matth.Afflict.decisio. Neap.58 col.j.fa.sup.eo.consi.84.in fi.
* Quia ibi.] Pau.Cast.ad l.quo enim.ff.rem ratam haberi quam legit sub l.interdum.dicit quòd illa lex procedit in patre,qui tenetur ꝓ filio,si ipso sciente, & tacente , mutuum factum fuerit.l.sed Iulianus.§.fin.ff.ad Maced.secus igitur in extraneo,qui recepisset literas. Et pro Pau.adde tex.in l.si tamen præsente patre.ff.ad Maced.& vide de his Decium ad c.cum M.col.10.de consti. Et pro confirmatione eius,ꝙ dicit Bar.ad d.l.quo.n.facit,quia actus,qui habet se per modum agendi, magis indicat consensum, quàm ille, qui habet se per modum patiendi; vt per Fel.ad c.gratum.col.4.de off.dele. Nat.
* Et per consequens.] Stante decreto,ꝙ credatur libris mercatorum intelligitur de pertinentibus ad artem. Ias.late consil.103.lib.j.facit, tex.in l.j.§.ex hoc edicto.ff.naut.caup stab. de quo plura scribit Ias. ad l.age cum Geminiano.C.de transac.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio propter se facta probat parentelam. 2. & tractatus,fama.nu.8.9.*
4 *Publicatio facta absente parte non impedit nouam examinationem testium.nu.5. 6.*
9 *Affinitas non repellit testem in ciuilibus.*

CONSILIVM CLXXXI.

Viso processu inter dominam Genebriam vxorem ser Nicolai de Citrinaldo, & filiam quondam ser Petri Lucæ agentem,& dominam Pieram vxorem quondam ser Andrææ Ioannis de Vrtiano,& ser Nadeum & Ioannem Sanctis Ioannis Budirochi de Vrtiano se defendentes, vis consistit in discernendo quis melius probauerit intẽtionem suam circa proximioritatem in gradu cum dicto ser Andræa defuncto ab intestato,de cuius hęreditate coram arbitratoribus agitur.& ponderatis attestationibus vtriusque partis mihi videtur quod melius probata sit intentio dictæ Genebriæ, & eam
1 obtinere debere, pręsertim ex infrascriptis. Nam † licet simplex extraiudicialis asseueratio alicuius asserentis talem esse filium suum vel consanguineum non probet illum esse filium vel consanguineum.l.neque professio. C.de testam.l.non nudis.& l.non epistolis,& vtrobique no.C.de proba.tamen fal-
a lit[a] in confessione directè facta super dicta filiatione vel consanguinitate præsente ipso nominato, ita inquit do. Abb.in c.per tuas,in 4.col.de proba.ar.l.certum.§. si quis absente.ff. de confess.& per notata in c.fin.de confess.& mouetur etiam per d.l.non nudis.& l.non epistolis. quæ loquuntur in nominatione propter aliud facta,& sic in verbis enunciatiuis propter aliud prolatis,& propterea non probant,igitur secus esse debet in verbis directè & propter se prolatis.arg.c.si Papa,de priuileg.in 6.l. ex hac scriptura. ff. de donat. probatur etiam hoc licet ipse non alleget per text.in l.quidam. ff. de probat. vbi illa confessio plenè probat nisi contrarium probetur, & colligitur ex notatis per text.in d.l.non epistolis, & etiam ex notatis per Bal. ibi dum dicit quòd verba assertoria alicuius parentelæ descripta in epistola probent, donec probatur con
2 trarium per d l.non epistolis.† & propter epistolam non curatur aliter de præsentia partis, quia epistola operatur perinde ac si confessio facta esset parte præsente.l. Publia. §. fin. ff. deposi.& idem not.Cyn.in d.l.non nudis.Hoc plenius etiam confirmat Sali.in d.l.non epistolis.vbi quò ad propositum dicit,quòd verba scripta in epistola continente sororitatem vel fraternitatem scribentis seu mittentis epistolam & illius ad quem mittitur,si verba illa sunt emissa confessionaliter & dispositiuè, probant præsumptiuè rem sic esse donec probetur cõtrarium,per d.l.Publia.in fi.& l.Lucius.ff.deposi.& ita dicit se intelligere.l.fi.in prin.ff.de probat.& missio epistolæ secundum eum operatur idem quod præsentia alterius partis, quæ aliàs esset necessaria.d.l. Publia.§.fi.iuncta l.certum §.si quis absente.ff.de confess.& l.fi.ff.de interro.act. Si autem essent verba narratoria,& tunc dicit Salic.quòd aut principalis materia de qua scribitur in epistola coadiuuant verba narratoria esse vera, vt in hoc exemplo, scias soror mea quòd talis frater noster decessit, & ob hanc causam hereditatem habemus communem, vnde si tibi placet, venias vt eam diuidamus.& talia verba probant pręsumptiuè ita esse,donec probetur contrarium. & ita secundum eum potest intelligi.d.l. nõ epistolis, cum si.aut principalis materia non coadiuuat verba illa narratiua, quia prorsus ab illis est extranea, & tunc non probat etiam pręsumptiuè nec eis statur nisi alijs adminiculis, puta quasi possessione illius fraternitatis coadiuuetur, per no.per gl.fi.in d.l.non nudis. Modò redeundo ad propositum probatum est per plures testes quòd d.ser Andræas confessionaliter seu directè asseruit d.ser Petrum patrem d.Genebriæ esse sibi fratrem consobrinum,& consequentur d.Genebriam esse sibi neptem ex fratre consanguineo seu consobrino pręsente d.ser Petro nominato, & quandoque etiam præsente d.Genebria,ergo plenè probata est parentela seu coniunctio prædicta ex qua posteà defertur hęreditas ab intestato. Hoc autem probat Nicolutius testis d.Genebrię,qui deponit se audiuisse ser Andręam prędictum dicere præsente dicto ser Petro,quod ipse ser Andręas & d.ser Petrus erant fratres consobrini nati ex duobus carnalibus, & quod nullum habebat in gradu proximiorem quàm d.ser Petrum.quæ verba (vt de se patet,)sunt confessionaliter & directè prolata & non enunciatiuè propter aliud , maximè ab eadem re extraneum. nam
3 verba † enunciatiua sunt [b] illa quæ sunt proęmium seu pręambulum , sed non sunt ipsa dispositio, & verba enunciatiua sunt illa quæ non stant per se nec sistit volũtas in eis,sed transeunt,& non est verbum principale orationis,sed verba dispositiua stant per se, quia enunciant principaliter propter se.ita inquit Bal. in l.1.in 2.col. C.de fal.cau.adiec. lega.allegat id quod habetur in l.ex hac scriptura.ff.de dona.& no.Bal.in l. si volũtate.C.de fideic.lib.sed ex dictis verbis non cõprehenditur ꝙ fuerint dicta verba prolata propter aliud q̃ ad ostendendum & declarandum parentelam, & non pręsumitur qđ propter aliud d.ser Andręas dicta verba proferre voluerit,nisi probetur vlterius dictum fuisse,seu pp aliud dicta verba fuisse prolata,vt probatur tex.no.in l.si is qui.ff.de test.Et cum d. Nicolutio concordat ꝑ omnia Alegrutius alius testis,qui hoc
4 etiam clarius deponit.¶Nec ad hoc†obstat si diceretur quod iste testis quamuis iurauerit in termino,tamen fuit examinatus post publicationem processus,quia dico ꝙ illa publicatio de qua fit mentio in processu,non est sufficiens ad impediendam receptionem d.Alegrutij. nam in processu fol.62.notarius asserit infrascripta esse dicta,& attestationes testium examinatorum per spectabilem virum ser Antonium & cæt. & posteà subdit quæ quidem attestationes fuerunt receptæ scriptæ & publicatæ per me Franciscum olim ser Petri notarium

rium anno 1474. diebus & mensibus infrascriptis &c. hæc publicatio quæ ibi enunciatur non fuit facta per iudicem seu arbitros causæ, sed per notarium ipsum vt ipse asserit, & non præsentibus partibus, igitur per hoc non impediebatur receptio seu examinatio testium, vt declarat Bar. in auth. at qui semel. C. de probat. vbi dicit quod ad hoc vt impediatur noua receptio testium propter publicationem, requiritur quod iudex pronunciauerit dicta testium esse publicata & aperta & pro publicatis & apertis haberi, & plus dicit q͂ si solũ iudex pronunciaret dicta testium esse publicata, & nõ subiungeret illud verbum, & aperta, non sufficeret ad impediendum nouã examinationem testiũ, quia illa verba. s. publicata, intelligentur de illa publicatione quæ requiritur vt scriptura facta de dictis testium sit publica. & fidem faciat. l. gesta. C. de re iudi. cũ ibi no. & in l. solã. C. de testi. sed illa verba, s. & aperta &c. intelliguntur de apertura & publicatione quæ fit partibus de dictis testium, & huiusmodi publicatio & apertura quę fit de dictis testium si fiat parte volente & petẽte esset impedimento, si vellet postea testes producere & examinari facere, licet parte absente vel nolẽte fieret huiusmodi publicatio & apertura per iudicem. & hoc non impediret nouam productionem testium, vt in §. quia verò multi, cum ibi no. in auth. de testi. secundum Bart. in d. auth. at qui semel. vbi subdit quod si publicatio non valuit, vt quia facta parte non citata vel propter alium defectum, non præstat impedimentum. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. nisi vigore talis nullæ publicationis appareret quod pars producere volens didicisset testificata. sed dicta publicatio non fuit facta per iudices seu arbitros causæ, nec parte præsente vel citata, nec in ea sunt dicta verba. s. & aperta &c. ergo multiplici ex capite apparet quòd non potuit impedire dictam examinationem. ¶ Fortius

5 † voluit gl. in c. constitutis. vltimò, in gl. fi. de testi. quod sola publicatio testium legitimè facta a iudice non sufficiat ad impediendum receptionem aliorum testium, nisi pars dedicisset testificata, & idem tenet Spe. in tit. de teste. §. satis vtiliter. versi. sed quid si publicatæ. & Bald. in l. per hanc. in pen. col. C. de temp. appe. vbi refert etiam Bart. ita consuluisse. & incipit illud consi. Super inquisitione &c. & Bal. etiam in d. auth. at qui semel, in pen. col. vbi refert quod etiam ita voluit glo. Io. And. in d. cle. testibus. in quadam additione. & hoc saltẽ procedit secundum Ioan. And. in d. c. constitutus, & quando dicta publicatio facta esset parte inscia vel inuita, vt etiam tenet Ant. de But. in c. fraternitatis, de testi. in 15. col. sed hæc disputatio scilicèt, an sola publicatio legitimè facta per iudicẽ causę sufficiat, non est necessaria in casu nostro, attento q͂ fuit dicta publicatio defectiua in multis vt dixi suprà proximè, & dicit in proposito etiam Anto. de But. in d. c. fraternitatis. in 14. col. quod publicatio verbalis facta notario non impedit nouam productionem testium super eisdem capitulis. ¶ Præ-

6 tereà † vbicunque publicatio est indiscreta, vt quia iudex accelerat publicationem, cum partes vellent adhuc testes producere, non impedit nouam receptionem testium, vt no. Spe. in d. §. satis videtur, in uersi. decimus sextus. &c. & Io. And. in c. series, de testi. sed dicta Genebria uolebat recipi facere adhuc dictum Alegrutium & Gaudentiũ quos in termino produxerat & in termino iurauerant, & sic poterant etiam post terminum recipi, ut plenè per Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & no. Doc. in c. licèt causam. de proba. & in c. pia, de excep. in 6. & in cle. 1. post glo. de offi. deleg. cum suis concord. igitur talis publicatio nullo modo habet obstare. ¶ Hoc idem probat Petrus Paulus alius testis Genebriæ, qui est contestis cum dictis alijs duobus testib. & licèt habeat iste testis aliquam affinitatem cum dicta Genebria, eò quia dicit se fuisse fratrem consobrinum patri dicti ser Nicolai mariti Gene-

7 briæ, † tamen affinitas non repellit testem in causa ciuili, ut no. gl. in c. accedens, el j. in uerbo, subesse, ut lite non contest. & posito quod fides eius in aliquo diminueretur propter affinitatem; tamen suppletur propter numerum contestium, ut est glo. not. in l. 3. §. eiusdem, in uerbo, numerus. ff. de testi. & no. Iac. de But. in l. parentes. C. de testi. & Io. An. in addi. Spe. in tit. de noto. crimi. §. fama. in addi. incip. allegato &c. & Nico. de Neap. in l. 2. in prin. ff. de excu. tut. Idem probat etiam Ioannes Angeli, necnon Ioannes Monaldini. & ad hoc etiam tendit depositio Lucæ Dominici, licèt iste non ita clarè deponat vt cæteri. ¶ Hæc probatio etiam confirmatur per id quod deponit Gaudentius testis Genebriæ qui deponit quod in domo dicti ser Nicolai dictus ser Andræas præsente dicta Genebria dixit, quod dicta Genebria erat sua neptis consobrina. & ad idem tendit depositio Lucæ Dominici. & licet dict. Gaudentius fuerit examinatus post dictam assertam publicationem testium, tamen illud non habet obstare rationibus & causis suprà allegatis circa depositionẽ dicti Alegrutii. ¶ Fortificantur prædicta per id quod deponunt Baldus, Petri, & Clarucera, qui deponunt quòd ser Andræas dictam Genebriam pręsentem dicebat confitebatur esse suam neptem consobrinam & pro tali eam recepit in domo & honorauit, & sic

8 eam ut talem tractauit, & per † tractatum constituitur quis in quasi possessione illius consanguinitatis uel gradus, & trãsfert onus probandi contrarium in aduersarium, secundum Iaco. de But. in l. quidam. ff. de probat. & Anto. de But. in cap. transmissæ, qui fil. sint legiti. Bene facit id quod habetur in l. 1. §. 1. ff. de quæstio. & id quod no. d. l. non nudis. & in l. non epistolis. & quod no. per Bart. in l. 1. §. Iul. uersi. idem per con

9 trarium. ff. de lib. agn. ¶ Corroboratur † etiam dicta probatio, quia uidetur per plures testes probatum de dicta parentela per famam publicam, de qua deponit Ioannes Angeli, & Gerardus Blaxii, & Nicolutius. & illa probatio sufficit secundum Iacob. But. in d. l. quidam. & Anto. de But. in d. c. transmissæ, per l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instru. Bene facit quod not. Bart. ff. de quæstio. in l. de minore. §. si plurium, in ulti. colum. dum allegat. l. si mater. C. ne de statu defun. Quod autem Genebria sit filia dicti ser Petri, est probatum ferè per omnes testes dictæ Genebriæ. ¶ Nec obstant probationes partis aduersæ, quia si consideremus personam Pieræ uxoris ser Andrææ, & clarum est quod Genebria præfertur ei in successione & hæreditate dicti ser Andrę ab intesta to in quocunque gradu agnationis uel cognationis fuerit dicta Genebria cum dicto ser Andrea per l. 1. C. unde uir. & uxor. Aut consideramus personam dictorum ser Nadei & Ioannis, & dico quod non probatur per testes suos quòd sint in gradu consanguinitatis seu agnationis uel cognationis, tal-

10 tem tali quod debeant excludere dictam Genebriam. † nam Brunus testis reorum non probat, quia dicit solum quod ser Andręas dixit in absentia dictorum ser Nadei, & Ioannis, quod ipsi erant sui fratres cosini, & quod non habebat alios consanguineos præter prædictos. certè non probat, quia deponit de assertione facta absentibus dictis nominatis. d. l. certum. §. si quis absente. & no. Abbas in d. c. per tuas. & Salic. in d. l. non epistolis. Pręterea est singularis; ergo non probat. c. licèt causam, de probat. l. iurisiurandi. C. de testi. Petrus Antonius alius testis etiam non probat, quia contradicit dicto Bruno, nam deponit quod ser Andræas dixit quòd non habebat alium consanguineum pręter ser Nadeum. sed Brunus deponit quod ser Andręas dixit, quòd ser Nadeus & Ioannes erant sui fratres cosini, & ideo propter huiusmodi contrarietatem non probat, ut no. glo. & clarius Ioan. And. in c. in nostra. de test. & licèt Brunus deponat quod ser Andræas dicebat quòd non habebat alios cõsanguineos præter prædictos ser Nadeum, & Ioannem, tamen non per hoc sequitur quod negaret ser Andræas Genebriam esse neptem suam ex fratre consobrino, quia fratres consanguinei sunt illi qui sunt de eadem agnatione, & sic ex latere patris. l. post consanguineos, in princ. & ibi not. ff. de suis & leg. & in authen. de consan. & uteri. fra. in prin. & per Barto. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hęre. sed poterat esse, & ita fuit quod Genebria non coniungebatur ser Andrææ ex latere patris seu per eandem agnationem, quia ser Andręas natus erat ex Ioanne Saluoli, & ser Petrus pater Genebriæ natus erat ex domi. Bella sorore dicti Ioannis Saluoli. Itẽ ser Andręas dicebat quod non habebat alios consanguineos, non autem dicebat consanguineas fęminas, & dicta testium in dubio interpretantur cõtra producentem, quia probatio debet de necessitate conclu-

11 dere. c. in pręsentia, de proba. & ideo uidetur † quod tale masculinum non comprehendat fęmininum quò ad dictã probationem, quia non comprehendit ex propria significatione. & ubi comprehendit in aliqua materia fœmininũ est per extensionem, & non ex propria significatione. l. pen. in fin. C. de prępositis sacri cubi. lib. 12. & l. pronunciatio. ff. de uerb. sig.

Prętereà

Præterea iste etiam deponit de confessione facta absentibus dictis ser Nadeo Ioanne, & sic non probat, vt prædixi.& idẽ dico de Ant.alio teste, qui dicit quod ser Andræas dicebat se non habere alios proximiores attinentes seu consanguineos quàm ser Nadeum & Ioannem fratres suos consobrinos,ipsis tamen absentibus. & isti sunt illi testes qui fortius deponunt cæteris. alij testes deponunt etiam de assertione facta absentibus dictis ser Nadeo, & Ioanne, & sunt singulares, & non exprimunt qualitatem cõsanguinitatis vel attinentiæ,sed quod ser Andræas quandoq; dicebat quod dicti ser Nadeus,& Ioãnes erant sui attinentes vel consanguinei: poterant.n.esse in remotiore gradu quàm esset d.Genebria.c.quia circa, & c.nõ debet,de consang.& affini. 35.q. 5.ad sedem. & prætereà semper deponunt de assertione facta in absentiam ser Nadei, & Ioannis, & ideò talis assertio non sufficit vt iam dixi. & per hoc patet non obstare si aliqui ex dictis testibus deponerent ser Andræam in absentiam prædictorum dixisse ipsos ser Nadeum, & Ioannem esse proximiores attinentes & consanguineos,quos haberet. Ex quibus concluditur probatam esse intentionem dictæ Genebriæ, & reos conuentos in dicta petitione debere succumbere. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Fallit.fa.supra lib.j.consi.51.supra lib.6.consi.90.nu.10.supra lib.7. consi.88.nu.10.vide And.Tiraq.in consu.Picto.tit.retrac.§.j.gl.16.
b ¶Sunt.supra lib.6.consi.190.nu.31.

SVMMARIVM.

1 *Dominium vt probetur vel quasi dominium, quid requiritur.* nume.4.
6 *Iudicis est arbitrari quanta inimicitia repellit testem.*
7 *Confessio criminis infamat,& repellit testem.*
8 *Qui semel possedit,non agit petitione hæreditatis,nec quorum bonorum.*
9 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem.*

CONSILIVM CLXXXII.

Viso processu causæ principalis, & etiam appellationis inter Ioannem & Gurgerium quondam Ludouici olim Antonij Gurgerij de S. Angelo in vado agentes, ac Gilbertum Nicolai Petrutij se defendentem. Viso etiam processu causæ appellationis cum allegationibus aduocatorum partis & cum omnibus ad dictas causas pertinentibus. Visis insuper literis illustris principis & domini mei summa veneratione colendi domini Federici montis Ferotij Vrbini ac durantis comitis, quibus requisitus sum vt consulere velim quæ dictarum partium iustam causam habeat & obtinere debeat, idcircò cupiens vt quàm maximè debeo suæ illustriss. dominationi obtemperare, dicam omissis non necessarijs quid de iure sentiam. Et mihi quidem videtur dictos Ioannem & Gurgerium obtinere non posse & suam intentionẽ opportunè non probasse. nam in libello narrarunt bona petita spectare ad eos iure dominij vel quasi tanquam hæredes & successores dicti Antonij eorum aui mediante persona dicti Ludouici eorum patris & filij dicti Antonij.& quòd dictus Antonius & deinde Ludouicus eius filius & hęres tenuerunt & possederunt dicta bona per plures annos iusto titulo & bona fide,& concluserunt condemnari dictum Gisbertum possessorem dictorũ bonorum ad relaxandum dicta bona & eorum possessionẽ restituendam dictis agentibus cum fructibus &c. petendo iustitiam ministrari omni meliori modo, vt latius in dicta petitione, vnde oportet quòd aut fuerit intentata rei vendicatio, aut publiciana, aut petitio hæreditatis.aut interdictum quorum bonorum. Discutiendum est igitur an super aliquo istorum
1 sint probata incumbentia. & primò super rei † vendicatione dicendum est quòd non,quia dato quòd agentes produxerint instrumentum quoddam venditionis factæ dicto Antonio per Nicolaum Bonaueris de dimidia parte domorum positarum in burgo sanctæ Cletæ dicti castri sancti Angeli pro indiuiso cum Francisca vxore dicti Nicolai & omnium aliarum rerum mobilium & immobilium quæ tũc per se vel per aliũ suo nomine cum dicta Francisca possidebantur, tamen per hoc non fundatur intentio agentium,quia non constat quòd Nicolaus Bonaueris tunc esset dominus dictarum domorũ & aliarum rerum de quibus in libello,nec sufficit titulus emptionis & interuentus pretij & etiam traditio possessionis vacuæ ad probandum dominium secundum communem opi. gl.& Doct.in l.cum res. C.de probat.& Spe.in tit.de actio.& peti.§.sequitur. versic. si autem velis.& licet Bald.in d.l.cum res.post Nic.de Matth.ibi teneat quòd in dubio præsumatur dominus ex titulo venditionis & numeratione vel satisfactione pretij & traditione possessionis vacuæ, tamen communiter reprehenditur illa opin.quam tenuit Pla.antiquus glossator.& ad motiua Bald.respondet ibi plenè Sal.qui dicit communem sententiam esse contra Bal. & quia in iudicando non est recedendum à communi sententia, vt traditur in locis vulgaribus,ideò circa hoc non insisto, & eo maximè, quia etiam non apparet probatum de vacua possessione dicti Nicolai. & sic non sumus in casu in quo loquitur Bal.& etiam non apparet ꝙ bona de quibus in libello saltem ipsum podere & petia terræ sint de bonis comprehensis in dicto instrumento nec etiam de comprehensis in testamento Franciscæ.Et quamuis sit productum aliud instrumentum.in quo anno 1418. Ioannes vt filius & hęres dicti quondam Nicolai ratione dictæ primæ emptionis & ex causa diuisionis & alijs causis in instrumento cõtentis dederit dicto Antonio bona de quibus in petitione fit mentio, non tamen dicitur ibi quod dentur tanquam bona comprehensa in venditione Nicolai, nec in institutione facta per dictam Franciscam nullo modo videtur dictum instrumentum fundare intẽtionem agentium,quia per ea quæ in principio dixi,hoc non sufficit,nisi probetur quod d.Io.esset dominus. Et si bene inspiciatur Gisbertus in positionibus,aut responsionibus non confitetur ꝙ Ioannes de dicto tempore quo dicta bona assignauit Antonio esset dominus.& non sufficit dicere seu confiteri quod tenuerit pro suis & tanquam suas, vt no.Inn.in c.illud,in fi.de præsum.& Bar. & Ang.in l.1.in fi.ff. pro suo. & domini de Rota sua conclu. 315.& in terminis nostris ita determinat Bal.in addi.Spec.in tit.deposi.in 11.col.in versi pone in rei vendicatione &c.vbi
2 ad hoc allegat l.Titia.ff.de solu. † & etiam non possunt dicti agentes se fundare ex positionibus Gisberti, quas ipsi negarunt. vt inquit Spe.in tit.depositio.§. 8. versi.1.& Bar.in l.nõ vtique.ff.de excep.& in l.post legatum.in prin.ff.de his quib. vt indig.& in l.naturaliter.§.nihil commune. in 2.col. ff.de acq.poss.& Bal.in l.3.per illum tex.& in l.sicut.cum simi.C.
3 de repu.hære.¶Nec obst. † etiam copia æstimi producta.primò,quia in illa non apparet quod tempore quo Ioannes per dictum instrumentum assignauit dicta bona Antonio haberet dicta bona descripta ad æstimum. Prætereà simplex scri-
a ptura æstimi [a] regulariter etiam quando est authentica, non probat dominium quò ad fauorẽ illius qui est ibi descriptus. l.si pater.& ibi ad hoc illum ponderat Bal.C.de act.emp.l.solennibus.& ibi no.Bal.in prin. C.de rei vendi.& no.Bal.in l. quidam in suo.in fi. ff.de condi.instit. nisi quò ad preiudiciũ illarum personarũ quæ æstimo tali consensissent. l. censualis.C.de do.& no. Bar.in l.rura.C.de omni agro deser.lib.11. & in l.quo quisque.ff.de acqui.rer.do.possemus etiam ad infringendum dictum titulum discutere de simulatione dictorum contractuum. & etiam quod non est probatum dictum Ludouicum fuisse hęredem vniuersalem ex testamento Antonij prout deduxit in articulis suis.nec etiam aliter stante maximè ꝙ ex inspectione testamenti dicti Ludouici & etiam responsione facta per agentes trigesimæ septimæ positioni productæ per reum apparet q̃d Ludouicus habuit fratrem suum .s.Bartholomæum qui erat in humanis etiam post mortem dicti Antonij, quia satis sufficere puto predicta ad ostendendum ꝙ per dictum assertum titulum non est probatũ domi-
4 nium. ¶Nec etiam puto† esse probatum legitimè de quasi dominio dictorum agentium,ad quod ostendendum prẹsuppono ꝙ ad probationem quasi dñij requiritur titulus & traditio possessionis vacuæ, vt concludunt doc. cõiter in d.l.cum res. & in l.Celsus.ff.de vsuca.& Io.And.in addi.Spe.in ti.de causa poss.§.nunc videndum.in addi.incip.de hoc est &c.& no. Bald.in l.nam & postea.§.si petitor.ff.de iureiur. Sed non est probatum ex dictis testium vel ex instrumentis vel etiam ex positionibus dicti Gisberti vel agentium, si bene inspicia-

tur.quod tempore dictæ assignationis factę per dictum Ioan-
nem Antonio anno 1418.die 23. mensis Martii dictus Ioan-
nes possideret dicta bona saltem adeò ꝙ haberet possessionē
vacuam,secūdum quod no.in l.fi.in verbo vacua. C.vnde vi.
& in l.1.C.de seruis fugi.per Doct. in alijs locis suprà proxi-
5 mè alleg. † & per consequens constitutum seu precarium ap
positum in dicto instrumento aliter nō probato de possessio-
b ne dicti Ioannis tēpore [b] dicti constituti nihil releuat,vt col-
ligitur ex no.per gl.in l.quamuis.§. si conductor.ff.de acqui.
poss.per quam hæc ibi no.Ang.& gl.in l.2.in verbo,tradita.
& ibi expresse Ang.C.de acq.poss.& no.Ang.in l.quædā mu
lier.ff.de rei vend.& Bar. in l.1.C.quando lice.ab emp.di.&
Ant.de But.in c.cum venissent,de resti.spol. & in commēto.
c.fi.in 16.col.de causa poss.facit.l.traditio.ff.de acq.re.do.&
l.fi.§.1.ff. ad Velleia. cum si. Nec obstant huic quædam exce-
ptiones oppositæ per procuratorem Gisberti,in quibus vide-
tur asserere ꝙ d.Nicolaus & Ioannes semper possederunt &c.
quia respōdetur primò quod loquuntur de rebus de quibus
in primo instrumento, s.venditionis factæ per Nicolaum nō
autem de rebus de quibus in instrumento tituli & concessio-
nis factæ per Ioannem,& quātum intersit inter vnū & aliud,
dictū est supra. Præterea in dictis exceptionibus dicit quod
semper possedit,vt per testes Gisberti probatum est, & sic re-
fert se ad attestationes, & per attestationes non est probatum
quod tempore concessionis factę per Ioannem Antonium d.
Ioannes tunc vel ante possideret, sed post, ergo ad illud tem,
pus de quo in dictis attestationibus intelligūtur restricta ver
ba dicti procuratoris opponentis.l.2.cum ibi no.per Bald.C.
de errore aduo.facit l.ait prætor.§.1.ff. de re iudi.& l.asse to-
to.ff.de hæredi.insti.& illa dictio semper, verificari potest in
10.vel 20.annis.l.aduersus.cum gl.& ibi no. Bal.& Sali.C.dę
vsuris.l.minimè.& ibi no.Ang.ff.de leg. iuncta l.de quibus.
eo.tit.no.in l.1.ff.solu.mat.cum suis concordantiis.opposuit
etiam dictus procurator contra dicta asserta instrumenta qđ
non erant authentica & scripta manu notariorum publico-
rum.nec in contrarium reperio pro parte agentium esse suffi
cienter probatum prout de iure requiritur,vt not.in auth,at
si contractus,& in corpore vnde sumitur. C.de fide instru.&
per Bart.in l.1.§.si quis neget.ff. quemadmo. testam.aper.&
per Doct.in c.1.de fide instru.& Cy.in l. comparationes.C.
eo.tit.cum similib. ¶Nec videtur posse rectè dici ꝙ sit proba-
tum ꝙ peruenerit possessio vacua posteà ad dictum Ludoui-
cum, quia respondeo hoc non videtur probatum, sed potius
contrarium, quia per plures (& vt mihi videtur) vrgentiores
attestationes est probatum de possessione dicti Ioannis,s.post
tempus constituti hoc est a 30. annis & citra vsque in tem-
pus quo dicta bona donauit Gisberto. quidam etiam probāt
de tempore a 28.annis,quidam à 26.& quidam a 25.& qui-
dam a 20.vt deponunt maximè Paulus,& Matthæus,& Ren-
tius Antonii,& Rentius Coldinii,& Nicolutius,& Antonius
Mei,& Peruganus,& Matthęus,& Benedictus,& Lucas.Agē-
tes verò conati sunt probare de possessione Antonii,& Ludo-
uici.sed per pauciores & debiliores attestationes testium nu-
mero sex, & aliquorum ex eis fides est attenuata ex probatio-
nibus in contrarium factis, vt est circa personam Nannis Vi-
ci,& Gabrielis,& Ioannis.nam fides Nannis Vici est attenua-
ta,quia probatum est per Paulum Iacobi de Belforto, & An-
6 tonium Ludouici testes de odio & inimicitia † quam habe-
bat d. Nannes contra dic. Gisbertum. & dato quod qualis &
quanta inimicitia repellat ex toto testem committatur iudi-
cantis arbitrio,vt not.glo.& Docto.in cap.cum oporteat, in
verbo,inimicos.de accus.& glo.3.q.5.in c.accusatoribus, in
glo.quæ incipit,Argumentum &c.& no. Bal.in auth.si dica-
tur. C. de testi. tamen inimicitia & odium semper diminuit
de fide testis,& facit eum non integrum,vt no.Doc.in d.c.cū
oporteat. & Pet.de Anch.in consi.117.incip. Ad corrobora-
tionem prædictorum contradicere etiam videntur attestatio
ni dicti Nannis plures testes Gisberti, & potissimè Rentius
Antonii, Nicolutius Vernaciæ, Nicolaus Vernaciæ, & Ren-
tius Celaducii,quorum dictum præualet,vt in c.in nostra,&
7 plenè no.de testi.† attenuata est etiam fides d. Gabrielis,quia
apparet eum fuisse inquisitum de crimine falsi & carceratum
pro illa falsitate & confessum in iudicio fuisse se tale crimen
commisisse, vt patet ex actis, & talis cōfessio reddit testem in-
famē, vt tenet gl. in l.ictus.& in l.quoniā.ff.de infa.& Inno.
in c. super his.de pęnis. & Bal.in l.1.in prin.ff.de his qui no.
infa.& dato ꝙ Bar.fuerit in alia opinione,tamen saltem nega
ri non potest quin saltem sit infamis infamia facti, iuxta not.
per Dy.& Io.And.in regula,infamib. & per gl.& doc.in l.1.
in prin.ff.de his qui no.infa. & expressius per Bal.in l.cūctos
populos.in 5.opposi.C.de sum. Trini.quo casu testimonium
talis testis non est integrum, vt not.in l.2.§.duæ causæ.ff.de
carbo.edic.& in d.l.cunctos populos. ¶Debilitata est etiā fi-
des dicti Ioannis, quia affirmat ꝙ auus dictorum agentium
erat patruus ipsius testis, ergo non est eius testimonium inte-
grum, per not.in l.etiam matris.ff.de probat.& per Bart.in l.
admonendi.ff.de iureiur.in 9.col.& in l. aut affinitate.ff. dę
procu. cum si. Pretereà istę testis non recordatur de temporę
8 actus possidendi. ¶Nec † etiam potest intentio agentiū pro-
cedere in petitione hæreditatis, quia aut volumus dicere ꝙ
remanserunt dicta bona in hæreditate dicti Antonii, & ꝙ tan
quam pro bonis hæreditatis Antonii competat dictis agenti-
bus petitio hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum,
& certum est ꝙ hoc esse non potest,quia cum in libello narrę
c tur quod postquam Antonius possedit,[c] Ludouicus etiā pos-
sederit vt eius filius & hæres,sequitur quod desiit posse com
petere petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorū,
tanquam de re hęreditatis Antonii,vt no.gl.1. in fi.c.1.in fi.
de confessis.in 6.& gl.& Bar.in l.nec interest.ff.de fideicom.
hęre.peti.& Cyn.in l.fi.prope antep.q.C.de edicto diui. Aut
nos volumus dicere ꝙ remanserit in hæreditate Ioannis, &
ꝙ istis agentibus tanquam hęredibus Ioannis competat actio
hęreditatis, vel interdictum quorum bonorum. & adhuc di-
co ꝙ non possunt in talibus remediis obtinere, quia oporte-
bat apparere ꝙ ista bona remanserint in bonis dicti Ludoui-
ci tempore mortis suæ.l.2.C.quorum bo.sed non est proba-
tum, imo nec allegatum ꝙ d.Ludouicus possideret seu tene-
ret tempore mortis suæ dicta bona,imò est probatum contra-
rium ꝙ illa tenta & possessa fuerunt per Ioannem Nicolai Bo
naueris vsque in tempus quo illa bona donauit d. Gisberto,
& ꝙ d.Antonius & Ludouicus sciuerunt & passi fuerunt di-
ctum Ioannem possidere, vt deponunt Paulus de Lagamber-
ta, Benedictus de Lagamberta & Rentius Coldicii & alii te-
stes de quibus dixi supra, nec dicatur quod quò ad dominiū
vel quasi remanserint in hæreditate d. Ludouici, quia suprà
puto ostendisse in Ludouicum non fuisse translatum domi-
9 nium vel quasi. ¶Accedit † etiam quia petitio hæreditatis nō
datur contra possidentem cum titulo.l.regulariter.ff.de pet.
hęre.& l.hęreditatis.C.de peti.hæredi.& l.1.cum ibi not.ff.
quorum bon. & Gisbertus pro dimidia quam possidet habet
titulum donationis a d.Ioanne.& tempore quo Ioan.sibi do-
nauit & eius Gisberti nomine possidere constituit est proba-
tum per dictos testes Gisberti quod Ioannes possidebat & qđ
postea d.Gisbertus possedit sciente, & patiente d.Ioanne, &
per consequens potior debet esse causa Gisberti.l. siue aūt.§.
10 si duob.ff.de publica. ¶Nec ob.si diceretur † quod dictus ti-
tulus donationis habetur pro non titulo, eò quia fuit dictus
titulus collatus à Ioanne patre Guidonis,& quod ad Guido-
nem spectabant dicta bona vt aduentitia vigore legati sibi fa-
cti,a d.Ludouico,iuxta l.1.in fi. C.de bo.mat.iuncta l.nec vl
lam.§.omnibus. cum seq.ff.de peti.hære.quia respondeo qđ
illud testamentum parum in hoc operari videtur. nam in te-
stamēto Ludouici dicitur quod ipse legat d. Guidoni omnia
iura & res quę & quas Antonius pater eius habuit a Nicolao
Bonauere & à Francisca eius vxore intelligēdo de bonis quæ
ipse Ludouicus tunc habebat penès se.Sed non apparet quod
d. Ludouicus tempore testamenti haberet dicta bona penès
se, ergo &c. Prætereà dictum legatum fit de rebus & iuribus
acquisitis a dicto Nicolao,& à Francisca,sed ista bona saltem
excepta dimidia domus habuit a Ioanne dicti Nicolai, & nō
comprehenditur ex inspectione testamenti Franciscæ, nec ex
instrumento venditionis factæ per d. Nicolaum d. Antonio
quod ista bona cōtenta in libello sint illa de quibus in dictis
testō & instrō venditionis fit mentio, vt etiam suprà dictum
11 fuit. ¶†Deniq; non apparet quod tempore dictæ donationis
dictū legatum fuisset agnitum per d.Guidonem & patrē eius
legitimū administratorem,secundū formā.l.fi.in prin.iuncto
§.fi.C.de bo.quæ lib.& per prædicta apparet superuacuū esse
discutere

discutere de effectu repudiationis aut cessionis factæ per dictum Guidonem circa dictum legatum. & cōprobatur hoc: quia dictus Guido non potuit per se sine patre renunciare dicto legato, imò renunciando deuolueretur in patrem, vt in d.
d l.fi.[d] in prin. iuncto §.fi.versi.quæ in legatis. C.de bono.quæ libe.nec potuit Guido sine patre suo illud ius legati in alium transferre, vt d.l.fin.§.filij autem.non inficior tamen ꝙ mihi aliquam præcedentis machinationis suspicionem dictum legatum intulit concurrentib.aliquibus alijs de quibus in processu: ex quibus non solum iuris rigor verum etiam & equitas me in hanc sententiam traxit. Ex quibus omnibus pro reformatione primæ sententiæ latæ in fauorem dicti Gisberti consulo dictum Gisbertum à petitione dictorum agentium debuisse & debere diffinitiuè absolui, non dico ex causa inserta in dicta sentētia, sed ex alijs causis maximè suprà deductis, & ex iusta causa litigandi vtranque partem ab expensis omnibus absoluendam fuisse & esse. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Aestimi.supra eo.consi.57.nu.17.
b ¶Tempore.supra lib.6.consi. 161.nu.j.
c Possedit.supra lib.6. consi.152.nu.j.
d ¶D.l.fi. Quæ exoleuit & locus est.l.vnicæ.C.de cadu.toll.

SVMMARIVM.

1 *Testis debet reddere rationem non interrogatus in his quæ iudicio rationis percipiuntur.*
3 *Testi periuro in nullo creditur.*
4 *Confessio parte absente non probat nisi semiplenè.*
5 *Adhibenti tardè medicum ita imputatur ac si non adhibuisset.*
6 *Culpa debet limitatè & certè probari.*
7 *Circa, dictio vitiat dictum testis.*

CONSILIVM CLXXXIII.

Viso processu inter Vincentium Armigerium agētem, Ruffinum de Verona ac Thadæum eius filium se defendentes, attingam ea quæ videntur mihi magis substantialia & concernentia merita causæ, ex quibus mihi videtur de iure concludendum partes domini iudicantis esse in absoluendo dictos reos conuentos a petitis, quia non est probatum id quod incumbebat actori, ideo succedit regula quod actore non probante plenè reus venit absoluēdus.l. qui accusare.
1 C.de eden.c.1.vt ecclesiast.benefi.nam posito † quod diceremus esse probatum de commodato equi; tamen attento quod actor fatetur equum sibi restitutum, sed deterioratum culpa commodatarij & infirmum, adeò ꝙ inde mortuus est, & sic vult actor inferre reum non esse liberatū, & quod varijs actionibus adhuc possit conueniri, vt habetur in l.3.§.si reddita. ff.commod.l.1.§. si res deposita.ff.deposi.l.qui sibi.§.qui Stichum.& ibi plenè per Bar.ff.de solu.& per gl. ordinariam in l.eleganter.§.non solum.ff.de dolo.& per Cy. in l.exhibitionis.C.ad exhib.non est probatum quod hic equus fuerit redditus deterioratus culpa commodatarii, quia non sunt sufficienter probata legitimè ista duo extrema necessaria, s.ꝙ tempore quo equus fuit cōmodatus, esset sanus, & quod posteà fuerit restitutus deterioratus culpa commodatarij. ¶Et licet ad probandum quod esset sanus, sint inducti duo testes, s. Laurentius famulus Pauli Marischalchi, & iste non probat, quia
2 ad hoc † vt testis probet in his quæ percipiuntur potius ex ratione mentis vel peritiæ quàm ex sensu corporis, testis non probat nisi rationem dicti sui hoc inferentem reddat, etiam si de ea non sit interrogatus, vt no.Innoc.& alij post eum in c. cum causam quæ inter archiepiscopum, de testi.& Spe.& Io. And.in tit.de testi.§.nunc tractandum, vers.quid ergo si quis petit.cum versi.seq.& no.legistæ, maximè Bal.in l.3.C.de testi.& in l.cum hi.§.1.ff. de transac.& Bart. in suo tractatu de teste. sed iste testis non assignat rationem dicti sui, ergo non probat.quinimò non probat alia ratione, quia ipse nescit an ille equus tunc vel quando fuerit postea habitus per Thadeū. Item est singularis. Alius testis est Dominicus Iochanini, & iste etiam non reddit aliquam causam sciētiæ dicti sui ex qua declarat ꝙ intellexerit equum tunc esse sanum; ergo nō probat per proximè dicta. Præterea iste testis est periurus, & deprehenditur de falso, quia interrogatus quanto tempore vixit equus postquam fuit restitutus per Thadæum, respondit quòd per duos dies cū dimidio, & sic voluit limitatè loqui, & tamen cæteri testes deponunt de multo pluri. nā Gabriel deponit quòd iuit posteà ad medicādum equum per dies sex vel octo & Paulus eius pater dicit ꝙ curauit eum per qua-
3 tuor vel quinque dies.† & testi periuro[a] vel deponēti falsum
a in vno, non creditur in aliquo.c.testimonium.de testi.9.dist. c.sicut sacras, & ibi no. Archid.& firmat glo.in c.in nostro.in prin.gl.magnæ de testi.& Inno.in c.fraternitatis.de hæreti.& Spe.in tit.de testi.§.1.versi.item ꝙ aliquid de suo.& doc.maximè Bal.& alij post eum.in l.si ex falsis.C.de transac.& Old. in cons.36.incip.Ad primam q.&c.& est communis conclusio doctorum vbique. ¶ Præterea posito ꝙ esset probatum & equus tunc fuisset sanus, quando fuit commodatus & consignatus Thadæo quod tamen in ueritate non est probatū, nō potest dici esse probatum legitimè aliud extremum necessarium, scilicet quando equus fuit restitutus ꝙ esset deterioratus seu infirmus ex culpa dicti Thadæi. nam Rizinus de Gabraneda armiger primus testis de hoc nihil dicit de infirmitate aliqua, nisi quòd audiuit Thadæum dicentem quòd dum applicuisset ad terram de Cigulis, equus erat strachus ita & taliter quòd ipse non poterat equitare, sed quod esset infirmus aut quod aliqua culpa Thadæi interuenerit, nihil dicit, & sic dictum istius non concludit, & per consequens non releuat. c.in præsentia, de probat.l.neque natales.C.de probat.Item iste testis est vnicus & singularis in dicto suo; ergo non probat.l.iurisiurandi.C.de testib.c.in omni negotio. de testibus.
4 ¶†Præterea deponit ꝙ ista verba fuerunt prolata absente Vincentio, & sic non potest dici quod faciant semiplenam probationem, quia si essent probata per duos testes non facerent nisi semiplenam probationem.c.fi.de success.ab intest.l.fi. ff.de interrog.act.l.certum.§.si quis absente. de confessis, no.Bar. in l.admonendi.ff.de iureiur. in 8.& 12. col. cum similibus. ¶Gabriel secundus testis potius probat contra Vincentium, quia deponit ꝙ prima die qua vidit equum, visum est sibi ꝙ equus non patiebatur, nec infirmus erat, vnde de eo quod ex post superuenisset, non teneretur Thadæus, & de nulla culpa commissa per Thadæum deponit. Magister Paulus qui deponit de vno equo baio etiam non probat ꝙ quando Thadæus restituit, equus esset infirmus, aut tale quod ex quo infertur quod tempore restitutionis esset infirmus: Item dicit ꝙ si debita medicamenta fuissent facta a principio seu incontinenti, potuisset equus sanari, dicit tamen se non affirmare. & posito
5 quod non affirmet, tamen† de iure habemus, quod si quis tar
b dè[b] adhibuit medicum, ita sibi imputandum est sicut si nullum medicum adhibuisset, vt no. Moderni. in c.significasti, el ij.de homici.facit.l.qui occidit.§.fi.ff.ad leg. Aquil.& quod no.maximè per Bal.in l.si ab hostibus.§.fi.ff.solu.mat.iuncta l.si rem.§.fi.ibi, dum tamen &c.ff.de eui. sed equus secūdum quod dicunt testes actoris fuit restitutus vna die hora 23. & posteà distulit Vincentius vsque ad diem sequentem adhibere medicum aut denunciare Thadæo. & dicit Gabriel quod fuit die sequenti in sero vocatus, licet Dominicus dicat ꝙ fuit die sequenti in mane. & non videtur iste testis legitimè probare culpam Thadæi, licèt dicat simpliciter quod culpa Thadæi mortuus est. moueor per id quod dicit notabiliter Bart.
* in consi.93.incip.Commune Lugnani,* vbi consuluit quod
6 † licet testes deponant quod fundus conductus fuerat damnificatus culpa & negligentia conductoris, si tamen testes nō exprimunt, in quo fuerit commissa culpa vel negligentia, nō dicetur esse probata culpa vel negligentia, quia debet probari
c culpa limitatè & certè. [c] allegat id quod habetur in l. prætor eduxit, in prin.ff.de iureiu.l.aut qui aliter.§.1.ff. quod vi aut clam.c.vt circa. de elec.lib.6.c. præsentium, de testi.insuper isti testi non est credendum, quia periurus & falsus & aliis testib.contrarius, vt dixi per no.in d.c.in nostra. ¶Quinimò in contrarium pro parte rei sunt producti testes ad probandum ꝙ tempore restitutionis equus erat sanus, vt deponit apertè Ioannes Dominicus, & reddit rationem ꝙ equus incontinenti incepit comedere, & quod erat gagliardus, vt verbis suis vtar. & super hoc etiam deponit Rizius Zanoni. & dato quòd aliquo modo posset argui cōtra probationem istorum

duorum testium, tamen multò magis argui potest probatio testium Vincentini quod non concludat ꝙ equus fuerit tempore restitutionis deterioratus culpa Thadæi, vt patet ex pręmissis. & vbi sumus in dubio an interuenerit culpa Thadæi non potest ex culpa condemnari, vt in notabili exemplo ad propositum decidit Bald. in l. si creditor. C. de pigno. action. ¶Rursus in alio defecit, quia non probauit de pretio equi, nã Paulus solus de hoc deponit, & dicit quod nescit cuius ætatis esset equus, saluo quòd erat vnus pulcher roncinus, & quod
7 credere suo erat valoris circa ducatorum duodecim. †Sed ita est de iure quod quando testis in dicto suo deponit per dictionem circà, nunquam dicitur probare, quia non cõcludit nec determinatè loquitur ita notabiliter probatur in c. fin. de despon. impu. quem ad hoc ibi ponderat Ant. de But. & reputat menti tenendum. Item in proposito dicit Bart. in tract. de teste, in 2. col. ꝙ quia in ęstimatione equi & fundi requiritur diligens inuestigatio aliter quàm in æstimatione frumenti vel similium. & testis deponens de valore fundi vel equi etiam si non sit interrogatus debet reddere rationẽ dicti sui, aliàs non probat, per no. per Inn. in d. c. cum causam. & dicit Bar. in loco proximè allegato ꝙ adhuc vehementior discursus requiritur in ęstimatione equi quàm in ęstimatione fundi, & in proposito nostro dictus testis nõ assignat rationem dicti sui, imò dicit ꝙ nescit cuius ætatis esset equus, quod est maximum in æstimatione equi, istud etiam in effectu voluit Bal. in repe. magna. l. 2. in prin. vltimæ char. C. de rescin. vend. & in l. fi. in fi. C. de iu. do. impe. & in d. l. 2. C. de testib. Ex quibus omnibus concluditur ꝙ intentio dicti Vincentij neque plenè neque semiplenè probata est contra Thadæum, & per cõsequens partes iudicis sunt in absoluendo eum, & multò magis in absoluendo Ruffinum patrem eius, quia etiam posito ꝙ appareret Ruffinum consensisse contractui prædicto. s. commodato celebrato per filium si aliter de promissione & obligatione Ruffini non apparet, non obligatur pater ex dicto contractu, nisi quando filius haberet peculium à patre concessum, quia tũc pater obligatur vsque ad vires peculij. ita habetur in l. Lucius Titius. ff. de admi. tut. & in l. j. §. si ratum. cum gl. ff. quod iussu. & not. Bart. in l. 1. C. de decur. lib. 10. & in l. si cum dotem. §. transgrediamur. in fi. ff. sol. mat. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Periuro. supra eo. consi. 54. nu. 12.
b Tardè. supra eo. consi. 124. * Facit illud Poeticum, Principijs obstat, * serò medicina paratur, Cum mala perlongas conualuere moras.
* Commune Lugnani.] Est nu. 193. dub. 3. & 2. & consi. Bart. sequitur Alex consi. 100. col. 2. lib. 1. & consi. 136. col. 1. hoc eod. lib. 7. & Dec. consi. 430. circa prin. Nat.
c Certè. Deci. consi. 436. consi. 562. in fi. consi. 632. col. j.

SVMMARIVM.

1 *Depositio testis & confessio relata ad instrumentum, valet. & num. 2.*
5 *Depositum in dubio præsumitur non mutuum.*
6 *Probationis appellatione intelligitur de plena.*
7 *Probatione per testes vel instrumenta reiecta, recipitur mista.*
9 *Tabellio quis probatur si per decennium habitus est pro tali.*
10 *Dicta testium iuuanda non calumnianda.*
11 *Circa, dictio vitiat probationem testis de certo tempore.*
12 *Vsurarius si quis hodie probetur, non præsumitur fuisse retro.*
13 *Fama quomodo probanda. & nu. 14. 15. 16. 17. 18.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

Viso processu inter spectabilem artiũ & medicinæ doctorem do. magis. Philippum & fratres de Badalochijs agentes tanquam hæredes do. Ioannis de Badalochijs, & Peregrinum quondam Antonij de Crila se defendentem, sentio de iure partes iudicantis esse in condemnando iuxta contenta in petitione agentium, quia probata videtur eorum intentio circa dictam obligationem cẽtum ducatorũ, de qua in libello fit mentio, & pro parte rei non sunt probatæ exceptiones quæ excludant agentes ab eorum intentione. Quòd autem sit probata intentio agentium, patet, quia primò per attestationẽ Christophori de Zambernardis, qui primò examinatus die 11. 1481. super dicta obligatione ducatorũ centum dixit se referre ad instrumentum de quo ipsemet fuit rogatus, posteà etiam iterum examinatus die 22. Augusti, eiusdẽ anni, & exhibita sibi imbreuiatura & prothocollo in quibus continebatur dicta obligatio ducatorum centum contracta inter d. do. Ioannem deponentem, & d. Antonium depositarium, attestatur illam imbreuiaturam & prothocollũ esse de manu sua, & quod contenta in ea sunt vera prout in ea est scriptum, sed quod non recordatur de subscriptione secundi notarij apposita in dicto instrumento, nec de numeratione ducatorum de quibus in prothocollo fit mentio. ex his igi-
1 tur apparet † testem istum facere omninò saltem semiplenã
a probationem, tum quia se refert ᵃ ad instrumentum de quo ipsemet extitit rogatus, & tanquam rogatus in scripturã prædictam redegit, & tale testimonium receptum à iudice valet, vt no. Bar. in l. eos. in vlt. col. ff. ad legem Corne. de fal. arg. l. qui liberis. §. testamento. ff. de bon. poss. secundum tab. & l. 1. §. si filius. ff. de lega. 3. & l. quærebatur. & l. tribunus. §. 1. ff. de mili. testa. facit l. prætor. §. j. cum si. ff. de re iudi. & l. asse toto. ff. de hære. insti. cum si. & no. Bar. & alij in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & Bal. in l. gesta. in 1. col. C. de re iudi. & in l. fi. C. de testib. & Anto. de But. in c. cum in tua. de testib. & Pet. de Anch. in cle. testibus. ad fi. de testib. facit quod no. Bar. in l. 1. in pen. col. ff. si cer. pet. & in l. Theopompus. in penul. q. ff. de
2 dote præle. cum suis concordantijs. ¶† Et posito quod etiam aliquo modo dici posset dictum instrumẽtum esse inualidũ, eo quia non esset probatum quod ibi esset subscriptio secundi notarij requisita ex forma statuti, tamen hoc non impediret quin valeret attestatio dicti Christophori, quatenus se referret ad contenta in dicto tali instrumento. probatur per ea quæ no. Inno. in c. cum venerabilis, de except. & Bal. in l. alia. circa medium. in versi. sed pone quod quis confitetur &c. C. de his quib. vt indig. vbi concludunt quod si confiteor cõtenta in tali instrumento esse vera, licet illud instrumentum sit non solenne, vt quia non sit ibi dies, consul, vel nõn sint testes aut similes solennitates; non per hoc infringitur dicta confessio. ita in proposito d. Christophorus refert se ad dictã scripturam manu sua, & sic affirmare dicitur ea quæ in ea continentur d. l. ait prætor. §. 1. & propter scripturam factam manu sua recordatur ita esse, quæ ratio militat siue scriptura illa
3 sit solemnis, siue non. ¶† Bene facit quod no. Bart. in d. l. 1. in pe. col. ff. si cer. pet. vbi dixit quod si testis interrogatus an Titius fecerit testamentum tali anno & mense, & die tali, dixit ꝙ sic. interrogatus quomodo scit, respõdit quia vidit scripturam ab ipso teste factam, & propter illam recordatur, probat optimè, & dicitur assignare bonam rationẽ dicti sui, per l. iubemus, & ibi hoc etiam not. Bal. C. de testa. & l. si quis ex assignatorib. ff. quemad. test. aper. Nec ob. ꝙ iste testis in secunda attestatione dicat ꝙ non recordatur de numeratione ducatorum de quibus fit mentio in dicto prothocollo, quia per hoc non est quin probet, nec per hoc dicit aliquid repugnans primæ examinationi, quia in dicta scriptura seu imbreuiatura non dicitur ꝙ tempore confecti instrumenti fuerit numerata pecunia in pręsentia notarij, sed solum probatur per instrumentum de confessione d. Antonij confitentis se habuisse in præsentia notarij & testium, non autem dicit notarius in scriptura ꝙ habuerit & receperit in pręsentia ipsius notarij, vt patet per illa verba, videlicet quos ducatos centũ auri dixit habuisse & recepisse in præsẽtia mei notarij & testiũ infrascri-
4 ptorum, &c. †quę verba intelliguntur esse verba confessionis d. Antonij relata per notarium, non aũt verba notarij, ut not. Bar. & alii post gl. in l. si ex cautione. C. de non nu. pec. & Bal. in l. si ex pretio. & in l. si absentis. C. si cer. pet. & in l. vnica. in 10. col. C. de confes. & Ant. de But. in c. si cautio, de fi. instru. ¶Suppletur probatio resultans ex attestatione d. Christophori per id quod attestatur Andriolus in prima eius examinatione facta die 14. mensis Maij, nam deponit se interfuisse numerationi dictæ pecuniæ ascendentis ad summam ducatorum centum factæ per dictum do. Ioannẽ d. Antonio in arce Guardasoni. & quia tunc ibi non erat notarius d. Ioannes misit Bonifacium filium suum cum d. Antonio ad mõtem Lugulum & ꝙ ibi reciperet obligationem dicti Antonij nomine ipsius Ioannis redigendam in scriptura per dictum Christophorũ notarium, & ꝙ ita factum fuit. & licèt dicat quod nescit ex qua

qua causa facta fuerit numeratio prædicta; tamen ostendit in testificatu suo istam causam, scilicet vt d. Antonius iret ad montem Lugulum, & ibi se obligare d. Bonifacio recipienti nomine d. Ioannis ad restitutionem dictæ pecuniæ, vt clarè patet ex verbis d. Andrioli ibi dum dicitur, obligationem reciperet. & ibi dum dicit, & pro restitutione quorum obliga-
5 uit &c. ¶ † Præterea quando sumus in dubio ex qua causa pe-
b cunia data fuerit, intelligitur in dubio ex causa depositi, [b] vt in proposito nostro firmat Bal. in l. incendium. C. si cer. pet. in fin. & no. glo. in l. die sponsaliorum. §. j. eo. tit. & Paulus de Cast. in l. Lucius, la j. eo. tit. & Bal. in l. cum quid. in lect. antiqua. ff. si cer. pet. & saltem hoc est verum in casu nostro, scilicet quando apparet coniectura q ex causa depositi fuerit numerata: in hoc enim attenditur coniectura, per no. per gl. & doct. in d. l. cum quid, & in d. l. incendium. & in proposito nostro est coniectura quod pecunia à principio fuerit per Ioannem numerata ex causa depositi: paulopost fuit confessus d. Antonius dictam pecuniam habuisse ex causa depositi, vt in scriptura & per attestationes Christophori apparet. vnde per ea quæ incontinenti sequuta sunt, declaratur quæ fuerit a principio intentio contrahentium. l. si ventri. §. fi. & qd ibi Bart. ff. de priuil. cred. & c. officii. de elec. & quod not. Io.
* And.* in addi. Spec. in tit. de deposito. in rubr. in versi. fuit &
c quæstio. & attento q d. Christophorus fuit & est notarius [c] & sic est approbatæ fidei, operatur eius attestatio, vt etiam dato q testimonium Andrioli aliqua ratione non esset omnino integrum; tamen vnius testimonium per aliud suppletur l. si quis ex argentariis, iuxta princ. cum ibi no. per Bald. & Ang. ff. de eden. & no. Bal. in l. 1. C. de testa. & Salic. in l. in
6 bonæfidei. C. de reb. cred. ¶ Accedit † vltra depositiones dictorum testium ipsa scriptura & imbreuiatura Christophori notarii recognita per eũdem Christophorum cuius dicto statur q sit manu sua l. si quis decurio. cum gl. & ibi doct. C. ad leg. Cor. de fal. in qua apertè cõstabat de huiusmodi obligatione. & posito q non esset probatum plenè adhibitũ fuisse secundum notarium: & statutum dicat q tunc non adhibeatur fides tali instrumento: tamen dictum statutum intelligitur de plena fide: quia quando fit mentio de fide faciẽda vel non facienda, intelligitur de plena, vt no. glo. in cle. constitutionem, in verbo, fides. de elec. sicut quando fit mentio
d de probatione intelligitur de plena, [d] vt no. Bar. in l. ait prætor. §. j. ad fin. ff. de re iudi. & Bald. in l. peremptorias, in vlti. col. C. de proba. vbi ad hoc allegat. l. Lucius. ff. de condit. & demon. † vnde dictum statutum non intelligitur inualida-
7 re dictam scripturam, nisi quò ad hoc vt per se sola nõ faciat plenam fidem: sed iuncta cum aliis adminiculis bene ꝓbabit. sicut etiam no. dicit Bar. & alii post eum in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. dum per ibi no. per glo. voluit q si statutum ꝓhibet probari posse debitum vltra 20. libras
* per testes: non intelligitur * prohibere probari posse per te-
e stes simul [e] cum scriptura, vt etiam no. Io. And. in addi. Spec. in tit. de fruc. & interesse. §. fi. in fi. & Bald. in auth. sed nouo iure. in 4. col. C. si cer. pet. & in l. fi. C. de fideic. & Sali. in authen. cassa. C. de Sacrosan. Eccl. & Petr. de Ancha. in regula, accessorium, in 4. q. & in commento ca. canonum statuta. de cõsti. in versi. circa istam extensionem alibi singulariter &c. & Io. de Imo. in c. auditis, de resti. in integ. bene facit text. in ca. series. secundum vnum intellectum doctorum de test. & ideo secundum Bal. valde notabiliter in d. §. quoniã. in vlti. col. stante dicto statuto q per testes nõ possit fieri probatio, si ꝓducta fuit scriptura priuata, & ei fuit imposita fides per testes: valebit huiusmodi probatio non obstante dicto statuto. allegat in arg. d. l. si quis ex argentariis. iux. prin. ¶ Cõcur-
8 rit etiam quia † est probatum per Andriolum prædictum q Antonius prædictus tanquam secundus notarius se subscripsit in instrumento de quo fuit rogatus d. Christophorus. producta etiam sunt plura instrumenta publica, in quibus continetur q dictus Antonius se subscripsit pro secundo notario. & ita est in eis posteà subscriptio sub nomine d. Antonii tanquàm secundi notarii. & potuit dictus Antonius subscribere pro secundo notario dicto instrumento confecto contra se l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contratab. & l. ex sententia. ff. de testa. tut. l. impuberem. §. fi. & ibi no. Bar. ff. ad leg. Cor. de fal. & no. etiam Bal. & alii in l. si consul. ff. de adopt. & l. 2. ff. de stip. seruo. & Bald. in auth. contra qui propriam. in 1. col. C. de non nu. pe. & Ant. de But. in c. 1. de fid. instr. & quando agitur de comparatione publici instrumenti, comparatio facit plenam fidem. §. si verò nullus. & ibi no. Iaco. de Beluis. in auth. de instru. cau. & fide. & no. etiam ipse in ea auth. §. fin. vel secundum glo. in l. comparationes, & in auth. ibi posita. C. de fide instru. committitur iudicantis ar-
f bitrio. [f] & quando tractatur de comparatione faciẽda ad publicum instrumentum celebratum super cõtractu de cuius substantia non erat scriptura; tunc saltem quò ad adminiculum potest fieri comparatio. etiam non seruata illa subtili solennitate, quæ traditur regulariter in comparatione facienda, vt not. voluit Nico. de Matta. & Bal. in auth. sed nouo iure, circa 4. vel 5. col. C. si cert. pet. vbi ad hoc inducunt id qđ habetur in auth. de inst. caute. & fide. §. sed & his. in fi. nõ videtur ergo posse insinuari q hìc multa non concurrant, scilicet & dicti duo testes & dicta imbreuiatura Christophori, & dicta allegata subscriptio adiuuata cum dictis adminiculis, vnde posito q etiam illi duo testes seu aliquis eorũ in aliquo deficeret: adhuc essemus in regula, quæ habet, quæ singula non iuuant, multa prosunt ca. causam quæ. de proba. cũ ibi plenè no. & voluit glo. no. in l. 2. circa princ. ff. de excusa.
9 tuto. ¶ Et per dictam † multitudinem instrumentorũ in quibus fit mentio quod dictus Antonius adhibetur pro secundo notario satis dici potest præsumptiuè probari de tabellionatu eiusdem, vt no. Spec. in tit. de fide instru. §. restat. ver. illud etiam notandum. & doct. in c. 1. de fide instru. & Bald. in l. ad testium, §. conditionem. ff. de testa. & Ang. in auth. de tabel. in prin. in 2. col. & in l. 1. C. de testa. & saltem quãdo ap-
g paret ipsum fuisse habitum talem [g] per decennium, vt egregiè traditur p Bal. C. de serui. & aqua. in l. 2. in 19. col. in versi. nunc de 5. puncto. & in l. 2. C. de senten. & interlo. om. iud. & per Sali. in l. 1. in vlt. col. C. de testa. arg. l. cum de in rẽ verso. ff. de vsur. & l. si filius. C. de pet. hæred. & l. post mortem. ff. de adopt. & no. Bar. in l. Barbarius Philippus. in fi. ff. de offic. prætor. ¶ Ex his apparet etiam q quamuis aliter non processerint ad aliam comparationem dictæ subscriptionis cum dictis instrumentis productis: tamen esset sufficienter probata intentio dictorum agentium, per superius dicta. & pro ista parte libenter cõsului: quia mihi videtur plurimùm amica veritati, reiectis calumniis & cauillationibus quæ reiiciẽ-
10 dæ sunt. † vnde ad propositum inquit Bald. quod dicta [h] te-
h stium sunt iuuanda, non calumnianda. ita inquit ipse in l. de quibus, in vlti. col. ff. de legi. & in rub. ff. de rerum diui. & in l. 2. C. de tẽp. app. per notata per glo. in l. stipulatio ista §. hęc quoq;. ff. de verb. oblig. & per notata per Bar. in l. 1. ff. si cert. pet. vnde non puto admittendum si quis diceret q testes varient in persona contrahentis, attento q Christophorus referendo se ad instrumentum videt deponere q contractus fuit celebratus cum Antonio de Crola filio Pauli dicti Furloni Ciuis Parmæ. Andriolus verò deponit q dictus contractus fuit celebratus cum Antonio de Furlonibus: quia respondeo q Andriolus in suo primo testificatu dicit quod dicta pecunia fuit numerata Antonio de Furlonibus, vt suprà nominato. & suprà in illa scriptura attestationis Andrioli fuit nominatus Antonius de Crola vt pater dicti Peregrini. item cessat obiectio: quia etiam Christophorus referendo se ad instrumentum dicit q aliàs vocabantur Furloni. ad hoc bene facit l. Lucius. ibi, qui & Physillus vocatur. ff. de fideicom. lib. & quod ibi no. Bart. qui aliàs ponit in l. Imperator, eo. tit. & l. decernimus. & ibi Bar. C. de aquæduc. lib. 11. probatur etiam per testes Peregrini q d. Anto. pater Peregrini vocabatur Antonius de Furlonibus. vt deponit maximè Vincentius de Cantellis & Guilielmus de Riziis & Apollonius. ¶ Nũc videndum restat an reus probauerit intentionem suã super exceptione præscriptionis per sex testes vt requirit statutum volens q transcurso decennio intra quod fœnerator debitum non petierit in iudicio vel extra si debitor, vel eius hæres probauerit debitum fuisse vsurarium & etiam probauerit per sex testes fide dignos per publicam vocem & famã deponentes talem creditorem fuisse vsurarium seu fœneratorem non possit fœnerator agere, vt latius in dicto statuto continetur. in quo respondeo reũ non probasse intentionem suam aliquo modo, vt clarè constat ex inspectione attestationum

num dicti Peregrini. Nam primus testis non probat. Primò quia deponit ꝙ possunt esse anni 28. vsq; in 30. vel circa elapsi ꝙ audiuit dictum do. Ioannem esse vsurarium. & sic non concludit de necessitate ꝙ tẽpore dicti celebrati contractus qui fuit celebratus anno 1443. die 29. Iulii. dictus Ioannes
11 esset vsurarius seu quod ita esset publica vox & fama. † quia quando testis habet probare aliquod determinatum tẽpus, & deponit de tempore illo: & addit dictionem vel circa, nõ dicitur concludenter probare de tempore illo determinato, quod erat probandum, vt est tex. in c. fin. de despon. impub. quem ad hoc ibi Ant. de But. dicit esse notabilem & menti tenendum. cum ergo certitudinariè non loquatur de tempore 30. anno. non probat: quia licèt essent 28. anni, non comprehenderetur tempus celebrati contractus, & dictum statutũ intelligitur de illo qui erat fœnerator tempore debiti contracti patet; quia statutum vult dictam præscriptionem habere locum solùm in debitis vsurariis. Nam statutum exigit debitum illud fuisse vsurarium, & dat modum probandi dictum debitum fuisse vsurarium, scilicet per iuramentum rei ita iurantis, & per probationem sex testium deponentium per publicam vocem & famam ipsum fuisse vsurarium seu fœnera
12 torem. † sed fama superueniens post contractum debitũ nõ
i arguit[i] ꝙ si nunc est vsurarius, fuerit etiam ante postquã primæuus naturalis status repugnat: quia quis non nascitur vsurarius: ita concludit Bald. & Sal. in l. ex persona. C. de proba. & Bal. in l. si qui adulterii. per illum tex. C. de adul. & in l. rogasti. §. si tibi. in 3. col. ff. si cer. pet. & Old. & Bald. in l. 1. §. si magistratus. ff. de magist. conue. & ibi in terminis Bald. videt decidere dubitationem istam. nam dicit, ꝙ istud est vtile ad constitutionem synodalem dicentem quod omnia instrumẽta vsurarii præsumantur esse vsuraria. modò pone quod probatur ꝙ de præsenti quis est vsurarius an per hoc omnia instrumenta retro facta dicentur esse vsuraria? & dicit qđ non per ibi notata per Oldrad. & reputat hoc esse nota. dignum.
13 ¶ † Prætereà iste testis non probat publicam vocem & famã:
k licèt enim dicat ꝙ a pluribus personis publicè[k] dici audiuit dictum Ioannem esse vsurarium: non sequitur quod ita fuerit publica vox & fama: quia fama est quãdo dicitur à maiori parte, vt no. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & per Bar. plenè in l. de minore. §. si plurium. ff. de quæstio. vnde dicit Bar. in d. §. si plurium. ꝙ licèt testis dicat ꝙ publicè audiuit dici, non probat famam: quia potuit audiuisse publicè dici ab vno vel duobus. & ita etiam vult Bal. in addi. Spe. in tit. de sen. in 24. col. & Ang. in l. 3. ff. ad Mace. & Io. de Imo. in l. hæredes palam, in prin. ff. de testa. vbi dicit ꝙ ita communiter tenetur. & licet dicat ꝙ audiuit a nonnullis quod dictus Ioannes fecit cum eis contractus fœneratitios; non probat ꝙ fuerit fœnerator: quia deponit de auditu ab alio l. testium. C. de testi. c. tam literis, de testi. nec probat famam publicam: quia non dicit quod esset fama: nec quod audiuerit à maiori parte, vt requiritur. prætereà deponit audiuisse post tempus quo fuit celebratus dictus contractus de quo vertitur quæstio, & sic non releuat, per ea quæ proximè dixi. ¶ Nec etiã probat intentionem Peregrini Baldassar de Montali secundus testis tũ quia non probat ꝙ Ioannes de Badalochiis esset aut per publicam vocem & famam reputaretur vsurarius tempore dicti celebrati contractus eadem ratione qua dixi suprà primũ testem non probare: tum etiam quia non deponit de publica voce & fama alicuius tempore, sed quod ab aliquibus dici audiuit quod vxor dicti Ioannis mutuabat sub vsuris, & quod id quod nolebat facere dictus Ioannes, faciebat fieri per eius vxorem: ita quod per allegata ad impugnandum dictum primi testis euidenter apparet istum secundum nil ꝓbare. ¶ Nec † etiam probat Ambrosius tertius testis: quia de-
14 ponit de tempore 26. anno. & contractus fuit celebratus iã sunt anni 29. & vltra. Prætereà interrogatus in causa scientię non reddit concludentem rationem dicti sui: nam dicit qđ audiuit hoc dici mille vicibus & ultra publicè à multis & diuersis personis: nam per hoc non concluditur ꝙ audiuerit à maiori parte personarum illius loci, in quo conuersabatur d. do. Io. nam duo uel tres dicuntur multi. l. 1. §. hoc rescriptum. cum glo. & ibi Bar. ff. ad Sylla. l. licèt Imperator. de lega. 1. no. instit. de iure perso. §. fina. in verbo, multi. vnde potuit audire ab vno istud dici publicè quadringentis vicibus, & totidem vicibus ab vno alio vel duobus. hoc non argueret esse publicam vocem & famam, prout de iure accipitur publica uox & fama, ut dixi circa primum testem: igitur cum non reddat concludentem rationem dicti sui, non probat, ut no. in l. solam. C. de testi. & in c. cùm causam quę inter Ar
15 chiepiscopum, de testib. ¶ † Insuper interrogatus quomodo intelligat esse publicam vocem & famam respondit quando de aliqua re per plures personas dicitur. & sic apparet non accipere famam prout est, meritò non probat, quia non intelligit quid sit fama, de qua deponit, ita inquit Spec. in titu. de noto. cri. §. fi. uer. & si testes. & in titu. de teste. §. an de interrogatoriis. uer. item super 3. cum duobus versi. sequentibus. & Bal. in l. 1. ff. de his q̃ sunt sui uel alie. iur. & in l. 1. ff. si cer. pet. per illum tex. & ibi etiam Bar. in 3. col. & Io. de Imo. in l. stipulatio ista §. hæc quoq;. ff. de uer. obl. ¶ Nihil probat etiã Pinus de Magnanachis quartus testis, quia non deponit de fama quæ fuerit tempore celebrati contractus. nam dicit se audiuisse hoc de anno præsenti, & quod nescit de aliquo determinato tempore. Item non intelligit quid sit publica uox & fama, quia dicit quod est quando illa res quæ dicitur, est uera, unde ꝑ superius allegata patet quod nihil proba. ¶ Nihil probat etiàm Ioannes de la Costa quintus testis, quia nõ deponit concludenter de fama quæ esset tempore celebrati contractus. itẽ non deponit se audiuisse a maiori parte, quãuis fuerit interrogatus in causa scientiæ. item non deponit quod fuerit publica uox & fama, ut statutũ requirit, sed di-
16 cit quod fuit uox & fama, & constat † quod dispositio statuti est ad unguem uerificanda. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. & ibi no. Bar. iuxta prin. illius l. 2. §. docere. ff. ui bo. rap. no. Io. An. in c. 1. de homi. lib. 6. in nouella. & Bal. in l. si quis non dicam rapere circa 4. col. cum si. C. de epis. & cler. ¶ Non probat etiam Antonius dictus Romanus sextus testis quia deponit solũ de auditu ab aliquibus qđ dictus Ioannes erat publicus usurarius, modò possunt esse anni 24. uel circa, & quod in locis prædictis erat uox & fama, & interrogatus quomodo intelligat publicam uocem & famam, respondet satis insulse dicens ꝙ intelligit per auditum esse uocem & ꝑ famã, usuram, & quod nescit unde habuerit dicta fama originem, nisi quod id dici audiuit a pluribus gentibus, unde ex allegatis, suprà circa alios testes apparet istum nihil probare ratione temporis, quia non dicit audiuisse a maiori parte, nec intelligit quid sit fama, & nescit unde habuerit originem, unde non probat. l. decurionum. C. de pœ. no. Inno. in c. qualiter & quando, el ij. de accu. & Spec. in tit. de inquisitio. §. nunc tractemus. uer. super probatione. & Bar. in d. l. de minore. §. si plurium. ¶ Nõ probat etiam Ambrosius de Guinucciis septimus testis, quia non concludenter deponit de fama quæ esset tempore contractus, quia dicit ꝙ possunt esse anni 28. uel circa elapsi quod dictus Ioannes stabat in arce Guardasoni & quod abinde citra per spatium annorum decem uel circa audiuit a quampluribus personis & pluries dictum Ioannem fuisse usurarium, & ꝙ fuit & erat uox & fama publica. & non intelligit quid sit publica uox & fama, quia dicit ꝙ est quando de aliquo facto publico dicitur in diuersis locis per diuersas personas. & quod nescit a quo vel a quibus originẽ habuerit dicta fama, unde ex pluribus defectibus apparet eum non probare rationibus & iuribus allegatis, suprà contra primum testem & alios. ¶ Non probat ẽt Vincentius de Cantellis octauus testis, quia non deponit de publica fama quæ esset tempore contractus uel ante, sed simpliciter dicit de tempore quo stabat dictus Ioannes in arce Guardasoni, nam potuit stare prout stetit multo tẽpore ante dictum cõtractum & post, & esse potuit ꝙ fama prædicta superuenisset post contractum, & non sufficeret, ut dixi suprà, circa primum testem, & sic cum probatio dicti testis sit dubia in tempore & non concludens, non releuat c. in præsentia, cum si. de proba. Item non dicit ꝙ audiuerit a maiori parte, & non intelligit quid sit fama publica, quia dicit ꝙ intelligit ꝙ illud quod dicitur per ipsum testem & per alios sit pu
17 blica uox & fama, & tamen hoc est falsum, quia † illa uerba scilicet, & per alios uerificantur in duobus l. inter illam. §. fi. ff. de uer. sig. & l. libertas. §. fi. ff. de manu. testa. & sic nõ cõcludit de maiori parte ut requiritur, & licet iste testis dicat ꝙ soluit usuras dico Ioanni, tamen non deponit ꝙ fuerit ante tem-

re tempus contractus de quo nunc agitur. præterea in hoc ipse non est idoneus testis cum testimonium eius concernat commodum suum, vt dicit Bal. in l. dictantibus. C. de testa. & Fede. de Senis in consi. 64. incip. Pridie. & Lau. de Ridolfis in suo tractatu de vsuris in 2. parte q. 17. ¶ Neque etiam probat Ioannes de Albertotiis nonus testis eadẽ ratione qua proxime dixi non probare octauum testem, scilicet quia deponit de facto suo, & circa id quod concernit commodum suum. & posito ꝙ ipse etiam probaret, esset vnicus tantum, & requiruntur sex ex forma statuti, & ideo non oporteret insistere super aliis testibus, quia non sunt numero sex, tamẽ ad abundantem cautelam adhuc dico ꝙ non probant. Vnde non probat Guilielmus de Riciis decimus testis quia nõ deponit ꝙ a maiori parte diceretur, nec intelligit quid sit publica vox & fama, quia dicit ꝙ est illud quod dicitur a multis, quod non est bene dictum, vt declaraui suprà. ¶ Non probat etiam Ioannes Paulus vndecimus testis, quia non deponit de fama quæ fuerit tempore dicti contractus vel ante, & nescit a quibus fama habuerit originem, nec intelligit quid sit fama, vt patet ex responsionibus suis factis ad interrogatoria. ¶ Non probat etiam Apollonius duodecimus testis, qa non deponit de fama quæ fuerit tempore dicti contractus vel ante, nec ꝙ audiuerit a maiori & non intelligit quid sit fama. ¶ Vltimus testis scilicet Gibertus de Buzonibus non videtur probare, quia non dicit ꝙ fuerit publica vox & fama, vt statutum requirit. & posito ꝙ probaret, non sufficeret, qa
18 requiruntur sex testes, vt dictum est. ¶ † Præterea ex aduerso per 18. testes productos pro parte agentium probata est contraria fama, & quod non potuisset esse publica vox & fama in dictis locis quod dictus Ioannes esset vsurarius, quin ipsi sciuissent, attenta conuersatione quam ibi habebant, & ideo talis fama contraria negatiuè probata per plures testes ex parte agentium præualet etiam si pro parte rei probata fuisset fama affirmatiuè, vt declarat Bar. in d. l. de minore. §. si pluriũ. in versi. quæro vtrum possit probari fama negatiua &c. probatur in l. cum quidam. §. quod dicitur, & ibi not. Bald. ff. de acqui. hære. & Bal. in l. 1. in 5. quæst. C. de testa. & in l. ea quidem, in antepen. col. C. de accu & in l. actor. C. de probat. & in l. diuus, cum simi. ff. de mili. testa. Ex quibus infero veram esse conclusionem supra in principio in fauorem dictorum agentium firmatam. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶ Refert. intellige dummodò explicitè deponat, vel ei legat instrumentum. adde no. supra lib. 2. consi. 56. num. 6.
b ¶ Depositi. supra eo. consi. 28.
* Io. And.] Istud dictum Ioan. And. sequitur Are. ad l. triticum. ff. de verb. ob. & ibi Ias. dicens ex præcedentibus causam suppleri.
c ¶ Notarius. Ant. Cor. in singu. ver. testis 5.
d ¶ Plena. supra lib. 6. consi. 147. num. 1.
* Non intelligitur.] Vide Bal. ad l. 1. in repet. ff. de leg. 2. Alex. consil. vlt. circa fi. lib. 6. & notab. Bal. consil. 279. Visa petitione producta. libro 4. Natta.
e ¶ Simul. suprà lib. 3. consi. 68 num. 2.
f ¶ Arbitrio. supra lib. 3. consi. 76.
g ¶ Talem. supra eod. consi. 101. num. 10. sed vide supra lib. 1. consi. 138.
h ¶ Dicta. supra lib. 5. consi. 149. num. 10.
i ¶ Arguit. Alci. trac. præsum. reg. 2. præsum. 26.
k ¶ Publicè. supra lib. 2. consil. 94. in fi. lib. 5. consil. 151. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Confessio parte præsente plenè probat.*
2 *Testes in dubio præsumuntur contestes.*
3 *Testis probat licèt non recordetur de loco vel tempore quæ nõ sunt de substantia. nu. 4. 7.*
5 *Testis subdens se nihil scire, intelligitur vltra dispositionem suam.*
8 *Donatio non præsumitur vbi potest capi alia coniectura.*
9 *Iuramentum etiam defertur in graui causa, si est plusquam semiplenè probatum.*

CONSILIVM CLXXXV.

Viso processu inter dominam Catharinam q. Francisci de S. Archangelo agentem, & hæredem dicti q. Francisci eius patris, & ser Andręam q. Iacobi de Crema se defendentem, attingam solùm id quod mihi substantiale & de iure subsistere videtur, s. an pro parte d. ser Andreæ sit probatum de satisfactione dictorum quinquaginta ducatorum petitorum in præsenti iudicio. Et breuiter mihi videtur qđ sic, præcipuè per duos testes pro eius parte productos. s. per Martinum Longini, & per ser Ioanninum. nam ambo deponunt maximè super septimò capitulo super quo deponũt ꝙ d. Franciscus præsente d. ser Andręa confessus est sibi fuisse solutum & satisfactũ de dictis quinquaginta ducatis, in quibus erat sibi obligatus ex instrumento ser. Gasparini. constat
1 † autem quod confessio prædicta facta parte præsente sine dubio probat liberationem in auth. de testi. §. & licet. l. tale pactum in prin. ff. de pact. solùm est videndum, an sint singulares vel varii, adeò ꝙ non probent, iuxta l. ob carmen. §. fin. ff. de test. & c. licèt causam. de probatio. & dubium facit, quia d. Martinus super septimò capitulo interrogatus de tempore dixit, iam sunt viginti anni vel circa, sed d. ser Ioanninus interrogatus de tempore respondit ꝙ fuit de anno 1445. vel de anno 1446. & ꝙ tamen non bene recordabatur, vnde attento quod dicti testes fuerunt examinati anno 1472. videntur diuersi in tempore, & sic videntur singulares & varii per no. in l. testium. C. de testi. & 3. q. in c. nihilominus. & per consequens non probant c. bonæ. el j. de elec. c. cum dilecti, de accu. videtur etiam variare d. Martinus, quia super septimò capitulo dicit ꝙ contenta in eo fuerunt, iam sunt anni viginti, postea super interrogatoriis dicit se non recordari de tempore, & testi varianti non creditur. l. qui falsa. ff. de testi. l. eos. ff. ad legem Cor. de fal. deniq; d. Martinus interrogatus quibus præsentibus illa fuerunt, nominat quatuor, & non dat pro conteste dictum ser Zaninum, & sic apparet etiã ex hoc capite de singularitate dictorum testium. Præterea etiam nõ recordatur d. Martinus de loco, & sic non videtur carere suspicione, per not. in d. l. testium. ¶ Tamen istis non obstantibus puto testes prædictos bene probare, & præsuppono qđ
2 testes in dubio † præsumuntur contestes,[a] si aliud non appa
a reat secundum Inno. notabiliter in c. qualiter & quando, el 2. de accu. vnde dicit ibi quod testis interrogatus de fama debet dicere a quo audiuit si recordatur, & quo tempore, & si pluries audiuit & in pluribus locis & a pluribus personis, & si de quibusdam recordatur & de quibusdam nõ debet testis dicere, ego audiui hoc in tali loco & etiam in aliis locis a Titio & a quibusdam aliis & tali tempore, & etiam aliis temporibus, & per dictam adiectionem generalem præsumatur potius iudex eum concordare cum aliis testibus qui dixerũt se audiuisse a Seio vel Caio in alio loco vel tẽpore quàm in loco & tempore specificato a primo teste, allegat id quod habetur in c. cum tu. de testi. & de pœni. dist. 1. c. periculose. ita etiam no. Spec. in tit. de inquisitione. §. nunc tractemus, ver. super probatione autem infamię. & Bal. in l. de quibus, in antepenul. col. ff. de legib. & in l. 2. in vlti. col. C. de bo. pos. secundum tab. & Io. de Imo. in c. cũ oporteat. de accu. & Abb. in c. cum Ioannes. de fide instr. & Pau. de Cast. in consil. 197. incip. Viso processu &c. cum igitur d. ser Ioanninus dicat qđ d. Franciscus dictam cõfessionem pluries fecit & inter alios quos notant vt constantes, nominat d. Martinum Longini, & dicit ꝙ non bene recordatur de tempore, debet præsumi quod fuerit ea vice de qua deponit d. Martinus vt sic præsumantur contestes, per suprà allegata & tantò magis cum nominet dictum Martinum pro conteste. ¶ Nec obstat varietas in tempore, quia respondeo quod d. ser Ioanninus deponit quod prædicta pluries confessus est Franciscus & dicit ꝙ nõ bene recordatur de tempore. & sic non potest dici ꝙ discordet in tempore ab alio conteste. † & licet testis dicat se nõ re
3 cordari de tempore, tamen probat, quando non sumus in casu in quo tempus est de substantia, prout in casu nostro, ita no. Inno. & alii post eum in d. c. qualiter & quando. & Spec. in loco suprà allegato. & no. per glo. & Bar. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arc. & Bal. in l. testium. in vlt. col. C. de testi. & doct. communiter in c. cum causam quæ inter archiepiscopum. de testi. & Archid. in d. c. nihilominus, & probatur in c. cum Ioannes. de fide instru. & ibi glo. in verbo recordari. nisi quando esset tempus de substantia, vt ibi notatur etiã per Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iur. & Ioan. And. & alii post eum in c. ex tenore, de testi. & in d. ca. cum causam. dicit expresse

presse Ant. de But. ibi quòd si vnus testis deponit de tempore alius autem non recordatur limitatè de tempore, vt quia dicit ꝙ fuit tali tempore vel alio, probant & præsumuntur contestes in tempore, allegat no. per Inno. in d.c. qualiter & quando. & iste est proprie casus noster. ¶Non ob. quod † d. Martinus primo dixerit quod iam sunt 20. anni vel circa qd interfuit quando Franciscus prædicta confessus est, postea super interrogatoriis de loco & tempore dixit se non recordari, quia respondeo ꝙ per hoc non dicitur varius, & intelligitur dictum eius vltimum quod non recordatur, s. de dictis duobus de quibus simul est interrogatus, s. de loco & tēpore, nam etiam suprà dixerat de loco recordari. Præterea dicta verba intelliguntur ꝙ non recordatur, scilicet aliter q̄ dixerit supra, hoc in specie decidit Alber. de Rosa. notabiliter in l. non erit. §. dato. ff. de iureiu. vbi per ibi notata p gl. dicit ꝙ si testes in principio dicti sui dixerunt maleficium fuisse commissum præsente Titio & Seio. postea interrogati qui fuerunt præsentes, dixerunt ꝙ nullus debet intelligi. s. exceptis prædictis. & dicit ꝙ ita dicebat Pau. de Liaza. ¶Bene facit † quod voluit notabiliter Bar. in l. Labeo. ff. sup. leg. vbi vult, quod dictum testis debet interpretari ne videatur variare in tempore, vt sic probet. arg. d.c. cum tu. & idem dicit Bal. in l. apud antiquos. C. de furt. & in d.l. de quibus. in vlti. col. vbi etiam subdit ꝙ dicta testium non sunt calumnianda. sed iuuanda. bene facit quod voluit Spe. in tit. de noto. cri. §. fama. in fi. vbi dixit ꝙ si testis interrogatus sup multis capitulis ferè super omnibus respondit se nihil scire exceptis paucis capitulis, super quibus pauca dixit, postea in fine sui testificatus, interrogatus dixit ꝙ de omnibus præmissis contentis in capitulis est publica vox & fama, hæc vltima verba referentur etiam ad capitula super quibus dixerat nihil scire, qa intelligetur quod nihil scit. s. de veritate, sed de fama sic, vt infrà dicit. & cum eo transit Bart. in l. de minore. §. si plurium. ff. de quæst. in pe. col. in ver. quæro quid si testis interrogatus. ¶Non ob. ꝙ Martinus interrogatus q bus præsentibus fuerunt † ea de quibus testificatur nominat aliquos, & tamen non nominat d. ser Zaninum, quia respondeo ꝙ per hoc non sequitur ꝙ non fuerint contestes, quia nō negat fuisse præsentem dictum ser Zaninum. facit quod dicimus de teste qui dicit ꝙ res valet centum, & alius dicit quod valet centum quinquaginta, non sunt contrarii, quia in dicto primi testis deponentis ꝙ valet centum non subintelligitur dictio necessaria, scilicet tantum, per l. cum furti. ff. de in litem iur. & no. Bart. & ibi expressius Rapha. & Pau. de Cast. in l. fi. §. 1. in fi. ff. de leg. 2. & moderni post Bar. in d. l. cum furti. ita in proposito nostro licet d. Martinus dicat ꝙ fuerunt præsentes tales, non sequitur quod per hoc dixit ꝙ illi tantum & non plures fuerunt præsentes, & tantò magis cum ser Zaninus det Martinum pro conteste. ¶Non ob. † ꝙ dictus Martinus non recordetur de loco, quia vt dicit Inno. in d. ca. qualiter & quando. licet testis dicat se non recordari de loco, tamen probat nisi quando esset locus de substantia. & dicit etiam clarè Nicol. de Matha. & Bal. in d.l. testium. in 8. col. ꝙ quando vnus testis recordatur de loco, alius dicit se non recordari, tamen probant, quia sufficit quod in substantialitate probandorum non discordent. & iste est casus noster quia alius testis recordatur de loco. ¶Accedit † etiam ad corroborationem prædictorum quantum est pro libris septuaginta obligatio facta per dictū ser Andream dictis syndicis, vt patet instrumēto rogato per ipsummet ser Andrǣā. & tali instrumento continenti obligationem ipsius scribentis statur contra se l. impuberem. §. fi. & ibi no. Bar. ff. ad leg. Cor. de fal. l. nō putauit. §. si quis sua manu. ff. de contra tab. & non est verisimile ꝙ pro eisdem septuaginta libris voluisset se obligare bis & diuersis personis, adeo ꝙ cogi posset p dictos syndicos ad soluendum, & etiam per d. Franciscum. l. cum de indebito, in prin. ff. de proba. c. super hoc. de renū. ¶Accedit etiam alia coniectura, quia cum d. Franciscus vixerit post contractum debitum per annos 14. vel circa, vt patet ex die confectionis testamenti sui nō est verisimile quòd tamdiu cessasset in petendo debitum & cōsequentur donādo commoditatē vsus dictę pecunię d. ser Andreę. vbi enim capi potest alia coniectura, q̄ donationis, non debet præsumi donatio. l. si cum aurum. ff. de sol. l. elegāter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. ꝙ autem in casu nostro capi possit alia coniectura patet ex dispositionibus nedum dictorum duorum testium & dicto instrumento, sed etiā ex depositionibus aliorum testium ser Andreæ deponentium etiam quod domus de qua fit mentio in secundo capitulo capitulorum ser Andreæ, & instrumento rogato per dictum ser Andreā fuit vendita d. Francisco. & quod d. ser Andræas soluit pecunias de quibus in quarto capitulo capitulorum dicti ser Andreæ. & vbi prædicti alii duo testes non sufficerēt qui in veritate sufficiunt, succedit id quod habetur in capitulo, cum causam, de probationibus. cum aliis ibi allegatis, ꝙ quæ singula non iuuant, multa prosunt. ¶Posset † etiam ad cautelam iudex deferre iuramentum d. ser Andreæ in supplementum probationis iuxta l. admonendi, cum ibi not. ff. de iureiuran. & quamuis in causis magnis vel arduis tale iuramentum non deferatur. vt ibi no. & no. in c. fi. de iureiur. & per Spec. in titu. de iura. dela. §. 1. circa med. & iudici videretur hanc esse causam magnam inspecta qualitate personæ secundum quā hoc habet arbitrari. l. sed si susceperit. §. 1. ff. de iudic. tamen hoc non habet obstare, quia vbi est plusquam [b] semiplenè probatum, vt proculdubio est in casu nostro, quamuis etiam essemus in casu in quo non esset plenè probatum, potest deferri tale iuramentum etiam in causis magnis, vt no. Archi. 27. q. 1. in c. viduas. el j. & Hosti. in summa de iureiu. §. vt super. circa med. & Bal. in l. in bonæfidei. C. de reb. cred. circa vlt. col. in versi. hoc dubitatur de feudo & Salic. in d.l. admonendi, in pen. col. & ibi hoc etiam tenet Lud. Roma. post medi. in versi. in eadem ibi, & in delictis &c. vbi ad hoc subtiliter inducunt tex. in d. c. fi. de iureiu. & idem tenuit do. Abb. in c. mulieri, de iureiur. tamen in veritate non est necessariū (vt mihi videtur) deuenire ad dictam delationem iuramenti stantibus iam dictis. Ex quibus concludo partes dn̄i iudicantis esse in absoluendo d. ser Andræā a petitis. Laus Deo.

4 (margin numbers in left column at: "quando. & iste est…" 4; "ne facit †" 5; "bus præsentibus" 6; "cum ser Zaninus" 7; "ster quia alius" 8; right column "iuuant, multa prosunt" 9; "hoc non habet obstare" b)

ADDITIONES.

a ¶Contestes. Idem suprà, lib. 2. consil. 47. col. 2. suprà lib. 4. consil. 41. col. fi. suprà, lib. 6. consi. 4. nu. 7. consi. 136. nu. 5. & in l. fin. in fi. C. de bo. pos. secun. tab. Aymo consi. 78. nu. 7.

b ¶Plusquam suprà, lib. 3. consi. 42. in fi. infra consi. seq. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia non repellit testem nisi sit magna. nec compaternitas. nume. 5.*

2 *Proxeneta potest esse testis, licet non cogatur, nisi vtraq; parte volente.*

3 *Probatio ambigua.*

4 *Dicta testium iuuari non cauillari debent.*

6 *Iuramentum non defertur in causis magnis, nisi plusquam semiplenè probatum. num. 7.*

CONSILIVM CLXXXVI.

DE teste amico quando repellatur & quando non, & an in causis magnis deferatur iuramentum si est plusquā semiplenè probatum.

VISO processu inter ser Ioannem Lazarini agentem, & Alegrum de Cutignola ex altera se defendentem mediantibus eorum intercessoribus, & his quæ egregiè & copiosè allegata sunt in iure pro parte d. ser Ioannis, necnō dubitationibus seu appositionibus aliquibus subtiliter in contrarium in iure factis, sentio in fauorem d. ser Ioannis, præsertim ex infrascriptis, nam omnia & in processu videntur rite actitata, & præsertim stantibus literis ducalibus mandātibus ꝙ summariè & sola facti veritate inspecta ius ministretur. de cuius clausulæ virtute non discutio, quia non expedit ad præsens. videtur etiam probata intentio agentis per duos testes in fauorem eius in causa receptos, scilicet Matthæum Laurentii & Michaelem Ertenus. & duo testes in omni causa regulariter sufficiunt in c. omni de test. l. vbi numerus. ff. eo. tit. nec obstat si diceretur † ꝙ d. Michael non est integer testis, eò quia secundum quod ipsemet testis asserit, est magnus amicus [a] d. ser Ioannis, per id qd habetur in l. 3. in prin. ff. de testi. & in c. quoties, de testi. & l. eos. cum gl. C. de testi. & ibi

& ibi per Cyn. cum ſi.quia reſpondeo ꝙ d.Michael aſſeruit
ſe eſſe etiam amicum d.Alegri,& nõ intelligitur de leui amicitia, quia illi non appellantur amici propriè. l.latæ. §.amicos.ff. de ver.ſig.& per cõſequens intelligitur de magna amicitia.ſic etiam videmus quod vbi fit mentio de febre vel vulnere,non intelligitur de leui febricula vel vulnuſculo modi-
b co.[b] l.1.§.ſed ſciendum. verſi.proinde leuis. ff.de ædil.edic. vnde dicit ibi Bal. in lect. antiqua quod ſtatutum imponens certam pœnam vulneranti pro vulnere, non habebit locum in modica ſciſſura cutis, quia appellabitur vulnuſculum nõ vulnus.& propterea etiam videmus qđ gl.notabilis in auth. minoris debitor.in prin. C. qui da.tu.poſ.dixit ꝙ diſpoſitio illius auth.loquentis de debito,non habebit locum in debito modico. & ſimiliter Bald.ſignanter in l.data opera.C.qui accu. non poſ.in 2. col. dixit quod iura punientia incendiarium pœna mortis, non intelliguntur de incendio paruo qđ poſſet etiam multis aliis mediis comprobari,ſed hæc ad pręſens ſufficiunt, vnde propter paritatem amicitiæ ſequitur ꝙ nõ minus creditur ei ſi deponit pro vno ex eis contra aliũ l.non ſolum.§.de vno.& ibi no.Bart. ff.de rit.nup.& l.vnius. §.de quæſtio.& ibi no.Bar.ff.de quæſt.& Spec. in ti.de teſte. §.1.ver.ſed quid ſi in eodem gradu.cum ſi.fortius voluit Bal. in d.l.eos.& in l.ſi quis a teſti.in vlti.col. C.de teſti.ꝙ amicitia non noceat teſti. & ſecundum eum iudex debet in dubio arbitrari ꝙ ſit idoneus,quia amicitia eſt virtus.& pro hoc allegat.l.ſciendum. ff. de vſur.niſi ſecundum eum quando ꝑ amicitiam vnius reſultat odioſitas alterius. & hoc etiã tenet Ang.in d.l.ſciendum. quinimò etiam vbi diceremus hoc eſſe arbitrarium,ſcilicet qñ Michael fuiſſet amicus ſer Ioannis & non Alegri, vt inquit Cy.in d.l.eos.& doc.in d.c.quoties. aut debet iudex arbitrari Michaelem nõ eſſe idoneum, cum non appareat ipſum propter talem amicitiam habere odio d.Alegrum,& ſit vir bonæ conditionis, vt etiam de iure præſumitur quilibet.l.cum pater.§.rogo.ff.de leg.2.l.ſeruos. ff.
2 de manu. teſta. ¶ Non obſtat † etiam dum dicitur quod Michael deponit pro obſeruantia concordiæ per eum factæ inter dictas partes, quia reſponderi poteſt quod licet ille qui
c fuit mediator[c] vel proxeneta non poſſit cogi niſi vtraq; parte conſentiente, tamen ſi ſponte vult teſtificari poteſt, vt no. gl.1.in §.quoniam.in auth.de teſt.& hoc ibi tenet Ia.de Bel. Ang.& Bal.& Sal.in l.omnibus. C.de teſti.& Sali.in l.fi.ff.de teſti.vbi ita declarant & modificant no.per Bar.in l.deferre. ff.de iure fiſ. attento ꝙ ex hoc nullum commodum laturus eſt dictus teſtis.¶Non obſtat ꝙ non apparet aliquid de poteſtate attributa d.Michaeli a partibus,quia reſpondeo, ꝙ non agitur per ſer Ioannem ex ſententia & declaratione Michaelis,ſed ex promiſſione facta per d. Alegrum probata ꝑ dictos teſtes.& ſic dato quod nihil appareret de poteſtate data Michaeli non eſt de ea curandum poſtquã ex ſententia Michaelis non agitur.¶Non obſtat ſi dicatur ꝙ dicti teſtes non probant, quia d.Michael deponit quod d.Alegrus promiſit ſer Ioanni dare corbes 58.frumẽti pro 25.ducatis Venetis,quos habuit a ſer Ioanne, videlicet corbes quadraginta ad rationẽ ſolidorum 24.pro qualibet corbe,& corbes 18.ad rationem ſolidorum 26. pro corbe dictus verò Matthæus alius teſtis deponit ꝙ d. Alegrus promiſit præfato ſer Ioanni pro pecuniis quas ipſe Alegrus habuerat a ſer Ioanne dare eidem ſer Ioanni corbes 58.frumenti, videlicet partim ad rationem ſolidorum 24.& partim ad rationem ſolidorum 26.ſed ꝙ non recordatur quanta eſſet pars quæ debebat dari ad rationem ſolidorum 24. & quanta eſſet illa quæ debebat dari ad ratio
3 nem ſolidorum 26.tamen dico hoc non obſtare ei † quia cũ ambo teſtes conueniant in hoc. ſ. ꝙ pro dictis pecunis habitis per d.Alegrum a d.ſer Ioanne promiſerit dare ſer Ioanni corbes 58.frumenti ſiue recordentur quanta fuerit pars quę debebat dari pro ſolidis 26. & quanta eſſet illa quæ debebat dari pro ſolidis 24.ſiue non recordentur,nil refert, quia idẽ reſultat effectus poſtquã pro dictis pecuniis habitis debebat dare corbes 58.frumenti.l.quod ſi dubitet. ff.de acq.hęre.l. Gallus.§.ſi eius. ff.de lib.& poſth.& notabiliter traditur per Io.And.& Dominicum in c.1.de pact.in 6.vbi dicunt ꝙ pro
d batio dubia quæ eſt verificabilis & concluſiua in quolibet[d] intellectu quò ad intentum probare debentis, prodeſt probanti vt pro eo ſit ferenda ſententia.& reputat ibi Domi.de S.Gemi.illam deciſionem Io.And.eſſe valde no.ad limitationem eius quod habetur in ca.in præſentia,de proba.cum ſi. bene faciunt notata per Ant.in ca.ex parte,de reſcrip.per illum tex.in c.3.loco ad fi.de proba.ſatis eſt enim quod teſtes concordent in eundem rei finem. l.qui ſnĩam.& ibi Bald.C. de pœ.not.Oldrad.& Bal.in l.1.ad fi.C.ſi vnus ex plu.ap.& Bal.in l.1.in pen.col.C.de teſti.& no.doc.in c.nihil obſtat, de verb.ſig.cum ſi.¶Nõ obſtat etiam ſi dicatur quod diſcordãt dicti teſtes in alio, eò quia Michael deponit quod d.Alegrus dixit ipſi teſti quod concordaret dictam differentiam, Matthæus verò deponit quod Michael dixit ipſis partibus, volo quod dimittatis me hanc rem componere, & ꝙ partes ipſæ conuenerunt quod Michael componeret, & per conſequens non videretur eis credendum.l.qui falſa. ff.de teſti.& plenè no.in c.noſtra, de teſti.quia reſpondeo quod hæc ſi bene aduertatur,non videtur cõtrarietas,quia etiam Matthęus deponit ꝙ Alegrus dixit ipſi Michaeli ꝙ cõcordaret dictam differentiam. nã ſi Matthæus deponit ꝙ partes conuenerint quod Michael cõcordaret, ergo ſatis apparet quod Alegrus qui erat vna ex partibus dixit quod Michael concordaret,&
4 debẽt † dicta teſtium iuuari non calumniari, ita inquit Bal. in l.de quibus.circa vlt.col.ff.de leg.& in rubrica. ff.de rerũ di.in vlt.col.& in l.2.C.de tempo.app.allegat nota.in l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoq;. ff. de ver.ob.& no.per Bart.in l.1. ff.ſi cer.peta.benè faciunt not.per Bart.in l.de ætate. in 2. q. principali.ad fi.ff.de mino.plus dicit no.Ant.de But.in c.2. de regula.ad fi.per illum text.cum glo.2.quod non vitiatur dictum duorum teſtium etiam ſi contrarientur in modico. dicit etiam Ant.de But.& Io.de Imo.in c.1.de offi.leg.per id quod ibi no.in gl.1.quod licet vnus teſtis dicat plus,& alius minus,non per hoc dicuntur adinuicem contrariari,dũmo-
5 dò aliter non contradicant. ¶Non obſtat † etiam ſi diceretur ꝙ d.Michael eſt compater d.ſer Ioannis, quia non eſt legitimè probatum per teſtes Alegri, vt ex atteſtationibus clarè pa
c tet. præterea compaternitas non repellit teſtem,[c] vt inquit Bal.& Sali.in l.parentes.C.de teſta.& Bar.in conſil.incip.In quæſtione vertente inter dñm Symonem &c. quia edictum de teſtibus eſt prohibitorium.l.1.ff.de teſti.& non reperitur quod prohibeatur compater. non probant etiam dicti teſtes Alegri quod d.Michael ſit domeſticus dicti ſer Ioannis, hoc eſt tali domeſticitate,quæ repellat teſtem. patet per l.præſenti.§.ſicubi.C.de his qui ad eccl.confu.& per l.2. cũ ibi notatis.C.de teſti.& no.in c.in literis,de teſtib.cum ſi.nec probãt de magna amicitia tempore teſtificatus Michaelis per rationes concludentes.iuxta notata in d. l.latæ. §.amicos. põt tamen d.ſer Ioannes ad cautelam inſtare ꝙ ſibi per iudicem deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, quatenus non eſſet plenè probatum prout etiam in proceſſu reperio fuiſſe petitum per procuratorem ſuum,& hoc per regulam traditam in l.admonendi.ff.de iureiu.& in l.in bonæ fi-
6 dei.C.de reb.cre.& licet tale † iuramentum non debeat deferri in cauſis magnę quantitatis inſpecta qualitate perſonę, vt notatur in locis proximè allegatis, tamen non eſt hic probatum hanc eſſe magnã quantitatem inſpecta qualitate perſonæ.& ſatis eſt ꝙ ſer Ioannes habeat regulam pro ſe.ſ.quod iuramentum propter ſemiplenam probationem deferatur, vt in d.l admonendi.& aduerſarius eius ſi vult eum excludere a regula, allegando ꝙ cauſa eſt magna inſpecta qualitate perſonæ petentis. habet hoc probare, vt no Bar.in l.2.ff.ſi qs in ius uoca.non ier.& no.per glo.& doc.in l.ſi uerò.§.qui ꝓ rei. ff. qui ſatiſd. cog.& conſtat ꝙ per dictum Matthæum eſt ſemiplenè probatum ꝙ d. Alegrus promiſit ſer Ioanni dare corbes 58.frumenti pro pecuniis quas ab eo habuerat,ut ſu-
7 prà dixi † plus dico quod etiam ſi probatum eſſet cauſam eſſe magnæ quantitatis inſpecta qualitate perſonæ, tamen etiã in cauſis magnis & arduis poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis,quando eſt pluſquã ſemiplenè probatum,licet non ſit omninò plenè probatum, ut no.Abb.in c.mulieri,de iureiu.circa 4.col.per id quod habetur in c. fi. §.1.eo.ti.& idem eſt de mente Hoſt.in ſumma de iureiur.§. ut ſuper.circa medium.& Archi.in c.uiduas.el j.in fi.27.q. q.1.& Bal.in d.l.in bonæ fidei.circa ult.col.in uer.hic dubitatur.de feudo.& Sali.in d. l.admonendi, circa pe.col. dum ponit intellectum.d.ca.fi.de iureiuran.& Lud.Ro.in pręall.

l.admo-

l.admonendi, post medium in uersi. in eadem ibi, & in delictis &c. unde posito etiã ꝙ essemus in casu quod d. Michael propter magnam amicitiam diceretur pati defectum, tamẽ ille defectus operatur solum ut iudicantis arbitrio possit ei credi minùs q̃ uni integro testi, ut per Cyn. in d.l.eos.& per Io.And.in addi. Spec.in tit.de teste.§.1.in princ. ergo saltem non est denegandum actori iuramentum in supplementum probationis. Ex quibus patet (meo iudicio) ueritatem, æquitatem & iustitiam esse pro dicto ser Ioanne, & pro eo ferendam esse sententiam, per superius dicta. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Amicus s̃.lib.6.consi.4.num.8.
b ¶Modico s̃.lib.6.consil.100.in fi.consi.121.nu.6.s̃ libr.1.consil.104. in fi.vbi no.
c ¶Mediator s̃.lib.1.consi.13.nu.14.vbi dixi.adde suprà, lib.5.consilio 150.nu.3.consil.154.nu.5.& lib.6.consil.202.num.24.& supra eo. consi.43.nu.4.consi.127.in fi.
d ¶Quolibet.supra lib.5.consil.151.nu.1.Deci.c.tertio loco, col.7.c, in præsentia, col.10.num.32.de prob.facit Ancha.consil.203.col.1. Are.l.2.§.& harum.in prin.de verb.obl. Feli.c.2.col.11.de rescript. Ias.l. Gallus.§.si eius.col.fi.de lib.& posthum. l.vbi autem non apparet.§ illud aut illud.de verborum obligatio.
e ¶Testem. vide supra lib.6.consil.237.col.2.

EPITOME.

LIBRI canonicorum pro ipsis non probant, & in possessorio requiritur plena probatio.

CONSILIVM CLXXXVII.

AN liber canonicorum seu capituli scriptum manu notarii sui si caret loco & testibus probet solutiones censuum in eo descriptas.

Visa copia scripturæ libri, vt dicitur, capituli & canonicorum ecclesiæ Cæsenatis super assertis solutionibus factis pro prætenso censu annuo occasione fundationis hospitalis S. Antonii prout in præfationibus dictæ s̃niæ nuper latæ in fauorem dictorum canonicorum continetur, mihi videtur ꝙ nisi aliter de iure dictorum canonicorũ doceatur, non sit sufficienter probatum per dictum assertum li
a brum,[a] quia licet in dicto libro contineatur quod talibus tẽporibus talis & talis prior societatis S. Antonii prędicti soluit tali canonico maioris ecclesiæ Cæsenatis solidos quindecim pro censu dictæ fundationis, & in fine ipsius scripturæ
1 dicatur, & ego Stephanus ser Masii notarius scripsi.&c.† tñ quia ibi non sunt ea quæ sunt de essentia instrumenti publici, & maximè testes, locus & nomen Papæ vel Imperatoris, non facit fidem, vt in auth. vt præpo.nomen Imperatoris.in prin.iunctis notatis per glo.1.q.8.in c.quoties cordis.& per gl.in l.generali. C. de tab.lib.10.& in l.in donationibus. C. de dona.& in l.de pupillo.§.qui nunciat.cũ ibi no.per Bart. ff.de ope.no.nun.c.quoniam contra.de proba.no.Spe.in ti. de instru.edi.§.breuiter.iuxta prin. cum suis concordantiis & quãdo notarius viuit, prout est in casu proposito, talis scriptura nullam fidem facit, sed quando est mortuus semiplenam fidem faceret, vt singulariter no.Bart.in l.admonẽdi.ff. de iureiu. circa 10.col.in versi.quæro quid si in instrumẽto reperitur defectus &c.& Ant.de But.in c.fi.de iureiu.¶Con
2 firmantur† prædicta per ea quæ traduntur per Io. Andr.in addi.Spec.in tit.de instr.edic.§.nunc dicendum in additione magna, & per Bal.in rubr.C.de fide instru.in pen.& vlti. col.& Bal.& Sali.in l.exemplo.C.de proba.& Ant.de But.in c.2.de fide instru.& Pet. de Anch.in consi.44.incip. Primò de viribus &c. vbi per dictam l.exemplo, cum aliis ibi allegatis concludunt quod libri episcoporum vel ecclesiarũ aut ciuitatum vel similium, quando non sunt in forma publica, non probant exactionem redditũum vel locationes aut æstimationes, nisi quando inter publicas scripturas in loco publico ad hoc deputato & per officiales publicos ad hoc deputatos custodirentur, vel quando pro publicis haberentur tales libri, adeò ꝙ iudices & aliæ personæ indifferentur pro publicis vterentur, seu ex consuetudine fides plena eis adhiberetur.arg.auth.ad hæc. C. de fide instru.& l.in fraudem. §.quoties.ff.de iure fis.& l.Barbarius Philippus. ff.de offic. prætor.& l.2. C.de sent.& interlo.om.iud.& l.census. ff.de proba.c.cum causam, de prob.c.ad audientiam, de præscrip. & c.cum dilectus, de fide instru. prout plenius per eos in lo-
3 cis præallegatis. ¶ Et quamuis essemus † in iudicio possesso-
b rio, tamen [b] non sufficeret probatio semiplena secũdum magis communem opi. vt no.gl.magna in l.1.C.quorum bonorum.& ibi hoc sequitur Ia.Bu.Ang.& Sali.& idem Barto.in extrauaganti, ad reprimendum.in verbo, summariè, circa tertiam vel quartam col.& Pet.de Anch.in cle.sępe.de ver.sig. quæ disputatio etiam hic non est necessaria, cum non sit etiã semiplenè probatum, vt dixi.informent se tamen diligenter homines dictæ societatis, quia si comperiant quod a quadraginta annis & citra intercesserint dictæ solutiones annuæ vt pro parte canonicorum allegatur, tunc non litigent, quia eo casu, nec in foro contentioso nec in foro conscientiæ consulo eis litem esse prosequendam. Laus Deo.

ADDITIONES.

a Librum.dixi in consu.Parisi.§.5.num.18.sed vide Panor. consil.84. in fi.lib.1.Deci.c.cum causam.col.2.de probat.Aymo consilio 158. numero 4.
b ¶Tamen suprà, lib.6.consil.139.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Probationes sufficiunt per coniecturas contra fraudentes gabellas.*
3 *Statutum valet ꝙ statur vni testi, nu.4.5.6.*
7 *Minæ vindictæ debent intelligi de licita in iudicio.*
10 *Reconciliatus non de recenti potest esse testis.*
12 *Sententia quæ fertur ex præsumptionibus temperanda est.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

Viso processu inquisitionis formatæ per spectabilem iuris doctorẽ dñm Raynerium de Melioratis Vicarium gabellarum Arimini contra Iacobum q. ser Melchionis de Arimino eo ꝙ non denunciauit certas quãtitates grani, ordei & fabæ, nec datium soluit officialibus ad hoc deputatis secũdum quod cautum est per decreta dictarum gabellarum imponentia pœnam fraudanti decem ducatorum ꝓ quolibet sextario, viroq; arbitrio in prædictis concesso ex statuto vel prouisione, mei erat propositi ab huiusmodi consultatione abstinere, quia in huiusmodi causis in quibus de crimine agitur non consueui contra inquisitos consulere, sed astrictus q̃. maximè nomine Illustris Principis domini Roberti de Malatestis Arimini &c. domini mihi obseruandissimi vt consulam quid de iure sentiam contra inquisitum prædictum iustitia mediante fieri posse, indecorum esse arbitratus sum suæ dominationi morem nõ gerere, præcipuè cum de pœna corporis afflictiua non tractetur. vnde breuiter sentio dictum inquisitum posse puniri tanquã contra fecerit ꝓ vndecim sextariis recollectis ex prædio de Mõte Albano anno 1380. pro anno verò 1472. pro sextariis octo grani in vna parte, pro sextariis quatuor grani in alia parte. pro sextariis tribus cum quatuor bernardis grani, & ꝓ sextariis vndecim grani in alia parte, moueor principaliter, quia quò ad primã summã 11. sextariorum de anno 1471. vr̃ probatur per Zazonũ & per Blasiũ Michaelis. qui hoc apertè dicunt, & quãuis Michael circa hoc dubiè loquat̃, & non videatur clare deponere an dicta 11. sextaria fuerint recollecta per Iacobum, an verò per Iacobum & Zazonum simul, tamen attento qđ probatur per Augustinum & Antonium eius filium quod dicto anno 1471. de dicto prædio in alia parte habuerunt simul Iacob, & Zazonus sextaria decem grani, quod etiam portatum fuit in castrum S. Ioannis in Marignano, non potest negari quin vna summa cum alia computata appareat Iacobum recolligisse ex dicto prædio dicto anno 1471. saltem sextaria vndecim, attento quod maior pars redditũum spectabat ad dictum Iacobum quàm ad dictum Zazonem, vt per quàm plures testes est probatum. De dictis verò aliis quantitatibus recollectis anno 1472. est probatum per Zazonũ & per Gau
1 dentium, & partim per Michaelem constat † qđ in ore duorum vel

rum vel trium stat omne verbum c.in omni.de testi.c.nouit de iud.¶Comprobatur hoc per id quod deponit Matthęus, qui dicit quod Iacobus dicebat: io non so de chi fidarme,io dubito esser stato accusato del grano che io ho recolto al mõte per lo fatto de lo imbotado. & quod ad parandam sibi defensionem fecit certum instrumentum fictum & simulatum cum dicto Zazono,prout etiam in hoc effectualiter concordat dictus Zazonus, & indicat ipsa celebratio instrumenti,

2 † & contra istos inquisitos vt fraudantes gabellas sufficiunt probationes per coniecturas,quia cum talia clausula cõmittantur, & per consequens in eis difficilius sit habere probationes,ideo lex contenta est faciliorib.probationibus & indiciis l.non oẽs. §.a barbaris. ff. de re mili.l.filium diffinimus. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.si vicinus. C.de nup.l.cõsensu.ver.super plagis.C.de repu.l.si quando.& ibi no.doc. C.vnde vi.& in c.fi.quod metus causa.c.fi.de test.cogen. no. Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori.in 8.q.ff.de ope.no.nun.& in l.si quis ex argentariis. §.penul.ff.de eden.& in l.in illa stipulatione.ad fi.ff.de verb.oblig.& not.Feder.de Senis in consil.119.incip. Nulli dubium.& Spec.in tit.de fur.versi.pe.& Bal.in l.si quis in hoc genus. C. de episc.& cle.& in l.si fugitiui. & in l.quicunq;.in pen.col. C. de ser.fugi.& in auth.quas actiones.ad fi.C.de Sacrosan.Eccl.cum si.¶Accedit quia ex forma decreti potest in dictis causis ad condẽnatoriã sententiam deueniri summariè & de plano sine strepitu & figura iudicii cum probatione plena vel semiplena,

3 prout latius in dicto decreto continetur,† per quæ verba videtur non solum esse sublatas omnes solemnitates a iure positiuo inductas,vt legitur & no.in cle.sæpe, de verb.sig.& in extrauag.ad reprimendum. maximè in verbo, sine figura. vt ibi per Bart. & per eundem in l.filiusfamiliàs. ff.de dona.& in l.1.ff.de mili.testa.cum si.sed etiam videtur esse quantum ad dictas causas derogatum iuri diuino disponenti ꝙ in ore duorum vel trium stet omne verbum . nam ex dispositione dicti statuti sufficeret probatio facta per vnum testem,qui facit semiplenam probationem.l.vbi numerus.ff.de testi.& d.

* c.in omni.& no.in l.admonendi.ff.de iureiu.¶Potest enim* per statutum in certis causis hoc introduci, quia in multis casibus videmus esse de iure prouisum qđ stetur dicto vnius l.Theopompus.ff.de dote præle.86.distin.tanta. & ibi bona gl.in verbo filius.& in aliis casibus no.per gl.& doc.in c.veniens,el j.in fi.& in c.licet vniuersis.& plenè per Spec.in tit. de teste.§.restat.versi.hoc tamen fallit.cum si.& in terminis

a ꝙ valeat [a] statutum ꝙ stetur dicto vnius testis decidit Bal. in l.cunctos populos. C.de summa Trini.& fide Cath.in repe. magna quæ communiter non habetur in lecturis 28. col. in versi.econtrà pono conclusionem affirmatiuam &c.per d.l.

4 Theopompus.¶Et probatur quia † consensu seu conuentione pactum fieri potest ꝙ stetur dicto vnius,vt inquit Spec.in dicto versi.hoc tamen fallit.& reputat notabile Ant.de But. in d.c.veniens.bene faciunt no. per Bar.in l.fi.ff.de præto.stipu.cum si.ergo debet etiam posse fieri per statutum, quia illud quod potest fieri per pactum potest fieri per statutũ vel consuetudinem.l.fi.C.de fideiuss.no. Bar.in l.fi.C.de pac.in versic. per hoc induco ad quæstiones de facto &c. in fine illius q.& Bal.in l.2.in 3.col. C. quæ sit lon.consue. & in d.l. cunctos populos.in lectura ordinaria.in 16.col.& in l.pro-

5 gramma.C.commina.vel episto.cum si.¶Pro hac † conclusione etiam facit id quod habetur in c.cum dilectus, de fide instr.vbi valet consuetudo, quæ facit scripturam esse authenticam,quæ aliàs non erat, vnde valet statutum vel consuetudo quod iudex possit fidem plenam adhibere scripturæ priuatæ secundum quod signanter declarat Bal. in l.vnica.in 4. col.C.de confes.& in d.l.cunctos populos.in 14.col.in vers. quæro circa statuta permissoria.& Ang. in l.quædã. §.nummularios.in fi.ff.de eden.& Pet.de Ancha.in c.canonum statuta. de consti.in versi.procedo vlterius quando statutũ &c. & Abb.in c.bonæ,el 2.ad fi.de postu.præla.& in d. c.cum di-

6 lectus. ¶Pro hoc etiam † facit,quia licet inferior non posset per legem vel statutum tollere legem superioris seu ius diuinum, tamen põt illud distinguere seu in certis casibus tollere c.a nobis,& ibi no.de deci.& no.in l.fi. C.si contra ius vel vti.pub.& in l.1.ff.de consti.prin.& in c.quæ in ecclesiarum. de consti.igitur in proposito nostro in causis inquisitionum quæ formantur contra aliquos tanquàm fraudantes gabellas potuit per statutum dari dictum arbitrium iudici,cum in talibus difficilis sit probatio, quia vt plurimũ talia perpetrantur occultè,& ideo tolleratur quod detur facilior modus ꝓbandi quàm in aliis causis vt suprà, dixi.& per hæc patet nõ obstare si diceretur quod fortasse dictæ probationes nõ sunt plenæ inspecto iure communi, quia posito etiam quod hoc concederetur, tamen per decretum potest iudex etiam ex semiplena probatione condemnare. & non videtur quod possit negari quod per Blasium qui est optimus testis sit probatum de 11.sextariis recollectis anno 1471.& vltra probationem Blasii etiam sunt alia saltem adminiculantia, de quibus dixi suprà,quò autem ad granum recollectum ann.1472.videtur satis bene probari per Gaudentiũ & vltra eum per alia adminicula supra relata. ¶ Nec obstat si diceretur qđ per testes dicti Iacobi videtur reprobari testimonium Gaudentii tanquàm sui inimici, quia respondeo quod primus testis. s. Dominicus non probat,quia deponit de auditu ab alio referente.l.testium. cum ibi not. C.de testi.& in c.tam literis.de testi.nã dicit hoc audiuisse a dicto Iacobo & Zazono. dum autem dicit audiuisse dictum Gaudentium dicere dicto Iacobo:Io ho punto che io me ne vendicarò. & etiam dum testis

7 deponit † Gaudentium sibi testi dixisse: diciti a Iacobo che non mi voglia tore le rasone de mia mogliere che se lui me le tole io li mostrarò che io ho el modo a vindicarme & dissarollo.quia respondeo pluribus modis: Primò, quod talia verba intelliguntur de vindicta iuridica l.1.C.de præci.Imper.offe.& l.1.cum glo.1.in princ. C.de his quib.vt indi.per quam glo.dicit ibi Guil.de Cu.ꝙ si Seius occidit Titium,cuius tu es hæres, & probatur quod tu dixisti, ego me vindicabo, & postea reperitur Seium esse occisum, & dicebatur qđ ex illis verbis a te prolatis præsumebatur contra te de homicidio commisso in Seium. debet decidi contrarium secundũ Guili. quia cum dicta verba possint dupliciter intelligi, debent intelligi de vindicta licita,quoniam in benigniorẽ partem fieri debet interpretatio.l.si præses.ff.de pœ.l.semper in ambiguis. ff. de reg.iur.præterea illa fuerunt verba generalia quæ nõ attenduntur c.cum venissent,& ibi nota.doc. de in-

8 sti.& non omnis inimicitia † repellit testẽ, sed committitur iudicantis arbitrio, vt no.per glo.& doc.in c.cum oporteat, de accu.& in l.3.in prin. ff.de testi.vnde attentis aliis coniecturis quæ concurrunt contra dictum Iacobũ, de quibus s. videtur ꝙ adiuuetur fides Gaudentii,d.l.3.§.1.ff.de testi.l.si quis ex argentariis.iuxta prin.ff.de eden.& per no.per glo.in

9 l.2.in prin. ff.de excu.tut. † Item respondeo quod dictus testis dicit se non recordari, quo tẽpore dicta fuerint dicta verba per dictum Gaudentium ipsi testi.'& sic potuit esse quod dicta verba fuerunt dicta per Gaudentium, postquàm ipse testificatus fuerat,& sic non concludunt c.in præsentia. de ꝓba.attenditur enim tempus depositionis ipsius testis, vt no. in l.3.§.duæ causæ.ff.de carb. edic.& per doc. in l.ad testiũ. §.conditionem.ff.de test.& in l.1.C.de test.cum si.¶Non obstat etiam id quod contra Gaudẽtium deponit Hieronymus secundus testis dicti Iacobi, quia deponit de auditu ab alio q̃ a Gaudentio.& sic non probat,vt dixi, & eodem morbo laborat Antonius Zazini. præterea subdit quod postquam ipse testis audiuit dici de dicta inimicitia, vidit dictos Iacobũ & Gaudentium adinuicem conuersari & practicare amicabiliter,familiariter & domesticè a tempore octo annorum &

10 citra.per quam † amicabilem conuersationem apparet de reconciliatione, vt inquit Bal.in auth.si dicatur. C. de testi.&

ɛ Sali.in d.l.3.in prin.ff.de testi.per no.per glo.insti. de iniur. §. fi.& testis inimicus post secutam reconciliationem est idoneus testis contra illum cum quo primo inimicitiam habuerat.'dummodò non admittatur ad testimonium post factam

b reconciliationem de recenti [b] vt nudiustertius post reconciliationem, vt est tex.no. 3.q. 5.in c.accusatores,el j.& est glo. no.in c.per tuas,in verbo capitales.de simo.& no.Inno.in d. c.cum oporteat.& Salic.in d.authen. si dicatur,& in d.l.3.in princ. & de dicta recõciliatione etiam deponit Hieronymus Petri,& Antonius Zazini, qui etiam de præterita inimicitia non deponit nisi de auditu ab alio,& etiam deponit de recõciliatione facta inter Iacobum & Zazonum,prout etiam deponit Laurentius quondam Pauli. ¶ Non obst.etiam id qđ deponit

deponit Cichus super inimicitia inter Gaudentium & Iacobum, quia vltra quod sit singularis, etiam deponit post dictã inimicitiam factam fuisse reconciliationẽ iam sunt duo anni. ¶ Non obstat etiam quod conatus fuerit dictus Iacobus probare quod Michael de Placentia non conducebat boues a d. Iacobo anno 1472. & per hoc vult infringere depositiones testium receptorum cõtra Iacobum deponentium ꝙ dictum granum fuit partim portatum in castrum S. Ioannis in Marignatio per Michaelem prædictum cum bobus, quos dictus Michael habebat ad affictum a dicto Iacobo, & partim per dictum Zazonum cum bobus ipsius Zazoni, & partim per dictum Gaudentium super quodam equo dicti Iacobi. & sic vult inferre dictus Iacobus quod testes recepti contra eum non dicunt verum in ea parte, in qua dicunt quod Michael conduxit granum cum bobus quos tenebat ad affictũ a dicto Iacobo, quia respondeo, quod verba testium receptorum contra Iacobum deponentium quod dictum granũ partim fuit cõductum cum dictis bobus, quos tenebat Michael ad affictum a Iacobo, referuntur ad partem grani recollecti anno 1471. non autem ad partem grani recollectam anno 1474. vt clarè deponit Blasius Michaelis. non enim testes recepti contra Iacobum dicunt quod illa pars grani, quã portauit Michael cum bobus conductis per Michaelem a Iacobo fuerit portata anno 1471. & sic potest intelligi de parte grani portata anno 1472. quo tempore non est probatum quod Michael non tenere dictos boues ad affictum. Et per

11 hæc patet non esse tractandum † de tortura vlla contra Iacobum, quia iudex potest condemnare ex probationibus quas habet. & licèt in istis criminibus quæ consueuerunt occultè fieri facilior & promptior possit esse iudex ad torturam, vt probatur in l. 3. quam ad hoc ibi reputat menti tenendam Bald. C. de epis. aud. tamen in hoc casu nullo modo consulo ad vllam torturam esse procedendum, quia non expedit stantibus prædictis. & quia tantum in subsidium ad torturam recurrendum est l. diuus, in prin. ff. de quæst. iuncto, ca. 1. de deposi. cum ibi not. per doc. maximè per Io. de Imo. vbi not. declarat id quod habetur in d. l. diuus. & quamuis (vt dixi) possit iudex condemnare pro dictis quantitatibus grani stãtibus dictis probationibus ex arbitrio sibi per dictum decretum

12 concesso, tamen quia † vbi quis * condemnatur ex præsumptionibus, debet mitius puniri quàm quando condemnatur ex lucidissimis probationibus, vt no. voluit Inno. in c. quia verissimè, de præsum. & Ioan. Andr. Anto. de But. Ioan. de Imo. & domi. Abb. in c. afferte, eodem tit. & Anto. de But. in c. quanto, eod. tit. & Bald. in l. fin. C. de proba. & Albertus de Gandino in suo tractatu maleficiorum sub rubrica de homicidiariis, in rubricella qua quæritur, an si plures percusserunt vnum qui mortuus est, & non constat cuius ictu perierit, omnes debeat capitaliter puniri. & etiam sub rubrica de præsum. & idcircò etiam videtur dictam pœnam esse aliqualiter

13 minuendã & moderandam, prout sibi videbit. ¶ † Quãtùm autem ad ordeum non dico eum puniendum, cum non sit probatum ꝙ recollectum fuerit eo anno de quo in inquisitione, nec etiam quò ad fabam de qua non videtur opportunè probatum, denuò tamẽ posset inquiri pro ordeo recollecto de alio tempore quàm de eo de quo in inquisitione fit mentio, quia diuersitas temporis arguit diuersitatem facti seu delicti. c. abbate sanè, de re iudi. lib. 6. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de incen. rui. nau. l. testium. cum ibi no. C. de testa. no. Bar. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adul. & in l. is qui reus. in versic. venio ad quæstionem &c. ff. de publi. iudi. & ideo sententia absolutoria lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in alio l. cum quæritur cum duabus legibus sequentibus. ff. de excep. rei iudi. Laus Deo.

ADDITIONES.

* Potest enim.] Hac de re per doct. ad c. 2. de prob. Natta.

a ¶ Valeat. Idem Deci. c. veniens 1. col. fi. de testib. sed contrarium verum est, vt tenet Ro. fin. 707. Matthæ. fin. 51. Ias. in rubr. de iureiur. col. 2. & l. iusiurandum ꝙ ex conuentione, in princ. de iureiuran. l. 1. §. fi. de ver. obli. Rochus Cur. repeti. rubr. de consue. col. 17. Ioã. de Monte Ferrato repe. l. nemo potest. col. 25. de leg. 1. Hypp. Marsi. consi. 33. num. 15. facit Ale. suprà lib. 2. consi. 3. col. 3. Feli. c. constitutus, de rescrip. c. cum causam. col. 2. de probatio.

b ¶ Recenti suprà, lib. 1. consi. 99. Hipp. Marsil. l. 1. §. præterea. nume. 4. de quæstio.

* Vbi quis.] Idem censet Paris Put. in tract. Synd. in verbo, culpa per tex. in c. circumcelliones. 23. q. 5. Natta.

EPITOME.

STANTE statuto quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum. Mulier cõsensu propinquorum cõstituit maritum procuratorem ad alienandum, & concedendum ad vsum bona cuiusdam successionis obuentæ dictæ mulieri. Maritus post viginti sex annos, vigore dicti mandati locauit certum fundum dictæ successionis cum pacto, quod conductor posset adimere pensionem, & acquirere proprietatem pro certo pretio. Respon. Alex. contractum esse validum, licet non fuerit repetita solemnitas & consensus propinquorum, & non obstante lapsu temporis.

CONSILIVM CLXXXIX.

AN statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu propinquorum videatur infringere contractũ factum per procuratorem mulieris contrahentem sine cõsensu propinquorum, si tñ in contractu illo procuratoris constituti generaliter ad vendendum & locandum interuenerit consensus propinquorum. & an per longitudinem temporis intelligatur dictum mandatum reuocatum.

VISO statuto sub rubrica de indemnitatibus mulierũ, & copia instrumenti mandati dominæ Paulæ in Martinum eius maritum anno domini 1441. & consideratis his quæ opponuntur contra contractum concessionis ad vsum cum pacto appropriandi celebratum per dictum eius maritum virtute dicti mandati, prout in themate latius nar-

1 ratur, videretur fortasse prima † consideratione dicendum, prædictum contractum concessionis ad vsum fieri non potuisse, attento quod in contractu concessionis ad vsum non interuenit * consensus illorum duorum proximiorum mulieris vt statutum exigere videtur, quãuis consensus illorum proximiorum in contractu mandati & procuratoris interuenerit. probatur, quia talis consensus propinquorum debet immediatè seu absq; alterius personæ medio præstari, vnde non possunt tales proximiores dictum consensum præstare per procuratorem, vt inquit Bal. & Moderni in l. 1. in fi. C. q admitti ad bono. pos. ar. l. 2. C. de his qui veniam ætatis impe. & c. fi. de leg. & c. is cui. eo. tit. libr. 6. facit l. minorum. secundum vnam lecturam. C. de prædiis mi. sed si diceremus quod sufficeret solum procuratorem dictæ Paulæ uirtute dicti mandati potuisse dictũ cõtractum concessionis ad usum facere absq; eo quod in dicta concessione ad vsum interueniat consensus proximiorum prędictorum hoc in effectu esset nil aliud dicere, q̃ ꝙ dicti proximiores potuerint per medium dicti procuratoris præstare consensum suum dictæ cõcessioni ad usum, quod esse non potest per prædicta. ¶ Secũ-

2 do confirmatur, † nam ratio dicti statuti fuit prouidere, ne mulieres decipiantur & circunueniantur, nam circa hoc ꝓximiores erunt uerisimiliter diligentiores. l. 2. & ibi ad hoc. notat Bal. C. de adop. l. transactionem, & quæ ibi hoc ponũt Bar. Bal. & alii post eos. C. de transac. & Ioã. de Imo. in l. 1. §. quæsitum. in fin. ff. ad Treb. & hoc patet manifestè ex prefationibus dicti statuti, quæ arguunt rationem & mentem statuentis & causam finalem, ut l. fi. & ibi no. doc. ff. de hęre. insti. l. 1. & ibi Bar. in princ. ff. ad Macedo. cum si. Sed per consensum proximiorum præstitum cõstitutioni procuratoris generaliter constituti ad alienandũ & concedendũ ad vsum de bonis dictæ Paulæ non est satisfactum menti statuentiũ, quia poterit esse quod mulier erit post ea decepta in ipsa speciali alienatione uel concessione ad usum, ut quia pro modico pretio aut inutiliter fiet. ¶ Tertiò pro hoc facit id quod habetur in l. magis puto. §. ne passim, & ferè per totam. l. 2. ff. de reb. eo. ubi apparet ꝙ quando alienatur res minorum, debet iudex specificè circa ipsum actum alienationis faciendæ adhibere causæ cognitionem, adeò ꝙ succurratur indemnitati pupilli, & ꝙ non fiat alienatio nisi constet sibi de utilitate alie-

3 te alienationis. ¶ Quarto per id † ꝙ habetur. 12. q.2. sine ex
ceptione. & c. tua nuper, de his quæ fiunt a præla. vbi etiam
quando alienatur res ecclesiastica similis solemnitas & specia
lis inuestigatio adhiberi debet. & nisi interueniat illa causæ
cognitio, etiam si cõtractus sit vtilis est nullus, vt no. Arc. 17.
q. 4. in venditionibus. & sentit Inn. in c. vnico. in fi. vt eccl. be.
videntur ergo in proposito nostro cessare tam mens q̃ verba
statuti, cum in contractu concessionis ad vsum non interue-
nerit consensus proximiorum, nec per consensum adhibitum
circa mandatum, est sufficienter prouisum ne mulier decipia
4 tur. ¶ Sed præmissis non obstantibus † in casu proposito, pu
a to [a] contrariam sñiam de iure veram, præsertim ex infrascri-
ptis. Primò per tex. in l. si pupillorum. §. si prætor. ver. quid
ergo. ff. de reb. eorum. vbi tex. notabilis vult quod si iudex in-
terpretando decretum circa distractionem rerum minoris di
xit, decerno quod possit tutor vendere vel obligare, quamuis
iudex non debuerit ita facere, sed decernere ꝙ venderetur, si
vendere erat vtilius pupillo, vel obligare, si ex causæ cognitio
ne quam adhibere debet sibi constabat vtilius esse obligari. vt
d. l. magis puto. §. ne passim. ver. item prætor. tñ valebit decre
tum, & eius vigore erit in electione tutoris vendere vel obli-
gare, non obstante ꝙ decretum tale dicatur esse iniustum, &
afferre possit læsionem pupillo propter malam electionẽ quã
facere posset tutor, vt leg. & not. in d. l. si pupillus. §. si p̃tor.
5 ¶ Secundo probatur † per id quod no. Bart. in d. §. si prætor.
vbi ex illo tex. colligit ꝙ si episcopus dicat, concedo licentiã
vendendi rem minus damnosam ecclesiæ, malè facit, quia de-
beret specificare, tamen si facit, valebit dicta licentia per dictũ
§. si prætor. ergo videtur Bar. si bene inspiciatur ibi decidere
casum nostrum. nam ibi in venditione seu in pretio rei pote-
rit fieri fraus, & tamen licentia valet, quamuis non fuerit in
actu consensus & licentiæ deuentum ad speciem circa pretiũ
6 & electionem rei & similia. ¶ Tertio probatur † per id quod
habetur in c. 2. in verbo, speciali licentia. iunctis ibi notat. per
Io. And. de reb. eccl. non alie. in 6. vbi tex. prohibet submis-
sionem ecclesiarum & bonorum suorum immobilium vel iu
rium fieri per prælatos laicis sine speciali licentia Papæ. & Io.
And. ibi in nouella quærit quomodo intelligatur licẽtia spe
cialis. & respondet ꝙ intelligitur licentia specialis. i. expressa
& sic sufficeret generalis dummodo sit expressa. ita etiam se-
cundum eum accipitur in l. negotium, in verbo, speciali. cũ
glo. C. de neg. gest. pro hoc etiam facit id quod no. glo. in d. c.
2. in verbo, speciali. quæ voluit ꝙ dato quod in casu dicti c.
2. requiritur specialis licentia, & non sufficiat generalis, vt so
nant illa verba sine speciali licentia. hoc ideo ibi est, quia ibi
illud erat ius nouum ita inductum, quia in talibus submissio
nibus maius periculum vertebatur, quia erat quædam serui-
tus submittere ecclesias laicis, qui sæpe vexabant seu vexari p-
mittebant ecclesias, vt eis tales submissiones fierent, vnde vi-
dentes laici tales submissiones fieri non posse sine speciali li-
centia Papæ per illud. c. 2. desistent a talibus vexationibus, &
sic apparet ex ibi dictis ꝙ ubi in aliqua dispositione esset ꝓui-
sum ꝙ requireretur licentia, & non exprimeretur hoc uerbũ
licentia, cum hoc uerbo speciali, sed simpliciter sufficeret li-
centia generalis. idem. n. regulariter operatur genus, quo ad
genus, quod facit species, quo ad speciem. l. si duo. in fi. ff. de
admini. tut. l. omnes. C. de præscrip. 30. an. & sic dato ꝙ qui-
dam Moderni in d. c. 2. approbent illam opin. quod ibi non
sufficiat generalis licentia, tamen non obstat ut dixi, quia hoc
exprimitur in tex. quo ad illum casum, sed in statuto prædi-
cto non dicitur quod requiratur specificus aut singularis con
7 sensus proximiorum. ¶ Quartò probatur, nam † pupillus nõ
potest tantum agere in iudicio, nec etiam extra iudicium obli
gari, nisi cum authoritate tutoris. l. 1. §. sufficit. ff. de admini.
tu. l. 1. & 2. C. qui legit. perso. l. obligari. in prin. ff. de aut. tut.
& tamen satis est quod pupillus cum authoritate tutoris pro
curatorem constituat, etiam si aliter constituat eum q̃ singula
riter ad unum actum, qui procurator postea per se expedire
poterit. l. neque. cum ibi no. C. de procu. ad idem bene facit,
tex. ibi quia doc. ibi reputatur bene no. in l. procuratorẽ. C.
de procu. ubi etiam actor qui constituitur a tutore põt aliena
re bona pupilli, dummodo ad alienandum habuerit manda-
tum speciale uel æquipollens, ut ibi dicunt doc. & præcipuè,
8 Bal. † constat autem quod quis dicitur habere mandatum spe
ciale, quando est constitutus procurator ad alienandum, licet
non dicatur in mandato singulariter constituo te procurato-
rem ad alienandum istam rem uel illam ut probatur in c. 2. &
fi. de offi. uicarii. li. 6. & in l. Titius, in prin. & ibi no. Bart. &
alii. ff. de lib. & posth. & plenè Bar. & scribentes in l. filiusf. ff.
de do. & no. Bal. & Ang. in l. 1. C. etiam per procuratorẽ cau-
sam in integrum resti. agi posse. & ibi etiam Sali. qui dicit hãc
esse communem opi. licet hæc regula qñq; fallat ut ibi per eũ
post alios. ibi etiam tenet Bal. in l. 3. §. quæsitum. in 5. col. ff.
si quis cautio. & probatur in c. qui ad agendum. de procu. in
6. cum ibi no. per Io. And. & in cle. 2. de procura. & notant
doc. in c. coram felicis, de resti. in integ. & Io. de Imol. in l. si
quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. alias non dicere-
b tur mandatum speciale sed singulare [b] sed diuersa sunt aliq̃d
specialiter exprimi, & aliquid singulariter exprimi, ut decla-
rat Bartol. & alii post eum in l. fi. C. si contra ius. & in l. 1. in se
9 cunda q. principali. ff. de uulg. & pup. cum simi. ¶ Quinto † ꝓ
batur, quia uidemus ꝙ ubi requiritur ꝙ licentia uel consen-
sus præstetur ad integrandam personam alicuius sufficit ꝙ in
genere præstetur absque eo quod deueniatur ad specificatio-
nem indiuiduorum, concludit Bartol. & communiter alii
post eum in l. si quis mihi bona. §. sed utrum. ff. de acqui. hær.
per notata per glo. magnam in l. si longius. §. 1. ff. de iudi. &
ibi Bar. & Spe. in titu. de actore. §. 1. uersi. sed quid si pater fi-
lio. & Iac. de Are. & Cy. in l. fi. §. necessitatem. in 3. q. C. de bo
nis quæ lib. & idem tenet ibi Rayn. Bald. & Fulgos. bene
facit l. 1. §. 1. ff. quod iussu ad hoc quod not. Bald. in repeti-
tione. l. primæ. C. de sacrosan. eccle. in nona col. dum dixit sa
tis esse ꝙ pater in genere det. filio licentiam testandi ad pias
causas, licet non dicat in specie sub qua forma, ergo dictus cõ
sensus proximiorum introductus ad integrandam personam
mulieris ut statutum requirit, debuit posse præstari eo modo
quo præstitus est in constitutione procuratoris dati ad uendẽ
dum & concedendum ad usum bona, & de bonis illius hæ-
reditatis obuẽtæ illi Paulæ de qua hæreditate est fundus iste
de quo est quæstio, quamuis non fuerit singulariter dictum
ad locandum talem fundum pro tanta pensione &c. ¶ Sextò
10 probatur † quia casus omissus a statuto remanet in dispositio
ne iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. l.
si extraneus. ff. de condi. ob causam; & tradit Bar. in l. omnes
populi. in 6. q. principali. ff. de iusti. & iur. Sed statutum lo
quitur, quando mulier iniret contractum, sed in proposito
mulier propriè & uere non fecit contractum concessionis ad
usum, sed illud fecit procurator constitutus a muliere in cu-
ius constitutione interuenit consensus proximiorum mulie-
11 ris. † & illud quod quis facit per procuratorem non dicitur
c quis propriè & uere facere ipse [c] l. 1. §. deiecisse. ff. de ui & ui
arm. & l. item si obstetrix. in prin. & §. 1. ff. ad legem Aquil.
l. si pater. & ibi glo. ff. quæ in frau. cre. l. ita autem. §. gessis
se. ff. de admi. tuto. ibi dum dicit, qui per alium gessit, gessis-
se videtur. & sic utitur uerbo fictionem importante. ut l. 3. §.
ex contrario, & ibi no. doc. ff. de acquir. possessio. l. non vi-
detur no. Bar. in l. si is qui pro emptore. in 6. col. ff. de usuca.
& tamen tex. in d. §. gessisse loquitur in mandato actus liciti,
& saltem hoc procedere uidetur in casu nostro. s. quando sta
tutum habet respectum ad cõtractum prout est facti, seu ꝓut
est in fieri, quia uult quod quando ordinatur & celebratur
contractus debeat interuenire consensus proximiorũ. illud
enim statutũ uolens ꝙ mulier nõ possit contrahere sine con-
sensu proximiorũ, intelligitur requirere consensum tpe con
tractus, & sic in ipsa celebratione actus, ut ꝑ plura probat Bal.
in l. 1. circa antep. col. C. qui admitti. & Anto. de Bu. & Io. de
Imo. in l. cum consuetudinis, de consue. & Io. de Imol. latius
in c. cum uos, de his quæ fiunt a prælato. Pa. de Ca. in l. si cũ
dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. & Lud. Rom. in d. §.
iussum. & sic statutum requirit consensum quo ad celebratio
nem actus, quatenus est facti. l. consilio ff. de cura. furio. ita. n.
indicat illud uerbum inire, positum in statuto, quia refertur
ad factũ, ut patet in c. Romana. §. cõtrahentes. de foro cõpe.
in 6. & in cle. 1. §. porro. de iureiur. l. 1. ff. ad l. Iul. maiesta.
unde quantum ad illud ille qui per procuratorem facit, dr̃
fictè facere ut per Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de usuc. in
5. q. principali in uersi. uenio ad secundum. cũ fingit de una
persona in aliam &c. secutus Dyn. in c. qui per alium. de reg.

iur. in 6. attento etiam ꝙ statutum prædictum loquitur in personam.l.aut qui aliter.§.fi.ff.quod vi aut clam. cum si. & dictam opi. Bar.in d.l.si is qui pro emptore, approbat etiam Io.de Imo.in d.l.si is qui pro emptore. circa vltimam chartã, qñ loquitur in contractu celebrato per procuratorem ex quo veniebat acquirenda aliqua actio procuratori procuratorio, nomine, prout est regulariter.l.possessio quoque.§. fi.ff.de ac qui.poss.& ideo putat ipse veriorem esse doctrinam Barto.in d. l. si is qui pro emptore, quam doctri. Bar. in l.sed si vnius. §.seruus.ff.de iniuriis.vbi videtur aliter loqui & minus bene præsertim per dictũ §.gessisse.& per d.l.possessio. sed vbi nil veniret acquirendum procuratori procuratorio nomine, tũc loquuntur iura allegata per Bar.in d. §. seruus meus. & ita ẽt reprehenditur Bar. per Ang. in d.§.si seruus meus. & sensit Bal.in l.1.ad fi.C.de sen.& interlo.omn.iudi.& videtur quo ad propositum nostrum vera hæc conclusio omisso multilo-
12 quio, quod in variis locis fit per scribentes circa illum †articulum, an mandans dicatur verè facere.& statutum quod est cõtra ius commune vt in casu nostro loquens in casu vero, non habet locum in casu ficto, vt l.3.§.hæc verba.ff.de neg.gest.& probat tex.optimus secundum veram & communem inductionem in l.Gallus §. ꝙ si is.ff. de lib.& posth.& no.Bart. in l.omnes populi,in 6.q. principali.ff.de iust.& iur.& sequitur Bar.& Bal.& Ang.in d.§.hæc verba. & Arch.in c.fi.de consu. in 6. & Bald.in l.2.§.voluntate.ff.sol.mat.& in l. transigere. in 4.col.C.de transa.& in l.si quis nõ dicam repere.in 4. col. C.de epis.& cler.& in l.meminimus.C.de legi.hære.& Io. de Imo.in l.Gallus.§.& quid si tñ.ff.de lib.posth.& in c.cum dilectus,& in c.ex parte,el 2.& in c.ad audientiam,& ibi ẽt per
13 alios de cler. non resi.¶Et ꝙ † dictum statutum non habeat locum in contractu celebrato a procuratore, cui cum consensu proximiorum datum erat mandatum, voluit Angel. & expressius Raph.Cu.in l.apud Iulianum.§.fi.ff.quibus ex caus. in pos.eatur.licet Bar.ibi reliquerit indecisum. & mouentur per illam rationem,quia verba statuti debent intelligi propriè & non impropriè aut per fictionem.l.1.§.si is qui nauem.de exerci.& d.§.hæc verba.iuncto d.§.deiecisse. Item quia intentio statuti fuit prouidere fragilitati mulieris,quæ ratio cessat, quando tutor vel curator aut procurator eius contrahunt, q tenentur reddere rationem administrationis mulieri. ¶Est ve
14 rũ † quod Raph.Cu.in d.l.apud Iul. §.fi.dicit se putare, hoc esse verum, quando statutum diceret quod mulier non posset contrahere,quia quando eius tutor, curator vel procurator contraheret,non dicitur vere contrahere, sed si statutum diceret quod nõ possit mulier obligari sine consensu proximiorum,videretur tunc secundum eum ꝙ etiam qñ tutor vel curator mulieris contraheret, deberet interuenire consensus propinquorũ mulieris,quia illa obligatio q̃ oritur ex illo cõtractu,est propriè obligatio mulieris.tñ istud ꝙ dicit Raph. non obstat quo ad casum nostrum,quia ipse in hoc vltimo loquitur,quando tutor vel curator contraxit, non qñ procurator.& est differentia quando procurator contraxit,ab eo casu quando tutor vel curator contraxit,quia quando procurator contraxit satis videtur satisfactum statuto,quia in mãdato dato illi procuratori ad talem actum & similes faciendos interuenerat consensus propinquorum, qui videtur sufficere, ac si ipse actus factus fuisset a muliere cum consensu propinquorum, vt probatur in d.l.procuratorem.& in d.l.neque.cũ aliis quæ fuerunt adducta in præcedentibus fundamentis.sic alibi
15 videmus quod † decretum interpositum super aliquo cõtractu videtur interpositum super omni contractu qui sequitur ex illo, vt in l. si pupillorum.§.si pupill.& ita ibi colligit Bal. ff.de reb.eo. nam dispositio sequens sumit robur a præcedenti quæ dirigitur in illam l.si ita scripsero. ff.de condi.& dem. l.quem hæredi.ff.de reb.dub.sed hæc ratio cessat in tutore, & curatore.nam dictus contractus concessionis ad vsum, est executio dicti mandati,ad hoc quod no.Bal.in consi. incipi. Visa quadam constitutione.& Bal,in l.1.C.si aduersus transa. dum volunt sufficere ꝙ in compromisso interuenit decretum licet non interueniat in actu laudi qui est implementum cõpromissi. Secunda ratione non obstat, quia ipse loquitur qñ statutum diceret quod non possit mulier obligari, sed statutũ in casu nostro dicit ꝙ non possit inire obligationem, &c. nã per illud verbum inire, apparet quod statutum habuit respectum ad actum facti vt iam supra dixi, quo casu non dicitur vere inire obligationem, vel alium actum explicare (quãtum ad ipsum factum) ille qui explicat per procuratorem.d.§. ges
16 sisse. ¶†Tertio etiam contra Raph.in casu suo facit vna ratio per quam Ang.& ipsi tenent quod statutum disponens, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum,
d non habeat locum quando [d] tutor, curator vel procurator, contrahunt quia tunc cessaret mens & ratio statuti,quæ fuit prouidere fragilitati mulieris. nam ex quo actus celebratur, per istos qui etiam tenentur reddere rationem administrationis,& tenentur de dolo & culpa non habet locum dictum statutum, & præsertim in casu nostro in quo dicta finalis ratio statuti fuit expressa in statuto, vt supra dixi. & sic sumus in regula iuris antiqui dicentis,quod cessante causa vel ratione legis cessare debet eius dispositio.cap. cum cessante,de appel. l. adigere.§.quamuis.de iure pat.l.generaliter.C. de episcop.& cle. bona glo.in l.cum tale.§.leg.falsam.de condi.& demon. & no. Bartol. & alii in l.2.§.fin.ff.de do. & in extraua. ad reprimen.in verbo,nec ex eorum.& doc. in cap.post translationem,de renun. potuerunt enim diligenter proximiores dictę dominæ præuidere tempore contractus quod bona prædictę hæreditatis expediebat vendere, seu ad vsum concedere, potuerunt etiam præuidere integritatem ac diligentiam & affectionem procuratoris, adeo quod comprehendere potuerũt ea via esse vtiliter consultum mulieri, & ad vtilitatem eius probabiliter cedere dictum mandatum, & ea quæ inde caussarentur, & procuratorem esse idoneum etiam facultatibus, adeo quod ex culpa procuratoris, si quam committi contingeret, posset mulieri pro indemnitate sua aduersus procuratorem succurri. Vltimò, quantum ad hoc quæsitum accedit
17 † longi temporis consuetudo & obseruantia in dicta ciuitate (vt verbo fertur) per quam apparet a tempore dicti statuti conditi & citra ita fuisse interpretatum seu seruatum dictum statutum, vnde non sunt mutanda ea quæ interpretationem certam ab obseruantia & consuetudine semper habuerunt.l. minimè.ff.de leg.& melius in l.si de interpretatione.cum l. sequenti. eod. tit.& in cap. cum dilectus, de consuetudi. vbi quando verba legis dubia esse possunt, debet attendi quo iure ciuitas, in huiusmodi casibus vsa fuerit nec requiritur q̃d fuerit ita iudicatum.l.de quibus, & communiter per docto.
18 ita tenetur ibi & vbique.ff.de legi. ¶Ad alleg.†in contrarium satis euidenter patet responsio ex superius dictis.nam non obstat primum argu. scilicet, quod proximiores non possunt procuratorem constituere ad suum consensum præstandum quia respondeo quod in casu nostro proximiores præstiterũt consensum per seipsos dicto mandato, & eo tempore potuerunt adhibere diligentiam per quam esset consultum vtilitati mulieris, vt declaraui supra præsertim in penultimo fundamento. & similiter est responsum ad reliqua argum. quia sufficit, quod in mandato dato ad concedendum ad vsum, fuerit seruata forma statuti, per quam satis potuit esse prouisum indemnitati mulieris, nec requiritur quod singulariter fuerit datum mandatum ad ita locandum, vel ad ita vendendum, quinimò statutum non loquitur in casu isto, quando contractus concessionis ad vsum vel alius celebratur per procuratorem vel similes, quo casu non militat ratio statuti, prout
19 ut hæc omnia fuerunt supra comprobata. ¶ Quo † ad aliud quod opponitur contra dictum mandatum videlicet, quod censetur reuocatum spatio temporis 21. ann. istam puto esse leuem & fragilem dubitationem. nam mandatum durat donec voluntas durare præsumitur. & nisi sit mutata vel extincta voluntas, non extinguitur mandatum.l.si verò non remunerandi.§.si mandauero.ff.man.& l. si pater.ff.de manu. vin. l.mandatum.C.mandati.sed mutatio voluntatis non præsumitur etiam vsque ad extremum vitæ spiritum, nisi probetur l.cum hic status.§.1.in fin.ff.de don. inter virum.l. cum tacitum.ff.de proba.c.maiores,ad fi.& ibi no. de baptis. fortius habetur in c. licet de procur.in 6. quod si dominus constituit Titium procuratorem suũ, & Titius respondit se nolle
e le [e] acceptare mandatum,tamen põt postea Titius q̃ñcunq; acceptando mandatum vti officio procuratoris,nisi appareat ꝙ dominus mutasset voluntatem.& dicit ibi Io.An. in nouella, quem alii ibi sequuntur, quod non præsumeretur, quod dominus mutauerit volũtatem nisi probetur, vt d. c.maiores.

Ex qui-

Ex quibus concludo mandatum & contractum concessionis ad vsum factum vigore dicti mandati valuisse. Alex.

ADDITIONES.

* Non interuenit.]Vide de hac quęstione latè Soci.ad l.j.§. item acquirimus.col. 3.ff.de acqui. poss.& pulchrè Afflict. in eisdem penè terminis,decis. 285.dub.2. Natta.

a ¶Puto.Contrarium tenere videtur late Soci. Ias. l.j §.item acquirimus. col. 2.ff. de acqui.vel amit. poss.Soci. consi. 112.consi. 139.lib. j. Hippol. Marsil. singu. 205. & in repe. rub. de probatio. fol. 41. Sed ipsi loquuntur in alienatione prędiorum minoris,vbi ius requirit specificam discussionem quę si fuit adhibita in mandato seu permissione satis est, nec requiritur in executione, licet contrarium tenuerit Bap. Cacialup.rep. l. cunctos populos. char. 15.de sum. Trini. & authen. sacramenta puberum. C.si aduer. vendi. & malè, limito, si propter temporis interuallum mutatus esset status rerum pupilli, puta quia tempore decreti erat vtile sic fieri vt decernebatur . Sed postmodum antequam exequeretur superueniri pupillo, opulenta hæreditas nobilium,vel aliter & manifestè neque occultè immutatus rerum status, & cessaret causa alienandi. Sed hic præsupponit mulierem esse maiorem nec statutum requirit specificam discutionem nec videtur factam solo fauore mulierum , sed etiam fauore agnatorum & cognatorum, ne hæreditaria bona diriperentur quare dictus consensus ad alienandum bona in genere,sine alia specifica discussione necessitate vel vtilitatis mulieris videtur satisfacere statuto, etiam si ex longo præcesserit interuallo, ex quib. hoc consilium Alex. sustinetur.

b ¶Singulare.supra li. 6. consi. 155.nu.8.

c ¶Ipse. hæc ratio hic non valet sed sophistica est, vt per Aret.l. multum. col. fin. de acqui. vel amit. hæredi. adde no. supra. lib.4.consil. 60. Feli. c. mulieres.de senten. excommu.Ias.l.si is qui pro emptore.col.67. de vsucap.

d ¶Quando.Areti.insti. de oblig. quæ ex qua. contra. §. hæres quoq;.

e ¶Nolle.Domi.Philip. Francis. ibi ampliant, & si Titius coram mandante hæc dixerit. quod non puto verum, saltem in præiudicium, mandantis,qui verisimiliter animum ad alium vel ad aliud consiliū conuertit, nec amplius secutus est fidem Titii,nisi de noua expressa vel tacita voluntate constet.& ita sentit Io.And.d.c. licet,& bene.

EPITOME.

ETIAM in vno, & eodem teste fit reductio ad cōcordiam ne sit varius. & error, vel obliuio excusat a falso.

CONSILIVM CXC.

Visis attestationibus ser Geminiani de la Capelina, & Andreæ alias dicto Penato, & copiis instrumentorum, & aliis scripturis mihi exhibitis. Quæritur, an dicti duo testes sint suspecti de falso, seu de falso conuincantur ex dictis eorum attestationibus, & dictis instrumentis, attentis his quæ contra eos obiiciuntur. & mihi proculdubio videtur concludendum ꝙ non. nam in primis non ob. dum contra dictum ser Geminianum obiicitur ipsum attestari in sua depositione illam ratificationem factam per clarissimum iuris doctorem dominum Antonium & Ioannem de Valentinis, de qua ipsemet ser Geminianus fuit rogatus emanasse vigore cuiusdam copiæ instrumenti contractus mutui initi inter tunc magnificum comitem Hugonem Rangonum & Frāciscum de Valentinis rogati per ser Bartholomæum ab Vteris notarium Forliuiensem, & tamen in ipso instrumento ratificationis nulla fit mentio de mutuo,sed ipsi ratificantes referunt se ad instrumentum scriptum & rogatum per dictum ser Bartholomæum ab Vteris, & ad causam in eo contentam & contra dictum ser Geminianum allegatur ꝙ dictum instrumentum rogatum per dictum ser Bartholomæum non cantat de mutuo,sed de pecunia data ad mercandum ad dimidiā lucri & damni,& ita producitur tale instrumentum contra dictum ser Geminianum,& sic videtur quod ex proprio instrumento ratificationis rogato per eundem ser Geminianum,maximè iuncto dicto alio instrumento authentico rogato per dictum ser Bartholomæum, appareat quod dictus ser Geminianus est sibi ipsi varius & contrarius, & consequenter de falso suspectus, vt l. eos. versicul. de imprudentia. & quod ibi nota. Barto.ff. ad leg. Corn. de fal.& l.qui falsa.ff. de testi. & cap. per tuas. de probatio. & nota. in cap. in nostra, de test. & legi. & nota. 4. quæstione 3. in versicul. item qui falsa,

1 vel varia. in cap.præterea, de testi. cogen. † quia ad hoc respondeo quod non subest hic vlla varietas quæ ostendat istū testem esse de falso suspectum. nam præsuppono, quòd etiā

a in vno a & eodem teste, quando non apparet euidenter de cōtrarietate reducenda sunt dicta eius ad concordiam saltem, ad hunc effectum, vt euitet periurium & falsum.ita expresse concludit Iac. Butr. in l. cum de ætate.ff. de probatio.& in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipu. & Anto.de But. & do. Abba. in cap. cum tu. de testi. & Ioann. de Imo. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. obliga. & Ioan. de Imol. & dom. Abba. in dicto cap. in nostra, & Ludo. Roman.in l. 2. §. creditum.ff. si certum peta. & ita est de mente Bartol. in l. 1. in princip.ff.de ope. nou. nuncia. & in l. Labeo. ff. de suppel. leg.& in l.de ætate. in 2. quæstio.principali.circa prin. ff. de mino. & Specu.in titu. de noto.crimi. §. fama. ad fin.& Bald. in l. data opera. in 18. col. & in authen. at qui semel. in 4. col. C. de proba. argu. d. cap. cum tu. facit quod no. Bartol.in l. scripturæ. C. de fide instrum. cum simi. & sic patet hanc esse communem opi. ¶ Modo in proposito optime patet posse reduci ad consonantiam verba instrumenti ratificationis, vt verba depositionis dicti ser Geminiani, quia dictus ser Geminianus dum in instrumento ratificationis dixit ꝙ dicti dominus Antonius & Ioannes ratificarunt & approbarunt contenta in instrumento rogato, per dictum ser Bartholomæum, intellexit de instrumento contractus mutui prout loquebatur copia sibi exhibita,attento ꝙ in instrumento ratificationis non exprimitur quod illud instrumentum non fuerit ex causa mutui. & hoc modo non est cōtradictio inter depositionem ipsius ser Geminiani & instru-

a mentum ratificationis.¶Pro hoc facit † quod habetur in glo. notabili.l.iurisgen.§.quod ferè.ff.de pac.in gloss. magna. ex qua colligit ibi Bald. quod probatio falsi debet esse concludens & necessaria,& quod vbicunque potest instrumentum interpretatione aliqua iuuari vt cesset falsitas illud fieri & recipi debet argu.l.cum precib.de proba.& d.c.cum tu.bene faciunt notata per Cyn.in l.in exercendis.cum sim.C.de fide instru.& tanto magis hæc procedunt,cum non appareat dictū ser Geminianum vidisse instrumentum aliquod rogatum, per dictum ser Bartholomæum de contractu duorum milium ducatorum datorum per dictum comitem Hugonem d.Francisco ad mercandum ad dimidiam lucri & damni.& ideo cōstat de dolo dicti ser Geminiani, sine quo non potest committi falsum l.nec exemplum.C.de falsis.¶Non obstat etiam dū obiicitur contra dictum ser Geminianum ꝙ interrogatus super secundo interrogatorio asserit ꝙ non fuit aliquid omissū in dicto instrumento ratificationis quod non fuerit scriptum & tamen ipse attestatur, de multis quæ dicitur fuisse expressā tunc a contrahentibus quæ non fuerunt expressa in instrumēto, quia respondetur, quod dictus ser Geminianus super dicto secundo interrogatorio, continente,an velit ipse testis dicere ꝙ fuerit aliquid omissum in dicto instrumento quod nō fuerit scriptum,respondit quod non, quod sciat, vnde attento quod idse testis nunquam viderat aut intellexerat factum esse instrumentum aliquod duorum millium ducatorum datorum ad mercandum,sed solum viderat dictam copiam cantantem de mutuo rogato per dictum ser Bartholomæum probabiliter putauit non esse omissum de causa mutui in instrumento ratificationis quia instrumentum ratificationis refert se ad instrumentum rogatum per dictum ser Bartholomæū. & sic per relationem ad ipsum instrumentum satis probè existimauit ser Geminianus non esse omissam dictā causam mutui in ratificatione, quia id quod continetur in scriptura, ad quam fit relatio, satis intelligitur expressum in scriptura referente.l.institutio talis.ff.de condi.insti.l.asse toto.ff.de hære. insti.l.si ita scripsero.ff.de cond.& dem.l.ait prætor.§.1.ff.de re iudi.¶Præterea licet dicta rñsio facta in interrogatorio importet ꝙ ipse testis nō vult dicere ꝙ aliquid fuerit omissum in d.instrō.ꝙ nō fuerit scriptū, nō sequitur si nō vult dicere, er-

4 go nō fuit omissum. † Tertiò rñdetur ꝙ illa rñsio ser Gemin. debet intelligi de substantialib. instrī,quia nō oīa sunt verbose apponenda in instrīs.l.ampliorē.§.in refutatoriis.C.de ap. l.fi.C.de preci.Imp.off.&illa substātialia debēt opponi de qb. est rogatus notarius a partib.vt legitur & no.in aut. de tabel. in prin.& nota. in l.si ex pretio.C.si cer.pe.& plene in c.1.de

5 fide instru. ¶Respondeo† insuper per id quod dixit Alberi. de Rosate in l. non erit §. dato. ff. de iureiuran. vbi per ea quę ibi notantur in glo. dixit ꝙ si testes dixerunt tale quid fuisse factum præsente Titio & Seio, postea in fine interrogati quibus præsentibus factum fuit, dixerunt nullis præsentibus, nõ poterit redargui dictum eorum de falso, quia intelligitur nullis præsentibus. s. excepto Titio & Seio. ita in proposito, attento ꝙ testis deponit in dicto testificatu tunc legisse, & vidisse copiam instrumenti ratificationis, si deposuisset, quod aliqua dicta fuerunt a contrahentibus quæ non sint expressa in instrumento, & ipse testis super interrogatorio, respondit quod non fuit aliquod omissum in instrumento, & hæc verba velimus referre ad omnia quæ testis. deposuit fuisse dicta a cõtrahentibus tempore ratificationis. est intelligendum ꝙ non fuit aliquid omissum. s. præter illa quæ deposuit fuisse dicta a partibus, quæ non sint scripta. bene facit quod no. in fi. Spec. in d. §. fama in fi. ¶Non ob. etiam dum tertio obiicitur contra istum testem quod deposuit Franciscum de Valentinis, non fuisse præsentem ratificationi, vt patet ex responsione facta ꝑ eum in sexto interrogatorio. & nihilominus contrarium apparet ex inspectione dicti instrumenti, quia respondetur, ꝙ iste testis non dicit ꝙ Franciscus non fuerit præsens ratificationi, immo nec in sexto interrogatorio, nec in responsione fit mentio de ratificatione, vnde potest referri sextum interrogatorium & eius responsio ad ea de quibus in proximo ꝑcedenti interrogatorio continebatur, quia fuerit interrogatus testis in quinto interrogatorio quid dicti de Valentinis, scilicet Antonius & Ioannes de quibus supra fuerat facta mẽtio, dixerant & dicebant de dicta copia. & respondit ꝙ dicebant illam fuisse sibi missam a comite Hugone, vnde sequens interrogatorium. s. 6. cum eius responsione est intelligendum, an fuerit præsens Franciscus quando dicti de Valentinis eius fratres dixerunt dictam copiam eis fuisse missam a comite Hugone, & hoc vt falsum euitetur, vt probatur per ea quæ sup. allegata sunt. ¶Denique potest responderi ꝙ dicti de Valentinis dixerint quod non fuit præsens. s. ratificationi fratrum, & intelligens, nam quatenus pertinet ad ratificationem Antonii & Ioannis, non apparet ex inspectione instrumenti, quod fuerit præsens & intelligens Franciscus, quia ille actus ratificandi non respicit Franciscũ, licet quo ad aliquos alios actus de quibus in dicto instrumento fuerit præsens Franciscus, po-

6 tuit† ẽt quo ad actum ratificationis Franciscus esse præsens, corpore & non mente. & vt euitetur contrarietas & falsitas, verba intelliguntur de illa præsentia per quam falsitas euitatur, vt expresse dicit Paul. de Castr. in l. 1. C. de errore aduoc. & patet ex his quæ habentur in l. 1. in fin. cum ibi not. per Bar. ff. de autho. tuto. & l. si dictum. §. si præsente. ff. de de euic. & per no. per glo. magnam in l. fi. post prin. C. si maior fac. ¶Sentio insuper probatum esse quod tempore, quo dictus testis examinabatur & interrogabatur, an dictus Franciscus fuerit præsens, respondit examinatoribus videndum, esse instrumentum ratificationis de quo ipse fuerit rogatus, ꝙ instrumentum tunc ibi adhærat, & vnus examinatorum ipsum instrumentum legit maximè in ea parte, in qua dicti Antonius & Ioannes se obligant, & ratificant, & respõdit d. examinator ꝙ sibi non videbatur ex ipso instrumento sic ipsum Franciscum fuisse præsentem, & tunc testis examinatori respondit sic, ergo scribatis ꝙ sic, patet, quia responsio facta per dictum testem circa hoc processit ab errore causato ratione

7 examinatoris, & excusandus est saltem a dolo ille, qui † cre-

b didit fide digno, [b] vt est glo. no. in l. si Titio fundus. ff. de condi. & demon. & ibi Bar. & no. Bal. & Ang. in l. 1. in princ. ff. de eo per quem fac. erit. & Lapus allegatione. 136. & ꝑ Bar. in l. qui fundum. §. procurator cum si. ff. pro empt. & ideo si examinator erat notarius vel similis cuius fides est approbata C. de fide instru. l. si quis decurio, cum ibi not. C. de fal. excusatur testis, a dolo, & sic a falso. d. l. nec exemplum. & præsertim quia interrogabatur super eo quod erat de longinquo, cuius præsumitur obliuio. l. furtum §. fundi. & ibi no. ff. de vsuca. & l. licet. & ibi no. C. de acqui. pos. cum si. & attento, ꝙ

8 † testis requisiuit examinatorem, vt videret an Franciscus fuerit præsens, apparet ꝙ non perpenderat ex inspectione instrumenti, seu copiæ, an Franciscus fuerit præsens, ex indiciis. n. colligitur dolus & bona fides. l. dolum. C. de dolo. & l. nõ omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. & non est dubium ꝙ error, vel obliuio excusant a dolo, & consequenter a pœna falsi, vt est tex. in d. l. nec exemplum. & §. & licet & ibi no. Ang. in aut. de teste. bene facit, l. igitur. §. potest. ff. de lib. causa. l. genero. ff. de his qui no. infa. ¶Non ob. etiam dum arguitur iste testis, quod super 12. interrogatorio respondit, quod non audiuit aliquid dici per dictos de Valentinis vltra instrumentum, & tamen superius deposuit audiuisse alia quæ nõ sunt in instrumento, quia ad hæc patet responsio, per id ꝙ dixi supra referendo Albericum de Rosate in d. l. non erit. §. dato quia intelligitur quod non audiuit alia. s. præter ea de quib. sup. dixit. Ex quib. intrepidè sentio argui non posse ex prædictis de falso contra dictum testem. ¶Circa depositionem Andreæ, non obstat dum sibi obiicitur quod super capitulis examinatis dixit quod fuit facta ratificatio per dictos de Valectinis cuiusdam copiæ seu chartæ vel instrumenti quod habebat dictus ser Geminianus in manibus in fauorem dicti comitis Hugonis, & hoc erat quantum se scire dixit, tamen postea super interrogatoriis dixit quod in tali copia seu instrumento fiebat mentio de causa mutui, & non de bona mercantia, & tamen supra dixi, hoc esse quantum dicebat se scire, & tamen supra nihil dixerat de mutuo, quia respondeo quod illa verba. s. & hoc est quantum se scire dixit &c. licet includant quod sciat

9 testis illa quæ expressit, tamen non sunt verba taxatiua. † vnde si ad petitionem interrogantis quantum valeat, iste liber, respondeo & iuro ꝙ valet decem, si postea etiam dicam, quod valet duodecim, non sum periurus. l. cum furti, & ibi no. doc. ff. de in litem iur. Secundò rñdeo per ea quæ dixi supra referendo Albericum de Rosate in d. l. non erit. §. dato, quia hoc est quantum se scire dixit. s. præter infrascripta, non. n. est capienda interpretatio ꝙ sibi statim contradixerit. l. non ad ea ff. de condi. & demon. Tertio respõdeo quod statim potuit dictum suum corrigere, vt in c. præterea, de testi. cog. & nota. in §. quia vero. in auth. de testi. ¶Non obst. etiam dum obiicitur contra eum quod super interrogatoriis respondet quod Franciscus de Valentinis non fuerit præsens dictæ ratificationi & iuramento prædicto, quia rñdetur ꝙ iste Andræas nõ est testis instrumentarius, non. n. est de testibus adhibitis ad dictum instrumentum ratificationis per contrahentes, seu per notarium, vnde esse potuit quod iste Andræas non viderit Franciscum esse tempore ratificationis, & nihilominus potuit Fra-

10 ciscus adesse contractui, nam † etiam si inter Franciscum, & alius fuisset paries vel cortina in medio valuisset nihilominus contractus, dummodo notarius & testes qui fuerint adhibiti

c ad instrumentum habuissent notam [c] vocem Francisci, vt est glo. reputata singularis & communiter approbata quo ad cõtractus in l. 2. §. idem Labeo. & ibi Bar. ff. de aqua plu. arcẽ. & est de mente glo. 3. q. 9. testes. & no. doc. in c. præterea. & in c. cum causam quæ inter archiepiscopum, de testi. & in l. si non speciali. C. de testa. cum suis concor. vnde quo ad dictũ Andræam testem potuit Franciscus non esse præsens, quia eũ non vidit nec cognouit, & tamen potuit esse præsens quo ad notarium & testes adhibitos & rogatos ꝑ celebratione actus, & sic cum præsentia possit vario modo accipi, & quo ad euadendum falsum debeat accipi eo modo, quo euitatur falsum vt supra dixi, sequitur quod per hoc iste Andræas non incurrit falsum. ¶Accedit etiam quia illud instrumentum ratificationis non est confectum cum isto Andræa, ergo contra eum non debet probare, sicut probaret, si cum eo confectum esset quia res inter alios acta &c. vt in rubro & nigro. C. res inter alios acta. ¶Non habet etiam obstare id quod obiicitur contra eundem testem inquantum interrogatus fuit an ipse testis audiuerit aliquid dici per ipsos de Valentinis vltra instrumẽtum. & quid dictum fuit, & quare ea non scripsit notarius. & ipse testis respondit ꝙ non audiuit aliter dici, & tamẽ in eius testificatu de aliis attestatur, quę non continentur in instrumẽto, quia respondeo quod pro certo, hæc est satis fragilis obiectio, & rñsio patet ex his quæ dixi circa aliũ testẽ & ex not. per Albe. in d. §. dato. iuuãtur ẽt dicta istorũ testiũ ex depositionibus aliorum testium secum concordantium iuxta. l. si quis ex argentariis, iuxta prin. ff. de eden. & per no. per glo. & Iac. Bu. in l. 3. post prin. in verbo numerus. ff. de testi. circa quæ nõ expedit vlterius laborare stantibus prædictis. Ex quibus concludo prout circa proximum præcedentem. Laus Deo.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Vno. limita no. vt per Ale. l.j. in prin. de ope. no. nun.
b ¶Digno sup. lib. 5. consi. 75. nu. 11.
c ¶Notam. supra li. 3. consi. 89.

SVMMARIVM.

1 *Testis instrumentarius potest reprobari, ex causa noua, vel etiam ex antiqua, sed tempore instrumenti ignota. & nume. 2. 3.*

4 *Reprobare quis non potest testem, etiam verbaliter tantum productum.*

5 *Testes recordari, & deponere possunt, de his quæ prius dixerint, se nescire.*

CONSILIVM CXCI.

Visis nouis dubitationibus transmissis in causa mota p ser Iam Petrum & Franciscum de Roma contra
* Laurentium Ioannis Peregrini, in qua alias pro dictis *de Roma consului, non videtur mihi aliquo modo dictis de Roma
1 obstare † id quod dicitur per dictum Laurentium. s. quod dictus Franciscus Michelinus & Antonius Laurandinus testes Laurentii fuerint adhibiti dicto scripto ad se subscribendum
a & sic tanquam testes instrumentarii non videntur posse [a] repelli aliqua exceptione, iuxta not. per glo. in §. & licet, in fin. in verbo supplicii, in auth. de testi. & no. Bal. in l. parentes. C. de testi. & Ang. in l. 1. C. de testam. cum si. & facit l. si
b quis testibus. C. de testi. quia respondeo, q illud [b] non procedit quo ad exceptiones, quę non apparerent fuisse causatæ tépore quo fuerunt rogati seu adhibiti ad actum, vel scriptum, vt no. Io. de Imo. in l. ad testium. §. ad conditionem. ff. de test. allegat ea quæ habentur in c. insinuante, de offi. dele. & in l. 2. C. de consor. eiusdem litis. & in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. act. & Lud. Ro. in d. l. 1. C. de testa. & hoc aperte colligitur ex notatis per Inn. & alios in c. ex literis. de trans. vn-
c de licet appareat q tempore quo dicti testes deposuerunt in iudicio essent aut coloni aut mercenarii dicti Laurentii, seu
2 aliter domestici sui, non sequitur; ergo ita † erant tempore, quo fuerunt adhibiti ad scriptum, quia non præsumuntur, ex præsenti in ptęteritum, quando quærimus de huiusmodi, qualitatibus quæ non concordant cum primo statu personæ vt declarat nota. Oldr. & Bal. in l. magistratus. ff. de magistra. conue. & Bald. in l. ex persona. C. de pro. & in l. si quis C. de adul. & in l. non ignorabit. C. ad exhib. nam primus status dictorum testium fuit de necessitate talis q indicat, quod non poterant dicti testes tempore suæ natiuitatis esse coloni, vel mercenarii dicti Laurentii. ideo tunc ex præsenti non præsumitur in præteritum. facit l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pign. & qui se fundat ex tempore debet tempus pbare. l. matrem. C. de proba. & l. cum actum. ff. de neg. gest. & no. in cle. fi. de rescriptis cum sim. igitur si Laurentius vult dicere quod dictis exceptionibus domesticitatis fuit tunc renũciatum adhibendo eos ad subscribendum, oportet quod probetur q tunc suberat talis domesticitas. requireretur etiam
* aliud q appareret * de scientia adhibentis dictos testes. s. qđ sciret dictam domesticitatem, nam ignorans non videtur remittere seu renunciare. l. mater. ff. de inoffi. test. l. in repudiãda. ff. de acqui. here. & ignorantia in dubio præsumitur. l. verius. ff. de proba. l. super seruos. C. qui mili. non pos. lib. 12. & istud in proposito nostro dicit expresse Pau. de Leaza. in comment. c. testimonium, circa primam col. de testi. & est de mẽte Cyn. in l. si quis testibus. in 8. q. C. de testi. Præterea aliis etiam ex causis non probant dicti testes, de quibus causis refero me ad alia scripta in primo consilio. ¶Et per hoc non esset necesse aggredi aliud dubium, an persona Michaelis testis dictorum de Roma videatur approbata per dictum Laurentium eo q pro parte sua fuerint impetrate literæ, vt examinaret ur in testem, & fuerit nominatus pro teste, quia dico q licet tex. in l. si quis testibus, prællegata. & 4. q. 3. in c. si quis testibus, dicat q si quis testibus vsus fuerit, & postea tales testes per aduersarium contra eum producantur non potest cõtra personas eorum excipere, tamen doctores dicunt, quod
4 † illud habet locum, nedum quando quis est vsus ipsis testibus iam productis & receptis, uerum etiam idem erit si post productionem eis non vtatur, quia satis est quod vti potuerit l. 3. §. 1. ff. quod quisque iuris & l. si post mortem. §. fin. ff. de bon. poss. contra tab. & quia est eadem ratio quo ad hoc vt videatur approbata persona, ita uolunt Odoff. Iaco. de Ra. & Petr. in d. l. si quis testibus, quos etiam ibi sequitur Sal. in 2. q. & firmat doc. communiter in c. præsentia. de testi. in antiquis. Io. And. in addi. Spec. in tit. de teste. §. sæpe super versi. sed quid si eum. & Pau. de Leaza. in dicto ca. testimonium, in 1. col. hæc ratio videtur militare in proposito, nam vt inquit, Bal. in additione Spe. in titu. de instru. edi. in 3. col. in ver. dupliciter vtitur quis &c. dicitur quis vti dupliciter instrumento, & pari ratione testibus, vno modo realiter producendo, alio modo verbaliter sicut dicimus quandam esse oblationẽ realem quandam verbalem, vt plenè no. in l. acceptam. C. de vsur. & in l. si mora. ff. solu. mat. tamen hoc vltimum per se non pono pro constanti, nec etiam est necessarium, attento q (vt dixi) testes dicti Laurentii non probant. ¶Posset etiam quispiam adducere quemadmodum voluerunt multi. s. quod licet non fuerit persona dicti nuncii approbata per aduersarium, tamen aliqua partium instante possit sponte testificari, pro eo cuius negotium gessit, si ad eum non spectat commodum, licet inuitus cogi non possit, vt tenuit glo. 1. in auth. de testi. §. quoniam verò, in verbo, legem, & ibi hoc tenet Iaco. de Bel. & Ang. & sequitur etiam hoc Bal. & Sal. in l. omnib. C. de test. & in l. fin. ff. de testi. tamen hoc non puto necessa-
5 rium per superius dicta. ¶Non om tto † etiam quod quamuis dictus Dominicus qui testificatus est pro illis de Roma in
* primo testificatu dixerit se non recordari, * tamen potuit, in secundo testificatu deponere, prout fecit tanquam tunc recordaretur, vt in c. 1. §. 1. in verbo non reminisci. & ibi nota. Bal. in tit. quid sit inuest. & l. qui bona. §. si quis stipulatus. & ibi no. Iaco. de Are. Bar. & alii. ff. de dam. infec. & glo. in c. cum causam quæ inter economum, in glo. & in c. cum causam quæ inter Archiepiscopum, in gl. fi. de testi. & no. Bal. in c. 1. §. notandum in tit. de notis feu. & Ang. in l. quidam tabularum, per illum tex. in fin. ff. de fur. & Anto. de But. in cap. cum in tua, de testi. Alexan.

ADDITIONES.

* Alias pro dictis.] Habes istud consilio supra libro quarto. consilio 92. Nat.

a Posse supra, li. 3. consi. 4. in fi. Cur. senior. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iura. propter cal. dam. consi. 55. nu. 8. Anto. Cor. sing. ver. testis. 2. Ias. l. 1. col. 2. C. de test.

b ¶Illud. Item limitat Cæpola cau. cri. consi. 21. col. 5. Socin. l. si quis ita col. 3. de reb. dub.

* Quod apparet.] Istud fundamentum non videtur tutum, per l. qui cum alio. ff. de reg. iur. nisi dicatur quod hoc non procedit in testibus. Natta.

* Dixerit se non recordari.] Si ponens contraria, etiam ex interuallo, conuincitur de periurio, c. fiet. vbi doct. de iureiur. in 6. a fortiori hoc in teste, nisi ostendat causam nouæ informationis, per quam nunc sciat. quod alias ignorauit. ita Are. consi. 71. col. 2. Sed cogita, quomodo istud procedat, cum testis deponere debeat de eo, quod sensu percipit, quomodo cadat in eum error probabilis. Ideo vide Are. ad ca. in nostra. col. 3. de testib. Natta.

EPITOME.

INSTRVMENTVM reddendarum rationum non habet executionem paratam.

CONSILIVM CXCII.

Visis narratis in themate, & certis scripturis mihi exhibitis, sentio de iure dictum præceptum exequendum non esse. Nam primo † præsuppono, quod de iure cõ-
1 muni instrumenta non habent regulariter paratam executionem, sed via actionis agendum est producendo libellum, litem contestando, & deueniendo ad diffinitiuam sententiam l. minor 25. ann. cui fideicommissum in verbo ad instar nouæ petitionis. ff. de mino. l. prima. C. de exe. rei iud. & ibi no.

Bal.l.ait prætor.§.1.& ibi no.Ang.ff.de re iu.l.si cum dotem
§.eo autem tempore ff.sol.mat.& ibi no.Ang.Sed dictū statutum Regii sub rubrica qualiter procedatur in fauorem creditorum habentium instrumenta contra debitores suos, non militat in casu nostro vt infra dicam,ergo sequitur quod dictum instrumentum non meretur executionem petitā. Quod autem dictum statutum nō militet in casu nostro, quia instru strumentum in quo est descripta obligatio rei conuenti, seu prætensum debitum contra reum conuentum est instrumentum per ꝙ Zan Franciscus Rubinus assumpsit tutelam d. Catharinæ filię quondam Bartholomæi de Bonzagnis in quo instrumento inter cætera promisit notario stipulanti vice & nomine d. Catherinæ vtilia dictæ pupillæ facere,& inutilia prætermittere,& eam & eius bona indefensa non relinquere, ac salua facere, & inuentarium de bonis suis facere,& rationem administrationis tempore debito reddere cum reliquorum, consignatione vt patet ex inspectione dicti instrumenti, & sic nulla ibi sunt verba per quæ promittat, & se obliget ad restituendum nisi quatenus dicitur ibi quod promisit reddere rationem administrationis cum consignatione reliquorum. & ponderandum est ꝙ illa promissio facta per illa verba cū cōsignatione reliquorum,importat quod ipse teneatur restituere reliqua simul cum redditione administrationis,non aūt ꝙ principaliter per se restituere teneatur aliquam quantitatem
2 absque eo ꝙ videatur ratio administrationis quia† dictio cū, denotat quandam simultatem & requirit de necessitate concursum vtriusque,licet secus sit in copula, & ita notabiliter, determinat Bar.in l.Gallus.§.quidam recte.ff.de lib.& posth. circa 1.vel 2.col.per l.si mulieri & Titio.ff. de vsufru. accre. iuncta l.ea tñ adiectio.ff.de le.3.& no.per Bal.in l.fi.C.de suis & legi.& per Moder. in l.Titiæ testores.§.nihil.ff.de leg.1. & ideo ille qui petit vigore dictæ promissionis in instrumento contentæ habuit necesse petere secundum formam dictæ promissionis.s.reddi rōnem administrationis simul cum consignatione reliquorum,non autem per se potuit peti certa quātitas.s.ducatorum centum,quæ dicitur peruenisse ad manus dicti tutoris.pro hoc etiam facit quia dicta dictio cum,apposita inter res promissas coniungit accessorie non æquè principaliter,l.1.& 2.ff.de pec.leg.& no.Bar. in d.§.nihil.& in l.si cui.ff.de fun.instr. leg. saltem cum restitutio reliquorum cōsueuit accedere redditioni administrationis.l.cum seruus. & quod ibi no. & l.qui sub conditione.ff.de condi. & demon. l.tutorem.C.arbi.tute.non ergo per se principaliter potest dictus actor petere aut consequi per se principaliter dictā quantitatem non petita redditione administrationis tutelæ,in qua redditione administrationis constare poterit dictum tutorē, seu eius hæredes non restare debitorem reliquorum ascendētium ad summam petitam, cum in hac redditione administrationis compensari debeant ea quæ tutor ōnderet se impendisse in rem pupilli.l.1.§.præterea si tutelæ.ff.de contrario iud. tute.& l.1.§.sed & si seruus.ff.de tut.& rō.distr.cum si.¶Et p
3 hæc patet† non obstare si diceretur ꝙ tutor pōt conueniri ad certam quantitatem vt debitam ex administratione tutelæ, iuxta.l.1.cum ibi no.per gl.& Bar.C.si aduer.rem iu.quia re
a spondeo ꝙ ibi agebatur via [a] ordinaria de iure communi, sed in proposito nostro intentatur via executiua instrumenti, in quo tutor promisit ꝙ redderet rōnem administrationis cum consignatione reliquorum.quæ verba denotant simultatē, & cōcursum dictorum duorum,& ꝙ principaliter reddatur rō administrationis & accessorie consignatio reliquorum, vt su
4 pra est deductum.¶†Concurrit etiam plus in casu de quo q̄ritur,quia testator qui dedit in testō d.Zan Franciscum tutorem non solum disposuit in testō eum velle esse analogistam tutorem, & non teneri ad reddendam rationem administra
b tionis,sed etiam adiecit [b] ꝙ si quid restaret in reddenda rōne prædicta,illud totum eidem Zan Francisco legebat. vnde licet propria verba non sufficerent ad inducendam remissionē plenam per l.quidam decedens,in prin.ff.de admi. tut. & l. ab Aurelio.§. Caius. cum ibi plenè no.per Bar.ff.de lib. lega. tamen illa sequentia verba plus operantur.s. dum dixit, ꝙ si quid restaret in rōne reddenda illud legebat.nā vt refert Sali. in l.cū necessitatē.C.de fideic.Dy.tenuit & consuluit ꝙ licet directe remitti non possit in testō illa obligatio reddendæ administrationis futuræ,& consignationis reliquarū per supra dicta,tñ secundū eū p indirectū hoc fieri pōt, vt si subiungat testator,& quicquid apparuerit tunc deberi ex ipsa administratione lego ipsi tutori.per l.si quis rōnes. secundum vnum intellectum.ff.de lib.leg.& maxima est authoritas Dy. tamen quia in hoc nonnulli contradicunt,ideo principaliter adhæreo aliis quæ superius dicta sunt.Laus Deo.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Via. adhuc idem quia tutor offerens rationem reddere excludet, actionem particularem.

b ¶Adiecit.supra lib. 1. consi. 45. sup.lib.7.consi. 74.

CONSILIVM CXCIII.

Circa prouisionem editam super ornamentis.

Visis & ponderatis verbis prouisionis editæ super ornamentis deferendis in ciuitate Bononiæ, & præsertim capitulo quinto incipiente,Item che le donne,figliole e spose de notarii & cambiatori,draperie e de quelli de l'arte de la seta &c. & capitulo incipiente,Item che le donne,figliole e spose de li maestri de legnami, tintori &c.& declaratione superinde facta p regimina dictæ ciuitatis,& maximè in capitulo incipiente, Anchora considerando molti per volere ex-
1 cedere &c.¶Quæritur† an si Titius tempore dictæ prouisionis & post, ac etiam de præsenti exercuit & exercet personaliter artem tinctoriæ, & fieri faciebat artem & exercitium draperiæ,in quo quidem exercitio draperiæ habuit & habet maiorem partem fortunarum suarū seu capitalis sui, possit eius vxor vel filia ferre ea ornamenta quæ concessa sunt vxoribus draperiorum,an verò ea quæ vxorib.tinctorum tm̄ permittūtur.breuiter sentio de iure dictam eius vxorem sponsam, vel filiam ea quæ conceduntur vxoribus draperiorum posse deferre.moueor potissimè ex infrascriptis, quia dicta principalis prouisio loquēs de draperiis antequam esset facta dicta superueniens declaratio,verificabatur in illis qui non faciebāt petias pannorum, sed de petiis factis ab aliis negotiantur, & mercantur,patet,quia illi qui faciunt dictas petias pannorum positi sunt in dicta prouisione sub diuerso capitulo videlicet loquente de lauarolis. cum ergo dicta prouisio loquēs de draperiis intelligatur de mercatoribus pannorum,sequitur ꝙ cōprehendebat dictum Titium, qui per institores suos negotiabatur & mercabatur de ipsis petiis pannorum, & in negotiatione tenebat maiorem partem fortunarum, vt l. semper. §. negotiatio.ff.de immuni. & ibi nota. Bar. & l. nauiculari. ff. de mune.& ho.& no.glo. in rub. C.de nauicula.li.11. & ibi
2 per Bar.qui dum quærit, † an si statutum concedit aliquam immunitatem candelariis,de quibus intelligatur. & licet ibi in fine dicat ꝙ proprie dicuntur candelarii illi qui faciunt cādelas, non illi,qui non faciunt,sed vendunt, cuius tamen cōtrarium vult ibi glo. attamen bene fatetur quod si vendentes dicuntur negotiatores & mercatores.& de istis. s. mercatoribus seu negotiatoribus intelligitur dicta prouisio loquēs de draperiis,quia non intelligitur in ea parte de illis qui faciūt petias pannorum,quoniam illi appellantur lauaroli de quib. in separato capitulo est dispositum,ꝙ etiam dictus Titius esset de vniuersitate dictorum draperiorum,probatur iuris psumptione,si descriptus erat tempore editæ prouisionis, in matricula draperiorum l.matriculam.C.de agen.in rebus li. 12.l.petitionem.C.de aduo. diuer.iudi.& ibi no.doc. no.gl. in l. eos. C.de off.mag.mil. & declarant hoc maximè Bal. in l. scriniarios. C. de testa.mili.& l.2.C.de sent.& interlo.om. iud. & in l. non ignorat. C.qui accu. non pos. cum si.¶Diffi-
3 cultas† ergo solum est in discutiendo an per dictam declarationem superuenientem inducatur quod non debeat Titius haberi de numero eorum,qui sunt draperii, attento ꝙ personaliter exercet artē tinctoriæ,& dico ꝙ dicta declaratio nullo modo obstat,quia declaratio solum habet locum in illis,ꝙ post dictam prouisionem editam facerent se de nouo describi vel aggregari in aliqua vniuersitate alicuius artis dignioris quam esset in qua ipse erat tempore editæ prouisionis, vt clare ostendunt verba præfationis dictæ prouisionis, quæ ostendunt mentem & causam finalem ipsius declarationis. l. fin. in princip. & ibi no. doc.ff.de hær. insti.l.1.in princip. & ibi no. Bar.ff.ad maced. in l.cum hi.& in princip.ff. de transact.

cum

cum sim. nam in præfationibus dictæ declarationis sunt ista verba videlicet, Anchora considerando molti per volere excedere li termini de la conditione sua benche fazano & exercitano arte basse farse ponere e descriuere in la compagia de piu alte e degne arte, lequale però poco ouer niente exercitano, ma solo fanno questo per fraudare & contrafare a la prouisione con qualche iusto colore &c. sed (vt dixi) dictus Titius nihil innouauit prouisionem editam. nam & si non facta esset dicta declaratio, illud idem intelligebatur esse de iure cõmuni per d. l. semper. §. diuus ff. de iure immuni. Preterea,
4 †cui nõ conueniunt verba dictæ declarationis nec etiam conuenire intelligitur declaratio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. ita autem. in princip. ff. de admini. tu. c. ad nostram. el 3. ff. de iureiur. sed dicta prouisio loquitur de his, qui faciunt se aggregari ad societatem artis dignioris quam tamen parum, aut nihil exercent, sed dictus Titius plurimum exercet ministerium draperiæ. in quo habet maiorem partem facultatum & licet non exerceat personaliter, tamen exercet per institutos suos, & sic satis dicitur exercere. l. certè. §. 1. ff. de precar. l. ita autem. §. gessisse, ff. de admi. tut. l. si cum plures. ff. de exercit. c. mulieres. de sen. excommu. cum simi. & non prohibetur quis esse in diuersis collegiis. l. assumptio. §. quis pendentibus. ff. ad municip. & not. Bar. in l. fi. ff. de colle. illi. & per hæc patet non obstare verba directæ declarationis, dum in ea dicitur, deliberemo che quanto a la prouisione de lo ornato quelli debano stare e subiacere a la regola e conditione di quella arte la quale faceuano, fanno e faranno per l'auenire per la magior parte del tempo, e doue hanno e haueranno magior capitale ben che se habiano fatto e faciano scriuere e ponere in la compagnia de altra arte, &c. quia dico ꝙ ista verba habent locum in illis qui post tempus editæ legis aliquid innouassent in fraudem dictæ legis, faciendo se aggregari ad societatem alicuius artis dignioris, quam tamen parum aut nihil exerceret, vt patet ex præcedenti parte declarationis, per præcedentia enim declarantur sequentia, l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & sic concludo d. Titium non esse in casu prouiso per dictã declarationẽ.

EPITOME.

LICET vocetur codicillus, est verum testamentum si habet solemnia, & tollit ipso iure testamentũ præcedens, & verba directa codicillorum trahuntur ad fideicommissum.

CONSILIVM CXCIIII.

Visis testamento & codicillis & consiliis in quibus concluditur hæredes scriptos in codicillis etiam non posse succedere iure fideicom. videtur cum supportatione cõtrarium fore dicendum rationibus infrascriptis. ¶ Primò, quia
1 in dictis† codicillis sunt descripti testes septem, & in eis facta est institutio hæredum per verba directa, quo casu nõ appellantur codicilli, sed testamentum, dato ꝙ notarius enunciatiue appellet illam vltimam voluntatem codicillos. ita disputando concludit Dy. in disputatione quæ incipit, Paterfa. quem sequitur Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de instru. editio. §. compendiosè, in addi. incipiente, ad intellectum &c. & Bal. in l. testamentum. in primo notabili per illum tex. C. de testa. cum si. si est testamentum, ergo cui dubium ꝙ per secũ-
2 dum testamentum fuit sublatum primum. ¶ †Item secundo dato ꝙ esset codicillus & non testem, videtur omnino ꝙ trahatur institutio facta in codicillis ad fideicommissum dato,
a etiam [a] ꝙ præcedat testamentum, in quo alius esset institutus hoc firmat in terminis Io. de Imo. in l. 1. cum l. seq. in fi. ff. de iniust. test. per l. Scæuola. ad treb. cum si. & ibi respondet ad regulam. l. 2. C. de codi. & l. hæreditas. C. de his qui. vt indi. & potissimè hoc est verum quando illi qui sunt instituti, in codicillis fuerant substituti in primo testamẽto secundum Ang. in præallegata l. 1. cum l. seq. in fi. ff. de iniusto testam. prout fuit in casu nostro, quia filii instituti in codicillis fuerunt substituti in præcedenti testamento. & pro hoc allegat Angel. l. cum quis. §. Seia. ff. de legatis 3. ¶ Tertio, quia
3 † est magis communis sententia ꝙ institutio facta in codicillis trahatur ad fideicom. vt est gl. magis communiter approbata in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pup. probatur per dictam l. Scæuola, & per l. 2. §. codicillorum. in fi. ff. de iure codi. & a communi sententia non est recedendum in iudicãdo. nec rectè potest fieri differentia inter casum quando nullo præcedente testamento quis instituitur in codicillis, & casum quando præcedente testamento alius instituitur in codicillis, quia iura absolutè æquiparant hos duos casus, scilicet hæreditatem dari in codicillis scilicet nullo præcedente testamento, & hæreditatem adimi in codicillis, scilicet quando præcedit testamentum, in quo alius est institutus. hanc æquiparationem faciunt iura in l. quidam in suo. §. fi. ff. de condi. institu. & l. 2. C. de codi. & instit. eo. tit. in §. codicillis. & ratio ibi ponitur ne confundatur vis testamentorum & codicillorum, sed ita est ꝙ quando datur hæreditas in codicillis nullo præcedente testamento trahitur ad fideicom. secũdum communem opi. vt plenè in d. l. verbis. & dictum est supra, ergo eodem modo dicendum est quotiescunque præcedit testamentum, in quo alius est institutus hæres & sequuntur codicilli, in quibus hæreditas datur alteri, & sic adimitur primo. Item vtroque casu habet locum ratio assignata. in d. §. codicillis, ergo vtroque casu debet esse eadem dispositio. ¶ Non
4 ob. no. per† Bal. in d. l. hæreditas. per illũ tex. quia illud procedit, vbi sola fit ademptio in codicillis, & alius non scribitur hæres per prædicta & expresse notat Ioan. de Imo. in d. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de iniu. testa. Et ꝙ institutio facta in codicillis trahatur ad fideicommissum, etiam quando præcederet aliud testamentum, firmat glo. magna in preal leg. l. cum quis. §. Seiam. & ibi clarissime Dyn. dum respondet ad contrarium ibi formatum in glo. de l. apud Celsum. §. preterea. & cum dicta glo. transit etiam ibi Rayn. & Bar. & communiter scribentes, a qua opi. communem, vt dictum est, non est discedendum. Vltimò pro hac opi. facit plurimum voluntas testantis, quę magis quam verba debet attendi vt vulgatis iuribus. Alexander.

ADDITIO.

a ¶Etiam. Ang. in l. nostram. C. de testa. Salic. l. fi. C. de codi. Alex. d. l. verbis ciuilibus. col. 4. Bert. consi. 201. Visis duobus. col. 1. li. 2.

CONSILIVM CXCV.

Quid requiritur ad probandum consanguinitatem.

a Reddito per me consilio [a] in causa, inter Petrum Ioannem de Boccis vt patrem & legitimũ administratorem filiarum agentem, & Gerardum de Pradexolis ex altera occasione cuiusdam pręcepti facti Ioanni Antonio de scopellis. & etiam in causa quarundam accusationũ vertente inter dictas partes, fuerunt mihi transmissę depositiones alię quorundam testium, quę tunc mihi transmissę non fuerant cum actis, qui testes sunt quatuor, videlicet Gerardus, de Bouerottis, Bonifacius de Rugeriis, Ioannes quõdam Iacobini de Bouerottis, & magister Rizius murator, quibus opportunè consideratis, non discedo a conclusione, in pręmisso consilio habita, quoniam testes isti peccant, & defectibus iisdem laborant, quibus & alii testes, videlicet Iacobus & Christophorus nominibus in consilio allegatis, ad quod me refero. nam primus testis scilicet Gerardus, dicit quod vidit dictos Iacobinum & Gerardum sese habere, ac reputare consanguineos, & pro consanguineis a vicinis reputatus. & idem per omnia dicit Rizinus vltimus testis. nam
1 cum † consanguineus dicatur ille, qui quouis modo sanguine coniunctus sit, non probant de quarto gradu, vt plenè in consilio dixi. non probant etiam alia ratione, quia non deponunt, quod ab omnibus, vel saltem a maiori parte eorum, qui cognoscebant eos reputarentur, & haberentur pro talibus vt dicam infra proximè, circa dicta aliorũ testiũ. Bonifacius secundus testis dicit, ꝙ vidit Gerardum & Iacobũ in capitulo nominatos haberi, & reputari pro consanguineis s. filiis duorum fratrum, & pro talibus sese adinuicem appellauerunt, & reputauerunt, & refert se ad causam scientię assignatam per eum super pręcedenti capitulo. vbi videtur assignare

signare causam, quia audiuit in villa de Argine, & ꝙ apud & inter homines dictę villę, & præcipuè vicinos dictorum de Pra dexolis, sicut supra dictum est, habiti fuerunt, ac reputati pro talibus. & idem in effectu deponit Ioannes tertius testis. Sed pro hoc non est sufficienter probatum ꝙ sint in gradu al
2 legato pro parte Gerardi, quoniam ad hoc, vt releuet† probatio ꝙ quis habebatur & reputabatur pro tali requiritur, ꝙ testes deponant ꝙ habebatur & reputabatur pro tali ab omnibus cognoscentibus eum, vt l. 1. & ibi hoc in specie no. Bar. C. de testa. idem probatur in §. sed cum aliquis. insti. de testa. & no. Spe. in tit. de teste. §. 1. versi. item ꝙ est seruus. & docto. in l. ad testium. §. 1. ff. de test. sed testes prędicti, non deponunt ꝙ reputarentur ab omnibus vicinis seu cognoscentibus eos, nec etiam a maiori parte, ergo non cōcludunt. ¶Nec
3 obst. † quod dicant ꝙ inter homines dictæ villæ seu vicinos, reputati fuerunt &c. quia dico ꝙ per hoc non concluditur, de maiori parte, vt dixit Old. in suo consi. 100. in c. in executione incumbentium &c. vbi dixit ꝙ si in instrumento dicitur, ꝙ canonici talis ecclesiæ constituerunt talem syndicum, &c. vtrum intelligatur de maiori parte canonicorum repræsentātium capitulum. & respondet ꝙ non, quia talis sermo potest verificari in duobus tantum. l. inter illam. §. fi. ff. de verb. sig. ff. de manu. testa. l. libertas. §. vlti. & ideo non erat probatum fuisse syndicum legitimè constitutum a maiori parte. & idem formaliter no. Pet. de Anch. & Io. de Imol. in c. quanto, de
4 his quæ fiunt a præla. sine consen. cap. & etiam est† de mente Bar. in l. fi. C. de prædiis curia. lib. 10. vbi inquit non sufficere ꝙ in instrumento dicatur conuocatis, & coadunatis decurionibus, nisi dicatur quod interfuerunt duę partes ex tribus. l. nominationum. C. de decurio. li. 10. Item dictum testis debet de necessitate concludere. c. in præsentia, de proba. sed in proposito potest intelligi dictum testis ꝙ fuerunt reputati pro consanguineis a vicinis. s. duobus vel tribus d. l. inter illam. & etiam potest intelligi ꝙ fuerunt reputati ab omni-
5 bus vicinis, ergo in dubio† debet fieri interpretatio, contra producentem testes, vt plenius dixi in consilio. & ibi etiam dixi ꝙ testes debent deponere se ab antiquioribus suis fide dignis & omni exceptione maioribus audiuisse talem fuisse, in tali gradu consanguinitatis & vidisse eos se pro talibus habere, & ꝙ audiuerint ab eisdem personis. c. licet ex quadam, cū ibi no. per doc. de testi. sed isti testes non deponunt huiusmodi. ergo &c. ex quibus concludo non esse probatum gradum consanguinitatis, allegatum per aduersarios dictarum dominarum. Alexan.

ADDITIO.

a ¶Consilio. supra lib. j. consi. 81.

SVMMARIVM.

2 *Pensio & si recipiatur temporis præteriti, non renunciatur iuri expellendi.*

5 *Compensatio fit ipso iure ad vitandum pœnam incurrendam, non incursum.*

CONSILIVM CXCXVI.

Visis ponderatisque narratis in themate in causa Iacobi Lucardini attingendo merita causa negotii principalis certum est fundatam esse intentionem dicti Iacobi, p instrumentum locationis iuncta dispositione statuti, & iuncta scriptura protestationis factæ dicto conductori, & conductor dicit se soluisse, sibi incumbit onus probandi. l. 1. C. de prob. no. glo. & doc. in l. 2. C. de iur. emphy. & declarat Bald.
1 in l. in illa. ff. de ver. oblig. ¶Non obst.† ꝙ conductor allegat se soluisse per aliqua tempora & ꝙ ab eo tempore citra non tenebatur soluere, eo quia asserit locatorem de quadam parte, dictæ domus fecisse locationem alteri, & ꝙ propterea incurrit pœnam instrumenti locationis, & ꝙ pro pœna licitum est
a sibi retinere a domum loco pignoris, vigore obligationis bonorum de qua in instrumento locationis. & ꝙ attento ꝙ locator contrauenit, non tenebatur conductor amplius soluere, iuxta l. cum proponas. C. de pac. & l. ex conducto, in prin. cū si. ff. loc. quia rn̄detur primò ꝙ ex dispositione statuti apparet ꝙ conductor p̄sumitur habuisse patientiā vtendi & fruendi, qn̄ locator aliter non est protestatus, & posito ꝙ cōstaret d. Iacobum alteri locasse, tn̄ d. Guido conductor prius cessauerat, soluere pensionē iuxta formā obligationis suæ iuramento vallatæ, & per consequens licuit dicto locatori impune nō seruare contractū. l. quero. §. inter locatorē. ff. loca. l. si quis ma-
2 ior. C. de transf. c. peruenit. el 2. de iureiu. ¶Nec ad hoc† ob. si dicatur ꝙ d. Iaco. postea recipiendo pensionē a Guidone, in qua soluenda Guido prius cessauerat, videtur sibi remisisse pęnā & culpā contrauentionis ipsius Guidonis. l. post diem. ff. de l. Cor. l. Celsus, in prin. ff. de arb. & l. 2. in prin. si qs cau. & per not. per gl. in l. 2. C. de iur. emphyt. & ad probandum, ꝙ Guido soluerit huiusmodi pensionem producit Guido certos libros apothecæ ipsius Guidonis & fratris sui, in quib. libris (vt dicitur) approbatis, apparet descriptum esse d. Iacobū pro debitore in certis summis pro reb. speciariæ habitis p d. Iaco. quia rn̄deo ꝙ qn̄ locator postquam sibi licuit expellere conductorē non soluentem pensionem recepit pensionē, distinguitur, aut accepit pensionē pro tpe præterito tantum, & non impeditur posse expellere eum pro futuro tempore, pro quo non recepit pensionem. si aūt recepisset pensionem ēt pro futuro tpe quo vult expellere, & non pōt, quia videtur remisisse illā pœnam expulsionis & illam culpam. ita procedant, allega. in contrarium, vt no. Pe. & Bar. in l. 2. C. de iure emph. præallegata, & probatur in auth. qui rem. C. de sacros. eccl. & Ant. de Bu. in c. potuit, de loc. & hoc ēt saltē in simplici cōductore, vt est casus noster, tenet Io. de Imo. in d. c. potuit, in versi. in eadem gl. ibi, rn̄deo in priuato &c. arg. l. colonus, in principi. ff. loc. in rōne sui & præsertim debet hoc procedere virtute clausulæ rato manente pacto, quæ est consueta apponi in omnib. instrumentis, propter quam quis vtrunque consequi potest, vt no. gl. in d. l. 2. C. de iu. emphy. facit l. qui fidem. ff. de
3 transf. ¶†Pręterea posito ꝙ qn̄ locator recepisset sine protestatione aliquam pensionem præteriti temporis, videretur sponte remisisse pœnam expulsionis, & velle stare contractui quē approbare videtur, per d. l. 2. ff. si quis cau. & l. fi. ff. de eo quod cer. loco. tamen illud non vendicat sibi locum in casu nostro, in quo locator non recepit pensionem pro ista causa, nec aliquid fecit per id quod videatur voluisse amplius stare cōtractui, quia nihil sibi dictum fuit ꝙ darentur ille speciariæ pro pensione debita, sed descriptus fuit Iacobus pro debitore in libro sociorum, per quam scripturam non dicitur probari pecuniam aliquam esse solutam per dictum Guidonem Iacobo sed solum dicitur probari Iacobum esse debitorem, adeo qđ potest opponi compensatio, vt de se patet. & in terminis dicit Ioannes de Imo. in l. 1. in prin. in vlt. col. & in l. cum ex pluri-
4 bus, ad fi. ff. de sol. compensatio autem † non fit nec operatur nisi debitore ipsam opponente & allegante, vt no. communiter per gl. & doc. in l. si constat. C. de compen. & in l. si quid. ff. e. tit. cum sim. & dicta compensatio cum fieri possit de vno debito ad aliud etiā inuito creditore. l. 2. & 3. ff. de compensa. non potest dici ꝙ per huiusmodi oppositionem compensationis quæ fieret cōtra creditorem. i. Iacobum ēt inuitū videatur Iacobus remittere pœnam seu ius expellendi sibi acquisitum quia huiusmodi tacita remissio non resultat, nisi ex spōtanea receptione facta per creditorem, qui ad illud inuitus cogi non poterat d. l. post diem. cū aliis supra alleg. iuribus, & authoritatibus, quæ ita loquuntur, non autem per compensationem.
5 ¶Et licet quo† ad euadendam pœnę compensationem fiat, compensatio ipso iure etiam parte non opponente, vt nota. in d. l. si constat, & in dicta l. si quid tamen, non fit, quo ad tollendam pœnam iam commissam, per rationem proximè redditam, & quia facilius impeditur ius querendū quàm tollatur iam quæsitum. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui. & l. fi. C. de acquir. poss. c. quemadmodum. de iureiu. & istud per se solum sufficit ad victoriā, ideo superuacuo de reliquis tractaretur. Præterea pręsupponitur quod illud tantum qđ debet habere Guido solus virtute dictorum librorum, non ascendit ad integram satisfactionem, & sic dato quod ex libris probaretur Iacobum habuisse pecunias, vel esse debitorem, tamen non est verum dicere quod sit satisfactum Iacobo, quia quilibet dictorum fratrum intelligitur creditor, pro sua rata. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. l. si mihi & Titio, in prin. ff. de verbo. obli. Reliqua suppleat præstantia domini iudicantis. Alexand.

SVM

SVMMARIVM.

Statutum retractus est fauorabile. & an extendatur ad permutationem.

Statutum in dubio præsumitur fauorabile.

4 *Testis deponens esse venditionem, licèt in fine dicat non recordari quod secutum fuerit scilicet permutatio an venditio an probet venditionem.*

5 *Venditor potest esse testis, & frater qui non est particeps commodi. nume. 6.*

7 *Simulatio coniecturis probatur, & valet incerta oblatio in retraben. num. 8. 9.*

CONSILIVM CXCVII.

Visis dubitationibus eleganter formatis in causa vertente inter ser Sulimanum de Iudaica agentem, & ser Symonem de Regio se defendentem, & viso statuto sub rubrica, quibus liceat acquirere, & processu dictæ causæ. Primò posset

1 discuti † an dictum statutum loquens in venditione & datione insolutum sibi locum vendicet in permutatione, in quo Bald. in l. fi. ff. de cond. ob causam. dixit quod aut statutū loquens de venditione est fauorabile, & cōprehendit permutationem, aut est odiosum vel pœnale, & tunc secus. ad primū allegat. l. statuliberi actoris. §. Quintus. ff. de statuliber. & l. sicut. §. vēditionis. ff. quibus mo. pignus vel hypo. sol. & quod notatur in l. 2. C. de vsucap. pro emp. iuncta l. cum quidam. ff. de liber. & posth. ad secundū allegat dictū. l. fi. ff. de cond. ob causam. & l. fi. C. de prædiis curia. lib. 10. & l. si pupillorū. §. si prætor. ff. de rebus eorū. Sed ita est quod dictum statutum censetur fauora-

a bile [a] non autem odiosum, ergo &c. & quod sit fauorabile pa-

2 tet, quia ad cognoscendum † an statutum sit fauorabile vel odiosum, consideratur an principaliter statuentes fuerint moti propter fauorē. an verò propter odium. Primo casu intelligitur fauorabile. Secundo verò casu odiosum. l. qui exceptionem, in prin. ff. de cond. inde. & ibi no. Barto. & no. Bald. in l. cunctos populos, in 16. col. C. de summa Trini. & facit l. rogasti. in prin. & l. si is qui nec causam. ff. si cert. peta. Sed dictum statutum principaliter emanauit in fauorem coniunctorum & cohærentium, vt ex eius inspectione patet, quia in eo continetur specialis causa scilicet coniunctionis & cohærentiæ, propter quam mouentur statuētes, sed nulla specificatur causa odij ex parte emptorum propter quam in odiū emptorum appareat motos fuisse statuentes, imò ex parte emptorum statutum loquitur in genere in quocunq; emptore, ita colligitur ex dicta l. qui exceptionem, dum loquitur de Velleiano, vbi deducitur specialis causa fragilitatis mulierum ex parte earū, sed ex parte contrahentiū cū mulieribus lex in genere loquebatur, nullam quò ad eos deducens causam odij, ideo dicitur

* fauorabile. Quinimò in dubio statutum * præsumitur fauorabile, vt no. Bal. in l. fi. C. de his qui libert. perue. non pos. & benequò ad hoc consideretur quod statutum non prohibet vendere alijs quàm consortibus seu cohærentibus, imò permittit vendere, sed dat facultatem cohærentibus offerendi emptori precium, & sic nō potest dici odiosum, ex eo quod prohibeat dominos vendere rem suam cui voluerint. ¶ Sed dato quod statutum non haberet locū in permutatione sed in venditione, adhuc videtur quod obtinere debeat actor, quia probatū vr̄ quod illa fuit venditio & simulata permutatio in fraudē dicti statuti, de qua simulatione potest doceri p testes, vt factū fuit quamuis de cōtractu qui dicitur simulatus fuerit cōfecta scriptura. l. 2. & 3. C. plus valere quod agitur. declarat Bart. & alij in l. generaliter. C. de non nu. pecu. ¶ Restat ergo videre, an testes de simulatione probent stantibus his quæ contra dicta & attestationes eorum allegantur? & mihi videtur quod sic, nam non obstat quod Ritius testis videatur in attestatione facta in hoc iudicio primò affirmare venditionem, & postea in fi. dicti sui dicit quod non recordatur quid secutum fuerit inter dictas partes, videlicet an fecerint contractū venditionis vel pmutationis, qa aliter non recordatur, &c. & sic vr̄ varius & vacillās, & sic ei non credendū. l. qui falsa vel varia. ff. de testis. l. eos. ff. de

4 fal. quia respōdeo † primò quod per hoc nō infringitur probatio huius testis. probo per id quod no. Barto. in l. de ætate. in 2. q. principali in fi. ff. de mino. vbi inquit quod si testis deposuit aliquem esse ætatis, puta quadraginta annorū ex aspectu, ex eo quia ex aspectu videbatur esse ætatis quinquaginta annorum vel vltra, quo casu dicitur legitimè probare ætatem. si tamen talis testis intorrogetur quid est aspectus quinquagin-

* ta annorū, & dicat nescio, nihilominus, pbat, quia debet * intelligi nescio. s. aliter quàm dixerim supra, ita dicit Barto. ibi. ita in proposito dum iste testis in fine deponit quod non recordatur quid secutū fuerit inter dictas partes, videlicet an fecerint contractum venditionis vel permutationis, debet intelligi. s. quàm deposuerit supra. quia vult dicere testis quod post primum contractum venditionis de quo ipse deposuit, ipse nescit an partes fecerint alium contractum discedendo à primo similiter dicit Specu. in titu. de not. crimine. §. fama. in fi. & Bartol. in l. de minore. §. si plurimum. in vers. quæro quid si testis interrogatus super articulis &c. ff. de quæstio. & Bald. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interro. act. & Bal. in addi. Specu. in tit. de sent. in 24. col. in vers. illud nota quod testis &c. & Anto. de Butr. in c. cum causam quæ inter archiepiscopum, de test. quod si testis examinatus super multis capitulis deposuit super aliquibus dicēdo se nihil scire, super aliquibus verò deposuit de veritate, postea super vltimo ca. de fama, deposuit de omnibus & singulis præmissis est publica vox & fama. certè quamuis hæc verba referantur etiam ad capitula super quibus dixerat nihil scire, tamen testis non est contrarius, quia dum dixit se nihil scire, intelligitur. s. de veritate & substantia facti, seu aliter quàm in sequenti vltimo cap. deposuit super fama. bene facit quod no. Bartol. in l. Labeo. ff. de supel. lega. in ver. sed quæro quid si testis interrogatus &c. ¶ Præterea testis iste dum in fine deponit quod non recordatur quid secutum fuerit inter dictas partes, videlicet an fecerint contractum venditionis, vel permutationis, subiungit expresse, quia aliter non recordatur nisi vt scriptum est in alia eius attestatione, & in illa deponit de contractu venditionis. ¶ Nec obstat si dicatur, quod etiam in illa prima depositione videtur variare & vacillare circa vēditionem vel permutationem, quia respondeo, quod imò deponit de venditione. est verum quod dum refert verba dicti ser Bartholamæi denunciantis domino priori sanctæ Mariæ de Auancio, contrarium dicit in effectu quod dictus ser Bartholomæus aliqualiter vacillabat, nam deponit quod dictus ser Bartholomæus denunciauit domino priori precium quo vendiderat dictas terras dicto Symeoni, subiungendo quod forte potius permutaret cum illo secundùm quod sibi vtilius videretur, & sic vacillatio non est ex parte testis. ¶ Non obstat dum dicitur quod iste testis contrariatur dicto & attestationi ipsius Bartholamæi circa locum celebrati contractus, quia respondeo quod in prima attestatione dicti Ritij ipse concordat de loco cum dicto Bartholomæo, in secunda vero attestatione, licet dicat quod fuit in monasterio sanctæ Mariæ de Auantio tamen in eadē attestatione se refert in omnibus & per omnia ad contenta in præcedenti attestatione per quam relationem euadit periculum vacillationis, vt inquit Ant. de But. in c. cum in tua, ad fi. de testi. ¶ Non obstat id quod allegatur contra attestationem dicti Bartholomæi vēditoris, qui expresse deponit quod fuit venditio. s. quod ipse non potest esse testis in causa, eo quia fuit vnus ex contrahen-

5 tibus. ¶ Quia respondeo & dico † quod non prohibetur esse te-

b stis, [b] cum non versetur in hoc aliquod commodum suum, & solum tunc repellitur qn̄ deponit ad cōmodum suum. l. omnibus. cum ibi nota. C. de testi. & l. nullus, cum glo. ff. eo. tit. & plenè no. per doc. in c. super. & in c. cùm nuncius. de testi. imò cum testificetur de eo quod fuit factum à se, videtur quod di-

c cto ipsius solius [c] standum sit, vt notabiliter decidit Sali. in l. si quis decurio. in quarta oppo. per illum tex. cum ibi not. C. de falsis idem voluit Pau. de Cast. in l. seruos. C. de testi. in quibusdam lecturis, vt ego habeo per l. quæro. §. fi. ff. de ædi. edic. & dicit quod ita limitatur regula de qua in l. vbi numerus. ff. de test. & quod ipse de hoc semper dubitauit, & quod nunquam reperit tactum ab aliquo. tamen vt dixi, Sali. hoc tangit, & decidit in d. l. si quis decurio. ita etiam consuluit Pau. de Cast. in

6 consi. 318. incip. Visis actis &c. in fi. ¶ Non obstat † quod videatur suspectus iste testis propter depositum factum per sororem, quia respondetur quod de tali deposito non constat. & posito quod constaret, fuit factum postquam iste testis testificatus fuerat, & attendi debet tempus quo testis testificatur seu iurat, vt in l. 3. §. causæ. aliàs. §. duæ. cum glo. in verbo non eandem

eandem.ff.de carb.edic.& plene in l.ad testium.§.j.ff.de testa. Quinimò etiam frater non repellitur à testimonio in causa ciuili,in qua agitur de cōmodo fratris, si testis non est particeps commodi,vt not.glo.& doc.in l.parentes.C.de testi.cum suis concord.¶Nec ēt obstat quod cōtrariatur dicto Titij,quia superius est responsum . ¶ Non obstat dum dicitur quod cōtrariatur instrumento,quia respondetur, quod non contradicit instrumento sint falsa, seu quod non fuerint facta, sed dicit quod fuerunt simulatè facta,& sic non contradicit instrumē to . ¶ Accedit illud quod deponit Nicolaus Piliparius de tractatu illius venditoris,qui tractabat & quærebat vendere, tamen quia alij duo testes videntur sufficere in dicto istius,non
7 insisto.Et in ista † materia fraudulentæ simulationis probandæ,quia consueuerunt tales simulationes clausulā & occultè
* fieri sufficit ꝓbatio* per cōiecturas,vt no.Io.And.in c.illo vos, de pigno.& in c.ex literis,de iureiur.not.Barto.in l.si quis ex argentarijs.§.pe.ff.de eden.& Fede.de Senis in cōs. 119.quod incip.Nulli dubium.& Bart.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori,in 8.q.ff.de oper. no. nun.& in l.si quando.C.vnde vi.& Spec.in tit.de fur.versi.pe.& Host.in c. fi. quod metus causa. cum si.Bene facit.l.non oēs.§.à barbaris.ff.de re mili.& quod not. Bar.in l.post contractum.ff.de dona. Accedit etiam id qđ deponit ser Ioannes Sauonarola . & ser Ioānes ab Abbatia qui quamuis fuerint examinati inter alias personas, tñ etiā in isto iudicio adminiculantur,vt notat Barto. in l.admonendi.ff.de iureiur.in 11.col.in vers.quæro quid si dicta testiū &c. Anto. de Butrio.in c.fi.de iureiu.& in c.quamuis,in 4.col.de re iu.
8 per l.à sententia,in prin.ff.de appel.¶ Non obstat ꝙ † deposi
d situm[d] non fuerit factū de centū duc.pro tanta sargia,quę sufficeret pro vestiendis duobus fratribus,vt dicitur fuisse factā venditionem, sed fuit factum depositum de ducatis centum quinque saluo iure augendi si precium fuerit plus, &c.quia respondeo, & dico primo ꝙ non obstante sargia, quæ tamen est minor pars precij, dictus contractus non censetur contractus permutationis,sed vēditionis.c.ad quæstiones, de rerum permu.& no.Bart.in l.Aristo,in princi.ff.de dona.& in l.si in emptione,in princ.per illum tex.ff.de contrah.empti.cum si. & attento ꝙ incertus erat dictus ser Sulmianus de quantitate & qualitate ac precio dictæ sargiæ, licuit sibi dictum deposi
e tum facere cum illa incerta [e] oblatione de augendo si opus esset, attento maximè ꝙ ista incertitudo procedebat à facto clā
9 destino aduersarij,hoc probatur in l.1.§. quia autē.† & quod ibi no. ff. quorum legato. vbi licet regulariter libellus debeat esse certus,tamen fallit quando incertitudo procedit ex iusta ignorantia libellantis, maximè causata à facto aduersarij.ad idem.l.quæ de tota.§.incertæ.ff.de rei vendi.& no.Inno.in c. constitutus.de restit.in integ.& glo.in c.Abbate sanè.de re iu. lib.6.& Bart.in l.vbi autem non apparet.§.qui illud.ff.de ver. oblig.& in d.§.quia autem.cum similibus.¶ Nec obstat si diceretur ꝙ debebat ser Sulmianus facere deferri sacramētum venditori & emptori super quantitate precij , quia eorum sacramento standum est, vt statutum dictat, quia respondeo ꝙ statutum non dicit ꝙ emptor debeat facere deferri iuramentum emptori & venditori super quantitate precij,sed bene dicit ꝙ deferatur sacramentum eis de precio,vt sic plus soluere
f non teneatur cohæres.[f] Sed quò ad obligationem faciendam si habuit probabilem causam ignorantiæ offerens,& hæc probabilis ignorātia præcessit à facto emptoris, qui occultare voluit veritatem fingendo permutationem loco venditionis nō negat statutum quod tunc non possit fieri oblatio incerta. & sic iste est casus omissus à statuto quantum ad modum oblationis.& ideo recipit suppletionem & interpretationem à iure communi.l.commodissimè.ff.de lib. & posth.c.cum dil. dilectus.de consuetu.cum si.Reliqua suppleat præstantia domini iudicantis. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Fauorabile vide d.And.Tiraquel.in præfa.retract. nume. 56.cum seq plenissimè vbi nu.60.cum seq.& eo tit.§.1.gl.14.nume.28.tenet esse odiosum & strictè interpretandum . quod est intelligendum quantum ad extensionem,non autem intra terminos suos limitatos & claros,vt in simili dixi in consue.Pari.§.8.glo.3.quæst.6.& titu.16. in rub.

* In dubio statutum.] Nota quòd in dubio statutum potius creditur fauorabile,quàm odiosum.Sed quòd statutum permittens aduocationem confini,sit odiosum,contra Alex.hic vult Ioan.Andr.post Alberic.& Odofr.in addi.Spec.in tit.de empt.& vend.§.nunc vid endū restat in vlt.car.vers.sed pone statutum est in aliquo loco. Et iniquū dicit Ang.ad d.l.dudum.Et negari non potest, quin sit correctorium iuris communis,cum in re sua quilibet sit moderator,& arbitrer , et in abutendo.l.sed si lege.§.consuluit.ff.de petit. hære. & æquum est vnicuique sua committere.l.nemo exteros.C.de Iudę.Rui.consi.109. lib.4.dicit,quòd lex dudum.C.de contrahen.emp.habet clausulam derogatoriam ad futura.Et quòd sit æquum consortem præferri, si vult dare tantum,quantum alius,vide Dec.cōsi. 282.in fi.sed restringendum tenet Alex.cons.173.circa fi.lib.6.Pro oratione statuti facit tex.no.in l.si cui fundus.ff.de lega. 2. vbi dicitur quòd sæpe interest nostra acquirere fundos cōfines etiam supra iustam æstimationem. Item propter malum vicinum res minoris valoris esse censetur l. quòd sæpe §.fi.cum gl.ff.de contrahen. empt. Et dicit etiam te. in l. fi.C.de pact.inter empt.& vend.quòd nostra interest ne vicinus,quē volumus,nobis aggregetur.Et interest nostra,ne grauis & molestus in nostra regione acquirat l.fi.C.de agri.& mancip.fis.lib.11. Et hoc statutum strictè interpretandum esse ait Dec.consi. 222. Nat.

* Quia debet] Confirma ex decisione Alberici,quam refert Alexand. cons.185.col.pe.& consi.190.supra eod.lib. Nat.

b ¶ Testis. dicendum quòd non est integer & ex eo loco (licet contrarium voluerit Matth.Afflict.in trac.protomiseos.versic. nisi si aliquis,colum.fina.)non potest deferri iuramentum in supplementum probationis vt latè docet d.Andr.Tiraq.in consu.Picto.§.1.gl. 14.nu. 46.cum sequen.nu.53.puto tamen quòd si alias est integer concurrentibus in hoc alijs cōiecturis potest etiam plusquam semiplenam probationem facere & ita alijs coniecturis accidentibus potest saluari dictum Matthæi.

c ¶ Solius.causæ inseruit,quia contra tenet Alex.vt supra lib. 6. cons. 192.nume.13.

* Sufficit probatio] Quòd contractus simulatus,coniecturis probetur vide per Dec.consi.659.Pau.Cast.consil.74.In causa mota per D.Dorot.lib.2. Nat.

d ¶ Depositum.id est consignatio precij pro retractu.

e ¶ Incerta.ita indistinctè practicatur & obseruatur donec executione retractus liquidatum sit quantum fuerit precium vere solutum ab emptore habito eius iuramento ad fraudem maioris precij excludēdam.vt dixi in consuetu.Pari.§.176.

f ¶ Cohæres.id est retrahens rationem prædij contigui & cohærentis vt in illa consue.Federi.2.quam glossauit Matth.Affli.de iure protomeseos.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum debet esse nedum scriptum , sed etiam scriptum manu notarij.*
2 *Verbum,à tot annis citra,sine copula non probat tempus.*
3 *Notarium quem fuisse quomodo probandum.nu.4.*
5 *Citandi sunt in exemplatione instrumenti, illi quorum interest.*
6 *Causam habet à me qui habet ex titulo à me concesso.*
7 *Legata non debentur nisi adita hæreditate.*
8 *Notarius non potest facere instrumentum nisi de perceptis visu vel auditu.*
9 *Lapsus termini ad probandum, & probatum,habendum,habet vim conclusionis in causa.*
10 *Simulatio est licita per quam vna causa conuertitur in aliam.*
12 *Societas finitur morte sine vlla denunciatione.*

CONSILIVM CXCVIII.

Viso processu inter Magnificam dominam Violantem assertam tutricem comitis Gerardi de Rāgonibus agentem ad quantitatem ducatorum centum nomine pœnæ dupli,& spectabilem virum Alexādrum de Tassonibus se defendentem.Attingam ea dumtaxat quæ pro victoria dicti Alexandri sufficere videntur . & quod dictus[a] Alexander absolui debeat,probatur quia sumus in regula quod actore non probante reus debeat absolui,iuxta regulam.l.qui accusare. C.de eden.& cap.1.vt eccle. benefic. nam non est probatum legitimè de dicta promissione pœnæ, quia assertum instrumentum productum non est authenticum,quia dicitur de eo fuisse rogatum ser Antonium quondam Symonis de Damerijs & tamen instrumentum illud quod est productum , non est scriptum nec sumptum manu dicti ser Antonij,sed manu,vt dici
1 tur, Francisci de Facinis asserti notarij . & † cum sit negatum illud instrumentum esse authenticum,oportebat inter cætera probari tria.Primò,quod dictus Franciscus esset notarius, vt not.Spec.in tit.de instr.edi.§.restat.versi.& scias.& vers.illud autem notandum.& plenè no.in c.1.de fide instrumē, Secundò,quod

dò.quod debuit probari, ꝙ rogationes dicti ser Antonij fuerint sibi commissæ authenticandæ per iudicem ordinarium, vel per alium habentem huiusmodi potestatem. c. cùm P.tabellio.de fide instrumen.& ibi dicit Host.Ioan.Andr. Bald.& Anto.de But. ꝙ debent citari illi quorum interest quando fit huiusmodi commissio, alias non valet. Tertiò oportebat probare quod dictum instrumentum fuerit scriptum manu dicti Francisci, prout in dicto asserto instrumento inscribitur. nam posset esse quòd ille qui scripsit non esset ille Franciscus cuius nomen est ibi insertum. est verum quod hoc de facili probari potest si notarius viuit, quia statur dicto eius, alias recurratur ad comparationem, vt l.si quis decurio. C.de fal.no. gloss.in authen.at si contractus.C.de fide instrumen.& Bart. in l.1.§.si quis neget.ff.quemadmo.testa.aper.& Specu.in tit. de instrumen.edic.§.instrumentum ergo.vers.& primò quod de ipsius.& ideo dicit Salic.in l.comparationes. in 8. colum. C.de fide instrum.quod cauti debent esse isti qui curant habere literas testimoniales circa notariatus pro fide imponenda instrumento, vt non solùm in dictis literis attestetur quod ille qui est rogatus de tali instrumento erat notarius, sed etiam
a quòd dictum instrumentum fuit scriptum de manu [a] ipsius notarij in instrumento subscripti, alias non releuaret, quia potuisset esse scriptum ab alio. Et eodem modo debuit probari quòd se subscripserit dictus Michael (cui dicitur) commissæ fuerant rationes dicti ser Antonij, vt infra dicam. ¶ Videndũ est igitur, an ista vel æquipollentia sunt probata. & primò in processu mihi exhito non inuenio probatum quòd dictus Franciscus esse notarius saltem prout requiritur. nam non est probatum per instrumentum publicum, quòd fuerit descriptus in matricula per notarium artis notariorum secundum quod exigit statutum sub rubrica de modo seruando in recipiendo notarios, & subdit statutum, quòd si notarius fuerit aliter receptus, eius receptio non valeat, & eius scripturis nulla fides adhibeatur. ¶ Nec ad hoc obstat si diceretur quòd pro parte agentis sunt producti duo testes ad probandum, quòd dictus Franciscus erat in quasi possessione tabellionis, & ideo videretur quòd non posse opponi quòd non fuerit notarius, vt dicitur esse prouisum in statuto vel reformatione sub rubrica de exceptionibus non opponendis contra iudices vel nota-
2 rios, quia † respondeo, quod posito quòd dicto statuto, vel reformationi non intdlligeretur derogatum per dictum aliud statutum sub rubrica de modo seruando in recipiendo notarios, cui statuto est adiecta clausula derogatoria ad alia statuta & prouisiones, tamen dicti testes non releuant, quia conantur deponere quòd dictus Franciscus se exercuit pro notario ab annis tribus, citra, quæ verba possunt verificari etiam si per duos vel tres dies antequam testificarentur se gessisset pro tabellione, quia non dicunt cum culpa scilicet ab annis tribus & citra, vt not.Host.& Ioan.And.in c.licèt causam.de probat.& Barto.in l.Celsus, in vlt.col.ff.de vsucap.cum suis concordantiis, & sic non probant illi testes vllo modo quòd tẽpore quo scriptum fuit per d. Franciscum dictum instrumentum ipse esset in quasi possessione. potuit enim esse scriptum per eum iam sunt quatuor vel quinque anni. quinimò etiam dicti testes non dicuntur probare quod tempore quo dictum instrumentum fuit productum, ipse esset in quasi possessione notariatus propter dictam dictionem citra, sine copula, vnde ille
3 † qui se habet fundare ex tempore debet probare articulatè & precisè de tempore, alias non potest obtinere. l.matrem.C.de proba.l.eum actum.ff.de neg.gest.in clem.fi.& ibi not. de rescript.not.Bart.in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de ope.no. nunc.ergo cum fundamentum intentionis actoris fuerit, qđ d.Franciscus tempore commissionis sibi factæ & authenticationis dicti instrumenti esset notarius, quia alias instrumentum non fuisset scriptum munu publica debuit saltem probare quòd eo tempore quo dictus Franciscus habuit dictam cõmissionem & authenticauit, vel ante erat in quasi possessione notariatus, nam quasi possessio superueniens non infert quòd antea fuerit uotarius, vt notabiliter declarat Oldra.& Bald.in l.1.§.si magistratus.ff.de magistra.conue.& Bald.& Salic. in l. ex persona.C.de prob.& Bal.in l.si qui adulterij. C. de adult. & ideo dictũ statutum intelligitur de eo qui probat de quasi possessione notariatus illius tẽporis de quo est quæstio, quia alias sequeretur quod si mota iam lite aliquis crearetur notarius seu inciperet se gerere pro tabellione, hoc sufficeret ad probandum ꝙ ipse fuisset notarius iam sunt 10.anni quasi ipse scripsit instrumentum, quod quidem absurdum esset & de-
4 risorium dicere. vnde † Ioan.And.Ant.de Butr.& Io.de Imo. in c.1.circa prin.de fide instru.& ibi etiam Abb.in 5.col. dum
b tradunt modos [b] probandi tabellionatum, quando opponitur ꝙ instrumentum non fuit confectum ab eo qui esset tabellio dicunt quòd practica & remedium est ꝙ capituletur & probetur quod tempore quo fuit confectum instrumẽtum de quo est quæstio, talis qui illud cõfecit, fungebatur publico officio tabellionatus.arg.l.3.ff. ad Maced. & l. Barbarius Philippus. ff.de offi.præto.& in l.1.C.de test. imò etiam est magna & lõga disceptatio, an istud de iure communi sufficiat, vt traditur maximè in locis proximè allegatis per docto. igitur statutum prædictum sub rubrica de exceptionibus non opponendis, debet interpretari secundum ius commune.l.2.C.de nox. & ca. cum dilectus, de consue.& non debet Iudaicè intelligi, taliter quod ex eo possit resultare absurdum, vt inquit Bald.in l.omnes populi.in 14.col.ff.de iust.& inre, l.quicunque.in 7. col. C.de seruis fugi. vbi allegat not.per gl.in l.damni.§.si is. in gl. quæ incipit, quidam iudaicè.ff.de dam.infect. Et per prædicta patet etiam non obstare si diceretur ꝙ procurator dicti Alexãdri respondendo positionibus videatur confiteri quod d.Franciscus sit & fuerit in dicta quasi possessione notariatus, etiam posito ꝙ confessus fuisset de tempore à quatuor annis & citra, quia cum allegetur quòd d.ser Antonius fuerit rogatus de dicto contractu iam sunt auni 15.vel circa, & non appareat quo tempore fuerit facta dicta commissio d.Francisco, & quo tempore ipse scripserit, id est quòd fuerit à tempore quo fuit in quasi possessione; & potuerit esse, quòd ante scripserit puta iam snnt quinque anni, ergo dicta probatio non releuat, dicta t.matrem, cũ simi. Minus etiam probant quò ad causam principalem duo testes, qui circa hoc in causa appellationis fuerũt recepti.s.ser Philippus & Gaspar per rationes prędictas, quia dictus ser Philippus dicit quod d. Franciscus quem dicit cognoscere & cognouisse à duobus annis & citra fuit & est notarius, & sic bene deponit quod eum cognouit duobus annis & citra.sed à quanto tempore & citra fuerit notarius.& se exercuerit pro tabellione, non exprimit testis, & dubia testis etiam interpretantur contra producentem. c.in præsentia, de probation.ser Gaspar deponit ꝙ à tribus annis citra, & sic non pro-
5 bat, vt dixi. ¶ Circa secundum † quod debet probari.s.dictam commissionem fuisse d.Francisco factam de rogationibus notarij defuncti per iudicem ordinarium citatis his quorũ interat, vel per alium habentem potestatem, ad hoc non inuenio hoc etiam fuisse legitimè probatum, nam pro parte agentis allegatur ꝙ dictæ rogationes Antonij Raynerij defuncti fuerunt commissæ authenticandæ Michaeli Canno per magnificum potestatem Mutinæ concedentem dicto Michaeli dictas rogationes cũ potestate & licẽtia extrahendi & exemplãdi ac extrahi & exemplari faciendi & in publicam formam redigẽdi de dictis prothocollis & rogationibus omnia quæcunque instrumenta & acta rogata per d.ser Antonium cum subscritionibus debitis secundum formam iuris ac statutorum & prouisionem communis Mutinæ, vt constare dicitur ex scriptura rogata per ser Nicolaum de capellis, non reperio tamẽ ꝙ in dicta commissione facta Michaeli fuerit facta citatio eorum quorum interest, saltem in genere, prout requiritur quando non sunt certi hi quorum interest, iuxta l.si eo tempore. C.de remiss.pig.& l.1.ad fi.ff.de ventre inspi. & prout in proposito notant doct.in c.cum P.tabellio.& per consequens nõ valuisset illa commissio, nisi statuto ciuitatis aliter esset prouisum. Præterea ex forma prouisionis ciuitatis Mutinæ, quæ emanauit ab illustri Nicolao Marchione Estense solum est ꝓuisum ꝙ licitum sit cuicunq; notario rogato de aliquo instrumento, testõ vel vltima voluntate, vel quem rogari cõtigerit, vel habenti causam ab eo de prædictis, vel aliquo prædictorũ cõmittere exemplatiuam & copiam faciendam de schedis vel inceptis suis alteri notario Mutinensi & collegiato, dũmodo antequam parti tradat, diligenter cũ originali suo auscultet, examinet ac authenticet subsciptione manu propria & signo consueto. Sed constat ꝙ d. Michael non fuit rogatus de instrumẽto de quo est q̃stio, nec ẽt est probatũ ꝙ d. Michael habuerit causam à notario rogato de dicto instrõ, id est à d.ser Antonio

6 nio de Dameriis, quia causam † habere dicitur à me ille qui
habet ex titulo à me concesso, vt l. Pomponius. §. si liber. cum
ibi notatis. ff. de acq. poss. & licet per dominum potestatẽ fue
rint concessæ dictæ rogationes d. Michaeli, tñ non per hoc di
citur d. Michael habere causam à ser Antonio, vt patet ex not.
per Bart. in d. l. Pomponius. §. si iussu, circa 2. col. in vers. videa
mus igitur quid operetur authoritas iudicis &c. ibi dũ dicit
quarto operatur ꝙ ille cui restituitur non habeat causam à re
stituente, sed ab alio, tñ potest vti accessione &c. & sic vult ꝙ
licet ego sim condemnatus ad restituendum tibi rem, si tamẽ
non habes à me alium titulum, non diceris habere causam à
me, non intelligitur ergo quod dominus Potestas dederit di-
ctam licentiam Michaeli quòd faceret authenticare instrumẽ
ta ex rogationibus prædictis per alium, nisi quatenus d. Mi-
chael habuisset causam à d. ser Antonio, puta titulo legati,
vel simili, vt dicit Io. And. & Ant. de But. in d. c. cũ P. tabellio,
in primis verbis suis, quia dicta prouisio aliter non permittit
& de iure communi non potest fieri nisi subsistente impedimẽ
to & interueniente authoritate iudicis & citatione eorũ quo-
rum interest, vt no. doc. in dicto cap. cum P. tabellio. & posi-
to quòd dict. Michael allegauerit dicto potestati, quod d. ser
Antonius sibi in testamento legauerit dictas rogationes, ta-
men ad hoc vt diceretur habere causam ex dicto legato, opor
tebat allegare & probare quod ex dicto testamento d. ser Anto
7 nij fuerat adita hæreditas, quia † nisi adeatur hæreditas, le-
gata non valent l. eam quam. C. de fideicom. l. si nemo. ff. de
testam. tutel. & tantò magis cum in casu nostro fuerint ad di-
ctam commissionem citati saltem in genere hi quorum inte-
rest, vt requiritur de iure, vt dixi, & si diceretur quod ex con-
suetudine in loco hoc non seruatur debet ꝓbari, quia est quid
facti. l. 2. cum ibi no. C. quæ sit long. consue. & cap. 1. de con-
sti. in 6. Præterea dicta prouisio requirit quod iste cui commit
tuntur rogationes debeat priusquam parti tradat, diligenter
auscultare cum originali. sed d. Franciscus in sua subscriptio-
ne non attestatur se auscultasse, sed simpliciter dicit quod di-
ctum sumptum cum originalibus auscultatum concordat. &
8 sic non dicit à quo fuerit ausculatum. & notarius † debet con-
c ficere instrumentum per alterum ex duobus sensibus [c] corpo-
reis. s. visu vel auditu suo, vt not. gloss. in §. si verò moriantur,
in verbo, pro se. in auth. de test. & Io. And. in addit. Spec. in ti.
de instrum. edit. §. restat. in addit. incip. & noto quòd non suf-
ficit. & Bald. in authen. sed nouo iure. C. si cer. pet. & in rub.
C. de fid. instrum. in 10. col. nec de stylo seu consuetudine in
cõtrarium potest dici esse legitimè probatum per dictos suos
testes, vt clarè ex eorum inspectione patet iunctis notatis per
Cy. in l. 2. C. quæ sit long. consue. & per doc. in c. fi. de consue.
¶ Non inuenio etiam esse legitimè probatum dictum tertium
requisitum. s. quod dictus Franciscus scripserit dictum asser-
tum instrumentum, nec quod d. Michael subscripserit, Labo-
rat etiam dictum assertum instrumentum alio defectu, eo ꝗa
non fuit descriptum in memorialibus communis Mutinæ per
notarium ad ipsum officium deputatum, videlicet per Cechi
num de Morano secundum formam prouisionum ipsius me
moralis, quæ (vt dicitur) annulant ipsum instrumentum, nisi
fuerit seruata forma dictæ prouisionis. & licèt præsidens ipsi
memorali affirmauerit quòd notarius deputatus erat infir-
mus, non creditur ei soli de hoc absque alia probatione. c. cum
à nobis, de testi. l. iurisiurandi. C. de testi. ¶ Et prædicta (meo
iudicio) sufficiunt tam quòad causam pœnæ quàm quòad
causam principalem, in qua petitur executio instrumenti pro
ducatis centum. & posito quod in causa principalis executio-
nis in instantia appellationis appellans faceret fidem per in-
strumentum, quòd d. Franciscus esset notarius, hoc non suffi-
9 ceret, quia est † elapsus terminus datus ad probãdum & pro-
batum habendum (vt verbo fertur) qui terminus habet vim
conclusionis in causa, vt singulariter dicit Ant. de But. in ca.
licèt causam, de ꝓb. in 3. vel 4. col. & Dominicus de S. Gemi
niano in c. pia. §. si quis igitur. in 1. col. de excep. in 6. & instru
menta produci non possunt post conclusum in causa. c. cum
dilectus. de fide instrumen. Prætereà licet potuisset produce-
re dictum instrumentum pro fide natariatus, tamen ex inspe-
ctione asserti instrumenti, cuius petitur executio, non apparet
quando d. Franciscus scripserit vigore suæ assertæ commissio
nis, & sic an fuerit postquam ipse fuerat matriculatus legitimè
vel ante & sic non releuat talis probatio dubia, vt dixi supra.
Tamen vltra prædicta accedit, quia principaliter se fundat
actor agendo ad pœnam, ex eo quòd procurator d. Alexandri
opposuit contra instrumentum exceptionem nullitatis instru
menti & exceptionem quod confessio fuerat simulata, quæ
quidem, non videntur sufficere ad commissionem dictæ pœ-
næ. Primò quia dictum instrumentum non est instrumẽtum,
10 & sic nullum, vt patet ex iam dictis. Secundò, quia † licet op-
positum fuerit quod confessio receptionis dictorum centum
ducatorum fuerat simulata, quia verè eos non recipit à co-
mite Hugone, sed d. Alexander tanquam debitor Antonij de
Valentinis fuit delegatus dicto comiti Hugoni, tamen talis si-
mulatio non infringit nec impugnat contractum, quia potuit
fieri licitè quod pecunia quæ debebatur ex vna causa dicto co
miti Gerardo transferretur in aliam, & talis simulatio est lici-
ta & permissa de iure, & attenditur illud quod partes volue-
runt. l. si ex pretio. C. si cert. peta. l. Lucius. l'ultima. & ibi hoc
not. Bart. ff. de posi. & no. Bart. in l. 1. C. plus valere quod agi-
tur. & plenè per enm in consilio 65. incip. Petrus Nicolæ. vbi
per hoc dicit quod exceptio simulationis, in gñe opposita nõ
operatur, quia variæ sunt species simulationis. quædã est per-
missa & licita, quæ nõ impugnat, vt patet ex his q̃ proximè di-
xi, quædam verò non est præmissa, vt facta in fraudem legis
vel ex aliqua vera causa, quæ sit turpis seu aliter probata. Nec
obstat si dicatur quod d. Alexander seu eius procurator in scri
ptura exceptionum oppositarum contra petitionem executio-
nis instrumenti in causa principali asseruit quòd ipsi de Tas-
sonibus à tempore dicti asserti instrumenti citra nullam mer
cationem vel negotiationem fecerunt, & per consequens vide
tur quòd ex illo capite, quia non sunt negotiati cum dictis pe
cunijs vt promiserant inciderunt in pœnam, quia respondeo
quod debet attendi causa ex qua agitur, & illa debet probari,
& non sufficit aliam probare. l. habebat. in prin. ff. de insti. no.
Inno. in c. ex parte abbatissæ, de priuileg. & Bart. in l. 1. in prin.
ff. de eden. sed actor egit ex eo quod incidit Alexander in pœ
nam dupli opponendo & faciendo ea quæ opposuit, & fecit
in dicto iudicio executionis. sed ita est ꝙ si Alexander incide-
ret in penam, eò quia non fuisset negotiatus & mercatus cum
pecunijs, diceretur incidisse in pœnam, non ex eo ꝙ contraue
nerit per eá quę fecit in iudicio, sed per ea quę non fecisset ex-
tra iudicium, scilicet propter non negotiari & non mercari,
ex qua quidem causa non est actum. Non insisto super quanti-
tate pœnæ dupli centum ducatorum, quia certum est de iure
quod in dicto duplo comprehenditur simplum, scilicet sors,
& sic pœna in centum ducatorum. l. hoc edicto. §. fina. & ibi
doc. ff. de pub. & not. gloss. & Bartol. in l. ab his. C. de nauicu.
lib. 11. & Bartol. in l. 1. C. de pœnis fis. cre. præfect. lib. 10. sed
12 hæc dispositio non est necessaria. ¶ † In meritis etiam causæ
principalis dico quod vbi de instrumento legitimè probare-
tur, adhuc per mortem Francisci de Tassonibus, & successiue
tanto magis per mortem dicti Comitis Hugonis fuit extincta
societas contracta per dictum instrumentum celebratum in-
ter prædictos anno 1457. die primo mensis Septembris, quã-
uis non appareat quòd de morte Francisci fuerit per dictum
Alexandrum aliquid notificatum præfato Comiti Hugoni, &
consequenter dictum Alexandrum à dicto tempore circa nõ
teneri ad lucrum aliquod assignandum, quia morte vnius ex
socijs societas finitur. §. soluitur. inst. pro soc. & l. adeo morte.
ff. eo. titu. igitur &c. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Manu Idem Pau. consilio 209. lib. primo fa. supra lib. 1. consi. 129. colum. fina. sed verius sufficere subscriptionem vt per Dec. capitu. quoniam contra falsam. colum. 23. de prob. & consi. 447. & Alexand. supra lib. 6. supra lib. 2. consi. 147. nu. 4. supra lib. 3. consil. 50. nume. 5. supra lib. 6. consil. 14 num. 14. 30. & Alex. hic scribit pro coniunctis suis, vt supra eod. consil. 29. in princip.

b ¶ Modos supra lib. 1. consi. 138. supra lib. 7. consil. 101. nu. 10.

c ¶ Sensibus. idem supra lib. 1. consi. 119. colum. 3. Ioan. And. in mercu. semel malus. Bald. l. vnica. colum. 8. C. de confes. l. eadem oratione, in fine. ff. de ferijs Alexand. l. prætor ait. in princip. de eden. facit Bal. l. in eo. ff. de testa. idem Aret. capitu. series, colum. 2. de testi. Corn. consil. 154. licet in themate litera g, libro 3. consi. 52. colum. 1. cons. 216. licet in hac. lib. 4. Panor. cap. cum causam. colum. 4. de testibus. Deci. authen. si quis in aliquo. colum. 6. C. de edend. c. 1. colum. 8. de fide instrumen. licet aliter dicat Feli. cap. series. colum. 2. de testi. adde Anto. But. consi. 22.

EPITO-

EPITOME.

MVLIER obligans se alicui tanquam creditori iuuatur Velleiano, secus si tanquam debitori. Quid ergo si promittat fideiussori mariti eo viuo, & rursus eo mortuo.

CONSILIVM CXCIX.

Viso processu inter Geminianum de Fontana agentem, & dominam Lucretiam vxorem quondam Nicolai de Ambrosinis se defendentem, vis omnis consistere videtur in hoc, vtrum sit probatum per testes productos pro parte agentis dictam Lucretiam taliter promisisse dict. Geminiano quod ipsi agenti competat efficax actio ad id quod in libello
1 deductum est? † Et mihi breuiter videtur concludendum ꝙ non, nam circa substantiam dictæ obligationis probandã deponunt tres testes, quorum vnus Granolus, & iste nõ probat, quia singularis. l. iurisiurandi. & l. testium. cum ibi not. C. de testi. c. bonæ. el 1. de elec. cap. licet causam. de proba. Præterea iste testis quo ad ea quæ deponit Lucretiam promisisse dicto Geminiano nihil aliud dicit, nisi quòd viuente adhuc marito dictæ Lucretiæ ipsa dixit d. Geminiano hæc verba, s. nihil est quòd dubitetis vel dubitare habeatis de obligationibus præ-
a dictis scilicet pro quib. tenemini pro Nicolao, [a] quoniam adsunt tot pecuniæ ex quibus satisfieri poterit creditoribus, & quod ipsa erat huius propositi quod si deberet remanere sine lecto, nolebat quòd exinde Geminianus damnum aliquod vel præiudicium pateretur, & quòd Geminianus respondit quod non timebat respectu ipsius Nicolai ex præmissis præiudiciũ aliquod pati, per quæ verba etiam si plene probata fuerint, nõ
2 posset obtinere d. Geminianus. Primò, quia † aliud est dicere, nolo quòd patiaris damnum, aliud est dicere, promitto te conseruare indemnem. de se patet, non enim inducunt illa verba dispositionem obligatiuam. l. Celsus. §. fin. cum l. sequen. ff. de arbi. & l. quia poterit. cum ibi not. per Bar. ff. ad Trebel. iuncta l. ita tamen. §. si patronus eo. tit. & per id quod not. gl. & Bart. in l. 2. C. de iuris & fac. igno. & glo. & doc. in l. qui se patris. in gl. 1. C. vnde lib. & per id quod habere in l. filij. §. 1. ff. ad Ter. cum simil. Stant enim ista simul quòd nolim te pati damnum & sic mihi displicet quòd habeas damnum, tamen nolim te conseruare indemnem. & ideo dicimus quod in contractibus verba dubia interpretantur contra stipulatorem. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. obli. & l. veterib. ff. de pact.
3 ¶ Denique posito † ꝙ dicta domina promisisset indemnitatẽ d. Geminiano, tamen non per hoc posset actor obtinere, quia in libello non deducit agens se passum esse damnum vel præiudicium ex aliqua promissione facta per Nicolaum, & ille cui promissa est idemnitas, non potest agere priusquam damnum seu interesse patiatur, & tunc agit ad damnũ seu interesse, vt est gl. no. in l. 1. in gl. fi. C. de magi. conue. quã ibi sequuntur doct. bene facit l. 2. cum ibi not. per Bal. & Sal. C. de sent. quæ sine cert. quanti. cum simi. dictus autem Geminianus petit dictam dominam condemnari ad soluendum libras centũ hæredibus Ludouici Zarlatæ, & ducatos centum Ioanni Baldasaris de Populis, non autem deducit damnum esse passum vel præiudicium aduersus quod petat conseruari. ¶ Præterea
4 † non deponit dictus testis factam fuisse promissionem per stipulationem seu præcessisse interrogationem Geminiani, & secutam esse responsionem conformem interrogationi, prout est de substantia stipulationis. l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obliga. ergo ex sola sponsione seu pacto d. Lucretiæ agi non potest, d. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. l. legem. C. de pact. Alius testis Galeottus de Canouilo etiam non probat, quia respectu eius quod deponit circa promissionem factam per Lucretiam in vita d. Nicolai sui mariti, non habet contestem, & etiam si haberet contestem, non releuaret talis probatio, præcipuè stantibus duabus vltimis responsionibus, quas dedi circa alium testem, quæ pariter huic conueniunt. ¶ Circa verò ea quæ dicit ipse testis audiuisse à Lucretia post mortem d. Nicolai est videndum, an secum concordet Franciscus filius dic. Galeotti adeo quod probent intentionem agentis, & dico ꝙ non. ¶ Ad
5 † quod ostendendum præsuppono quod qñ mulier promittit alicui tanquam debitori soluere id quod ipse debitor alteri debet, seu conseruare eum indemnẽ ab eo quod debet, tunc est verum ꝙ mulier non potest se tueri exceptione & beneficio senatusconf. Velleiani. sed si mulier promittat soluere alicui tanquam creditori alterius, seu eum conseruare indemnẽ de eo quod habere debet, & tunc mulier dicitur intercedere, & est tuta beneficio & exceptione Velleiani, ita legitur & notatur in l. si mater. C. ad Velleia. & in l. quamuis. §. mulier. & in l. tutor, in princ. ff. eod. tit. Sed inspecta attestatione Galeotti Lucretia promisit Geminiano tanquam creditori alterius, scilicet Nicolai, vt patet ex illis verbis dum dicit, quòd ipsa di
b xit, Io ho [b] tanti denari in oro, e in argento quali credo che ascenderanno alla summa che voi douete hauere, & quando gli ne mancasse qualche vno noi vẽderemo tanti beni di questa heredità, e quando questi non bastino, io voglio obligare me & la dota mia per satisfattione di quello che douete hauere, &c. & sic inspectis istis verbis Lucretia est tuta exceptione Velleiani, quam opposuit. Sed Franc. deponit ꝙ Lucretia promisit Geminiano non tanquam creditori, sed tanquam debitori, vt patet ex verbis attestationis suæ, & præsertim ibi dũ dicit eam dixisse quod facilè solueret creditoribus ipsarum pecuniarum, absque aliquo dispendio & damno Geminiani, &
c ibi dum dicit eam dixisse, Io sono [c] deliberata che questi denari non faciano altro corso che satisfare quello perche fui obligata, &c. & per consequens apparet ꝙ isti duo testes sunt varij, & singulares in substantia, & sic non probãt. d. c. licet causam, vel si velimus intelligere eos esse contestes & concordes, in eo quod deponit Galeottus. s. pro Lucretia, intelligitur promisisse pro obligatione Nicolai ipsi Geminiano tanquam creditori & adhuc Lucretia habet intentum, quia remanebit tuta exceptione Velleiani. ¶ Accedit etiam quia per attestationem Galeotti non probatur promissio per stipulationem factam mediante interrogatione & responsione conformi ipsi interrogationi prout requiritur vt supra dixi. nam ipse deponit, ꝙ Geminianus non interrogauit an ipsa vellet promittere sibi soluere &c. sed interrogauit eam quis modus esset ꝙ dissolueretur ab obligationibus per ipsum factis pro dicto Nicolao. Frãciscus vero dicit Geminianum aliter interrogasse, nam dicit quod ipse interrogauit eam an vellet seruare, & manutenere erga ipsum Geminianum promissa per ipsam Lucretiam ipsi Geminiano tempore vitæ Nicolai intelligendo & loquendo de pecunijs & quantitatibus descriptis in dictis capitulis, quę verba interrogationis longè in substantia differunt à verbis generalib. interrogationis, de qua attestatur Galeottus, vt de se clarè patet. cum ergo ipsa interrogatio sit substantia ipsius stipulationis deductæ in libello, apparet quod isti tales sunt inter se varij & singulares, & sic non probant. ¶ Accedit † etiam
6
d ꝙ Galeottus dicit se esse maximum amicum [d] dicti Geminiani, quo casu non potest dici integer testis, vt not. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. in 9. col. in ver. venio ad tertium. & est glo. no. in §. cogitandum. in verbo testes. in fi. in auth. de mona. & not. Pet. & Cyn. in l. eos. C. de testi. & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de teste. §. 1. iuxta prin. in addi. incip. vide quod ibi dixi & Bal. in l. data opera, in 22. col. C. qui accusa. non poss. & not. doct. in c. quoties, post glo. de testi. bene facit tex. in l. 3. in prin. ff. de testi. ¶ Ex quibus omnibus concludo dictam Lucretiam absoluendam. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Nicolao. Marito dictę Lucretię. pro quo dictus Geminianus fideiusserat.

b ¶ Io ho. Id est tot habeo denarios in auro & in argento, quos credo ascendere ad summam quam debitis habere, & quando aliquid deficeret, vendam tanta bona de hac hæreditate, ꝙ si nec illa sufficere possit, volo obligare dotem meam pro satisfactione eius quod debitis habere.

c ¶ Io sono. Id est stat sententia dictos denarios non alio expẽsum iri, quàm in satisfactionem dictæ obligationis.

d ¶ Amicum supra lib. 6. consi. 4. nu. 8.

CONSILIVM CC.

Viso processu causæ principalis inter Andræam & Nicolaum quondam Christophori de Zubolis nomine suo, & Bartoli eorum fratris agentes, & spectabilem equitẽ dominum Opizonem de Aldidandinis se defendentem, & sententia superinde lata per magnificum Potestatem & Capitaneum

neum Rauennæ qua præcedente consilio Vicarij sui absoluit partes ab instantia seu ab obseruatione iudicij, reseruato iure dictis agentibus iterum agendi, & dictos actores condemnauit in expensis, viso etiam processu causæ appellationis interposito nomine dictorum de Zubolis & Dominici filij quondam Paduani mediante eorum procuratore & actore, visisq; allegationibus utriusque partis ac statutis & aliis mihi transmissis, visisq; literis magnifici domini Nicolai Leoni dignissimi Potestatis & Capitanei ciuitatis Rauēnæ, quibus certior factus sum de voluntate partium dictam causam esse meo consilio expediendam, & propterea requisitus fui vt consulerem, quæ futuræ essent partes suæ magnificentiæ in iudicando. vnde ponderatis pro viribus omnibus pōderandis consulo partes præfati Potestatis esse in pronunciando per dictos appellātes intelligi esse dictæ appellationi renunciatum, & firmā manere dictam priorem sententiam, & victos victori in expensis condemnare. præsertim, quia ex forma statuti sub rubrica de appellationibus & modo procedendi in causis appellationū, est prouisum q interposita appellatione appellans teneatur & debeat libellum appellatorium præsentare coram domi. Potestate iudice ad quem, & petere citationem fieri de parte appellata intra decem dies continuos connumerandos à die appellationis interpositæ, quod si intra dictum terminum nō præsentauerit, & partem appellatam citari non fecerit, intelligatur ipso iure dictæ appellationi renunciatum, & sententia firma permaneat & executioni mandetur. Sed ita est quod appellatio prædicta fuit interposita die 16. Octob. anni 1475. libellus verò appellatorius fuit productus solum die 28. eiusdem mensis petendo tunc citari partem aduersam, ergo non fuit intra dictos decē dies facta debita præsentatio libelli appellatorij. ¶ Nec obstat si diceretur quod hoc fortasse accidit culpa & facto iudicis eo quia quando fuit interposita appellatio prædicta ser Franciscus de Giradellis vt procurator dicti Opizonis dicebat dictam appellationem non esse admittendā eo quia dicebat elapsum fuisse terminum datum ad appellandum, & dominus Potestas commisit suo Vicario, vt videret an dicta appellatio deberet admitti, & dictus Vicarius retulit illam appellationem in effectu esse admittendam, & dicta relatio publicata fuit die 25. Octobris anni 1475. quia ad hoc respondeo, quod hoc non releuat dictos appellantes, quia tempus dictorum decem dierum est continuum ex forma dicti statuti, & potuisset dicta die 26. Octobris, quæ erat vltima dies

1 produci dictus libellus appellatorius. ¶ Præterea † debuerūt appellantes instanter & diligenter interpellare dictum iudicem, q dictam declarationem super appellatione admittenda faceret tali tempore, quod non expiraret tempus 10. dierum datorum ad præsentandum libellum appellatorium, & prote

a stari [a] quod per eos non stabat, per id quod habetur in l. fi. §. illud. C. de temp. app. & per id quod habetur in c. si iustus metus. cum glo. 1. & ibi doct. de app. & per not. in c. 1. & in cap. plerunq;, de rescr. & in c. cupientes. §. quod si per viginti. in verbo, proposita. de elect. lib. 6. & ibi not. doc. bene facit text. in §. hoc quoq; & q ibi glo. in verbo præiudiciū cum simil. in auth. vt sponsa. lar. coll. 9. iudex enim non impartitur officiū suum nisi imploranti & petenti. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. l. 1. §. si magistratus. ff. de mag. conue. sed non apparet quod pro parte dictorum appellantium facta fuerit debita interpellatio iudici aut protestatio, igitur non possunt appellantes à lapsu dicti temporis se tueri. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Protestari supra eo. consi. 69. num. 7.

CONSILIVM CCI.

Lege supra lib. 6. consi. 35. quod hic duplabatur.

EPITOME.

TITIVS testator instituit Caium & Sempronium filios suos: & casu quo vterque eorum decederet sine filijs, vel filij eorum sine filijs, substituit Franciscum fratrem suum, vel descendentes eius masculos. mortuo testatore decessit Sempronius relicto Ioanne filio deinde decessit Caius sine liberis condito testamento, vel alienationibus quibusdam factis. modò Ioannes vult venire ad partem Caij tanquam substitutus, & rogauit vt pro se consuleret Alex. qui hoc recusauit, & bene, & rōnes denegati consilij transmisit, vt sequitur.

CONSILIVM CCII.

VISO themate & dubiis pro modo satis mihi contra Ioānem vrgeri videntur per inferius dicēda, pp quę in consulendo pro eo non parum subsisto. animaduerto enim q si Ioannes vult venire ex ipsa expressa substitutione facta in testamento, constat eum non audiendum: quia illa facta est solum de descendentibus masculis Francisci fratris testatoris, casu quo Caius & Sempronius & vterq. eorum sine filijs decederet: qui casus non euenit. Aut vult venire ex tacita reciproca substitutione facta inter dictos Caium & Sempronium per id quod habere in l. Titia Seio. § Seia libertis, & tunc dato adhuc q diceremus in casu nostro intelligi factam reciprocam substitutionem, quamuis substitutio expressa non fuerit facta vltimò decedenti, vt loquitur dict. §. Seia libertis. & vellemus

1 † dicere quod propter grauamen de dictis rebus iniunctum post mortem amborum tacita videatur facta reciproca substitutio, & quod ita per d. §. Seia, debeat limitari illud quod dicit Ang. & alii post eum in l. si pater impuberes ff. de vulga. & pupil. cum concordantijs, vt plerisque placuit, tamen adhuc videtur quod hoc non sit tutum fundamentum pro Ioanne, quia illa tacita substitutio intelligitur facta inter eos quibus est facta expressa, & qui per modum dispositionis erant vocati à testatore, vt loquitur d. §. Seia, ergo sequitur q intelligitur facta tacita reciproca substitutio inter Caium & Sempronium, sed ex tali substitutione non potest se fundare Ioannes filius Sempronij præmortui, quia ius substitutionis fideicommissariæ non transmittatur ad hæredes dicti Sempronij. l. si in personam. C. de fideic. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebellia. &

2 no. in l. vna. de his quæ ante aper. tabul. ¶ Nec obstat † si diceretur quòd imò etiā tacita substitutio reciproca debet intelligi facta inter d. Caium & filios dicti Sempronij, quia etiam grauamen videtur iniunctum filiis dicti Sempronij per illa verba, & ipsi aut ipsorum filij &c. iunctis not. per Barto. in l. Centurio, in ver. quęro vlterius quid si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filiis vel eorum filij &c. quia respondeo, q dato quod sit aliqualiter dubium an testator possit iniungere onus fideicommissi ei quem non honorauit seu ad quem verba dispositiua non retulit. & in hoc Bart. in l. Centurio, videtur tenere q sic, quasi grauando eum videatur sibi relinquere per ibi allegata per eum quē tamen pleriq; reprehendunt, tū quando non apparet q testator eos grauauerit, sed solum sub conditione sub nominati & post mortem vel incertū euentum est facta substitutio, vt si testator post institutionem filiorum dixerit, & si filij mei decesserint sine filiis, vel eorum filij sine filiis substituo Titium, non reperitur q Bart. tunc expresse dicat q filij filiorum intelligantur grauati onere fideicommissi, & consequenter videantur onerati. & licèt Barto. in d. l. Centurio, in fine dictæ qstionis remittat ad no. in l. qui duos, eo. tit. tamen ibi non est iste casus scilicet quando ille post cuius mortem relinquitur fideicommissum esset positus seu no-

3 minatus in conditione tantum, & non in dispositione. † Imo Bart. in l. codicillis. in princ. de vsufr. leg. si bene inspiciatur, vult q imò tunc non censeantur grauati onere fideicommissi illi vltimò nominati per modum conditionis, sed intelligatur onus fideicommissi iniunctum filiis primo loco institutis, & ita etiam Bart. in consi. incip. Andręas condidit testamentum & expressè Bal. & Sali. in l. precibus, & Bald. in l. sed si sic. de lega. 3. & in l. ab eo. C. de fideicom. & Ioā. de Imo. in l. Centurio. in pe. charta. & plenius. in c. Ray. in materia compendiosæ. & ita consuluit Pet. de Anch. in consi. 113. incip. Pro clariori decisione. & in consi. Ponderandum principaliter est. & Pau. de Cast. in consi. 36. incip. Dubium facit &c. nam illi qui sunt positi & nominati in conditione non censentur vocati à testatore. l. ex facto etiam. ff. de hærę. insti. & l. si qui sub cōditione. de condi. insti. & pro ista parte in his terminis semper

a consului, [a] & mihi videtur hanc esse veram & communē opi. quātum ad propositum. Sed ita est q in casu de quo quæritur, non

non sunt nominati filij dicti Sempronij, nisi in conditione, ergo nõ potest dici ꝙ sint vocati ex aliqua tacita reciproca sub-
4 stitutione.¶ Pro hoc † etiam facit, quia non sufficit apparere
b quod testator velit, nisi etiam testator disponat.[b] vt l. quidam cum filium.& ibi ad hoc ponderat illum tex.Bald.& alij post eum.ff.de hære. inst.¶ Non obstat etiam si diceretur quod filij dicti Sempronij intelligebantur vocati saltem per illa verba, videlicet ita vt in effectu res & bona &c. quia respõdeo quod per illa verba non possunt dici vocati, quia illa verba adiecta sunt in casu in quo euenisset conditio sub qua erant vocati filij & descendentes Francisci, alias sequeretur quod si filij dicti Titij testatoris decessissent sine liberis & cum testamento, vel etiam cum liberis & cum testamento, non potuissent relinquere extraneis dicta bona aut alienare in extraneos dicta bona, cuius contrariũ erat in superiori parte testamenti prouisum & sic testator esset sibiipsi contrarius, quod non est dicendum. vnde (vt dixi) dicta verba videlicet, ita vt cum effectu &c. concernunt solum casum, quando iam euenisset casus substitutionis per quem vocarentur filii & descendentes dicti Fran
5 cisci fratris testatoris, qui casus non est casus noster. ¶ † Alia ratione insuper ostenditur quod dato quod videretur tacita reciproca substitutio facta inter Caium & filios Sempronii, ꝙ adhuc nullo modo possit dici euenisse conditionem dictæ reciprocę substitutionis, quia dicta tacita dispositio substitutionis non resultat nisi ex expressa substitutione facta dic. Caio & Sempronio de domo, calamẽtis & fortalitiis vt d. §. Seia liber
* tis. Ergo intelligitur * facta sub eisdem conditionibus & qualitatibus quibus fecta est expressa substitutio prædicta, vt probatur in d. §. Seia libertis. in verbo, prior morietur, probat et per l. cum pater. §. ab instituto. ff. de leg. 2. & per not. per gl. in l. si cui serui. §. 1. ff. de le. 1. vbi legata relicta sub conditione ab intestato, quæ intelliguntur tacitè repetita à substituto debẽt intelligi repetita sub eadem conditione & qualitate. Sic etiam videmus ꝙ si instituatur seruus testatoris hæres tacitè intelligitur sibi relicta libertas. l. pe. in prin. C. de necess. seruis hær. insti. & tñ verum est dicere quod si seruus instituatur hæres sub conditione, illa eadem conditio intelligitur repetita in tacito relicto libertatis, vt probatur in d. l. pe. §. fin. ergo si in dicta tacita reciproca substitutione intelliguntur tacitè repetitæ conditiones, quæ erant adiectæ in expressa, sequitur ꝙ si d. Caius decessit testatus seu alienauit bona, non potest habere locum substitutio sibi expresse vel tacitè facta, attento ꝙ dictę conditiones vnà cum illa conditione. s. si decesserit sine filiis, &c. sunt seu saltem esse intelliguntur copulatiuæ, vt l. generaliter, in prin. C. de inst & l. Lucius, l'vltima. ff. de hær. inst. Nec ad hoc obstat si diceretur quod dictæ conditiones debent stare alternatiuè, quia aliùs dicta verba nihil operarentur quò ad descendentes masculos dicti testatoris, ex quo eis decedentibus, rebus non alienatis sine filiis & non condito testamento, proximiores succederent ab intestato, vt sunt vocati à testatore, quia rñderi potest quod imò dicta verba operarentur, quia vbi ab intestato potuissent succedere in aliquo gradu fęminę, nunc ex dispositione testatoris sunt reiectæ omni casu fœminæ per masculos. Item ab intestato non transiuissent dicta bona ad descẽdẽtes Francisci cum onere alterius fideicommissi prout iniunxit testator ibi dum dicit, & si dicti eius nepotes
6 &c. Præterea † non est inconueniens nec absurdum quod testator in testamento disponat idem quod ab intestato fuisset seruandum, & talis dispositio nihilominus valeat in vim testamenti l. 2. ff. de iniust. test. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. & quod no. Bar. in l. 1. in prin. ff. ad leg. Fal. Ad alia quæ videntur adduci contra d. l. generaliter. patet respõsio ex his quæ proximè dicta sunt allegando. §. Seia libertis, & §. ab instituto. cum aliis supra adductis. Et confirmatur, quia si diceremus ꝙ dictæ conditiones starent disiunctiuè, sequeretur quod si Sempronius & Titius decessissent cum liberis & sine vllo testamento quod debuissent vocari ex substitutione filii dicti Francisci fratris testatoris, quia verificata esset vna conditio, s. si decesserint sine testamento, quod esset contra mentem testatoris & nullatenus dicendum. l. cum acutissimi. C. de im
7 pub. & aliis substit. & d. l. generaliter. ¶ Non obstat † etiam superius dictis si allegaretur ꝙ per illa verba adiecta in prima substitutione expressa scilicet & si dicti eius filii, & vterque eorum sine filiis masculis decederet &c. intelligantur tacitè vocati à testatore dispositiuè filii dictorum Caii & Sempronii, per l. Lucius. l'ultima. ff. de hære. insti. tenendo quod gloss. fi. ibi non sit vera, vt multi tenent, quia responderi potest multipliciter. Primò quod opin. gloss. est vera pro qua semper con-
c sului,[c] & dicunt doctor. illam esse communem opin. & accipitur magis communis opin. quando doctores maioris ponderis & authoritatis sunt pro vna parte, quia non debet attendi
d numerus,[d] vt doct. nostri dicunt, & sine dubio semper mihi visum est quod doc. maioris authoritatis sunt pro opi. dictæ glo. Prætereà dato quod gl. illa esset falsa & verior esset opinio contraria, tamen dicta contraria opinio non videtur posse sibi locum vendicare in casu nostro, scilicet quando est adiecta alia conditio scilicet si decesserit sine testamento, & rebus non alienatis, videtur testator voluisse quod dicti filii testatoris possint testando vel alienando disponere de dictis rebus & illas in alios quàm in descẽdẽtes suos, vt de se patet. ¶ Et per
8 hoc † apparet responsum ad id ꝙ allegatur pro parte Ioannis scilicet quod opinio gloss. in dicta l. Lucius. non potest procedere quando apparet de contraria voluntate, vt in casu nostro in quo Titius testator vocauit expresse descendentes filiorum Francisci, quos minus dilexit quàm dictum Ioannem &c. ad quod etiam potest responderi quod istud argumentum tollitur per dict. l. Lucius, iuncta glo. fi. vbi probatur contrarium. Item respondetur quod non sufficit apparere de voluntate testatoris, nisi testator disponat dicta l. quidam cum filium, & ibi Bald. ¶ Et per prædicta videretur responsum ad ea quæ adducuntur pro parte Ioannis, & non esse ingredi articulum an legitimatus in casu isto excludat substitutum. Fiat igitur aliqualis consideratio super prædictis, & vbi videatur ea nõ obstare & posse defendi ꝙ Ioannes admittatur, ero quàm promptissimo animo paratus pro eo consulere. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Consului supra lib. 1. consi. 105. nume. 4. supra lib. 3. consi. 22. col. fi. Anto. de Prat. vet. supra lib. 4. consi. 14. nu. 14.

b ¶ Disponat. Alexand. supra libro 6. consil. 139. & in l. si quis filium ad fi. vbi Ias. C. de lib. præter. Dec. consilio 277. latè dict. And. Tiraq. rep. l. si vnquam, versi. libertis. numero 18. C. de reuocan. do. vltra quem adde Pau. Soci. l. in ambiguo. de reb. dub. Deci. capitu. super literis. colum. 3. de rescript. Curt. senior consil. 29. colum. 2. consi. 13. col. 9. Curt. iunior l. cum quid col. 3. si cert. pet. Alciat. de verbo. sign. lib. 3. chart. 57. limitat Dec. consi. 514. in fine.

* Ergo intelligitur] Hac de re aliquid per Doct. ad l. licet Imperator. ff. de leg. 1. Nat.

c ¶ Consului supra lib. 1. consi. 108. latius supra lib. 2. consi. 185. Item supra lib. 6. consi. 38. nu. 10. consi. 139 nu. 8.

d ¶ Numerus. Alcia. tract. præsump. reg. 1. præsum. 51. fortius ait Bal. in l si quis ad declinandam, colum. 6. C. de epis. & cler. & quòd opinio non est metienda ab authoritate sed à ratione facit querela Plinij iunioris ad Traianum de sententijs numeratis non ponderatis, refert Budeus in prioribus anno. Pandec. char. 53. in fi. & char. 60. cui querelæ propriè locus esset in iudicijs popularibus, non sic proprium in exploratis & selectis iudicibus in quibus magis quadrat dictum Bald. in l. magistratus, in fine. C. quando prouo. non est necess. vt fit in supremo nostro senatu.

CONSILIVM CCIII.

Lege supra lib. 6. consil. 36. quod hic duplabatur.

EPITOME.

IACOBA carens liberis se & omnia bona sua obtulit hospitali, à quo seu eius rectore stipulata est libras quadraginta annuatim post mortem suam dari Bartholomeæ & Thomasinæ cuilibet earum neptibus suis in linea collaterali, cum onere faciendi celebrari anniuersarium quandiu vixerint: posteà Iacoba cum dicto rectore reuocauit pactum & stipulationem factam dictis neptibus, quæ tamen post mortem Iacobe agunt contra hospitale, & petiuerunt consilium à Phil. Corn. & alijs doc. qui pro dictis neptibus consuluerunt. tamen ab eis additus & rogatus Alex. etiam dictis consilijs exhibitis dubitauit, & tenuit pro eis consuluere, & bene in terminis iuris. sed supposito statuto de quo hic nume. 3. intentio actricum erat clara, nec indigebat dicto consilio.

CONSI-

CONSILIVM CCIIII.

Viso themate suprascripto & his quæ copiosè, & eleganter deducta sunt per dominum primum [a] consulétem, & etiam egregiè comprobata per alios dominos consulétes mihi fratres honorandos. id quod meo iudicio magis reddere videbatur dubiam præsentem consultationem esse videtur, quod dicta Iacoba stipulata est nomine dominarum Bartholomææ & Thomasinæ dari cuilibet earum libras quadraginta singulo anno post mortem dictæ Iacobæ à dicto rectore hospitalis, vnde tunc videbatur quod non posset dic. Iacoba vna cum dicto rectore sine consensu dictarum dominarum Bartholomææ & Thomasinæ reuocare & annullare dictam promissionem, vt apertè concludit Bald. in l. cum à socero. C. de iure dot. & Io. de Imo. in c. potuit, de loca. in vlti. charta. & Raph. in l. qui Romæ. §. Flauius. de verbo. obliga. per id quod habere in l. si ego. cum gl. ff. de neg. gest. & non videbatur posse dici quòd inter dictam Iacobam & dictas dominas Bartholomæam & Thomasinam esset intus tacitè quidam cōtractus innominatus in quo possit esse locus pœnitentiæ, iuxta l. si pecuniam, in princ. cum simi. ff. de condit. ob causa. s. contractus, facio vt facias. per quem videatur Iacoba fecisse promittere sibi recipienti nomine dictarum dominarum, vt ipsæ dominæ facerent fieri vnum annuale singulo anno durante earum vita, prout eis videretur pro anima d. Iacobæ, quia cum nihil appareat de expresso aut tacito consensu dictarum Bartholomææ & Thomasinæ volentium acceptare dictum onus, non videtur posse dici vllum subesse contractum ex parte dictarum dominarum cum sine earum consensu fieri non possit. l. 1. ff. de pact. l. consensu. ff. de ac. & ob. nec inter Iacobam & dictas alias mulies interuenit aliquis nuncius vel epistola, cuius medio possit dici celebratum fuisse dictum contractum

1 innominatum & licet † quandoque inter absentes absq; nuncio vel epistola celebretur tacitum pactum vel tacitus cōtractus. l. 2. & l. si creditores. C. de pact. l. si cum dotem. in prin. ff. sol. mat. & quod ibi not. doct. l. solutum. §. solutam, in fi. ff.

b de pig. act. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. tamen [b] illud esse potest quando tractatur vel de acquirendo absenti, & non de obligando, vel si tractetur de obligando absentem, requiritur quod interueniat aliquis actus inferens in tacitum eius consensum, vt patet in iuribus proxime allegatis, in casu autē nostro nullus tunc videtur interuenisse actus inferens tacitū consensum dictarum mulierum, & dato quòd inter dictum rectorem ex parte vna & dictas Bartholomæam & Thomasinam mediante organo seu instrumento dictæ Iacobæ stipulantis & recipientis nomine earum resultaret contractus innominatus, scilicet de dando quadraginta singulo anno, vt ipsæ facerent vnum annuale, tamen attento quòd dicta promissio de dictis quadraginta est facta per stipulationem, dato quod illud quod concernit implementum circa faciendum annuale, non fuerint deductum in stipulatione, non potest esse locus

2 pœnitentiæ, saltem quo † ad id quod deductum fuit in stipulatione, quæ est contractus nominatus, vt concludit Bart. in l. fina. ad fin. ff. de cond. ob caus. per l. Aristo, in princip. ff. de do. & not. Bald. in l. quamuis. in fi. C. de transact. & in l. ex placito, in 11. quæstio. C. de rerum permuta. ¶ Nec videtur ob-

3 stare † id quod habetur in l. hoc iure. §. si quis dederit. ff. de dona. quia ibi verba tendebant ad mandatum, ideo illud est reuocabile, vt ibi & per Bart. ibidem, & in l. si cum fundum, in princip. ff. de pact. sed in casu nostro verba tendunt in stipulationem receptam nomine alterius, quæ non est reuocabilis sine consensu illius cuius nomine recepta est. Et attento

c magis cum præsupponatur statuto [c] cautum esse quòd alteri per alterum acquiratur. Consideretur super præmissis quia contraria conclusio meo iudicio non caret magna dubitatione & scrupulo, attento quòd illi conclusioni quam in proposito ponit Bald. in d. l. cum à socero, quando stipulatio est concepta nomine alterius nemo contradicit, & illam sum se-

d quutus dum hoc legerem & scriberem super. §. Flauius. [d] tamen vbi videatur aliquid rescribere pro sustentatione conclusionis petitæ, ero ad eam partem promptus, modò id iure fieri posse intelligam. ¶ Tamen uidetur istis non obstantibus posse sustineri conclusionem dominorum supra consulentium, quia ea quæ superius dixi, scilicet quod propter stipulationem factam per dictam Iacobam nomine dictarum dominarum, non posset recedi à dicto contractu sine consensu dictarum Bartholomææ, & Thomasinæ, possent procedere quando dicta conuentio de dandis dictis quadraginta libris esset merè in fauorem dictarum dominarum Bartholomææ & Thomasinæ, quarum nomine Iacoba actum fecisset tanquam solum gerens negotium earum. & ita loquitur tex. in d. l. si ego, cum gloss. sed quando non agebatur tantum de cōmodo dictarum Bartholomææ & Thomasinæ, sed earum &

4 alterius contrahentis, & sic † tunc gerebatur negotium etiā alterius tunc potest tacitè & expresse reuocari antequam sit perfectè ius acquisitum dictis dominabus. & ita concludit Bartol. & Angel. in dicta l. si ego, per l. hoc iure. §. si quis dederit. ff. de dona. cum itaque gereretur per dictam Iacobam etiam negotium dictæ Iacobæ quia stipulata fuit nomine dictarum dominarum dari eis dictas libras quadraginta cum onere tamen faciendi vnum annuale pro anima dictæ Iacobæ singulo anno, donec ipse vixerit, sequitur quod ipsa vna cum dicto rectore promittente debuit posse reuocare dictam conuentionem ante acquisitum ius perfectè dictis dominabus. & sic videtur, quòd in hoc casu etiam militet decisio Bartol. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligation. & in l. 3. ff. de ser. expor. quæ videtur magis communiter ap-

5 probari. ¶ Nec ei † obstat id quod nota. Ioan. Andr. in addit. Specula. in titu. de instr. edi. §. nunc verò aliqua. in additio. incipien. Per superiora. quia ibi non loquitur Ioan. Andr. quando mutuo consensu dantis, & recipientis reuocatur contractus ad exclusionem iuris tertii, prout in casu nostro. nam in casu suo solum ille qui donauit Titio rem tradendam post tempus Seii non potest à donatione facta Titio discedere sine consensu Titii, vnde quando ex dispositione contrahentium veniebat acquirendum tertio in aliquem futurum euentum, potest mutuo consensu ipsorum contrahentium descedi à contractu ad exclusionem iuris tertii, cui nondum est perfectè ius quæsitum per d. l. 3. cum ibi not. & dict. §. Flauius. li-

e cet aliud [e] dici posset in acquisitione quæ fieret tertio ex dispositione legis, non aut immediatè ex dispositione contrahentium ad hoc tendente. & ita loquitur id quod habetur in l. si constante. in fi. C. de dona. ante nup. & quod ibi not. Bald. facilius enim potuit lex denegare contrahentibus illud quod procedit ex prouisione legis, quàm illud quod procedit immediatè ex prouisione ipsorum contrahentium, vt nota. glo. magna, in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. & in l. prima. C. si aduer. vendi. Alex. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶ Primum. Scilicet Philip. Corn. latè & verbo se consulentem non potuisse reuocari consilio 68. incip. Ardua. libro tertio, vbi præsupponit statutum, quòd quis possit alteri stipulari, & actio quæratur sine cessione. at qui stante tali statuto res non erat dubia, nec opus erat consilio & multiloquio. facit supra libro tertio, consil. 37. deficiente verò tali statuto, & in terminis iuris verum est quòd est communis imò omnium doct. in dicto §. Flauius. & vbique opi. post Bald. in l. cum à socero. ad fin. C. de iure dotium, pro dictis actricibus, attento quod Iacoba recipit, & stipulata est pro eis sed hāc communem vel omnium sententiam de iure falsam puto tanquam contra regulam. dicto §. alteri. l. quo tutela. in fi. ff. de regu. iur. Fateor quod si notarius qui est seruus publicus fuisset stipulatus, tunc esse veram sententiam Bald. in dicta l. cum à socero, & communis, etiam re integra, hoc est ante ratificationem secutam. quanquam Decius contra in l. contractus. de regul. iur. Idem si tertius absens, cui paciscitur sit de liberis etiam nascituris alterius contrahentium modò appareat non esse stipulatum vt hæredibus, vt dixi supra libro quinto. consilio 22. nume. 3. quia speciale est in parente, vt possit efficaciter stipulari filiis etiam nascituris. l. quodcunque. §. si quis ita. de verbor. obligationibus, saluo nisi esset merum profectitium patris reuocantis, vt dixi in consu. Parisien. §. 123. Fateor etiam quòd si istæ neptes dictam acceptationem earum nomine factam re integra, hoc est, ante reuocationem, & dissensum ratificassent, non potuisset amplius reuocari sine earum consensu.

b ¶ Tamen. Per not. Bart. in l. quæ dotis, soluto matrimonio. & expressim Socinus rubrica de verborum obligationibus, nu. 14. Andræas ab Exea. lib. 1. pacto. nu. 82.

c ¶ Statuto. huic præsuppositioni Alexand. non confidebat, alias non dubitasset.

d ¶ Flauius, columna 78. & tamen non ausus est secundùm suam & communem sententiam consulere pro clientulo nec consulentibus

bus subscribere, in hoc casu vbi notarius non fuerat stipulatus sed extraneus.

c ¶ Aliud eodem modo soluit Alex. apud Bal. in d. l. cum à socero.

EPITOME.

CREDITOR qui se mitti fecit in possessionem bonorum, non potest aliud iudicium inchoare nisi tenuta reuocata, & bonis restitutis.

CONSILIVM CCV.

Visa dicta facti narratione, primò discutiendum est, an primus processus quo peruentum fuit ad missionē in possessinem & ad æstimationem bonorum valuerit? Et breuiter sentio firmiter quòd sic, quia non obstat defectus mandati seu curæ, attento

1 † quòd ratificatio posteà superueniens validat acta prius gesta facta ab eo, qui mandato legitimo carebat. l. licet. ff. de iud. l. non eo minus. C. de procur. siue ratificatio sit facta à minore, vt ibi. & not. per gloss. & Bartol. in l. si tutor. C. in quib. cau. in integr. restitu. est necess. siue sit facta à maiore siue sint facta gesta contra ratificationem siue

* etiam sint in fauorem ratificantis, vt est gloss. * reputata sing. in l. si mater. §. hoc iure. de excep. rei iud. not. docto. in capitulo cum in iure, & in capitulo cum olim Abbas, de offic. delega. & tantò magis valent acta prædicta, & præsertim illa datio tenutæ: quia tenuta fuit data Iacobo, & sic principali: non autem agenti pro eo, vt constat ex actis. ¶ Non obstat

2 si dicatur † quòd tenuta seu primum decretum expirauerit lapsu biennii, quia respondeo, quòd quando iudex interponit primum decretum iubendo actorem immitti in possessionem bonorum, si talis actor habens facultatem apprehendi tenutam fuerit negligens per biennium in accipiendo tenutam excluditur, & hoc si ipse præsens est, si autem erat absens habet quadriennium. l. final. in princip. C. de bono. aut. iud. poss. & clarè nota. Bartol. & Angel. in l. si finita. §. si quis metu ruinæ. ff. de dam. infect. ¶ Fortius voluit Ioann. de Imol. per illum text. quod istud perdatur biennio, quando quis fuit negligens non vtendo beneficio ingrediendi possessionem sibi competentem ex persona alterius creditoris immissi, vt proprie loquitur text. singularis. in dicta l. finali. licet vbi persona propria velit vti iure ingrediendi, non perdatur illud per lapsum talis temporis: immo perpetuo duret, per dicto §. si quis metu. & per l. prætor. §. in eum. ff. de bono. auth. iudi. poss. vbi etiam tangitur iste articulus per Bartol. Sed hic non fuit commissa negligentia in apprehendenda tenuta, immo fuit apprehensa per Iacobum, ergo non ex-

3 pirauit tenuta, immo patet, quia † dubitant in variis locis, gloss. & docto. vsque ad quantum tempus admittatur reus petens reuocari tenutam ex primo decreto, quando vult reficere actori expensas contumaciæ & satisdare de iudicio sisti secundum formam authenticæ, ei qui iurat. C. de bono. autho. iud. poss. & communiter concluditur, quod quando actor agebat actione personali, vt in casu nostro, reus vsque

a ad 30. annos [a] potest petere reuocationem tenutæ, vt latè probat Bartol. in dicta l. si finita. §. Iul. in 9. col. in versicu. procedo vlterius &cæt. cum concordantiis, ibi allega. & notant docto. in cap. contingit, de do. & contu. & in cap. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lite non contestat. ergo apparet, quod tenuta data, & apprehensa in actione personali non expirat, lapsu temporis, immo firmior redditur per lapsum tempo-

4 ris. ¶ Ex his infertur † quod si prima tenuta durauit, prout supra ostensum est, non licuit actori iudicium inchoatum dimittere, & coram alio iudice de nouo inchoare. l. vbi cœptum. ff. de iudi. & in authenti. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & saltem cum coram primo iudice comparuerit nuper reus, & legitimè contumaciam purgauerat, vt nota. tradidit Bartol. l. sepulchri. in versicul. tertio videndum est. ff. de sepul. viol. non obstat pactum in instrumento appositum, quod una via electa, possit redire ad aliam &c. quia non sumus in casu, quia imò redit ad eandem, nam prima via fuit super tenuta bonorum, & ita etiam est secunda. ¶ Præterea, etiam si aliquo modo dici posset quod istud suum iudicium vltimò inchoatum possit procedere, negari non potest eum teneri ad restitutionem bonorum mobilium, in quorum possessionem missus est, quia non debet bis pro eodem debito ei satisfieri, vt dicunt iura vulgaria, & bona accepta ex prima tenuta incipiunt esse sine iusta causa apud creditorem propter istud secundum iudicium. l. eleganter. §. si quis post. versicu. sed si post. ff. de condi. indebi. & l. prima in

5 fina. ff. de condic. sine caus. ¶ † Quòd autem dicta bona mobilia intelligantur esse apud dictum Iacobum seu eius hæredem, patet quia ad eum qui mittitur in possessionem ex pri-

b mo decreto pertinet custodia [b] rerum, de quibus data est tenuta. l. 3. §. fina. ff. de acquirend. possess. l. cum legati. ff. quib. ex cau. in poss. eatur. & saltem vbi fit missio in possessionem rei mobilis, nam illa assignatur creditori, & non remanet amplius sub potestate & custodia debitoris. l. is cui. §. qui legatorum, versic. in cæteris. ff. vt in possess. leg. & firmat Bartol. & alii in dicta l. si finita. §. si quis autem. ff. de dam. infe. & no. Bald. in authen. ei qui. C. de bo. aut. iud. pos. in 17. colum. in vers. quæro vtrum missus in possessionem rei mobilis &c. & idem ponit & firmat ibi Sali. in 8. quæst. & fuit conclusio Dy. vt ipsi etiam referunt, nisi appareret creditorem esse suspectam personam, quia tunc non relinquitur res mobilis apud creditorem, sed sequestratur per l. si fideiussor, in fine. ff. qui satis. cog. cum ergo non appareat dictas res mobiles fuisse sequestratas, sed tenutam fuisse datam dicto Iacobo, & per consequens ad eum spectauit custodia, igitur aut res illas acceptat insolutum, aut si aliàs res vult, assignet tanquam custos illas quas habuit, quia, vt dicit regula iuris, bona fides non patitur vt bis idem debitum exigatur. Reliqua suppleat præstantia iustissimi domini consulentis. Alex.

ADDITIONES.

* Vt est glo.] Hanc gl. sequuntur ibi Bar. Ang. & Pau. Ca. & Bar. Bal. & alij communiter ad d. l. si tutor. C. in quib. casib. in integ. rest. Ang. ad l. licet. ff. de iud. Abb. ad c. causam. col. fi. & ibi Aret. de iudic. & idem Abb. ad c. 1. de re iud. Pet. Anch. conf. 123 incipit, Vnus ex procuratoribus. Pau. Ca. & recentiores latè ad l. licet. C. de procur. Nat.

a ¶ Annos. videtur sequi Alex. d. §. Iulianus. colum. 20. sed non est ita, quia ibi tandem se remittit ad id quod eod. §. in princ. vbi tractauit an missus ex primo decreto præscribat, vbi tenuit indistinctè quòd non, & bene. & sic potest semper peti reuocari, quia etiam mille annis non præscriberetur iuri offerendi ad luendum pignus siue conuentionale siue prætorium Franc. Balb. tract. præscri. 4. par. 5. partis prin. q. 2. latè Io. Igneus in l. in cognitione. ad Sylla.

b ¶ Custodia. dixi in consu. Parisien. §. 6. glo. 7. nu. 9. cum sequen.

SVMMARIVM.

1 *Receptio sortis non præiudicat in pœna commissa rato manente pacto.*

2 *Dominus recipiendo solutionem temporis præteriti, non præiudicat sibi in iure expellendi, secus si esset temporis futuri. nume. 3.*

6 *Confusio rationum non excusat eum, qui potuit, & debuit extendere.*

8 *Protestans vel interpellans non tenetur exhibere instrumentum, & de cuius facto agitur.*

9 *Mora requirit interpellationem ad personam vel domicilium.*

CONSILIVM CCVI.

Viso & examinato puncto seu titulo quæstionis & processu inter magistrum Angelum de Lardiana de Imola agentem, & Bartholomæum de Michellis, & eius filios se defendentes, & causa reconuentionis dicti Bartholomæi reconuenientis dictum Angelum, puto fuisse & esse bene iudicatum per primos iudices in fauorem dicti Angeli. Si ita est vt præsupponitur in puncto, quòd appareat probatum maximè per libros productos & scriptos manu debitorum, & recognitos per dictum Bartholomæum, & filios non solùm pro præterito tempore aliquando non soluisse de hebdomada in hebdomadam illud quod dare debebāt pro curamine habito à dicto Angelo, licet fortasse aliquando etiam illam solutionem pecuniæ acceptauerit Angelus à dicto Bartholomæo soluente post tempus debitum, vt continetur præsertim in positionibus dicti Bartholomæi, sed etiam apparere dicitur liquidò dictum Bartholomæum & filios etiam adhuc de præ-

ſenti reſta ſſe & reſtare debitorem in quantitate librarum decem Bonon. & vltra pro curamine vltra quàm per ſex menſes ante litem motam habito à dicto Angelo: ergo cum ex forma inſtrumenti & contractus celebrati inter eos anno 1460. die 16. Iulij, appareat fore promiſſum per dictum Bartholomæum, & filios quòd ſi non obſeruarent omnia, & ſingula contenta in dicto inſtrumento, tenerentur dictam quantitatatem librarum ducentarum quinquaginta reſtituere Angelo intra ſex menſes à die non obſeruantiæ promiſſorum. potuit Angelus agere prout egit ad dictam quantitatem librarum 250. maximè præcedente proteſtatione quam fecit dictis Bartholomæo & filiis quòd intendebat propter dictam non obſeruantiam petere elapſis ſex menſibus dictam quantitatem librarum 250. & quia verba inſtrumenti clarè important illud quod dictum eſt, difficultas conſiſtit ſolùm in reſpondendo ad ea quæ pro parte dictorum reorum obijci poſſunt.

1 ¶ † Vnde non obſtat ſi diceretur, quòd Angelus non poteſt ſe fundare ex eo quòd non fuerit ſibi ſolutum de hebdomada in hebdomadam, eo quia recipit etiam quandoque vltra & ſeu poſt hebdomadam, vt dicitur patere in libris productis, ad quos ſe refert Ang. reſpondendo poſitioni, & ſic videtur ſibiipſi præiudicaſſe. l. commiſſoriæ. C. de pacti. inter emptio. & vendito. & l. ſi per emptorem. §. final. & l. poſt diem. cum ſimilibus. ff. de lege commiſſo. quia reſpondeo, quod imò recipiendo dictam quantitatem debitam pro curamine etiam recipiendo poſt hebdomadam, non videtur renunciaſſe facultati repetendi poſt ſex menſes dictam quantitatem lib. ducentarum quinquaginta, prout ex conuentione expreſsè actum erat, quia quando ex conuentione, quis tenetur ad dandum certam rem, & ſi non dederit, promiſit pœnam, & contingat quod poſt commiſſam pœ-
* nam creditor receperit * ſortem ſimpliciter, tamen non præiudicat ſibi quin poſſit petere pœnam conuentionalem, quando in contractu eſt adiecta clauſula. rato manente pacto, ita declarat Bartol. in l. finali. ff. de eo quod cert. loc. circa penultimam, vel vltimam columnā, per l. qui fidem. cum ibi. nota. ff. de tranſactio. & in l. cum proponas. C. de tranſactio. & firmant hoc etiam doctor. maximè Ioann. de Imol. clarè in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligation. circa penultimam columnam, in verſiculo vltimo reſtat & cæt. Sed dicta clauſula, rato manente pacto, eſt appoſita in dicto inſtrumento prout quotidie apponitur in omnibus inſtrumentis, & etiam eſt appoſitum iuramentum, quod habet vim clauſulæ rato manente pacto, vt l. ſi quis maior. & ibi not. communiter doct. C. de tranſactio. quæ lex ad hoc reputatur multum ſingularis. ¶ Non obſtat dicta l. poſt diem. cum aliis ſuprà allegatis, quia ibi vendidi tibi fundum pro decem aureis mihi dandis in Calendis Maij, cum pacto quod ſi precium non dares in Calendis, quòd fundus eſſet inemptus. certè ſi in Calendis non ſoluiſti, & ego venditor poſt Calendas peto precium vel recipio pretium prædictum, ego videor recedere à pacto legis commiſſoriæ, quod quidem erat tale, ſcilicet quod res eſſet inempta, & ſic venditio eſſet reſciſſa. & ratio eſt euidens, quia nec ex conuentione, nec ex forma iuris poterat venditor reſcindere contractum venditionis, & etiam habere precium rei venditæ, vnde quia iſta ſimul ſe non compatiuntur tanquam repugnantia, meritò recipiendo vel petendo precium poſt diem, videtur adhuc non obſtante lapſu temporis velle, quòd venditio habeat effectum. Sed in caſu noſtro iſta duo compatiuntur ſimul, ſcilicet quòd Angelus etiam poſt tempus dictæ hebdomadæ petat, & habeat precium ſui curaminis iam dati Bartholomæo, & etiam quòd inter cæteras pœnas patiatur Bartholomæus illam pœnam quod poſt ſex menſes à die non obſeruantiæ teneatur reddere dictam qualitatem librarum ducentarum quinquaginta, quam ſi obſeruaſſet promiſſa non tenebatur reſtituere niſi intra annos quatuor cum dimidio, & ſic illa acceleratio ſolutionis cenſetur adiecta loco cuiuſdam pœnæ. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verborum obligationibus, & ibi nota. Angel. & Moder. ſaltem quando eſt iuramentum appoſitum, vel clauſula, rato manente pacto, vt eſt dictum. & dicta duo adinuicem nullam habent
2 repugnātiam. ¶ Ad prædictorum confirmationem † adduco doctr. Petr. & Bartol. in l. 2. C. de iure emphyte. vbi poſt gloſſ. quærunt, vtrum ſi emphyteuta non ſoluit canonem intra triennium, & ſic poterat de iure expelli, tamen poſt triennium dominus recipit canonis ſolutionem, an poterit eum poſteà expellere? & concludunt, quòd ſi recipit ſo-
a lutionem canonis futuri [a] temporis, & tunc videtur ſibi præiudicaſſe, quia videtur ſe arctaſſe ad perſeuerandum in futurum in locatione. argumen. l. qui in futurum. in princip. ff. de pact. & l. ſecunda, §. non malè. ff. de doli excep. ita procedit opin. gloſſ. & ſequatium in dicta l. ſecunda, niſi ſecundum Bartol. & aliquos receperit cum proteſtatione, quòd non intendebat iuri ſuo præiudicare. argument. l. ſi debitor. §. primo, ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. aut recipit ſolum penſionem præteriti temporis, vt eſt caſus noſter, &
* tunc non videtur * ſibi præiud. caſſe in pena expulſionis, nam vtrunque poteſt conſequi dominus, ſcilicet expulſionem conductoris, & penſionem præteriti temporis l. colonus, in principio. ff. loca. & iſtud etiam ſequitur Anto. de Butr. in capitu. potuit, de loc. pro hoc adducit. quia cum ſit dubium quo animo dominus receperit penſionem, debet in dubio fieri interpretatio quòd noluerit renunciare iuri ſibi competenti. argument. capitu. ſuper hoc. de renunc. & l. cum de indebito, in principio. ff. de probatio. & ita eſt de mente Speculat. in titul. de loca. §. nunc aliqua. verſicul. 23. dum cautè loquitur de penſione futuri temporis recepta. ita etiam eſt de mente Ioann. de Imol. in capitu. potuit. de loca. quò ad terminos noſtros dum ſe fundat per l. reſcriptum. §. ſi pact. & l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de do. except. quæ iura volunt quod non poſſet quis conſequi vtrunque, ſcilicet factum principale & pœnam niſi tamen eſſet adiecta clauſula, rato manente pacto, vel iuramentum, vt in caſu noſtro, ergo cum in caſu noſtro poſſit vtrunque exigi, vt eſt probatum receptio vnius non præiudicat in alio. & maximè, quia propter ceſſationem ſolutionis pecuniæ de hebdomada in hebdomadam non poterat incontinenti Angelus repetere libras ducentas quinquaginta, ſed ſolum poſt ſex menſes. & ſic licet ante dictos ſex menſes reciperet pecunias curaminis in quibus ceſſatum fuerat non poterat videri velle ſibi præiudicare in repetitione librarum ducentarum quinquaginta.
3 ¶ Hoc etiam fuit † de mente gloſſ. in dicta l. 2. C. de iure emphyteot. dum gloſſ. dicit quòd ideo dominus recipiens penſionem poſt ceſſationem triennalem videtur ſibi præiudicaſſe in expulſione, quia non poterat dominus conſequi niſi alterum duorum, ſcilicet vel expulſionem vel penſionem, ergo manifeſtè ſenſit gloſſ. quòd vbi vtrunque poterat conſequi prout in caſu noſtro, tunc per receptionem vnius non videtur ſibi præiudicaſſe in alio. hanc opin. etiam tenet Pau. de Caſt. in dicta l. colonus. & ſic patet quòd illi qui ſe fundant in opi. gloſſ. poſitæ in dicta l. 2. & in rationibus ibi redditis. & in caſu. dicta l. poſt diem, non loquuntur in propoſito quò ad caſum noſtrum. Præterea ibi agitur de pœna expulſionis, & priuationis, quæ non erat commiſſa niſi volente, & declarante domino. iuxtam dicta l. ſecundam, nos autem agimus de pœna ipſo iure commiſſa, vnde facilius ceſſat ius quærendum quàm iam quæſitum. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui. l. final. C. de acquirend. poſſeſſio. capitulo quemadmodum. de iureiuran. ¶ Præterea poſito quod per receptionem dictæ pecuniæ videretur ſibi præiudicaſſe Ang. quò ad hoc vt non poſſit dicere quod Bartholomæus, & filij contra fecerint non ſoluendo in termino illas quantitates quas poſt terminum ſoluerunt (quod tamen non eſt verum, vt dixi) tamen non poteſt dici quod per receptiones prædictas videatur ſibi præiudicaſſe quò ad contrauentiones ſecu-
4 tas poſt dictam receptionem pecuniarum quia † ille tacitus conſenſus non videtur ſibi præiudicaſſe vltra quàm fuerit conſenſum. l. Item queritur. §. qui impleto. ff. loca. l. legem. cum ibi not. C. eod. ergo cum adhuc reſtent debitores dicti Bartholomæus & eius filij in certis quantitatibus occaſione dicti curaminis ſaltem in libris decem, vel vltra, ergo non poteſt negari, quòd non contrauenerint abſque eo quòd intelligatur ſufficienter eſſe remiſſum per aliquem tacitum
5 conſenſum dicti Angel. † & hæc negatiua, quòd non ſoluerint dicti Bartholomæus & filii, non incumbit probare dicto Angelo, ſed ſatis eſt quòd ipſe probet dediſſe tantam quantitatem curaminis pro tanto pretio, & onus probandi ſolutionem

tionem incumbit Bartholomæo & filiis. l.prima. C. de pro-
bationibus. not. gloss.& docto.in l.2. C. de iure emphyt. &
clarè not.Bartol.l.in illa stipulatione si calendis.ff.de verbo-
rum obligationibus, & canonistæ in ca. super his, de accu-
sat.& in cap.bonæ, de elect.cum similibus. ¶Nec prædictis
6 obstat si diceretur † quòd excusari debent dicti Bartholo-
mæus, & filii, si non soluerunt tanquàm ducti probabili er-
rore, eo quia rationes inter dictum Bartholomæum & An-
gelum erant implicitæ & intricatæ propter data & accepta,
propter quod toleratur error etiam in facto proprio, iuxta
l.penultimam, cum ibi not.per Barto.ff.de confessis.& l.em-
ptor.§.Lucius.ff.de pact.& not.Bartol.in l.non fatetur.ff.de
confessis. & in l.si res obligata. ff. de legatis primo, not.Do-
cto. in capit.final.de confessis, cum similibus, quia respon-
deò primò non affirmando quod appareat rationes esse im-
plicitas & intricatas. Secundò respondeo, quòd quando qs
excusatur propter rationes implicitas & intricatas, & excu-
satur quando est taliter intricatum quod non possit de faci-
li in memoria retineri, & sic præsumitur obliuisci: ita de-
clarat Barto.& Ange.& alii in l.si quis delegauerit. ff. de no-
ua. quasi tunc videatur præsumenda obliuio: per iura supe-
rius allegata. Sed istud in proposito nostro allegari non po-
test pro parte dicti Bartholomæi, saltem quia fuit sibi facta
protestatio per dictum Angelum quòd intendebat propter
non obseruantiam promissorum agere post sex menses ad di
ctas libras 250. & fuit requisitus tunc Bartholomæus in ea-
dem protestatione quòd intra duos dies deberet ostendere
se adimpleuisse promissa propter quæ potuit & debuit incó-
tinenti Bartholomæus recurrere ad libros suos, in quib.(vt
in themate narratur) erat scriptum manu Angeli quantum
Corii habuisset & pro quanto pretio & pecunias receptas,&
reperto quòd restaret debitor, poterat satisfacere & non in-
cidere in pœnam: vnde si non inuestigauit, fuit in culpa ca.
7 innotuit,& quod ibi not.de elect.& sic non potest† allegare
iustam obliuionem. & mora post dictã protestationem sub-
sequens cum sit ex causa de præterito conualidat protestatio
nem, & omne id quod ante gestum est.arg.l.si rem. §.fina.ff.
de pigno.actio.& l.si mandauero ibi.la picola.ff.mandati.&
quod not. in l.non potest. ff. de iudi. quinimò perseuerauit
semper in contumacia & mora Bartholomæus. ¶Ad prædi-
8 cta bene facit.l.2. ff.de eden.† & quòd ibi per illum text.vo-
luit Bald.vbi dixit quòd quando in protestatione facio men-
tionem de aliquo instrumento quod debet esse penès te, seu
* de contractu tecum celebrato non oportet * quòd ego fa-
ciam de hoc tibi fidem: quia per te ipsum potes te certifica-
re, licèt secus esset si de alieno contractu vel de alieno instru
mento faciam mentionem.l.si quis inficiatus,in princ.& ibi
per Barto.ff.deposi.in clem.causam.de elec.l.nomen.C.quę
res pigno.ob.poss.cum similib.ergo cum in dicta protestatio
ne fieret mentio de eo quòd gestum erat cum dicto Bartho-
lomæo & filiis, & de eo quo poterant certificari per libros
suos: non possunt allegare quòd aliquò probabili errore du-
cti saltem tempore dictæ protestationis remouentis causam
obliuionis non seruauerint promissa.bñ facit ẽt.l. si quis ex
argentariis.§.prohibet etiam.ff.de eden. Alia possent adduci
fundamenta ad ostendendum non obseruantiam dicti Bar-
tholomæi & filiorum. Sed prædicta, vt mihi videtur, bene
sufficiunt. ¶ Quantùm verò ad causam reconuentionis pau-
cis agam: quia pauca expedire puto: tum quia testes inducti
ad probandam intentionem dicti Bartholomæi sunt singu-
lares, tum etiam quia & in capitulis Bartholomæi & in eius
attestationibus continetur quod Angelus promisit dare ad
laborandum dicto Bartholomæo seu eius operas conducere
durante, scilicet termino de quo in instrumento tunc cele-
brato inter dictum Angelum, & dictum Bartholomæum,
& eius filios, in quo instrumento continebatur quòd dictus
Bartholom. & eius filij haberent terminum quatuor anno-
rum cum dimidio præterquam si non obseruarent promis-
sa, quo casu haberent duntaxat tempus sex mensium à die
non obseruantiæ promissorum, quæ non obseruantia fuit
sequuta antequam dictus Bartholomæus protestaretur dict.
Angelo. vnde succedit regula, frangenti fidem &c. l. quæ-
ro. §. inter locatorem. ff. locat. l.cum proponas. la 2. C. de
9 pact.capit. peruenit.el 2.de iureiur. ¶ Prætereà † non appa-
ret quod steterit per Angelum quominus Bartholomęus pos
set operari in apotheca caligariæ dicti Angeli. nam non est
in mora Ange. nisi sit interpellatus personaliter, vel ad do-
mum suam. l.si ex legati. cum l.sequen.ff.de verbo.obliga.
l. 1. §. 1.ff.de lib. agno. l.si dictum §.finali. ff. de euictio.&
declarat Barto.in l. item illa.in prin. ff. de constit.pec. cum
10 simi. ¶Nec obstat † si diceretur, quòd fuit facta protestatio
pluries per Bartholomæum dicto Angelo, quòd per dictum
Bartholomæum non obstat quominus operaretur in apothe
ca caligariæ dicti Angeli, & quod offerebat se paratum acce-
dere ad illam apothecam ad laborandum. &c. quia respon-
deo vltra prædicta ꝙ oportebat apparere quòd dictus Bar-
tholomæus requisiuisset dictum Angelum, quod veniret ad
apothecam suam caligariæ tali die uel hora, uel de præsenti
ad dandum sibi quæ erant necessaria ad operandum in dicta
apotheca, & probare Bartholomæum prædicto tempore se
contulisse ad dictam apothecam, & ibi se præsentasse para-
tum ad operandum, alias non dicitur apparere quod steterit
per Angelum, attento quod protestationis non fuerunt factę
dicto Angelo in loco apothecę ipsius caligariæ, ita in effectu
not. Bartol. in l. non solum. §. morte.ff.de oper. noui nun
cia, in 3. quæstio. princi. in versi. videamus de loco congruo.
allegat dicta l. item illa. & l. si cum dies.§. si arbiter.ff.de ar-
bit. bene facit l. arbiter si calendis.eodem titul. & nota.Bar-
tol.in dicta l. item illa, sed prædicta non seruauit Bartholo-
mæus, ergo nihil releuat protestatio. ¶Nec obstat quod vna
ex dictis protestationibus facta fuerit ad apothecam dicti An
geli, quia respondeo quòd in instrumento non dicitur quod
esset apotheca caligarii, in qua facta fuit protestatio. Præter-
ea illa ꝓtestatio quę fuit facta in adotheca nihil releuat alia
ratione, quia fuit facta anno 1464. die primo Februa.quo
tempore erat elapsum tempus 6. mensium a die non obser-
uantiæ promissorum per Bartholomæum, attenta protesta
tione facta per Angel. anno 1463. mense Ianuarii. & sic
tempore factæ protestationis per Bartholomęum in apothe
ca Angeli erat elapsus terminus contentus in instrumento,
quo elapso non tenebatur conducere operas Bartholomæi
ad laborandum vt in capitulis Bartholomæi, & attestationi-
bus suis apparet. Ex quibus concludo dictos de Candelis ne-
que in causa conuentionis, neque in causa reconuentionis
posse obtinere. Alex. Laus Deo.

ADDITIONES.

* Et sic videtur.] Adde tex.in l.Celsus.in prin.ff.de arbit.& in l.ij.in prin.ff.si quis caution. Natta.

* Lege, post diem.] Et nunquid d. l.post diem.ff.de lege commissor. procedat, vbi ille, qui petiit pretium, non potuit habere, Pau.Cast. ad l.commissoriæ. C.de pac.inter empt.& vendit.tenet quòd non. Contrarium ibi Sal.quem sequitur Ias.ad l.ij.C.de iure emphy.nume.160.& latè Are.consil. 150. colum.pen.& Ias.idem sentit ad l. si ex legati causa. colum.fi.ff.de verborum obligatio. Et de istis quæ Alexan.hìc scribit, vide eundem consi.196.suprà hoc eo.lib. Et recipiens partem in tempore, non potest recedere à contractu, sed cogitur post tempus recipere residuum; imo.consilio xxxvj. in fi.cuius contrarium est verius, vt per glo. 1.ad c.suam.de pœn. Ias.ad l. ij.quæstio.16.numero lviij. C.de iure emphyt. Et de prædictis Alex. consilio xiij.columna fi.libro vj.& pulchrè per Crauet.consil. 106. numero 2.

* Creditor recepit.] Nota quòd regulariter recipiendo quis sortem simpliciter, videtur remittere pœnam,& interesse; ponit latè Ias.ad d.l.nn.colum.antepen.ff. de eo, quod certo loco. Dec.ad l.vinum. 1. num.ff.si cer.peta. Et quando quis recipiendo solutionem, videatur remittere pœnam, vide Dec. consilio 452. columna 1.& ibi latius columna fi. Vtrum autem concordato principali, videatur etiã concordatum de expensis, vide Guid.Papæ.q.55.si lite. Quid si partem tantum debiti recepit, vide textum in l.de lege.§.post diem. ff. de lege commissor. Antonius Butrius & Abb.ad c.suam.in glo.1.de pœni. Et de prædictis pulchrè Crau.consil.106.

a ¶ Futuri. Ias.l.ij.numero 124.columna xxxvij.C.de iure emphy.hoc verum, si recipiat tanquam pensionem ab emphyteuta, secus si constet quòd recipiunt tanquam partem fructuum, & tanquam a detentore.

* Et tunc non videtur.] opinio, quam hoc loco sequitur Alexan.improbatur communiter, vt ibi Ias.ostendit tamen Alexan. videtur se hic fundare in iuramento, & rato manente pacto. Natta.

* Non oportet.] Sequitur Alex. ad l.de pupillo. §.qui procuratorio. colum. 1.ff.de ope.no.nun. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Pactum iuratum alteri factum valet etiam ad agendum.*

3 *Condictio oritur ex statuto ad quemcunque verba dirigat.*

4 *Procurator non facit dominum incidere in pœnam etiam impensarum.*

7 *Falsa causa etiam non expressa vitiat decretum, & satis videtur expressa per relationem ad acta. num. 8.*

9 *Episcopus restitutionis in integrum non currit nisi a die scientiæ.*

10 *Remedium habenti ordinarium datur restitutio si est vtilior.*

CONSILIVM CCVII.

Dubia quædam & solutiones dubiorum.

Domine Alexander clarissimè ego succinctè scribam ra-
* tiones * dubitandi in causa Romæi primò [a] circa statutum, circa quod considero quid conforme, item quid exorbitans per id inducatur, an casus dictæ causæ sub eo comprehendatur. vbi dico ꝙ videtur in hoc exorbitari de iure communi: quia vult ꝙ dos promissa marito cum stipulatione illam promittenti restituendi fiat mulieris, & eam mulier lucretur, ꝙ de iure communi nõ est, nec est casus noster: ideo omittam. an autem hoc statutum velit mulierem lucrari dotẽ promissam præfata stipulatione non adiecta, vos vultis ꝙ sic per allegata per vos. & in hoc etiam si esset, vt dicitis, dico ꝙ concordat cum iure communi quando sine illa stipulatione etiã extraneus promisit dotem vel pater, & postea decidit: quia consolidatur & efficitur propria mulieris. l. quamuis. ff. de iu. do. & per doc. in l. quoties, & l. post dotem. solu. matrimo. est tamen casus noster iste: certè non, sed casus est, an hæc mulier quæ lucratur dotem secundum vos vel eius hæredes agere posset contra promittentem vel eius hæredes: qui casus non deciditur per hoc statutum: sed remanet in dispositione iuris communis, quæ est vt agere non possit in l. si pro te pater. C. de do. promiss. nec resultat absurdum ꝙ dicitis promittentem ex sua negligentia operari exclusionem mulieris: qa licèt excludatur mulier vel hæredes eius, non tamen excluduntur hæredes mariti, vt decidit Bal. in l. si pro te. Cæterum statutum nihil dicit de pœnis: quas tamen promiss. d. Beltrãdæ & d. Bartholomææ vos autem omnes integras petit. & gl.
1 † dicit in clem. vt hi qui. in verbo, eiusdem. de æta. & qualit. quòd in materia correctoria & pœnali nunquàm etiam ex maioritate rationis fit extensio. vnde considerando casum nostrum satis est ex prædictis videri dictam dominam Sarram vel eius hæredes agere non posse contra promittentem: uel hæredem: Cum etiam instrumentum promissionis in pœnam non faciat de Sarra aliquam mentionem. ¶ Præstantissi-
b mè [b] dominæ Vicariæ, Vidi quæ subtiliter ponderauit reuerentiã vestra: ex quibus inferri videtur quod Romęus nõ possit obtinere nisi pro dimidia pro qua dominus Bornius est hæres domini Beltrandi. & considerat reuerentia vestra ꝙ statutum quanquam disponat quis lucretur dotem: tamen nõ disponit quis agere debeat, & sic talis casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis, quo cauetur ꝙ filia agere non possit ad dotem nomine suo vel pro ea promissam
2 marito. l. si pro te &c. Ad hoc duobus † modis respondetur. Primò, quòd licèt quando mihi per stipulationem promittitur pro te dari, mihi tantum actio directa quæratur: tibi autem non quæratur actio vtilis sine cessione. l. huiusmodi. in princ. iuncta gloss. notabili. ibi. ff. de legat. 1. l. penultim. cum ibi no. ff. de nego. ge. l. possessio. §. & si possessio. & ibi not. ff. de acquiren. possess. & est bona glo. in §. alteri. insti. de inuti. stipul. & in l. quæcũque gerimus. ff. de actio. & obligatio. ta-
c men hoc fallit [c] vbicunque interuenerit iuramentum: quia
3 hoc † operatur iuramentum, * vt illi cuius nomine & pro
* quo promissum est, acquiratur vtilis actio sine cessione. hæc est gloss. repu ta. not. 1. quæstio. 7. in ca. quoties cordis, quam ad hoc allega. & sequitur dominus Anto. de Butr. in ca. cum contingat, de iureiurand. & Bald. in l. pactum, in 9. quæstio. C. de colla. & in rubric. C. res inter alios. & in authen. sacramenta, in vltima colum. C. si aduer. vendi. quia iuramentum Deo præstatur. ca. debitores, & c. & si Christus, de iureiuran. Deus autem vbique est, & absentis præsentiam supplet. l. properandum. §. si autem reus affuerit. C. de iudi. Item quia idẽ operatur iuramentum quod iudicium. l. sed & si restituatur. §. ex quibus. ff. de iudic. l. nam & posteà. §. si is qui temporali. & ibi not. ff. de iureiuran. sed ex stipulatione facta in iudicio nomine alterius & pro altero acquiritur illi alteri vtilis actio sine cessione, vt l. in causæ. §. fin. ff. de procurator. & no. Barto. in d. l. possessio. & per istam rationem hoc etiam ibi in terminis firmat Romanus, & idem Petr. de Anchar. in clem. 1. de iureiuran. & in clemen. 1. in princ. de vsuris. & credo ꝙ
d etiam de hoc sit quædam reformatio hic. ¶ Secundo [d] respõ-
3 deo quòd licèt actio † ex stipulatu non competeret Sarræ, tamen non videtur posse negari quin actio ex dicto statuto competat: quia dicit Bart. & docto. quòd semper ex statuto competit actio illis quorum interest fieri id quod in statuto disponitur: licèt statutum non dirigeret verba ad illum, qui vult agere nec etiam sibi actionem concedat. ita dixit Bart. & docto. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. 1. per quem text. glo. in d. l. si pro te. dixit quod dispositio illius legis nõ habet locum in legato dotis relictæ marito pro filia: quia cõ peteret filiæ actio per dictum §. si testator. & Barto. in d. §. si testator. dicit quod idem est in statuto quod in legato. & sic est casus noster ibi decisus. & idem voluit Bar. in l. 2. §. fi. ff. ad Tertul. & in l. 2. §. fi. ff. de colla. bo. & in l. 1. §. pe. ff. de contra ta. & Bal. in l. si quis filium. C. de inof. testa. & in l. maximum. C. de liber. præter. & Ang. in d. §. si testator. ¶ Quò ad pœnas ego salua veritate, puto quòd reuerentia vestra verum dicat
4 quòd non possimus petere nisi pro dimidia: † non tamen
e per hoc venit [e] fienda condemnatio expensarum: quia procuratori non videtur concessum mandatum quòd petat plus debito, & sic vt faciat dominum incidere in aliquam pœnam, vt not. Bart. in l. si procurator. ff. de conditio. indebit. per illum tex. & in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisq; iuris. & Specul. in tit. de procurator. §. 1. versic. sed nunquid media causæ. & Bald. in l. 1. C. de conditio. ob cau. & legitur & nota-
5 tur in clemen. non potest. de procuratoribus. ¶ † Secundò [f]
f quia dicebam vobis pridiæ non videri apparere ex sententia aliquam falsam causam expressam, ex qua sententia fit nulla. Et vt dicebam, ita videtur scilicet falsitatem causæ ex sententia non apparere, imò etiam nec ex actis. Esto enim quod dicatur in actis petiam terræ fore triginta tornaturarum, non tamen ex illis actis patet esse aliter: licèt nunc posteà ex mensuratione constet, per l. 1. ff. quæ senten. sine appel. rescind. Item etiam dato & non concesso quòd in actis apparet falsitas causæ ex qua lata fuit sententia, si tamen ex ipsa sententia non apparet, non sufficit. Quia non dicitur expressa in sententia causa quæ est in actis, nisi ad illam fiat specifica, clara & expressa relatio, quam maximè, si non sunt in libello sicut est in casu nostro, quo non est facta talis relatio: quia in sententia dicitur solum relatiuè, dictam petiam terræ cũ superstantiis, vt supra positam & confinatam. Refert ergo se ad terram & ad locum vbi posita est & eius confines, sed non ad mensuram. potuisset enim etiam dicere, ut suprà mensuratã, & sic expresè retulisset se, ita ut exindè expresè colligi potuisset ea falsitas quæ posset ex actis ad quæ se referret. Nec obstat §. illud, cum similib. quia imò glo. non refert sed decidit esse, ut dixi: Cum concludit prima facie non contineri certum, Sed ex postfacto apparebit, ut sic in casu nostro prima facie non uideatur expresè falsitas causæ: licèt ex postfacto secus appareat. Nec Angelus ibi contradicit cum loquitur de intellectu clemen. appellanti. dicendo quòd non sufficit dicere pro causis grauaminum: Allego omnes except. productas in primo iudicio. Sed dici debere, allego excep. parte iurisiurandi, prout patet in primo iudici. Ita ibi refertur quòd si sic est, uidetur decidere expressius sententiam debuisse dicere, prout suprà dixi: quia nihil exprimit de numero tornaturarum. ¶ Præterea, super hoc errore
6 † calculi huius numeri tornaturarum uidetur esse indicatum: cum in actis (ut uidetur) apparet quòd erroneè fuerit facta computatio numeri, quo succedit, ut sententia ualeat, nec de errore, dici possit aut corrigi, per ea quæ habentur in lege prima. C. de errore calcu. potissimè cum est error

error partis agentis supinus & crassus, per nota. in lege si res obligata de legat. 1. & in l. cum filius §. in hac de verborum obligationibus. Ex quo sumus in actore, cuius procuratoris fuit error & non nuncii, nec iudicis expressus vt suprà. Nec ex restitutione subuenitur: quia non sumus amplius intra tépora iuris. Item etiam ignorantia Sarræ non prodest ad restitutionem petendam, ex quo ipsa vel hæredes eius habent remedium ordinarium contra hæredes domini Beltrandi, per d. l. si pro te. & ibi Bald. videtur hoc extra ordina. &c. per ea quæ habentur. in l. in prouinciali. de noui oper. nunciation.

g ¶ Circa g prædicta † eximiem Dominæ Vicariæ, respondeo
7 quòd non me minimè legisse quod quò ad hoc vt decretum ex falsa causa interpositum sit nullum, requiratur quod causa falsa sit expressa in decreto, imò quòd non requiratur qd sit expressa, videtur casus quem in materia ad hoc doctor. allegant in l. magis puto. §. penultim. ff. de rebus eo. & quòd in decreto non requiratur expressio falsæ causæ, firmat in ter-
h minis gloss. [h] quam sequuntur ibi omnes in l. 2. C. quando prouoc. non est necesse. dum allegat. l. Seiæ. ff. de tutore & curatore dato ab his. & firmat Dyn. & Bart. in d. l. Seiæ. reprobando gloss. ibi. & dicit hanc esse communem opinionem. per l. si tutor petitus, eodem titu. Cum ergo decretum & sententia in dubio intelligatur emanasse ex causa quæ apparet in actis, vt not. glo. & Barto. in l. si quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudic. & in l. Iulia. ff. de conditione indebiti, per Barto. & glo. in capitulo, si confirmationem, de electio. in 6. Et in actis prout etiam iudex refert & attestatur in sententia transita in rem iudicatam, contineatur quòd ista petia terræ erat triginta tornaturarum, & quod fuit æstimata pro pretio librarum 22. pro qualibet tornatura, quod pretium iudex declarat esse iustum: ideo probato, quòd dicta petia terræ non erat nisi vigintiquatuor tornaturarum, apparet iudicem falsò motum fuisse ad iudicandum pro tanta summa.

8 Posito etiam quod † requireretur expressio, satis videtur ex verbis sentétiæ facta expressio attenta relatione facta ad acta, per clarè not. per Barto. in l. si ita scripsero. ff. de condition. & demonstratio. sed in hoc non insisto: quia non expedit, vt patet per prædicta. per hoc etiam non oporteret insistere circa restitutionem concedendam prætextu erroris, postquam decretum est nullum, vt dixi: tamen adhuc circa illam partem dico breuiter, quòd inquantum reuerentia vestra dicit quòd hic non fuit error iudicis, sed procurator Domini Beltrandi, ego discurri totam il lam sententiam, & ibi non reperio quod vnquam procurator petierit illam sibi dari insolutum pro triginta tornaturis. nec pro aliqua certa mensura: sed illam tantum petiit sibi adiudicari pro eo quod æstimabitur. sed bene reperio quòd iudex in sententia illa narrat de sui mandato datam fuisse tenutam dictæ petiæ terræ 30. tornatura. & illam fuisse æstimatam ad rationem librarum 22. pro qualibet tornatura, & pronunciet illud esse iustum pretium, & illam dat insolutum pro quantitate librarum sexcentarum sexaginta, ex quibus apparet quòd error fuit in iudice cum in procuratore actoris hoc non inueniatur. Non ob-
9 stat † quod non possit concedi restitutio, quia non sumus intra tempora: qu a ego aliàs respondi, & respondeo quod tempus petendæ restitutionis in integrum non currit igno-
i ranti, [i] vt eleganter firmat Bald. in l. penul. C. si ex fal. instrumentis. Sed domi. Beltrandus habuit iustam & tollerabilem ignorantiam eorum quæ gesta erant, etiam cum procuratore suo, vt no. gloss. & docto. in dicta l. si res obligata, & in l. si quis delegauerit. ff. de noua. per l. quod vulgò. pro emp. vnde potuit ignorare an dicta res esset data insolutum pro 30. vel 40. vel 24. tornatura. ergo &c. Maiorem etiam habuit iustam causam ignorantiæ domina Sarra, quæ nec per se nec per procuratorem suum fuit in iudicio. ¶ Nec obstat si dicatur quòd Sarra potest agere contra hæredes mariti. l. si socer. §. Lucius. ff. soluto matrimon. ergo cessare debet restitutio. l. in causæ. ff. de mino. quia ad hęc respondetur. Primò quod negari non potest quod pro parte pro qua dom. Bornius est hæres Beltrandi restitutio non concedatur: quia tunc cessat
10 ista ratio. ¶ † Secundò, quia dico quòd remedium restitutionis in integrum quod est extraordinarium, non habet locú vbi habet locum ordinarium, dicta l. in causæ. Hoc fallit ibi nisi pinguius & vtilius esset remedium extraordinarium, vt est gloss. not. & communiter approbata in l. fina. C. si aduer. reum iu. Sed si Bornius vt hæres matris vel alius habens causam ab eo vellet agere contra hæredes Beltrandi: haberet necesse agere contra semetipsum & a semetipso exigere: quod Bornius est hæres Beltrandi, saltem pro dimidia: ergo cum pinguius subueniat remedium restitutionis quàm alia via ordinaria, potest peti restitutio, omissa via ordinaria. Ex prædictis & ex quolibet prædictorum etiam de per se videtur apertè constare partes vestras esse in pronunciando iuxta superius conclusa. Reliqua suppleat vestra sapientia, quá Deus dirigat in viam veritatis. Laus Deo.

ADDITIONES.

* Scribam rationes.] Priores allegationes Alexandri in hac causa, habes consi. 69. lib. iij. Natta.

a ¶ Primò. hæc non sunt verba Alexan. sed iudicis seu Vicarii sui dubitantis in iudicio certæ causæ, & petentis solutionem ab Alexandro aduocato partis, & sunt duo principalia dubia, primum hic, cui subiicitur solutio Alexandri ibi, præstantissimè. secundum infrà, numero 5. cui similiter subiicitur solutio Alexan. numero 7. ibi, circa prædicta.

b ¶ Præstantissimè. Solutio Alex.

c ¶ Fallit. Anto. de Petru. rep. l. 1, de iureiuran. effec. xvij. Cur. iunior. trac feud. ij. par. ij. partis numero lxvij. sed hæc ratio falsa est.

* Operatur iuramentum.] Quòd confessio iurata profit absenti parti, tenet Abb. ad c. sicut. il terzo. columna ij. de iureiuran. Fel. ad ca. si cautio. columna vj. de fide instrum. per auctoritates adductas hic per Alexand. Et quòd vbi adest iuramentum acquiratur vtilis sine cessione, vult iam Alexan. ad l. possessio. §. primò, columna 2. ff. de acquir. poss. Ias. ad l. stipulatio ista. §. si stipuler. columna fi. ff. de verborum obligatio.

d ¶ Secundo. hæc vera solutio.

e ¶ Venit imò quo ad expensas, quia in istis potest procurator præiudicare domino, secus in pœna & aliis decisoriis.

f ¶ Secundò. hic secunda quæstio & dubitatio iudicis.

g ¶ Circa. hic solutio Alexandri.

h ¶ Glo. suprà, eo. consi. 147.

i ¶ Ignoranti. suprà, lib. 1. consil. 71.

CONSILIVM CCVIII.

Confirmatio præcedentium allegationum.

Præstantissimè dominæ Vicariæ, repetitus in facto Romæi & domini Bornii: quia iam per sæpe discussum est de iustitia vtriusque partis, breuissimè & per cóclusiones procedam circa dubita-
1 tiones subtiles mihi traditas. Et primò † circa id quod dicit ꝙ non reperitur iure cautú ꝙ ex stipulatione facta per d. Beltrandum nomine proprio quæratur alteri puta Sarræ actio interueniente iuramento. Ad hoc respondetur quod dictum esset verum si contractus stipulationis esset factus per dominum Beltrádum & pro se. Sed vbi facta esset stipulatio & ꝓmissio Beltrando pro Sarra: tunc dicebam ꝙ ex tali stipulatione acquiritur Sarræ actio propter iuramentum, vt dicunt doc. in locis aliàs per me allega. Sed ita est quod promissio facta per Contem d. Beltrando dictam promissionem recipiéti fuit facta pro dote Sarræ, & sic non potest negari ꝙ stipulatio non fuerit facta etiam pro d. Sarra, cuius interest esse dotatam. l. pater, in fi. ff. de do. præle. l. 1. & ibi no. in glo. ff. solu. matrimo. cum vulga. quo casu quando stipulatio est facta ꝓ alio, ei acquiritur actio mediante iuramento: vt dicunt quæ alias allegaui & quòd dicta stipulatio per dicta verba intelligatur facta pro Sarra, est casus in l. si socer. § Lucius. ff. solu. matrimon. & licèt verba obligatiua stipulationis sint collata in Beltrandum, nihil refert, imò est necesse ad hoc ut stipulatio teneat, ꝙ uerba obligatiua conferantur in stipulatorem, licèt fiat stipulatio ad utilitatem alterius ut firmat gl. & doc. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerborum obligation. & gloss. & Cyn. in l. ut inter absentes. C. de inut. stip. per text. in
2 l. quæcunque gerimus. ff. de actio. & obligatio. ¶ † Inquantum autem circa not. per Bart. in l. seruo legato. §. si testator. cum similib. dicitur quòd in casu nostro in statuto non disponitur aliquid circa materiam unde possit hæc actio oriri: secus in casu de quo per Bar. in loco præalleg. Certè nó uideo ꝙ istud in proposito sit attendédum: quia Bar. & doc. in locis

locis præalle.ſimpliciter volunt, quod vbi mea intereſt fieri
id quod in ſtatuto continetur, mihi detur actio ex ſtatuto, licet verba ſtatuti nō dirigantur ad me, nec mihi expreſsè dent actionem. & propriè gl. in terminis noſtris in l.ſi ꝓ te pater. C.de dot. promiſſ. dicit ꝙ diſpoſitio illius legis locum nō haberet in legato dotis facto genero pro filia per dictum §. ſi teſtator. & Bar. ibi dicit quod idem eſt in ſtatuto quod in legato. prætereà, qñ ſtatutum dicit extantibus maſculis fœminæ nō ſuccedant, clarū eſt ꝙ maſculis pp dictum ſtatutū cōpetit actio ad totum, vt dicit Bar. & doc. ibi. & tñ non video ꝙ amplius diſponatur ibi circa materiā aliquid ex quo poſſit actio oriri q̃ in caſu noſtro. vnde cum interſit mulieris effectum dicti ſtatuti locum habere, ſibi competere debet actio. ¶Non obſtat quod d. Sarrę ſit aliter prouiſum videlicet, quia poteſt agere contra hęredes Beltrandi, qa reſpondeo, ꝙ propter hoc non reperitur ꝙ debeat denegari actio reſultans ex ſtatuto : imò ſi hoc eſſet verum, ſequeretur ꝙ vbi ſtatutū diſponeret idem quod ius cōe, ꝙ ex tali ſtatuto non oriretur actio poſtquam competit actio introducta a iure cōi. ſed tamē hoc eſt falſum, vt no. Bar. & doc. in l.1. in prin. ff. ad l. fal. & doc. in c. 1. de conſti. in 6. & d. Anto. in c.1. de reſcrip. intereſt enim noſtra plures actiones ad eandem rem habere, vt ſi in vna actione ſuccumbamus, ad aliā redire poſſimus, vt l. ſi actor. & ibi no. ff. de iureiu. l. cum filius. §. variis. ff. de lega. 2. inſt. de ac. §. ſic itaque. & etiam dñæ Sarræ intererat plures habere debitores pro eadem re. ſ. Contem promiſſorem & Beltrandum ſti-
3 pulatorem. l.3. in fi. ff. de lib. leg. ¶Non ob.† ꝙ non eſt actum ex ſtatuto: quia reſpondeo, quod factum bene narratum eſt, & poſtea petitum eſt reum condemnari & iuſtitiam fieri in omni meliori modo &c. quo caſu propter dicta verba videt intentata illa via quæ magis pro actore facit, vt no. Inn. Hoſt. & Io. And. & doc. in c. cum dilectus, de ordi. cog. & Specu. in titu. de libel. concep. §. iam nunc videndum. ver. ſed cum ex his. iuncto ver. præcedenti. & d. Ant. in ca. examinata. de iud. & Bal. in l. edita. C. de eden. Et maximè quia iudex tenet ſupplere in iure municipali, ſicut tenet ſupplere ius cōe, vt not. Bar. in repe. l. omnes populi. in fi. ff. de iuſt. & iure. & Bal. in l. 1. in prin. C. vt quæ deſunt aduoca. ¶Item ad oīa ſupradicta eſt reſponſum propter reformationem illam, quę diſponit ꝙ ipſo iure competat actio illi ad cuius vtilitaté facta eſt ſtipu-
4 latio inita per alterum. ¶Quò autem† ad illud quod dictum fuit, eſſe nullum decretum interpoſitum ex falſa cauſa etiam non expreſſa, dicitis ꝙ nos non ſumus in decreto: quia ſecundum decretum non interponitur in hypothecaria, per not. p doc. in l. ſi finita. §. Iul. ff. de damn. infect. ad hoc reſpondeo, quòd licèt fuerint opin. inter gl. an in hypothecaria procedi poſſit ad ſecūdum decretum ad inſtar perſonalium actionū, an verò ſolum procedat ad primum decretum ad inſtar realium, de quo per glo. in l.3. § fina. ff. de acq. poſ. & in l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcrip. 30. anno. tamen finaliter Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de contuma. §. ſequitur. ver. ſed nunquid hodie in hypothecaria. & ver. ſeq. concludit ꝙ ſi agatur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, & tunc non requiratur ſecundum decretum. ſed ſi agitur contra debitorem principalem penès quem erat dñium rei, & tunc interponatur ſecundū decretū, ſicut in perſonali. & ita dicit ſe intelligere dictū Dy. in d. l.3. § fi. quod ſecundū
5 eum reperitur cōiter corruptum. ¶Prætereà etiam poſito† ꝙ iudicium intentatum in hypothecaria contra contumacé eſſet regulandum ſecundum ordinem iudiciorū realium: tñ ēt ſecundum magis cōem ſnīam in realibus interponitur ſecūdum decretum, vt firmat Bar. & doct. in d. §. Iul. in vlt. col. & Bal. in auth. ei qui, in antepe. col. C. de bo. auth. iud. poſſi. & Io. An. in addi. Spec. de 1. & 2. decre. in §. videndum reſtat. ſuper ver. in realibus autem &c. & Bar. in l. conſentaneum. in 3. col. C. quomodo & quādo iud. & Ang. in l. a quo. ff. de dam. infec. Et poſito quod non eſſet neceſſe interponi ſecundū decretum, tamen dixit glo. in c. qm̄ frequenter. §. in aliis, vt lit. non conteſt. quod tamen eſt vtile illud interponi. Prætereà quicquid ſit de iure communi, clarum eſt ꝙ de iure municipali quando agitur hypothecaria, proceditur ad ſecundum decretum, vt habetur in ſtatuto ſub rub. qualiter procedatur in cauſis ciuilibus reo non comparente. ad fi. in ver. decerni-
6 mus inſuper quod ſi contingat. &c. ¶Nec obſtant † verba appoſita in decreto adiudicationis, ibi, dum dicitur : diffinitiuè &c. quia reſpondeo quod ſecundum decretum eſt interlocutoria habēs vim diffinitiuę: quia ius partis abſorbet, vt no. Bar. & doc. in l. ſi finita. §. ſi fortè. ff. de dam. infe. & dicit Bal. in l.1. ff. de iuriſdi. om. iudi. ꝙ ſnīa primi & ſecundi decreti non eſt propriè mera diffinitiua, tamen largè quælibet interlocutoria etiam mera ſecundū eum pōt dici diffinitiua reſpectu illius articuli quem diffinit, alleg. no. in l. generaliter. C. de reb. cred. & idem tenet Bal. in l.2. 10. q. ff. ſi ex nox. cau. & in l. ingenuum. ad fi. ff. de ſtatu ho. & Bal. in l. iuſtè. ff. de acq. poſ. & do. Ant. in c. contingit, poſt Io. An. de dolo & cōtuma. remanet ergo ꝙ dicta adiudicatio non eſt diffinitiua mera, ſed decretum propter differētiam quam etiam tradidit Bar. poſt Ia. de Aret. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconſ. vbi ponēdo differentiam inter ſententiam & decretum, dicit quod ſententia eſt illa quę continet condemnationem vel abſolutionem. l.1. ff. de re iud. l. præſes. & l. ex ſtipulatione. C. de ſen. ſecus autem in decreto, vt ibi latius per eū. ¶ Circa factum erroris non potui bene intelligere quid ſentire voluerit reuerentia veſtra, quæ breuiter locuta fuit: & niſi viderem priores dubitationes cum allegationibus inde factis, non poſſum mentem reuerentiæ veſtræ concipere: quia in hoc me refero ad ea quæ aliàs ſcripſi: & etiā circa hoc non eſt opus inſiſtere poſtquam decretum ex falſa cauſa remanet
7 nullum. ¶Inquantum † verò allegatur ꝙ quò ad pęnas inſolidum petitas non pōt ſequi cōdemnatio pro parte, ex quo mutata videtur ſubſtantia: quia agimus tanquam hæredes inſolidum: & non probauimus ꝙ ſimus hæredes Beltrādi, niſi pro dimidia: ego dubito quod reuerentia veſtra ſolatii cauſa hęc & quædam alia mihi dicat: nam ſcio quod nouit reuerentia veſtra ꝙ vbicunque quis agit ad ſolidum, & probat iuſtitiam habere tantùm in parte, ſuper illa parte debet obtinere, vt l. 1. cum gl. & ibi Bar. C. ſi aduer. rem iudi. & l. apud Celſum. §. item quæritur. el j. cum ibi no. ff. de doli. excep. & no. Bart. in l. qui vas. in prin. ff. de fur. & in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. matr. Cyn. & Bal. in l.1. C. de litis conteſta. & Bal. Ang. & Imo. in l. ſcire debemus. ff. de ver. ob. Ant. in c. cum inter vos, de re iud. nec video hic mutatam in totū eſſe ſubſtantiam, ſi peto ſolidum tanquā hęres inſolidū, & probo mihi deberi dimidiam tanquā hęredi pro dimidia, ſicut ſi ago ad fundum totū tanquam dñs inſolidum, & poſtea probo quod non ſum dñs, niſi pro dimidia : quo caſu indubitanter obtineo pro parte, vt habetur in locis pręall. nec reperio aliquem doc. in l.1. §. ſi ſtipulanti, de ver. ob. hunc paſſum tangere nec aliquid in cōtra-
8 rium dicere. pęna† aūt plus petentis non eſt ꝙ cadat ab actione ſibi competēti, ſed tantùm triplum expenſarum, vt plenè per doc. in l.1. C. de plus peti. & in c.1. extra eo. ti. quę pęna in caſu noſtro locum habere non poteſt: quia procurator generaliter conſtitutus prout eſt procurator noſter, ut uidere poteſtis in mandato, nō pōt facere incidere principalem in hāc pœnam, ut no. doc. in locis deductis in aliis allegationib. ad quas me refero. & iſtud cū reuerentia teneo luce meridiana clarius. & imputet ſibi pars aduerſa quæ poſt productam petitioné non fecit uocari principales nr̄os ad reſpondendum ſi ratam habent productionē petitionis factam per procuratoré, nec in mandato reperietis conceſſam poteſtaté ad aliqd ſpecialiter petendum, ſed in genere tantùm. ¶ Itē inquantū
9 † dicitis ꝙ poſtquā Bornius ceſſit, neſcitis uidere quare pingius remediū ceſſionariæ ſit agere cōtra Ruffinos quā contra Bornium. rñdeo ꝙ cum reuerentia in caſu nr̄o nulla actio cōpetere poteſt ceſſionarię contra Bornium: quia Bornius ceſſit actiones quæ ipſi competerent contra hęredes Contis, unde ſi nullę actiones competerēt Bornio contra hęredes Contis, nullæ intelliguntur eſſe ceſſę : & non tenetur iſto caſu cedens de euictione ſeu ex eo quod nullę competunt actiones, ut l. quod ſi in uenditione, cum tribus ſeq. ff. de hære. uendi. & no. Iaco. But. in l.1. C. de euictio. & Ang. in l. ſi ſic. §.1. ff. de leg. 1. ar. l. ſi iactum. ff. de ac. emp. ex alio ēt capite non poteſt agi contra Bornium : quia iſta ceſſio fuit facta per Bornium filiæ ex cauſa augmenti dotis, quæ dicitur eſſe cauſa lucratiua quo ad filiam: ut l. fin. §. ſi a ſocero. & per Barto. ff. quæ in
* frau. cre. ſed in titulo lucratiuo nullum periculum * ſpectat ad concedentem poſt traditionem factam l. Ariſto. §. fina. ff. de don. l. ad res donatas. ff. de ædi. edic. & plenè in l. ſecunda.
C. de

C. de euic. cessio autem in casu nostro habetur pro traditione vt no.l.fin.in princi.ff.de dona.& in l.fin. C.quando fisc. vel pri.probatur in l.Seia cum bonis. in princi.& ibi Bart. ff.
10 de dona.cau.mor.¶Inquantum verò † dicitis quòd alimenta videntur remissa per lapsum decennii.l.cum quidam. §.diuus.uel ex eo quod vir viuens non petiit.d.l.vir vsuras &cęt.
a respondeo quod text. in d. §. diuus. ponit casum specialem[a] in remissione tacita odiosi lucri scilicet vsurarum . ita dixit Bart.in l.quæ dotis.in 1.colum.ff.soluto matrimon. nos autem loquimur in alimentis quæ petuntur ex causa onerosa, vt onerosa, vt interesse pro oneribus matrimonii supportatis.l.pro oneribus. C.de iure dot.cap.salubriter.de vsur.non obstat.d.l.vir vsuras, quia multipliciter posset responderi. Primò quod ibi fuit expresse facta donatio, vt ibi dicit gloss. in vnam solutione quam sequitur ibi Salic. vel posito quod loquatur in tacita donatione, respondeo vt dicit Barto.in d. l.quæ dotis. quòd loquitur in vsuris quæ non petebantur ꝓ rata interesse, sed petebantur secundum quod promissæ fuetant vel secūdum moderationem de qua in l.eos. C.de vsur. vnde secundum Barto. in odioso lucro facilius præsumitur remissio quàm in debito ex causa onerosa, vt in casu nostro. Item respondeo quòd ibi illa donatio fuit inter virum & vxorem quam morte donantis prædecedentis confirmari oportet, vt etiam ibi dicit Barto.in suo summario, & probatur in l.antepenultim.§.cum vulgare. C. de dona inter vir. sed ubi non est probatum quod maritus donans prædecesserit talis
* donatio non potest dici * confirmata, nec tenet, ut l.si inter uirum.ff.de rebus dub.& l.marito. C.de donat.inter uirum. sed in casu nostro non est probatum quod Beltrandus prædecesserit, imò ex ordine positionum nostrarum & ex responsionibus partis aduersæ potius apparet contrariū:igitur &c. ¶Quartò respondetur, quòd text.in dicta l.uir usuras.loquitur quando mulier erat obliganda viro : quia ei promiserat vsuras: vnde inter virum & vxorem inter quos iuris præsumptione censetur esse mutuus amor propter quem inter eos de facili præsumitur donatio, vt l.1. ff. de dona.inter vir. & ar.l.possessionum.C.com. vtriusque iud. Nos autem loquimur in casu quo mulier nihil promiserat viro, nec ab ea peti poterant alimenta sed a Conte : vnde cessat ratio dictæ præsumptæ donationis. Et cum dispositio dictæ l.vir vsuras, sit exorbitans a iure communi contra regulam l. cum de indebito. ff.de probatio. vbi in dubio non præsumitur donatio : ideo non debet extendi ad alium casum l. si verò. §. de viro.
11 ff.soluto matrimon.& l.quod verò.ff.de legi. ¶Circa † vltimum, in quo dicitis probari mortem Contis per verba certi instrumenti: & per consequens est præscriptum &c. Ad hoc fuit aliàs responsum pluribus modis. Primò ꝙ non est bona fides allegata saltem tempore opportuno. Secundò ꝙ hæres debitoris malæfidei non præscribit, secundum do. Ant. in c. si diligenti, de pręscri.& l.sequitur.§.hæredes. de vsucap. Itē deductiones temporum ex forma prouisionum ostendunt præscriptionem non esse completam. Item & posito quod esset completa, tamen hæredes Beltrādi habuerunt iustam causam ignorantiæ obligationis dictarum pœnarum & alimentorum, & omnium quę ex dicta causa peti poterant: vnde nō potest denegari restitutio in integrum petita, vt no. Bart. in l. 1. §.si quis autem propter, de iti. actuq; pri. hæc omnia plenius scripsi in aliis allegationibus, ad quas me refero. Alex.

ADDITIONES.

* Nullum periculum.] Nota quòd cedens actiones ex titulo lucratiuo, non tenetur de euictione, cum cessio sit loco traditionis, vt not. gl.ad l.fi.in prin.ff.de donatio. Natta.

a ¶Specialem.suprà libro 4.consil.63.numero 16.Corn.consil.164.colum.fi.lib.3.

* Non potest dici.] Si vxor donataria pręmoriatur, donatio resoluitur; Dec.consi.240.Fel.ad c.si cautio.col.22.de fi.instr.

SVMMARIVM.

1 *Perempta instantia satisdatio iudicandi soluendi & de iudicio sisti expirat.*
2 *Socius non tenetur nisi ad diligentiam quam in rebus suis adhibet.*
3 *Inimicitia reuocat mandatum, etiam institoris vel socij.*
4 *Quis non potest se fundare ex scriptura, quam impugnat.*

CONSILIVM CCIX.

Allegationes.

In causa & lite inter spectabilem virum Andræam de Casali mercatorem Bononiēsem ex parte vna, & Basiliū de Arengheria ex altera, requisitus sum vt circa duo dicam quid sentiam. Primū est, vtrum Andręas pdictus in aliquo sit obligatus occasione fideiussionis per eū pręstitæ Basilio coram officio mercatorū de sistendo in iudicio Bitinellum conuentum a d.Basilio & de soluendo iudicatum. ¶Secundò, vtrum d.Andræas tenetur Basilio in aliquo ex eo quod dicitur Basilium tanquam socium dicti Andrææ conuenisse d. Bitinellum in iudicio tanquam debitorem dictæ societatis, & Andræas se opposuit Basilio protestando ei ꝙ non deberet agere contra d. Bitinellum, eo quia hoc non spectabat ad d. Basilium, attento maximè quod secundū capitula societatis ad Andręam tantū pertinebat omnis exactio & administratio societatis, & nihil faciendum erat nisi secū-
1 dum voluntatem Andreæ. ¶Circa primum † res est expedita ꝙ satisdatio tā de iudicato soluendo quam de iudicio sisti
a expirat perempta instātia[a] vt l.cum lite mortua.ff.iudi.solu. & l. properādum. §.si quidem in verbo.& omni cautela &c. C.de iud.& no.glo.fi.in l.pe.C.de fideius.& Bart. &alii in l. græcè.§.& post litē.ff.de fideiuss. Sed ita est (vt verbo fertur) ꝙ instantia causæ in qua fuit præstita fideiussio prædicta est perempta, ergo & fideiussoris obligatio expirauit. Aduertat etiam diligenter dominus iudicans an commissio sua se ad hoc extendat: quia acta causæ penès me non sunt. ¶Circa secundum respondeo: aut non cōstat quod Bitinellus esset debitor societatis: & constat quod nullum interesse pretendere potest Basilius. Aut cōstat ipsum fuisse debitorem societatis:
2 & tunc adhuc potest responderi, & primò, † quod socius nō tenetur præstare socio, nisi illam diligentiam quam adhibebat in suis rebus propriis l.socius socio. ff. pro socio.l. heredes. §.non tantum. ff. famil.erciscun.& instit.pro soc. §.fin. & declarat Bar.in repe.l.quod Nerua. ff.depo. Sed Andræas potest maximè per inspectionem librorum fidem facere qđ in exigendo a Bitinello debitore suo non cōsueuerat esse ita curiosus & infestus: ergo si etiam in exigendo pecuniam societatis a Bitinello non est vsus ea festinantia, qua potuisset: non pōt Basilius de hoc eum arguere. patebit etiā Andræam eam diligentiam adhibuisse in rebus cōibus, quam adhibuit in propriis, quia adhuc restat creditor pluribus pecuniarum summis suo nomine quas nondum exegit a Bitinello. ¶Secūdò respondetur. nā conqueritur Basilius ꝙ Andræas protestatus sibi fuerit ꝙ non deberet exigere & conuenire Bitinellū: & per consequens ꝙ impediuerit eum exigere creditum societatis: sed de hoc non potest redargui Andręas : quia iustā habebat causam Andręas dictam protestationem faciēdi : tū: quia vigore capitulorum societatis hoc non spectabat ad Basilium, & licebat d.Andreæ inhiberæ Basilio, tum ēt quia iā orta erat lis & quæstio maxima inter dictum Basilium & Andræā, adeò quod meritò potuit inhibere ne vlterius Basilius aliquid exigeret, quinimò dato ꝙ primò Basilius potuisset dictam exactionē vel aliàs exactiones facere, tamen pp superue-
3 nientem † inimicitiam inter Andręā & Basiliū ipso facto intelligebatur esse reuocata oīs potestas seu mandatum cōcessum d.Basilio de exigendo l.si cum Cornelius, & ibi no.Bar.in fi. ff.de solutio.& l.in confirmando.cum ibi notat's per Bar.ff. de confir.tu.& l.pater heredi.in fi.& ibi notat Cyn.& Bal.ff. de test.tute. & vbicunq; procurator vel institor aut alius habens a me mandatum mutationē talem fecit quod mandans in eo nunc minùs possit q̄ prius poterat intelligitur reuocata omnis potestas sibi concessa: vt per Bal.in l.mandatū, in ante pe.col. C.mand.& pp mutationē morum intelligitur adempta potestas, vt habetur in iuribus s̄.allegatis. si ergo pp lites, dissentiones & inimicitias subortas inter d.Andræam & Basilium, Andræas inhibuit Basilio ne exigeret Bitinellum, iustam habuit causam hoc faciendi & fecit illud quod etiā ipso iure factum esse intelligebatur: qa etiam dato qđ ex forma capitulorū societatis Basilius potuisset exigere, tamē illa potestas intelligebat' sibi abdicata ipso iure pp superuenientiā prę

dictarum causarum per predicta. ad idem bene facit tex. in l.
si conuenerit. ff. pro soc. ibi, dum tex. dicit aut quod si ita in-
iuriosus & damnosus sit socius vt non expediat eum pati &c.
4 ¶Tertiò † potest responderi ꝙ d. Basilius non potest se funda-
re ex dicta scriptura protestationis quam re & verbo semper
impugnauit. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. & in
c. ex eo. de re. iu. in 6. vnde dicimus ꝙ expositione negata nõ
põt negans se fundare, vt no. Spe. in tit. depositio. §. 8. ver. ri
& Bar. in l. nõ vtiq;. ff. de excep. & in l. post legatum, in prin.
ff. de his quib. vt indi. cum concordantiis. Alex.

A D D I T I O.

a ¶Instantia. deci. Thol. 179. Matthæus Afflictus deci. Neap. 148. & de
ci. 181. Bald. consi. 106. Proponitur lib. 2. aduerte quia nullus do. ad
vsque declarauit, hoc est verum quando instantia moritur hoc est
ante deuotionem deuotii extinguitur. & ita loquitur & intelligitur
d. l. cum lite mortua, Secus post diffinitiuam siue appellatio desera
tur, siue sententia per iudicem ad quem confirmetur vel aliter re-
formetur. Nõ obst. l. pe. ff. iudicatum solui. vbi Bar. tenet indistinctè
huiusmodi fideiussorem liberari ipso iure, nedum si reus pro quo
fideiussit, semel absolutus fuerit sed etiam si condemnatus semel
appellauerit, quicquid de illa appellatione contingat. Idem gl. Cy.
Bar. Alex. Ias. l. 2. C. de procu. in l. Iulianus. ff. qui satis. cog. Bal. extra.
in ru. de appel. in fine. Io. An. in addi. Spe. de satisda. §. expedito. nu. 6.
Imo consi. 47. & consi. 89. Ro. consi. 190. in fi. consi. 468. Per. Anch. cõ
sil. 35. Ang. tra. maleficiorum. versic. pro quib. Anto. fideiussit. col. 1.
Hyppo. Marsi. rep. ru. de fideiussoribus. q. 10. & omnes ferè exceptis
Marti. Sylima. & Gui. Cugnio, qui intelligebant d. l. pen. quãdo reus
in prima instantia erat absolutus, & actor appellauerat, quæ senten-
tia literæ & veritati proprior est, nec tamẽ satisfacit. licet eam in ef
fectu sequatur Soc. consi. 91. lib. 4. Veritas est quod d. l. pe. loquitur
in fideiussore, qui se arctauit ad personam certi iudicis. patet in tex.
ibi quod Sempronius iudex iudicasset, vt rectè innuit Ia. But. in l. 2,
C. de proc. Comprobat d. Io. Igneus, in l. propter veneni. §. præsidis.
nu. 51. ad Syllanianum. Sed dico ꝙ actor non tenetur admittere hu
iusmodi limitatum fideiussorem interposita autem huiusmodi cau
tione, etiam si reus absoluatur, & tandem in causa appel. condemne
tur, tenetur fideiussor & poterit iudicatum cõtra eum sine exequi,
& ita practicatur. Et ita ipse publicis causarum actionibus præsens
apertè iudicare vidi in hoc supremo Senatu die Iouis quarta men
sis Martii anno Domini 1528. casus erat apud Roquelam, dederant
fideiussores de iudicio sisti & iudicato soluendo pro reo, qui per
primam sententiam fuit absolutus, sed in instantia appel. condem-
natus, vnde fuit facta executio ad instãtiam victoris in dictos fide-
iussores & eorum bona tam pro principali quàm pro impensis qui
appellauerunt ad hanc supremam curiam. pro his orauit famosus
ille Poietius, fundans se in præfata communi opinione. pro victore
appellato postulauit d. Oliuarius Alligret, & per arestum fuit dictũ,
ꝙ executio perficietur absque expensis, damnis, & interesse. eo ꝙ ha
ctenus videbantur appellantes iustam causam litigandi habuisse.
propter præfatam communem sententiam ferè in simili iudicatum
fuit in Senatu Rothomagensi die penultima Ianuari ann. Domini.
1419. cùm reus qui fideiussorem dederat de iudicato soluendo con-
demnatus fuisset & appellasset, sed appellationem deseruisset, quæ
iudicata fuit deserta per dictum Senatum, qui sapienter iudicauit,
nihilominus fideiussorem teneri facere iudicatum.

C O N S I L I V M C C X.

Allegationes ad idem.

Reuerende pater ac prestantissimæ doctor, & iu
dex iustissimæ in causa inter Andreã
de Canali mercatorem ex parte vna & Basilium de Arenghe
ria ex altera, videtur in dubium reuocari an nomen Bartho-
lomæi de Boncontis debitoris ascendens ad summam duca-
torum septingentorum quadraginta vnius, & nomen Biti-
nelli de Casali debitoris in quantitate florenorum trecento-
rum septuaginta vnius debeant in totum pertinere ad dictũ
Andræam, & eius periculo futuram esse eorum exactionem,
an verò debeat pertinere ad dictam societatem Andreę & Ba
silii ac periculo societatis fieri exactionem: & quia coram vi-
ro clarissimo & doctissimo res agitur, paucis agã, cõcludens
1 † ꝙ ad dictos socios, & vnumquemq; * eorum pro rata per-
* tinere debet prout est de natura societatis. l. si non fuerint. §.
fin. cum l. seq. ff. pro socio. & instit. eodem tit. §. illud & ita ẽt
colligitur ex conuentionibus contentis in scripta societatis.
nec obstat qd in assertis literis Bitinelli, Bitinellus asserat se
exegisse a Bartholomæo de Boncontis quantitatẽ ascendentẽ
ad summam florenorum mille octingentorum: quia rñdeo
plutibus modis. Et primò, quia non est probatum ꝙ dictæ li-
teræ sint scriptæ manu Bitinelli: tũ quia non apparet qd te-
stes deponant de istis literis in quib. fit mentio de dicta sum-
2 ma ducatorũ mille octingentorũ. Nã licèt † deponant de qui-
busdã literis productis in iudicio tanq̃ literis Bitinelli, tñ nõ
sequitur quod deponant de istis, quia plures assertę literę Bi-
tinelli fuerũt productæ in iudicio, maximè coram d. Io. Sbar
ra, vt patet in processu actitato coram dño Sbarra. in fol. 20.
seu. 21. Nam licet in actis dicatur qd testes fuerint interroga
ti super recognitione certarũ literarum productarũ corã di-
cto commissario cuius manu scriptę sunt, tñ non per hoc se-
quitur ꝙ istę literę loquentes de ducatis mille octingẽtis sint
illę de quib. fuerunt interrogati testes cũ alię plures fuerint
exhibitę. l. Pomp. scribit si frumentũ. §. fin. ff. de rei ven. l. duo
sunt Titii. ff. de test. tut. c. in psentia. de prob. Et magis in spe-
cie probat per not. per Pe. de Anch. & Imo. in c. quãto. de his
quę fi. a prel. Et Old. in consi. 100. incip. In executione litera-
rũ. Et Dñicus in c. si canonici, in prin. de off. or. lib. 6. per illũ
tex. iuncta gl. dum dicunt qd licet in instrõ dicatur qd cano-
a nici [a] constituerunt talem syndicũ &c. Nõ sequitur, ergo oẽs
canonici vel maior pars eorũ constituit talem syndicum: qa
illa pluralis locutio verificari põt in duobus tm̃. l. inter illã. §.
fi. ff. de ver. sig. & l. libertas. §. fi. ff. de manu. testa. hoc ẽt voluit
in effectu Bart. in l. 1. C. de prędiis cur. lib. 10. tum ẽt quia illi
duo testes producti ad probandũ literas esse scriptas manu Bi
tinelli, nõ faciũt plenã probationem nec semiplenã: licèt di-
cant qd aliàs viderunt scribere d. Bitinellum: nam isti testes
3 non fuerunt præsentes qñ fuerunt scriptæ literæ: nã † si fuis
sent præsentes, & dicerent se cognoscere istas literas esse illas
quæ fuerunt scriptæ ipsis testibus præsentibus facerent semi
plenam probationẽ. Et vltra hoc concurreret cõparatio lite-
rarũ facta ex aliis scripturis Bitinelli, tunc oĩa simul facerent
plenam probationẽ: ita habetur in auth. sed si quis. C. q pot.
in pig. & no. Bar. in l. scripturas. eo. ti. & in l. nuda ratio. ff. de
do. & in auth. & si contractus. C. de fide instr. & doc. in ca. 2.
de fide instr. & talis comparatio non põt fieri ex scriptura pri
uata nõ subscripta testibus, vt l. comparationes. C. de fide in-
stru. vnde in proposito tales testes neq; plenam neq; semiple
nam probationem faciunt. Et quod illæ literæ non sint scri-
ptæ manu Bitinelli, facit, quia non continet verisimile: quia
si veræ essent, sequeret quod exegisset a debitoribus ante euẽ-
tum termini solutionis, & hodiernis tẽporibus vix debitores
soluunt post terminũ. ¶Sed posito etiam quod verũ esset, aut
probatũ esset tales literas esse scriptas manu Bitinelli, adhuc
dico ꝙ nõ habent obstare: tñ quia nõ apparet quod Andręas
habuerit notitiam de illis literis tempore quo Basilius cępit
petere a Bitinello in iudicio illam quantitatẽ pecuniarum de
qua in actis, & ignorantia pręsumitur nisi pbetur l. verius. ff.
de prob. & in regula, pręsumitur, lib. 6. Pręthereà dictæ literæ
non dicunt ꝙ exegerit aliquid pro iuribus pertinentibus ad
societatẽ: potuit enim esse quod pro iuribus ppriis Andrææ
exigit. & sic istę literę in hoc tanq̃ dubię nõ probãt. c. in prę-
sentia, de prob. Item respondeo quod non põt Basilius nunc
allegare qd Andręas impediuerit ipsum Basiliũ exigere dictã
quantitatẽ pecuniarũ a Bitinello mediante protestatione fa-
cta p Andręã Basilio: quia rñdeo qd d. Basilius semper respõ.
ꝙ d. Andręas non poterat impedire d. Basilium prosequi di-
ctã exactionem & dictã protestationẽ sibi manus non ligare,
vt patet in pcessu agitato inter Bitinellũ & Basiliũ. in fo. 25. &
26. Et sic cũ semper Basilius impugnauerit protestationẽ, &
negauerit Andręã posse eũ impedire in dicta exactione: meri
4 tò † non põt de iure Basilius se fundare ex scriptura ptestatio
nis Andreę, quã semper impugnauit & improbauit. l. papi. §.
meminisse. ff. de inof. test. & c. ex eo, de re. iu. in 6. & l. post le-
gatũ, in prin. cũ ibi no. p Bart. ff. de his qb. vt indig. Et hęc est
5 tutissima & vera rñsio. ¶Deniq; respõdeo & aliter: nã si † An-
dręas dictã ptestationẽ fecit, habuit iustã causam ita faciẽdi:
qa iã subortę erãt lites & ꝯtrouersię ĩter Basiliũ & Andręã &
sic iã mutata erat ꝯditio sociorũ. & hoc p l. si cũ Cornelius, cũ
ibi no. p Bar. ff. de so. l. in cõfirmãdo, cũ ibi no. p Bar. de cõfir.
tu. & l. pr̃ hr̃di. & ibi no. Cy. & Bal. ff. de test. tu. & Bal. clarè i
l. mandatũ. in antepe. col. C. mand. & no. oẽs in l. fallus. C. de
fur. facit l. si conuenerit. ibi, aut ꝙ ita iniuriosus & damnosus
6 sit socius, vt nõ expediat eũ pati &c. p socio † pręthereà respõ
deo

deo quod socius non tenetur præstare socio nisi illam diligẽtiam, quam adhibebat in suis rebus propriis.l.socius socio.ff.pro socio l.hæredes.§.non tantum.ff.fa.erc.& insti. pro socio.§.fi.& declarat Bar.in rep.l.quod Nerua.ff.depos.sed Andreas aliter non fecit in exigẽdo proprias pecunias a Bitinello quam fecerit in exigendo pecunias societatis,ergo non potest culpari: quia restabat creditor Bitinelli vltra summam tunc sexcentorum ducatorum,& nunc vltra summam mille
7 trecentorum ducatorum. ¶†Postremò etiam ad hoc respondeo: nã posito ꝙ Andræas fuisset in culpa circa exactionem prædictam,tñ non per hoc debet dici ꝙ de iure teneať de suo proprio soluere totum illud quod deberet Bitinellus societati:sed solùm tenetur subire periculum nominis illius debitoris.l.2.C.arbi.tu.l.periculũ.ff.si cer.pe.l.litis.§.1.ff.de ne.ge. & si debitor non est liberatus ab actione vel si non desierit esse soluendo,non tenetur Andreas ad pretium illius actionis.
8 l.fi.in fi.ff.de eo per quem fac.erit.¶Non obst.etiam † ꝙ Andræas fuerit fideiussor de iudicio sisti & iudicato soluendo pro Bitinello cõuento in iudicio per Basilium pro debito, in quo apparebat in libris Bitinellum esse debitorem societatis scilicet in ducatis 371.quia respondeo ꝙ dicta satisdatio expirauit perempta instãtia dictæ causę l.cũ lite mortua.ff.iud. sol.l.properandũ.§.& si quidẽ.in verbo.& oĩ cautela.C.de iudi.& no.gl.fi.in l.pe.C.de fideius.& Bar.& alii in l.Græcè.§.& post litem.ff.de fideius.sed ita est quod instantia causæ prędictæ expirauit tam ex forma statuti curię mercantię,vbi mota erat lis,quam ẽt de iure cõi,iuxta d.l.properandũ, in prin. alia ẽt ratione non põt conueniri Andræas ex dicta satisdatio
9 ne,quia † nunquam fuit requisitus nec interpellatus vt deberet exhibere in iudicio Bitinellum: nec ẽt Bitinellus fuit vnq̃ contumax in comparendo & sistendo in iudicio:& sic ex isto capite non est commissa stipulatio de iudicio sisti,quæ cõmittitur ex eo qđ quis non sistat.l.sancimus.C.de fideius.nec ex capite satisdationis iudicatum solui tenetur Andræas:qa nihil vnquam fuit iudicatũ contra Bitinellum debitorem principalem: & per cõsequens non potest agi contra talẽ fideiussorem.l.1.ff.sol.ma.nec potest dici constare Bitinellũ restare debitorem societatis in dicta summa, attento ꝙ res nondum est liquidata:quia Bitinellus petebat sibi taxari salarium & refici expensas suas & damna: vt patet in processu. Apparet igitur ex prędictis qđ non põt dici ꝙ Andræas impediuerit Basiliũ exigere a Bitinello aliter quam si nullã protestationẽ fecisset:& ẽt Andræam non posse per vestram paternitatẽ condemnari in aliqua occasione dictæ fideiussionis. & hæc suffi-
10 ciant quò ad primũ dubium.¶Circa secundum † s.ꝙ videať qđ Andræas potuerit alienare plus parte sua depositariæ, iuxta l.nemo ex sociis.in prin.quia ad hoc respondeo primò qđ attento ꝙ Andræas cuius solius nomen erat inscriptum in libris, literis, & scripturis societatis esset ille qui creditoribus respondere teneretur & ab eis solus poterat conueniri, & nõ
a Basilius, debet ẽt Andræas posse solus vendere [a] de bonis societatis,vt satisfiat oneribus societatis: quia ex quo Basilius ꝑ scripturam conuentionum societatis consensit ꝙ solũ nomẽ Andreæ inscriberetur in dictis libris & literis,pp quod releuabatur ipse Basilius, vt non posset conueniri a creditoribus, videtur etiam consensisse ꝙ possit Andræas solus facere ea q̃ sunt dependentia ab illa inscriptione solius nominis: & sic vendere & satisfacere creditoribus.arg.l.1.ff.de institoria. &
11 facit l.secundum naturã.ff.de reg.iur. Secundò † respondeo ꝙ de hoc non potest Basilius pretendere interesse ratione lucrorũ, quæ percepta fuissent ex dicta depositaria, qa talia lucra non sunt licita.Et ppeà interesse talis lucri non põt allegari, vt no.Bar.in l.tutor qui repertorium.§.fi.ff.de admi.tu. & l.diuus.ff.ad l.falc.in l.si mr̃. C.de vsuris.vbi Bal.decidit istũ
* casum dum dicit qđ nullus administrator * põt culpari si nõ dedit pecunias fœnori,etiam si dñs erat fœnerator: quia nec suo nomine nec alieno nomine debet quis delinquere. allegat tex.46.distin.c.sicut nec suo.vnde cum solus Andræas esset nominatus in libris dictæ depositariæ & a doctissimis viris & theologis certior factus esset, ꝙ dictum lucrum non poterat licitè percipi, voluit statim desistere a tali negotiatione, & alienare etiam cum diminutione sui capitalis: vnde non potest culpari Andræas si noluit nomine Basilii negotiari in ea negotiatione.& not.etiam Bal.in l.1.ad fi.C.de condi.inde. Potest etiam responderi quod cum par debeat esse conditio sociorum.d.l.si nõ fuerit.cum l.seq.ff.pro soc.sicut d.Basilius etiam contra prohibitionem Andreæ solus exegit a nominibus debitorũ societatis cõtra formã traditam in scriptura societatis, & contra dispositionem iuris communis stante prohibitione d.Andreæ per no.in d.l.nemo ex sociis, eodem modo non debet imputari Andreæ,si ipse solus vendidit, facit regula,frangenti fidem &c. c.peruenit.el 2.de iureiu.l.cũ
12 proponas.C.de transf.¶Quò ad vltimum,† an negotia ordinata,sed non incepta,dicuntur negotia pendentia societatis: & hoc propter partitam velaminũ emptorum a Ioãne de Bologninis?.& respondeo ꝙ sic:attẽto ꝙ iam erat obligatus Andræas Ioanni de Bologninis pro dictis velis faciendis: prout cum eo conuenerat, non dicebatur amplius res esse integra, & prohibitio vel protestatio ꝙ nil noui fiat, non trahitur ad istud.tex.est in l.si pecuniam,in prin.ff.de condi.ob causam. & in l.vtrum.cum l.seq. ff.de consti.pec.& in l.si quis prohibuerit,in prin.ff.de pub.facit l.actionem.§.morte. ff.pro socio.Reliqua suppleat summa sapientia & prudentia vestrę paternitatis,in cuius pectoris scrinio omnia resident. Alex.

ADDITIONES.

* Et vnumquemque.] Quòd exactio nominum fiat periculo societatis tenet Alex.consi.131.col.2.in fi.lib.2. Natta.
a ¶Canonici suprà,lib.5.consi.7.num.2.
* Nullus administrator.] Tutor tamen,qui non emit prædia de pecuniis pupillaribus,ad vsuras tenetur de iure canonico.Abb.ad c.cõquestus.de vsur. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Mater propter secundas nuptias non priuatur successione filij, si non sint alij liberi prioris matrimonij.*
2 *Institutus in re certa indistinctè transmittit sicut legatum.*
4 *Statutum excludens matrem a successione filij intestati nõ habet locum,si filius decesserit impubes.Ita si excludatur à successione filiorum decedentium sine liberis.num.5.*
6 *Dos debita filiæ exclusæ debetur purè & transmittitur. nu.7.*
8 *Legitima non potest in totum tolli per statutum.*
10 *Statutum excludẽs filiam dotatam intelligitur de actu dotata.*

CONSILIVM CCXI.

Viso themate de quo dubitari contingit vnà cum testamento Andreæ q.Matthæi Montini, & visa copia statutorum Imolensium de materia tractantium, & iuribus rationibus allegatis per vtranq; partem, omissis allegationibus ad vtranque partem breuitatis causa, dico simpliciter in hoc pulchro passu quod dominæ Violantæ defertur luctuosa hæreditas Matthææ eius filiæ defunctæ. ff. ad Tertul. l.si mater, in princ.& in auth.de hær.ab intestato.§.si igitur defunctus.& l.1.& per totũ.C.ad Tertul.& licèt aliàs dicamus;
1 † quod per transitum ad secunda vota quem fecit dicta mater post mortem filię, priuetur ipsa mater proprietate bonorum quæ filiæ obuenerunt ex hæreditate paterna, vt in auth. de nupt.§.hinc nobis.col. 4.& l.mater.C.ad Tertul.tñ illud est verum,qñ tẽpore quo mater transiuit ad secundas nuptias superessent fratres vel sorores filiæ defunctæ, & ita loquũtur dicta iura: quia tunc proprietas paternorum bonorum filiæ delatorum spectaret & accresceret ipsis fratribus vel sorori-
a bus mortua dicta filia.secus [a] autem qñ dicta filia decessit nullis post se relictis fratribus vel sororibus, vt in casu nostro,qa tunc licet mater posteà transeat ad secunda vota, non priuať proprietate prędicta: ita notabiliter firmat Bar.& Bal.& cõiter oẽs do.nemine discrepante, vt in auth.ex testamẽto.C.de secun.nup.reprobata glo.ibi in verbo filii.& dicit Bar. quod bene quinque vicibus iudicauit & consuluit contra allegatã gl.& probatur in l.cum aliis. quem text.ibi Bald.in fi.ad hoc subtiliter ponderat.C.de secun.nup.& in l.sicut.in fi.eo.tit. vbi est tex.optimus.& ita ẽt reperio consuluisse Bal.in consi. incip. Petrus Carlutii &c. Erit aũt & consistet in casu nostro hæreditas dictæ Matthææ in dictis libris ducentis quinquaginta Bon.& denariis condecentibus sibi per patrem titulo institutionis relictis in testõ quæ in legitima dictæ filiæ debita computanť, vt l.qm̃ nouella.C.de inof.test.& l.ẽt.§.pe.ff.de bo.

de bo.lib.& no.gl.in l.pater filiam, in prin.in verbo, iure ꝓprio.ff.ad l.fal.& plenè per Bar.& doc.in l.in quartam.ff.eo. ti.quantitatem iure hæreditario filiæ a patre obuenientē trāsmisit dicta filia ēt non aditam ad matrē vel ēt ad quoscunq; transmitteret, vt l.Lucius.ff.de iure fis.l.apud hostes. C. de suis & legi.l.ex militari.§.fi.ff.de mili.testa.& no.doc.in l. si infanti. C.de iure deliber.& in l.ventre.ff.de acq.hære.cum si.& etiam de hoc est speciale statutū in ciuitate Imolę, quod

2 transmittatur. imò etiam † si fuisset hæreditas extraneorum nedum paterna in casu nostro,etiam non adita transmitteretur ad quoscunque:quia fuit institutio facta de certa quantitate:& sic quò ad transmissionem habet vim quod trāsmittitur etiam non agnitum.l.1.§.1.& §.in nouissimo.C.de cadu. tol.& ita firmat in proposito Bar.Bal.& doc.in l.quot. C.de

3 hære.institu.& in l.ex facto,la 2.eo.tit.¶ Nec prædictis † habet obstare dispositio statuti situati sub rubrica ꝙ mater & attinētes per lineam maternā non succedant filio vel filiis &c. quia primo respondeo ꝙ dictum statutum excludit matrē a successione filiæ extantibus coniunctis ex linea paterna vsq; ad quartum gradum inclusiuè computando gradus secundū compositionem legalem. Sed dicti hæredes fratres patrueles dicti testatoris erant coniuncti dictæ Mathææ in 5. gradu, modo autem in quarto, vt l.iure consultus. §.quinto gradu. ff.de gradi. & insti.eodem titul.§. 5.ergo matrem,nullatenus

2 legatū debebitur. ita videbatur in proposito dicendū. ¶† Sed præmissis non obstantibus 9riam de iure verius esse puto per tex. in l. si seruus legatus. §. qui quinq;. ff. de leg. 1. vbi testator qui quinq; duntaxat habebat in arca sic legando inquit, decē quæ in arca habeo Titio lego. certe legatum valebit in quinque tm̃, quia falsa demonstratio circa designationem substantiæ rei legatæ vitiat legatum, vt ibi. ad idem tex. in l. si sic. §. 1. ff. de leg. 1. vbi si testator dicat, lego Titio centū quæ Seius mihi debet. si Seius non debeat, legatum non valeat, quia similiter falsa demonstratio isto casu est circa substantiā legati, s. circa actionem sibi competentem, quam testator legasse vr̃, ideo vitiat legatum, vt ibi. & declarat Bar. in l. demonstratio falsa.
3 in 2. col. ff. de condit. & dem. ¶† Non obstant iura allegata in contrariū, quia ibi testator purè & simpliciter legauit quanti-
a tatem certam, & post perfectū [a] legatum dixit, quantitatē pręstari volo de pecunia quæ est in tali loco vel apud talem. nam licèt pecunia ibi non inueniatur, legatum debetur. & sic aut post legatū perfectum signatur per relatiuum vnde legatum debeat solui, & procedunt iura allegata in contrarium. Aut relatiuum adijcitur substantię ipsius legati, & tunc falsa demonstratio vitiat, vt si dico, lego tibi centum quæ habeo in arca. d. §. qui quinq;. & d. l. si sic secus si dixisset, lego tibi centū quæ solui volo de his quæ habeo in arca, vt ēt declarat Bart. & alij in d. l. quidam. ad idē facit. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrah. emp. & l. cum certus. ff. de vino tri. & ol. leg. Sed in proposito testator vltimo loco dixit, lego vxori illos quadringentos ducatos restantes ex illis mille ducatis quos habet & tenet d. Ioannes frater meus &c. nam illud participiū restantes, resoluitur in relatiuum & verbū pręsentis tpis, vt not. gl. in cle. 1. in verbo, dignitatibus. de pręb. & sic perinde est acsi dixisset testator lego vxori quadringentos ducatos, qui restant ex illis mille ducatis, quos habet d. Ioānes, & sic retulit se ad corpus nummorum existētium apud Ioannem, & sic proprie sumus
4 in terminis d. §. qui quinque. ¶†Nec ob. si diceretur, quare ēt non debet fieri par detractio de primo legato sexcentorū ducatorum relictorū pro dote capellæ de dictis mille ducatis? quia rñdeo quod illa verba testatoris apposita in vltimo legato dum dixit testator, lego vxori quadringentos ducatos restantes ex illis mille ducatis, quos habet Ioan. &c. ostendunt mētem testatoris fuisse qđ istud secundum legatū solueretur de eo quod restaret de dicta summa mille ducatorū deductis sexcentis. hoc. n. importat verbum restantes, vt in simili not. Bal. in l. si quidem. C. de transac. vbi dixit ꝙ licèt creditor qui asserit Titium sibi debere centū, non videatur fateri sibi non deberi plus. l. rationes. cum ibi no. C. de proba. & no. Bar. in l. si cum dos. §. 1. ff. rerū amo. & in d. l. si quidem. tñ fallit si creditor assereret Titium sibi debere centū pro resto seu pro resi
* duo quia vr̃ fateri * hanc debere esse vltimam solutionem secundum Bald. in d. l. si quidem. alle. no. in d. l. oēs. & in l. 2. §. cum Titio. ff. de adi. leg. facit. l. 1. C. si reg. & no. Bal. in l. fi. §. j. C. de vsu. rei iud. in ver. sed quid dices duo &c. & in l. ab Anastasio. in vlt. col. C. man. in ver. no. hęc lex est argumentū &c. vbi dixit ꝙ illa verba pro residuo, denotant ꝙ reliquum totū sit receptum & solutum & sic apparet ꝙ testator voluit de eo
5 quod restaret de priori legato solui scđm legatum. ¶† Circa se
* cundum dubium, videretur dicendū ꝙ suppellectiles * quæ in domo mariti vel vxoris esse solebant, deberetur, licèt tpe testamenti vel tpe mortis ibi non essent alibi reperientur. l. quęsitum. §. fi. & l. seruus qui in fundo. & l. si ita legatū. ff. de leg. 3. l. hmōi. §. legatum. ff. de lega. 1. l. quęsitum. §. Sabinus. ff. de fun. instr. in contrarium vr̃, quia si testator commodasset vel commodari fecisset aliquas supellectiles de prędictis quæ in domo ipsius vel vxoris esse solebant, non comprehenduntur illę in legato, vt est casus in d. l. pe. §. 1. ff. de auro & arg. leg. & l. ex facto. §. rerum. ff. de hęre. insti. in hoc passu reperio quod Paul. [b] de Cast. in d. l. hmōi. §. legatum. dicit vidisse qōnem
b de facto Florentiæ in his terminis videlicèt, testator rure degens testm̃ condidit, & vxori suæ reliquit omnes massaritias, quæ erant in domo, quam habebat Florentiæ. modo de illis massaritijs quasdā ad rus portauerat, vt ibi essent quousque ibi staret, reportaturus posteà Florentiam vbi cōiter stare cōsueuerat quęrebatur an deberentur vxori. & dixit ꝙ iura primo loco allegata faciunt quod sic. Sed dicit quod in contrarium videbatur expressa mēs defuncti, qui se restrinxit ad illas quæ ibi erant, & si sensisset de illis quæ erant in rure, facile fuisset exprimere. l. 1. §. sinautem ad deficientis. C. de cad. toll. c. ad audientiam. de deci. & istam partem dicit ꝙ putat esse veram qñ testator locutus est per verba pręsentis tpis, vt quia dicit, lego massaritias quæ sunt in domo, & sciebat eas ibi non esse. si aūt per alia uerba importantia futurum tempus, vt quia dixit, lego massaritias quæ ērunt uel essent in domo, tunc habēt locum iura illa quæ primo loco allegaui. s. dictus. §. legatum. cū si. ne fraudetur intentio testatoris ex casu post testm̃ cōtingente, quia credebat debere ibi esse massaritias tpe mortis, & idem erit secundum eum si testator legasset per verba pręsentis tpis, tamen ignorabat massaritias esse translatas in alium locum. nam ne fraudetur testatoris intentio ex ignorantia (quia credebat ibi esse tpe testamenti) debebuntur dictæ massaritiæ
6 per eandem rōnem & per eadē iura. †In proposito igitur nostro concludo ex prędictis quod cum testator locutus fuerit per verba pręsentis tpis, quod non veniant supellectiles, quæ ibi non erant tpe testamenti. l si ita scripsisset. cum gl. ff. de le. 2. l. si ita. cum ibi notatis per Bar. ff. de auro & arg. leg. & hoc quò ad illas supellectiles quas testator sciebat tunc in domo non esse. pro quo facit, quia si de domo ante tempus testī amotæ fuerant, si fuerant amotæ vt amplius ad domum non deferrentur, constat ꝙ non comprehenduntur in legato. d. l. pen. §. 1. & d. l. ex facto. si aūt non constat quo animo amotę fuerūt iussu & voluntate testatoris, & tunc cum intelligātur esse extra domum ad beneplacitum dñi, & tunc iudicatur acsi essent futuræ in perpetuum extra domum, quia paria sunt aliquid esse ad beneplacitū, & aliquid esse in perpetuum. l. iurisperitos, in prin. ff. de excu. tut. & no. glo. in cle. & si principalis. in verbo, electionē. de resc. & in c. fi. in verbo perpetuas. de resc. in 6. & clarè no. Bar. in l. pupillo. §. si quis ipsi pretori. in 3. q. ff. de ope. no. nun. facit. l. sufficit. ff. de condi. indeb. & c. si gratiosè. de rescr. in 6. & c. si delegatus. de off. dele. in 6. & no. Pe. Cy. & Bal. in l. quisquis. C. si cer. pe. Aut ignorauit testator eas fuisse de domo amotas, & putauit eas in domo esse, & tunc attendetur opinio testatoris. ar. l. cū alienam, vers. quod si suam. C. de leg. l. vnū ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. pręsertim legan
7 do vxori. d. l. cum alienam. † cui aūt incumbat onus probandi, dico qđ primo incumbit legatario onus probandi istas supellectiles fuisse in domo testatoris vel vxoris, & cōsuetas esse ibi stare, aliàs aūt licet testator haberet supellectiles, sed nō in altera dictarum domorū, non deberentur, per l. si seruus legatus. §. qui quinque. de leg. 1. & qđ incumbat onus probandi legatario notat in specie Bal. in l. fi. §. fi. C. de app. probato aūt quod

quod testator consueuerat istas supellectiles tenere in altera domorum prædictarum quousq; testator eo in loco sterit, & postea reperantur in alium locum translatæ, si hæres allegat quod sciente testatore fuerunt translatæ cum sit fundamentū intentionis suæ sibi incumbit onus probandi.l.ei qui.& l. 50. ff.de proba.c.bonæ.de elec.& præsertim, quia in dubio præsumitur ignorantia.l.verius.ff.de probat.& in regula, præsumitur, de re.iu.in 6.& plenè per Bar.in l.is pôt.ff.de acq.hered.
8 cum si. ¶Circa vltimum dubiū† dico quod in legato supelle-
c ctilium[c] constat non contineri vestes nec libros. l. 1. & l.supellectili.ver.sed sunt qui rectè &c.ff. de supel.leg.& ibi not. Bar.in l.4.ff.de leg.1.quid autem in vasis argenteis? rn̄deo qd vasa argentea escaria vel potoria non cōprehendantur appellatione supellectilium nisi legatarius ex vsu testatoris probet testatorem comprehendere voluisse.l.cum quidā.& l.Labeo. ff.de supel.leg.& similiter vasa argentea aquiminaria nō comprehenduntur, quia illa censentur esse vasa argentea escaria.l. & si non sint.§.si cui escarium.& l.in argento.§. fi.ff. de auro & arg.leg.& ibi exponitur in glo. quæ sint ista vasa aquimina-
* ria.* quia dicuntur vasa aquæ manuaria seu aquam ministrantia prout sunt ea quę vulgariter nuncupantur bacilia & brongia & similia.& idem dico de alijs vasis argenteis per l.1.ff.de sup.leg. tñ hęc vera sunt si talia vasa in numero argenti per testatorem habita sunt dum viueret, quia ea reponebat & recōdita in argentario tenebat, & non ad vsum supellectilium, vt not.glo.in d.l.1.in verbo, auro, & probatur in l.si non sint.in prin.§.1.& ibi hoc no.Ray.ff.de auro & arg.leg. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Perfectum. Bal.consi.151.li.5.Dec.consi.183.in fin.consi.324.adde Franc.Rip.de reuoc.dona.responso. 11.col.3.

* Quia videtur fateri.] Sequitur Feli.ad c.si cautio.col.24.de fide instru.Alex.ad l.2.in fi.C.de hære.insti. Cępo.caut.167.Ias.ad l.si quidem.C.de transac. Nat.

* Supellectiles.] De testatore legante mobilia existentia in domo, scribit Dec.consi.472.dub.3. Nat.

b ¶Pau.& ibi Ias.in fi.col.j.Adde Nico.Eueral.in loc.legalib.loco a na-
* tura copulæ. * Idem dicit Pau.idem ad l.j. C.de verb.sig.vbi bonus tex.Franc.Crem.sing.63. Nat.

c ¶Supellectilium. Alex.ab Alex.Genia.die.li.j.c.19.

* Vasa aquiminaria.] Aquiminaria vasa deferendarum aquarum causa parata, numerantur in supellectilibus vbi non sint ex argento.l.3.ff.de supel.leg. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca prioris obligationis quando per nouationem non extinguitur.*

3 *Probatio nisi certa & concludens non releuat.*

4 *Libris mercatorum pro ipsis non statur nisi ex consuetudine loci, quæ non habebit vim contra non subditum. 5. sed dicta consuetudo non valet. nu.7.*

8 *Libro mercatoris continenti verisimilia statur pro se ex iustis circunstantijs.*

10 *Circa, dictio, probationem reddit incertam.*

12 *Socij nō tenentur ex facto mercatoris nisi sit expressè vel tacitè præpositus, & communi nomine contraxerit. nu.13.& 14.*

16 *Confessio absente parte facta, tantum semiplenè probat.*

CONSILIVM CCXVII.

Viso quodam satis inordinato processu causæ principalis inter nobilem virum Nicolaum de Corbilis ex parte vna, & Michaelem Foyt ex altera, occasione certarum sequestrationum factarum de certa quantitate ferri olim Angelini aliàs Ioannis Rigolini, in qua cā disputatum est in effectu quis eorū.s.Michaelis & Nicolai haberet in dicto ferro sequestrato meliora & potiora iura, quia quilibet eorum pretēdit se creditorē dicti olim Angelini & ius habere in dicto ferro, & tandem fuit pronunciatum sequestrum factū in dicto ferro ad instātiam d. Michaelis procedere debere & tenere pro dicto eius credito, non obstante aliqua contradictione d.Nicolai. Tamen mihi vr̄ de iure verius esse d.Nicolaum in dicto ferro habere potiora iura, & ei dictū sequestrum nullo modo habere obstare & preiudicare, maximè ex infrascriptis, & primò, quia d.Nicolaus probauit se esse creditorem in pluribus & diuersis quantitatibus pecuniarū dicti quondam Ioannis ex publicis instr̄is etiam cum obligatione bonorum, ante etiā q̃ esset creatum assertum creditum d.Michaelis, nam de credito d.Nicolai apparet publico instr̄o rogato anno 1465.die 5. Nouembris.pro ducatis sexcentis cū dimidio, in quibus con-
1 fitetur d.Angelinus Rigolini † se debitorem d.Nicolai computatis hincinde oībus quæ adinuicem agere habuerūt, & vo luerunt ꝙ alia instr̄a debiti inter eos confecta, essent cassa quò ad debitum, sed non quò ad ad prioritatem hypothecæ. per quæ verba apparet quod facta fuit nouatio anteriorum obligationum personaliū. l. Paulo Callimacho.§.1.ff.de leg.3.& no.Bar.clarè in l.2.ff.de noua.& Ang.in l.qui vsumfructum. ff.de ver.ob.& in l.fi.C.de noua.& quia contrahentes conuenerunt ꝙ prioritas hypothecarū non esset extincta, apparet ꝙ pro quantitate pro qua erant prius hypothecata bona debitoris intelligitur ipsa hypotheca cum sua potioritate & priui-
a legio transfusa[a] in istā obligationem nouantem.text.est in l. creditor, in prin.& ibi no.gl.& Bar.ff.qui potio.in pign.& l. 1.C.ēt ob chyrographa.pecu.& sic non pôt dici ꝙ pro isto vltimo contractu nouante nō fuerit hypothecata in instr̄o adiecta dico vsq; ad quantitatem pro qua ex antiquis instr̄is & obligationibus apparet bona debitoris fuisse hypothecata de q̄bus quidem quantitatibus antiquarum obligationū apparēt plura instr̄a.primò vnum instr̄m de anno 1462.die 25.Septēbris. in quo d. Angelinus constituit se debitorem d. Nicolai in ducatis ducentū viginti, & in petijs sex panni albi blaui coloris & azuri cum hypotheca bonorū. Item vnum aliud instrumentum de anno 1463.die 26.Septembris in quo d.Angelinus se obligauit in quantitate ducatorum 311. cum obligatione bonorum, cassarunt tñ dicti contrahentes omnia alia instr̄a quò ad debitum. Item aliud instr̄m debiti ducatorum centum nonaginta de eodē anno & die, 21. Octobris, datorū sibi ad lucrum & perditam in mercantiam ferri, & sic clarè remanet salua hypotheca prior saltem pro quantitate illa ducatorum 311.& pro illa quantitate ducatorum centū nonaginta, quæ duæ summæ non erant nouatæ & extinctæ dicto tpe dicti vltimi instr̄i confecti anno 1465.dictus verò Michael asserit creditum suum fuisse creatū anno 1467.& sic post oīa instr̄a obligationum contractum inter d.Nicolaum & d.Angelinum, sequitur ergo ꝙ qui prior est tpe potior est in iure, quò ad hypothecam dicti ferri.l. si fundum. C. qui potio.in
2 pig.hab.& l.si pignus.ff.eo.tit. ¶Nec ad hoc† obstat ꝙ ille qui impendit in naulis & vecturis merciū pręferatur cæteris creditoribus anterioribus quò ad hypothecam ipsarum merciū. l.interdum, cum l.seq.ff.qui potio.in pign.habe.quia rn̄deo. quod non est probatum qd istud ferrum de quo agitur, sit illud idem ferrum pro quo tñ factæ sint omnes expensæ ascendentes ad totum illud creditum, quod pretendit d. Michael, imò potius cōtrarium testificatus est Pet.Angelini productus in testem per d. Michaelem.nam illam tacitam hypothecam & priuilegiatā habet creditor solū pro expensa facta in re illa quam cum illa expensa saluam fecit seu conduxit, vt d.l.interdum. & cum non probauerit quod vllā expensam fecerit Michael pro isto ferro de quo nunc est controuersia, non pôt obtinere, dato ēt qd apparere posset eam aliquam expensam fecisse pro aliqua quantitate ferri dic. Angelini conducta, quia
3 †probatio debet esse certa & concludens, aliàs non releuat.c. in pręsentia, de proba.l.neq; natales. C.de proba.ad hoc magis in specie facit id qd hr̄ in c.auditis, cum gl.de pręscri.per quam ibi dicit Io.An.se practicasse, cum quidam conduxisset equum ad vecturā, & posteà dum locator equum repeteret, conductor dicebat equum fuisse in itinere naturaliter mortuum, & ita probabat per testes, quod equus quem æquitauit, mortuus fuit in itinere naturaliter, sed locator dicebat, licèt tu probaueris ꝙ vnus equus quem equitasti sit mortuus, tñ
b non probasti ꝙ sit illemet equus[b] quē tibi locaui & sic nō potuit conductor ex illa probatione obtinere. & rectè secundū Io.An.& alios ibi, & cum appareat d.Angelinum varias quantitates ferri conduci fecisse & super eis mercantias cōduxisse. sequitur qd dicta probatio redditur dubia. l. si quis seruum. §.si inter.cū ibi no.per Bart.ff.de leg.2.l. duo sunt Titij.ff.de testa.tute.& sic posito quod libris d.Michaelis esset standum vel alijs probationibus per eum factis, tñ non per hoc excluditur quin d. Nicolaus meliora & potiora iura habeat in fer-
4 ro predicto, per premissa. ¶Secundò† principaliter dici pôt, ꝙ in veritate de credito d. Michaelis nō sit legitimè probatum, quia

quia ad probationes crediti sui ipse produxit postas libri sui, quibus stādū non est in fauorem eius.l.exemplo.C.de pba. in auth.de iureiur.a morien.pręsti.§.1.14.q.2.§.1. nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ cōsuetudo habet ꝙ stetur dictis libris in fauorem scribentiū, super qua consuetudine probanda sunt recepti circa nouem testes in fauorem d.Michaelis, quia rñdeo primò ꝙ dicti testes non probant legitimè consuetudinē pręd ictam, quia non probant ꝙ illa consuetudo seu obseruantia fuerit præscripta, seu ꝙ ita fuerit vsitatum saltem per tempus decem annorū, vt de iure requiritur ad hoc vt inducatur con suetudo.l.de quibus.cū ibi plenè no.ff.de legib.& no.in rub. C.quæ sit longa.consuet.& plenè per Cy.in l.2.eo.tit.& not. in c.fi.de consue.in antiquis.& in c.fi.eo.tit.lib.6.& ibi gl.3.

5 ¶Fortius dici † pōt ꝙ dato ꝙ consuetudo illa esset præscripta & legitimè probata, tñ non ligat d.Nicolaum de Corbellis de Vtino, quia testes non dicunt ꝙ illa cōsuetudo seruetur in loco domicilij d.Nicolai, sed de consuetudine Villachi aut alterius loci deponunt, cui standum nō est contra d. Nicolaum, contra quem allegatur dicta cōsuetudo, hoc probatur per id qd signanter decidit Pet.de Anch.in c.fi.de consuet.in antiquis. vbi quærit, quid si diuersa est consuetudo loci domicilij litigantium consuetudine loci iudicij, vel vna est consuetudo in loco domicilij actoris, alia est in loco domicilij, quāuis rei, quæ consuetudo debebit attēdi? & dicit quod Inn.& Io.An. in rubr.eo.tit.dicunt, quod si agitur reali, attenditur consuetudo loci vbi res sita est.c.fi.de fo.comp. Si verò agitur personali, ex delicto vel ɔ̄ctu, tunc si quæritur an sit delictū vel quale, vel an valeat contractus vel non, seruabitur consuetudo loci delicti, vel contractus, ēt si litigantes sint de diuerso loco.l. sacularij.§.sunt quidam.ff.de extraor.cri.l.2. C.de noxa.l.si fundus.ff.de euic.l.1. ff. de vsur. sed si quæratur quò ad aliū effectum, tunc dicit Pet.Anch.quod doct.cōiter dicunt ꝙ in ordinarijs iudicijs attenditur locus iudicij.l.3.ad fi.ff.de testi. sed in decisorijs dr̄ attendi debere cōsuetudinem loci litigantiū, per notata in c.quod clericis.de fo.compe.sed ipse dicit posse isto vltimo casu circa hoc dubitari quid si cōtingat qđ diuersa sit consuetudo domicilij actoris & domicilij rei, quæ debebit attendi?& concludit ꝙ debet attendi cōsuetudo quæ est in loco illius contra quem inducitur, & si ille contra quē inducitur esset de alio loco, non ligabitur illa consuetudine. alleg.id quod hr̄ in c.cum venissent, de eo qui mitti.in pos.cā rei seruan.& in c.sanctorum, & in c.illud, cū gl.3.de præscri. & dicit hoc esse notandum, quia scdm eum non est bene per alios declaratum, & cū eo, quantum ad propositum trāsit Io.

6 de Imo.in d.c.fi.in 4.col.¶Hoc confirmo † per id quod no. gl.8.dist.quæ contra.& gl.magna.in c.illud.12.dis.Spe.in ti. de consti.§.1.vers.& noto.vbi habetur ꝙ ista duo procedunt a pari, c s.quem sortiri forum in loco, & quē subijci legib.vel consuetudinibus loci, & ideo si quis rōne contractus vel delicti aut domicilij non sortitur forum in loco, non ligatur consuetudinibus vel statutis illius loci, cum ergo d.Nicolaus neque rōne contractus per eum celebrati, neq; rōne domicilij vel originis sortiatur forum in loco in quo testes dicunt esse dictā consuetudinem, sequitur ꝙ illa non ligabit d.Nicolaū.

7 ¶†Fortius dixit signanter Bal.in l.vnica.C.de confessis.circa quartā col.in vers.consideranda est ēt consuetudo loci &c.qđ

d non valet d cōsuetudo quæ simpliciter haberet ꝙ staretur omni scripturę mercatoris pro se, quia esset prona ad maleficiū, id est ad falsum cōmittendum, & quia medullitus forma consuetudinis debet esse ratio mediata, vt 4.distinct.c.erit aūt.& istud sequitur Abb.Sicu.in c.bonæ.el ij.ad fi.de postu.prela. vbi reputat hoc singulare verbum, & ibi dicit ꝙ nō obstat id quod hr̄ in c.cum dilec.de fi.instru.quia ibi consuetudo non

8 inducebat ꝙ staretur scripturę in fauorē scribentis, †Nec præ dictis obstat si diceretur, ꝙ libro rationum scribentis statur

e ēt in fauorem scribentis qñ continet e verisimilia, vt no.Guil. de Cug.in l edita.C.de eden.in 3.vel 4.col.in vers.sed quero quem effectū habet editio, &c. vbi dicit ꝙ libro rationum tutoris vel procuratoris seu negotiorum gestoris creditur cum

* iuro * scribentis, qñ continet verisimilia arg.l.si quis pro redemptione.C.de dona.& l.per hanc.C.de erog.milita.anno. li.12.quod est verum scdm Bald.in l.1.in vlt.col.C.de eden. & Pet.de Anch.in cle.1.§.1.de proba.qñ concurreret difficultas probationis, aliàs secus per l.rationes. C.de probat.& per no.in l.fin.§.in computatione.C.de iure delibe & c.qualiter & qñ.in prin.de accusa. qm̄ respondeo primò ꝙ posito ꝙ crederetur libro rationum, tñ, vt dixi hoc non releuat quia non apparet ex libro ꝙ dicta expensa facta sit cā conducēdi vel saluandi ferrum illud de quo agitur, adeò ꝙ illud sit sibi hypotecatum, quod hic concurreret difficultas probationi, & verisimilitudo nō est ostensa, per no.Io. An.in addi.Spe.in ti.de instrumentorum edi.§.nunc dicendum. in addit.magna.consideratur ēt aliud.s.qualitas personæ scribentis, ꝙ reputetur fide dignus, & ꝙ quantitas non sit magna secundum iudicātis arbitrium, & ꝙ scriptura contineat non solùm data per scribentem, sed ēt recepta, aliàs si contineret solùm data, non crederetur ei etiā cum circunstantijs scdm quod dicit ipse alleg. d.l.exemplo, iuncta.l.rationes.eo.tit.& l.pu.§.fi.ff.deposi.bene facit quod no.Bar.in l.quedā.§. nummularios.ff.de eden. & Bal.in l.1.col.4.& expresè Nicol.de Mata. & Bal.in d.rationes.sed in dictis postis libri.nō apparet nec vr̄ quod sit scriptum aliquid quod fuerit receptum per d.Michaelem a dic. Io.sed tm̄ continentur ibi.data a Michaele, ergo non probat. an aūt quantitas sit magna, hoc committitur iudicantis arbitrio inspecta qualitate personarū.l.licèt.ff.de iudi.& notatur

9 in auth.vt hi qui obligatas.§.sed & si quis.Nec†obstat ēt confessio Petri filij dicti quondam Ioannis Rigolini qui in processū confitetur quod d.Michael alias mutuauit d.Ioanni Rigolini circa ducatos septuaginta, quia rñdeo quod illa cōfessio non potest pręiudicare dic.Nicolao cui per sua instrā iam erat ius quæsitum in d.ferro.l.repetita.ff. de fi.instr.l.scripturas.C.qui pot.in pig.hab.& l.si superatus.ff. de pign.facit id quod hr̄ in rubro & nigro.C.res inter alios acta.& quod no. Io.And.in addi.Spe.in tit.de teste.§.1.in addi.in c.huic versiculo conuenitur &c. maximè in fine illius additionis. & etiā licuit intra biennium d. Nicolao contra dictam confessionē Petri opponere pro interesse suo exceptionem non numeratę pecu.l.pen.iuncta.l.in contractib.C.de non nu.pecu.item in dicta confessione non dr̄ quod creditum Michaelis fuerit pp expensas factas in conducendo dictum ferrum vel ob aliam similem causam pp quam dictum ferrum fuerit expresè vel

10 tacitè hypothecatum.d.Michaeli.¶Prætereà†dicta confessio producitur ad probandum.& vbi in actu probatiuo est adie-

f cta dicto circa, f prout fuit in dicta confessione, tunc illa probatio nunquam dr̄ esse certa & limitata.tex.est no.secundum Ant.de But.ibi in c.fi.de despon.impu.vbi ad hoc reputat illum text.menti tenendum. cū ergò probatio debeat esse certa & concludens, vt d.c.in præsentia, cū si.sequitur quod dicta confessio non est hmōi. ¶Nō ob.etiam quædam literæ cuiusdam iudicis de Villato directæ dño vicecapitaneo & iuratis Mogij, in quibus conatur ille iudex attestari quod a mercatoribus audiuit stari debere libris d.Michaelis, & quod cum iuramento sibi attestatus est quidam Guilielmus Frisel se fuisse presentem qñ Ioannes Rigolini confessus fuit se esse debitorem dicti Michaelis in ducatis 72.& solidis 4.nā quò ad primam partem dictarum literarum attestantium ꝙ a mercatoribus audiuerunt stari debere libris d.Michaelis, rñdeo pluri

11 bus modis, prout.s.respondi ad dicta testium.† Præterea rñdeo ꝙ iste iudex deponit de auditu alterius, vnde sibi non creditur.ciam literis, de testi.l.testium.C.de testi.Item dictis literis non est standū quatenus continens id quod non spectat ad officium suum, vel vbi tractatur de eo quod non est leuis præiudicij.vt plenè not.in c.post cessionem, de proba. Et per hoc est etiam rñsum ad secundam partem dictarum literarū dū in eis continetur id quod deposuit d. Guilielmus. ad quā etiam rñdeo quod examinatio facta de d.Guilielmo cū iuramento non citato d. Nicolao non nocet ei.l. si qñ. C.de test. c.2.de test.denique testimonium d.Guilielmi non releuat, tū quia vnicus & singularis.l.iurisiurandi.C.de testi.c.in omni. de testi.tum quia d.Guilielmus deponit de confessione debiti facta per d.Io. Rigolini sine expressione alicuius causæ debiti, & sic est inefficax confessio.c.si cautio.de fi.instr.l.cum in debito.§.fi.ff.de proba.l.nuda.ff.de dona.& plenè no.in l.

12 generaliter.C.de nō nu.pec.¶†Restat nunc discutere de vno in quo vr̄ iudex principalis causæ secutus consilium sapiētis facere maximum fundamentum contra Nicolam.nam sumit fundamentum ex eo quia inter d.Ioannem Rigolini & Nicolaum erat contracta societas super ferro, vt constare vr̄ ex instrumento

strumento predicto confecto anno 1463. die 21. Octobris. in quo apparet d. Ioannem se constituere debitorem Nicolai in quantitate ducatorum 190. datorum sibi ad lucrum & damnum in mercantia ferri, & de societate etiam dicitur probari per rñsionem factam per d. Nicolaum primæ positioni d. Michaelis, & per chyrographum manu d. Ioannis productũ per d. Nicolaum. vnde cùm d. Ioã. esset ille solus qui ex voluntate d. Nicolai habebat exercere dictam mercantiam, sequitur qđ ex facto & contractu d. Ioannis obligabatur quilibet dictorũ
g sociorum insolidum, quasi videatur d. Ioannes præpositus g institor. l. si cum plures, & ibi not. Bart. & alij. ff. de exerc. & l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. no. plenè Bar. & alij in l. eandem. in 7. q. ff. de duo. re. & Cy. Bal. & cęteri, in l. cũ te in Galliã. C. si cer. pet. ergo si posset conueniri Nicolaus per Michaelem iure actionis, multò magis debet posse repelli iure exceptionis. l. 1. §. quod aũt ait. ff. de superfic. & l. inuitus. §. 1. ff. de reg. iur. ad istud posset multipliciter responderi, sed hæc vr̃ ve
13 ra & tutissima responsio, † ꝙ istud posset procedere, qñ appareret ꝙ illud quod contraxit d. Ioannes Rigolinus cum d. Mi
h chaele factum fuisset nomine [h] dictæ societatis, aliàs aũt non est verum, quod vnus socius teneatur in totum vel in parte ꝓ contractu alterius socij. l. iure societatis. ff. pro socio. & ibi
* hoc * in terminis nostris decidit Bald. in vna ex duab. suis lecturis ordinarijs quas super illa parte edidit, & ita per illã. l. dicit debere intelligi & limitari id quod no. Cy. in d. l. cum te in Galliam, in dubio autem vr̃ Ioannes Rigolinus potius con
i traxisse & fecisse nomine proprio [i] q̃ nomine cõi. l. & magis. ff. de sol. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de ver. ob. & no. Bar. in l. si patruus. C. commu. vtriusq; iudi. & in l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de admi. tut. saltē in casu nostro in quo mihi pręsupponitur ꝙ tam ex antiquis actis q̃ ex nouis apparebit, ꝙ d. Ioãnes Rigolinus negotiabatur & mercabatur pro longè maiori quantitate q̃ esset illa, quę posita erat in allegata societate, quam (vt dicitur) habebat cum d. Nicolao. Confir-
14 mantur proximè dicta per id quod vult tex. singularis † & ibi doc. in l. fin. ff. de exer. vbi ad hoc vt ex mutuo recepto per eũ qui prępositus est ab alio alicui negotiationi obligetur ille q præposuit, distinguitur, ꝙ aut ille qui fecit mutuum, sciebat ꝙ pecunia esset necessaria pro illa negotiatione, & ꝙ pro illa cã fuerit mutuata, & mutuans sciret illum recipientem mutuum esse præpositum dictæ negotiationi, & ꝙ sciebat illã pecuniam esse necessariam pro illa cã, & ꝙ in loco in quo mutuabatur, poterat cum illa pecunia prouidere necessitati illius negotiationis. Et declarat Bar. in l. si pupilli. §. 1. iuxta mediũ. ff. de neg. ge. sed hic non constat pecuniam conuersam in vtilitatem d. Nicolai, nec constat ꝙ mutuasset illam pecuniam pro cã societatis, & ꝙ fuerit accepta ad hoc, & qđ dic. Michael sciuerit d. Ioan. esse prępositum dictæ societati. Pretereà, vt supra dixi, non vr̃ aliquo modo saltem sufficiēter probatum de credito d. Ioannis Rigolini. ¶ Rursus, posito ꝙ dic. Nicolaus actione personali posset conueniri per d. Michaelem ex contractu celebrato cum consocio Nicolai, non per hoc sequitur ꝙ habeat ius in re, i. in dicto ferro, seu ꝙ illud ferrum sit sibi
15 obligatum, l. 1. §. si hęres. ff. ad Treb. ¶ † Non ob. ꝙ cui damus actionem multo magis exceptionem quia verũ est ꝙ pro illa re ad quam datur actio multomagis competit exceptio. & ita loquuntur iura præallegata, sed ad ferrum prædictum nulla competit actio d. Michaeli, quia posito quod probasset se esse creditorem in 72. ducatis, competeret ei actio personalis ad illos contra Nicolaum, hoc aũt petitum non est, non autem competeret ei actio vel ius ad ferrũ, nec sumus in casu in quo ferrum sit sibi obligatum, vt ostensum est s̃. ¶ Nec expedit insistere super depositione & testificatu ser Io. Iacobi, qui deponit audiuisse a d. Nicolao quod non erat creditor ex dicto vltimo instr̃o vltra quàm in ducatis 60. vel 70. & dicit se credere ꝙ hoc dixerit Nicolaus vt tanto minùs solueret ipsi ser Ioanni pro authenticando dictum instrumētum. nam iste testis
16 est vnicus & singularis. † Itē deponit de confessione facta absente parte, & sic si illa confessio probaretur per duos testes contestes nõ sufficeret nisi pro semiplena probatione. c. ff. de suc. ab intest. l. fi. ff. de interro. act. l. certũ. §. si quis absente. de confes. ergo si non probatur nisi per vnum testem, non valet ēt ad semiplenam probationem, per no. per gl. Bar. & alios in l. fi. C. fa. ercis. cum si. Ex quibus concludo, partes iudicis esse in pronunciando bene appellatum, & malè iudicatum, & d. Nicolaũ habere meliora & potiora iura in dicto ferro quàm d. Michael, & d. Nicolao non habere obstare sequestrationem factam ad instantiam d. Michaelis, quæ sequestratio secundũ communes regulas est de iure prohibita, & non concedenda. l. vnica. C. de prohib. seq. cap. 2. & ibi plenè not. de sequestra. pos. Alex. Tartagnus Imolensis. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶ Transfusa. Ant. Negusan. trac. pig. part. 6. membro. 3.
b ¶ Equus. sup. eo. consi. 137. nu. 4. sup. li. 2. consi. 33. nu. 3. sup. lib. j. cõs. 119. col. 2 Hyppo. Marsi. repe. rub. de pro. fo. 50.
c ¶ Pari. sup. lib. 6. consil. 19. nu. 8. sup. lib. 2. consi. 210. col. j.
d ¶ Non valet. Rochus Cur. repe. c. fi. col 8. col. 29. de consue. fa. supra lib. 4. consi. 113. nu. 7. Dec. consi. 510. consi. 612. consi. 618. adde supra lib. j. consi. 53.
e ¶ Continet dixi in consue. Pari. §. 5. nu. 20.
* Creditur cum iuramento.] Vide Alexan. ad l. j. in fi. C. de edendo. & ibi omnino Dec. 2. no. & Alex. consi. 54. colum. 2. lib. 2. Rui. consi. 101. col. 14. lib. j. Nat.
f ¶ Circa. sup. eo. consi. 183. nu. 8. consi. 184. nu. 11.
g ¶ Præpositus. s̃. eo. consi. 210. nu. 10 s̃. lib. 2. consi. 186. col. j.
h ¶ Nomine. s̃. lib. 5. consi. 139 in prin. sup. lib. 2. consi. 147. in prin. Pet. de Peru. trac. de duo. frat. par. 9. in prin.
* Et ibi hoc.] Idem dicit Spec. in tit. de iudic. §. sequitur videre versic. quid si duo fratres, vel alij. per tex. in d. l. iure societatis. & vide plura per Dec. ad l. si socius. j. no. ff. si cer. pet. & consi. 98. & facit text. in l. cum duobus. §. si quis ex socijs. ff. pro soc. & vide Alexan. consi. 28. lib. 6. Nat.
i ¶ Proprio. sup. lib. 5. consi. 132. nu. 8. Huic prolixo & molesto labori finem imposui quinto nonas Octobris, Anno Domini 1514. non sine graui cordolio remoræ seueriorum interim studiorum & lucubrationum mearum totos quindecim nouissimos menses. Tanti. n. mihi præstitit hęc dispunctio hac calamitosissima bellorum tempestate dum liberaliori consultationum censu afflicto, subinde ad stiuam illam forensem saccularíam videlicet operam, patrimonio iãdudum absumpto, redigor, in quo cum contemptim & quantũ modicus duntaxat sumptus exigit, verser, despicatui, sum multis nouisque subinde exorientibus ambitiosulis, aut rei tantùm facti tandem studiosis, præsertim consilij mei ignarus, quod tandiu non emergã ignauiam aut infelicitatem putant. hoc præmium refero meorum laborum. Hic est. n. diuturnus rerum mearum status. In Francia ambitiosum & diuitem (si animam & operam admouere libeat) esse licet cum fastu & splendore vulgiq; admirationem, vel auream (quã dicunt) mediocritatem colere, mihique ipsi suauiter philosophari cum prudentium huius seculi existimatione. Bene mereri autem de rep. & iuuenum maturare studia non licet, nisi despicato, damnificato & omni fauore priuatim & publicè destituto. Pergo tamen & boni consulo, quia virtus ipsa mihi scopus est, & spes & sufficientia mea Christus optimus maximus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Comes concedens quicquid iuris habet in aliquo fundo ecclesiæ, ex tali concessione nihil operatur nisi de iure ipsius primo appareat. & nu. 2.*

3 *Vniuersitas alienare potest bona vniuersitatis.*

CONSILIVM CCXVIII.

NVNC recens additum, quod inter consilia Laurentij Calcanei impressum reperitur nu. 49.

Redemptoris Inuocato suffragio quia scriptũ est copiose per celeberrimũ do. aduocatum paucioribus agam. Quo ad primum dubium, an emens videatur emisse solam honorantiam pascui. An vero dicatur emisse solum seu terrenum, vel ꝙ dico præsupponendũ esse patris quod honorantia ad varia & diuersa põt referri cũ a iure diuersimodas recipiat interpretationes. dicit namque text. in ca. licet causam de proba. ꝙ eccle. catan. se prætendebat habere ius super districtu honore & iurisdictione castri arioli & villæ S. Petri imo ibi gl. in verbo plures cũ quo transeunt alij doctores ibi exponit illud verbum districtu vt quia ecclesia habebat ius distringendi hoĩes dicti loci ad præstandas cautiones ne ad illicita prorumperēt. Et similiter exponit illud verbum honore, quia dicti hoĩes debebãt ecclesiam honorare vocando eam dñam & occurrendo nuntijs ecclesiæ & obediendo mandatis eius. Exponit aũt illud verbum iurisdictionem, vt quia ad ecclesiam spectabat cognitio causarũ ciuilium & criminaliũ & potestas puniēdi & sic habemus vnam

interpreta-

interpretationem honorantiæ per quam videmus quòd non refertur ad solum vel terrenum. Aliquando honorantia importat præstationem quandam salarij incerti & indetermina ti, vt l.proinde.& ibi not.ff.de va.& extraordinar.cog. interdum denotat remunerationem vel donationem quandam.l. si remunerandi.in princ.Et ibi nota.ff.man.& l.1.§.ideo ver. honorarium.ff.si mens.fal.mo. dixit. & l.properardum.§.in honorarijs.ff.de iudi. & 2.quæst.1.non est. interdum accipitur pro administratione.l. centurio. §. cum autem.ff. de manu. test.cum ibi no. Aliter etiam accipitur in l. 2. in ver. honorificentia. C.de offi.iudi.& sic non importat terrenum, vel solum & etiam probatur in clemé. 1. & in §.postquam.in ver bo possessionis honore & iura de iureiu.Confirmo quia cum verbum honorantia sit æquiuocum & aptum plura comprehendere sequitur ex hoc, quod titulus dictæ honorantiæ acquisitus actori cum contineat ius incertum & indeterminatum & ambiguum non suffragatur dicto emptori se fundanti ex dictis instrumentis venditionum, quia talis probatio ex dictis instrumentis resultans est ambigua & per consequens, non releuat.c.in præsentia.de proba. l. Pomponius scribit si frumentum.§.fin.ff.de rei ven. Et interpretatio fieri debet cõ tra dictum emptorem, quia potuit legem contractus apertius exprimere.l. veteribus.ff.de pact.l. stipulatio ista.§.in stipulationibus.ff.de verb. obli. ¶ Fortificatur per id quod dicit Dy. Bar. & communiter omnes docto.in l. si sic. §. primo. ff. de leg. 1. in fin.vbi per illum tex. dicunt † quod comes concessit cuidam ecclesiæ quicquid iuris habet cõcedens in tali fundo. certe talis concessio nihil operatur nisi de iure concedentis appareat lege legaui. ff. de lib.leg. Et quod no. Spe. in tit. de instru.edi. §. nunc autem. versi. 2.& expressius in titu. de loca. §. nunc aliqua, versi. 58.& probatur in l.quod si in vẽditione cum tribus seq.ff.de hæ.vel ac. ven. Et nota. ibi Bal. in lectura antiqua & Ang.in l.locus.ff.de ac.pos. Sed ita est ꝙ non constat quæ vel qualis esset ista honorantia pasquatui, quam haberent illi venditores nec cõstat quod terrenum spectaret ad venditores. potest enim esse quod in 10.annis debebatur sibi pro honorantia vnus denarius vel quid simile, ergo si non probatur & per emptorem quæ honorantia debebatur venditoribus auctoribus & emptoribus suis non dicitur constare quid iuris tribuat sibi titulus suus & per consequens allegari non potest terrenum ad emptorem pertinere. comprobat prædicta Old.in consi.164. incipiente viso priuilegio inclyti regis Ludouici &c. vbi concludit, ꝙ si comes concedit quicquid in tali loco habebat † & incertum sit quantum ibi comes habebat quod nihil videtur translatum nec traditum, quia incertum tradi non potest.l.3.§. incendiũ & d.l.locus. ff.de acq.pos.& l.si fur.§.fi.ff.de vsuc. pro hoc etiã allegatur. l.si non designata. C.de fal.ca.adiec.leg.& l.5.ff.de au.& arg. leg.& c.auditis de prescrip.& d.l.si sit.Idem etiam no.Bar.in l.emptor fundi ff.pro empto. Ex his infertur ad decisionẽ secundi dubij quę ex prædictis clare colligitur quia cum non constet ꝙ ius honorantiæ prædictæ versetur circa reditus frumenti, nec de reditibus frumenti presupponatur fuisse vnã aliquid solutum non potest dictus emptor agere ad aliquid ratione dictorum fructuum frumenti cum non appareat ꝙ ius dictæ honorantiæ fuerit vnquam apud auctores suos quo ad actionem frumenti.Et licet aliquid pro reditibus pascui fuerit solutũ dicto emptori non per hoc potest extendere ius dictæ honorantiæ ad reditus frumenti.l.1.§. si quis hoc interdicto cum gl.& ibi clare Bar.ff.de itine.actuq; priua.vbi voluit ꝙ si quis vult dicere se prescripsisse ius redimendi pedagium quod in illis tãtum rebus dicitur acquisiuisse ius pro quibus consueuit accipere pedagium & non in alijs vt ibi latius per eum & not.Inn.in c.dilect.de capel.mon.& in c.in literis.de resti.spol.& in c.fi.de offi.Arch.& c.auditis de prescri.& no. Spec.in tit.de præscri.§.1.ver.sed pone miles & Cy.in l.fi.C. de eman.libe.& Ant.de But.in repe.c.fi.de ca.po.& proprie. in 25.col.& expressius Bart.in l.cũ de in rem verso.in vlt.col. ff.de vsur.vnde dato ꝙ præstatio pro pascuo esset facta per longum tempus dicto emptori & sic forte posset respectu fructuum pascui in futurum agere, s.id ꝙ habetur in l.cum de in rem ver.& in l.litibus.cũ ibi no. C.de agri.& censi.lib.11.& no.in l.solẽt.§.fi.ff.de offi.procõ. & plene in l.si certis annis. C.de pac.& in l.1.& 2.C.de fideicõ.& in c.peruenit.de censi. tamen respectu frumenti nihil per dictum emptorem exigi potest cum de eo nihil vnquam fuerit exsolutũ. præterea dato ꝙ auctoribus suis debita fuisset honorantia etiã pro reditu frumenti nõ, si verum esset prout verbo fertur ꝙ dicta honorantia nunquam fuit exacta respectu iuris & exac.de qua nũc quæritur & ꝙ ita fuerit cessatum ab annis 30.citra & vltra exclusus esset iste iure exigendi.l.sicut.C.de prescri.30.anno.l. 2.C.de consti.pecu. Attento ꝙ pro diuersis fructibus petitur honorantia & sic in diuersis rebus sic pro vno fructu tantũ.i. pro pascuo fuit facta solutio vt in Spec.no.Io.And.in regula plus semper de reg.iu.in 6.in mercu.& per Spe.in tit.de prescri.§.1.ver.quid si cum deberem & in tit.de loca.§.nunc aliqua.ver.43.& Bar.in l.si prius.in prin.ff.de aqua plu.arcen.& Cy.in l.cum notissimi.§.fi.de prescri.30.anno. ¶ Ex premissis etiam infertur decisio clara tacitæ dubitationis, videlicet an liceat dicto communi & hominibus dicti cõmunis de dictis terris inter se diuidere absq; eo ꝙ assignetur portio aliqua dicto sic ementi vigore dictarum emptionum nam dicendũ est ꝙ sic quia si in dictis emptionibus non venit solum nec terrenum nec etiam exactio reditus frumẽti, vt in primo & secundo dubio probaui. Quid repugnet dictæ diuisioni, certe nihil attento ꝙ hominibus vniuersitatis licitum est inter se bona vniuersitatis diuidere pro rata vt declarat Bal.in l.omniũ. C. de vecti. & commis. vltra allegata in superioribus allega-
3 tio. Et patet manifeste, † quia vniuersitas potest alienare bona vniuersitatis.l.fi.C.de vendi.rei ciui.lib.11.l.prohibere.§. plane cum ibi no.per Bar.ff ꝙ vi aut clam. Ergo quamlibet distributionem vel consignationem facere potest, seruatis tamẽ seruandis vt habetur in dictis locis & dato ꝙ dicta distributio vel diuisio non valeret, tamen hoc allegare non potest dictus emptor quo ad vtilitatem propriã, quia sibi priuato emptori non competit in dicto solo & terreno, ergo non debet audiri.l.fin.C.de rei uendi.l.his consequenter.cum ibi no.ff. famil.erciscun.& l.loci corpus.§.competit.ff.si seruitus ven. ¶ Ex quibus concludit sibi emptori pro portionibus de quibus in dictis emptionibus & terreno prædicto consignationem fieri non debere. Laus Deo.

Explicit Septimum Volumen Consiliorũ Alexandri Tartagni Imolensis, Iurisconsulti præclarissimi.

LAVS, Gloria & honor Deo Opt. Max. eiusque matri pijssimæ Mariæ semper Virgini, quæ intercedat ad filium pro nobis.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes sunt Quaterniones, præter V, quæ est Quinterniones.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, Ex Officina Damiani Zenari.
M D LXXVIII.

TARTAGNUS

CONSILIA JURIS.

4


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm